MARTINI

AZPILCVETAE

DOCTORIS NAVARRI,

IVRISCONSVLTORVM NOSTRAE
AETATIS CLARISSIMI ET PERSPICASISSIMI
solertiss. imique sacrorum Canonum, & Vtriusque
Iuris & facti quæstionum inter-
pretis Operum

TOMVS SECVNDVS,

IN QVO EA COMMENTARIA FVERVNT REPOSITA,
quæ viuo ipso super aliquot capita Decretalium D. Gregorij IX. & Extrauagantem fœl. recor. Gregorij XIII. quæ incipit Ab ipso *impressa fuerunt, quibus insuper illa nondum edita, & manuscripta opera nunc adiecimus, quæ partim in aliqua Decreti capita, partim in Decretalium volumen conscripta nunc primum in lucem prodeunt.*

CATALOGVM PORRO COMMENTARIORVM OMNIVM,
quæ hic habentur paginâ sextâ videre poteris.

LVGDVNI,
SVMPTIBVS IOANNIS BAPTISTÆ BVYSSON.
M. D. XCV.

MARTINI

AZPILCVETAE
DOCTORIS NAVARRI,

IVRISCONSVLTORVM NOSTRAE AETATIS CLARISSIMI, ET PERSPICASISSIMI,

solertissimisque sacrorum Canonum, & Vtriusque Iuris & facti quæstionum interpretis Operum

TOMVS SECVNDVS.

IN QVO EA COMMENTARIA FVERVNT REPOSITA, quæ viuo ipso super aliquot capita Decretalium D. Gregorij IX. & Extrauagantem fœl. recor. Gregorij XIII. quæ incipit Ab ipso *impressa fuerunt, quibus insuper illa nondum edita, & manuscripta opera nunc adiecimus, quæ partim in aliqua Decreti capita, partim in Decretalium volumen conscripta nunc primum in lucem prodeunt.*

CATALOGVM PORRO COMMENTARIORVM OMNIVM, quæ hîc habentur paginâ sextâ videre poteris.

LVGDVNI,
SVMPTIBVS IOANNIS BAPTISTÆ BVYSSON.
M. D. XCV.

Insignis forma, doctrina insignior vnus:
At superat summi cultus vtrumque Dei.

Corporis effigies hæc est veneranda Nauarri,
Mentis at ipsius dant monumenta pia.

Aliud.

Corporis effigiem potuit licet ipsa Nauarri,
Mentem non valuit pingere docta manus.
At quam non potuit pictor depingere nobis
Ad viuum Auctoris, grandia scripta dabunt.

ELOGIA DVO CLARORVM MARTINI AZPILCVETAE DOCTORIS NAVARRI DISCIPVLORVM: QVIBVS PRAECEPTOREM ILLI SVVM ADHVC SVPERSTITEM EXORNARVNT:

duo item clarorum Poëtarum de eo Epigrammata,
iam pridem cùm adhuc in Lusitania
degeret scripta.

Didacus Couarruuias à Leiua Episcopus Segobiensis in epitome libri IIII. Decretalium cap. 1. num. 14.

Receptum est frequentiori calculo circumstantias, quæ non mutant criminis speciem, non esse reuelandas sacerdoti in interiori animæ iudicio. Thomas in 4. dist. 17. quæst. 3. Florentinus 3. par. tit. 17. cap. 17. §. 5. Syluester verbo *Confessio.* 1. quæst. 9. & verbo *circumstantia.* ac MARTINVS NAVARRVS, quem præceptorem Salmanticæ habuimus, ac nunc Conimbricæ non vulgari stipendio ius Canonicum profitentem, propter eius summam iuris vtriusque sapientiam, ac mores integerrimos, veneramur. Is inquam in cap. *consideret*, de pœnit. dist. 5. in principio: dum tractatum de circumstantijs exactissima diligentia expendit, hanc communem opinionem probat.

GREGORIVS CALANDRVS LVSITANVS I. C. CANDIDO LECTORI S.

EXpectabam Lector beneuole, aliam maiorem occasionem, qua possem Domino, ac Præceptori meo officij mei debitum ex integro persoluere. Sed recens editio aurei Enchiridij, siue Manualis Confessariorum, & operum aliorum eiusdem frequentia non patiuntur longiores moras, & me quasi nolentem cogunt vtcumque prodire foras, ac illũ veluti magna summa creditorem, leui quidam, sed grati animi indice, munusculo præuenire, donec pleno aliquando opere satisfaciam. Sic frondibus coronantur Diuorum altaria, & molalitant, qui thura non habent. Quod autem præcipuè me ad hoc adegit, est, quod arbitrer è republica Christiana esse, vt vel leuis notitia habeatur de magna æstimatione eruditionis eius, quam cum vitæ integritate coniunctam semper habuit, déque qualitate operum eius, quo libentius ea legantur. Ob oculos ergo propono tibi, Candide Lector, vnum nostri sæculi doctrinæ, ac sanctitatis exemplar, D. MARTINVM AB AZPILCVETA. *Doctorem* NAVARRVM, *qui tam in præfato Manuali, quàm omnibus alijs, vtrumque tibi sartum tectum ostendit. Alterum quidem, dum primum in se, deinde in alijs vitia omnia, atque peccata remedijs opportunis extirpat, & actus hominum ad bene, beatéque viuendum sedulò instruit. Alterum dum in ijs ritè peragendis omnia iuris diuini & humani, & vtriusque philosophiæ penetralia reserat, & abstrusa quaq; recludit, & in medium profert, ea copia, vt nihil addi possit, ea breuitate, vt nihil diminui. Tantò in hac vltima manu suis prioribus superior, quantò sua priores aliena superarunt. Sic sunt omnia eiusdem Auctoris opera nouissima, vel quæ addendo prioribus olim, editis locupletat, vel quæ de nouo nunc edit plurima. Vergente quippe deorsum conditione corporea, vigor spiritus in sublimiora conscendit, & quasi alter natura cygnus, quò morti proximior, eò suauius*

modulatur. In eo ſub tenui carne tenuiſſimus ſpiritus enitescit, imò quaſi ſine carne totus ſpiritus. Nil turbidum manat, nil inſipidum: ſed omnia pura ac defœcata, vtroque ſale, tam conſcientiæ, quàm ſcientiæ bene condita. Fluunt ex ore doctrinæ, ac ſanctitatis flores, Amalthęæ cornu copiam dixeris, ſic gratiæ, ac lepores, docta ac beatæ animæ circumſtant vndique, ſiue antiquis operibus addit, ſiue de nouo cudit. Vtriuſque temporis ego teſtis oculatus ſum, qui à quadraginta annis Salmantica, & Conimbricæ (Caſtellæ ac Luſitaniæ litterarum Emporijs) cœpi ſub eius diſciplina operam iuri nouare, & vſque ad præſens, quo Romæ in almo gymnaſio gratia S. D. N. Gregorij Papæ XIII. iam ſeptennium iuris Pontificij ordinarius interpres, quantumuis minimus exiſto, eiuſdem D. mei Præceptoris eximiis ſcriptis addiſco, & quotidie proficio, ſicut omnibus multùm, ſic magis nouiſſimis. Quantò igitur maiori laude putas, Candide Lector, quod celebrare potuiſſent hodierna eius opera, inſignes illi duo viri (quorum epigrammata ſubiiciuntur edita Conimbricæ) ab hinc annis quadraginta quinque, quo tempore ille primos ſuos edebat fœtus, quorum alter heroico, alter elegiaco carmine cecinerunt, toto orbe iam tunc celeberrimum NAVARRVM, *tum prælegendo, tum de iure reſpondendo, in inclytis Hiſpaniarum Academijs ea quæ dedicerat, ſimul & docuerat, antea iunior in Gallicanis, Caturcenſi videlicet Academia, & Toloſana: quæ quamuis hodie maximè floreat, tunc tamen temporis erat florentiſſima, ſi vidiſſent eundem nunc longè ſeniorem & maiori otio, Romæ vetera ſua augentem, & noua indies proferentem, & vtraque ingenio acutiſſimo exornantem, induſtria ſolertiſſima elaborantem, doctrina abſolutiſſima perficientem, gratiſque ad quæſita tamquam alterum iuris Apollinem ex Tripode reſpondentem. Deduxi, Candide Lector, Magni mei Præceptoris ac Domini primas hic tantùm lineas, depingent alij ſuos colores, hoc artem oratoriam, in qua non adeo verſor, deſiderat, illi ſimplex veritas, in qua ſoleo verſari, ſufficit. Bene vale, & fruere.*

Romæ XX. Martij. M. D. LXXIX.

DVO EPIGRAMMATA ILLORVM DVORVM INSIGNIVM VIRORVM,

Quos regia Maieſtas ex Gallia Conimbricam magnis honorarijs duxit, primis Auctoris operibus, ante quadraginta annos Conimbricæ adiecta.

Alterum illius eruditiſſimi, qui tunc inſignis Collegij bonarum artium Conimbricenſis profeſſor erat Primarius.

AD AVCTOREM.

MActe animi, venerande ſenex, qui pectore ſancto
Abdita ſecreti reſeras penetralia iuris:
Et veras recludis opes, vitijq; rebellis
Sæpe renaſcentem reſecas rationibus herbam.
Non tu Dictæo mendacia callidus antro,
Auctorémque Iouem fingis, lucóve Capeno
Auia nocturnæ ſimulas commercia Nymphæ:
Nec tripodas Phœbi mentita oracula fundis:
Sed liquida veri puris de fontibus vnda
Pectora noſtra rigas: moréſque in praua fluentes
Corrigis, & iuſtis legum compeſcis habenis,
Spes nimias, animóſque feros moderamine flectis,
Pontifices tu per ſacros, dominóſque potentis
Auſoniæ, regéſque doces diſcrimine certo
Noſſe modum iuris, flexíque obliqua doloſo
Exigis ad Canones interpres commodus æquo.
Ergo velut dubijs Phœbea oracula rebus,
Aut Libycas ſortes, aut Dodonæa petebant
Templa inopes veri, trepidóque inſtante tumultu:
Sic cùm perplexis mentes ambagibus error
Implicat, & iuris ſinuoſo tramite fallit
Semita, tu dubios regis, errantéſque reducis,
Confirmas trepidos, reuocáſque in cæca ruentis,
Et mala ne ſerpant rabioſæ ſemina litis,
Ante caues: & iuſtitiæ præceptor inermis
Aurea compoſitis inſtauras ſæcula bellis.

ALTERVM IACOBI TEVII I. C. ELOQVENTISSIMI ad eumdem.

MEns, lingua, ingenium, Naturæ dona parentis
Sint licet, artificis munere cuncta nitent.
Pura quidem, & minimis mens candida ſordibus vt ſit
Natura, arte eadem purior eſſe poteſt.
Linguæ itidem ſonitum præbet natura ſuauem,
Suauior vt fiat, poſtulat artis opem.
Quis neget ingenium noſtra magis arte iuuari,
Vt ſolet aſſiduo vomere cultus ager?
Hæc data diuino tria ſunt tibi munere dona,
Mens pia, & ingenij lumen, & oris opes.
Purius illa tamen ſtudijs exculta niteſcunt,
Et rude, ſi quid erat, ſedulus arte dolas.
Sydera ſeu claro debent ſua lumina Phœbo,
Sic ſua virtutum lumina terra tibi.
Sermo fluit facilis ſapienti è pectore manans,
In ſene doctiloquo Neſtore qualis erat.
Teſtis erit linguæ, & mentis latiſſimus orbis,
At quale ingenium ſit tibi ſcripta docent.

CATALOGVS COMMENTARIORVM SEV LIBRORVM HVIVS SECVNDI TOMI, QVI PARTIM OLIM EDITI hîc extabant: partim nondum impressi, & ab ipso Auctore manuscripti in ipsius scrinijs reperti, vel à pijs & doctis viris ex sermone vulgari Latinitate donati in lucem nunc primò prodierunt.

PRælectiones duæ in cap. *Si quando* & cap. *cum contingat*, *de Rescriptis*: in quibus ex occasione cuiusdam controuersiæ beneficiariæ, quæ ipsi Auctori cum quodam alio de Cantoria Cathedralis Ecclesiæ Conimbricensis videtur intercessisse, de rebus in Ecclesiastico Beneficiario requisitis doctè & subtiliter disputat: & de remedio quo quis contra censuras malè latas vti potest ad Catherinam I. Lusitaniæ Reginam singulari pietate & liberalitate præditam primùm missæ: deinde Romæ ad Gregorium XIII. Pont. Max. iterum destinatæ, quæ incipiunt. pag.1.

Notandum est, quod quicumque tandem alij fuerint, qui litteris A. B. C. in eo Commentario designantur, eum qui per litteram E, exprimitur, ipsum D. Nauarrum nobis videri, quem cõstat ex commentario in cap. Quando *de consecr. dist. 1. seu Enchiridio de oratione & multis alijs locis S. Mariæ Conimbricensis Ecclesiæ Cantorem fuisse. Vnde C. fuit quidam, qui eius hoc beneficium virtute illius regressu obtinere tentauit, & eum qui iam in possessionem eius venerat, ex eo detrudere. Quare in hoc & sequenti commentario Doctor ipse tamquam in propria caussa aduocatus, strenuè & fortiter dimicauit, ne sibi hoc beneficium præriperetur. Ex quo factum puto, vt plura ex Vtriusque Iuris Doctoribus hic citentur, quàm in alijs eius operibus, quia videlicet hac caussa magis est iuris humani, quam diuini, & quia in propria caussa Auctor voluit quasi exerere & demonstrare quomodo potuisset in alijs suis operibus priorum I. C. testimonijs & rationibus vti, quos tam frequentes in suis his adduxit commentarijs.*

Commentarius vtilis in Rubricam de iudicijs, qui cap. *nouit*. cod. adiunctus, de nouo est, in quo de iudicio vt sumitur pro processu iudiciali, & pro actu iudicis, & multis alijs ad Iudices pertinentibus disputatur ad fœl. recor. Gregorium XIII. pag.63.

Relectio in cap. *nouit de iudicijs*, non minus sublimis quam vtilis, in qua de vtraque potestate Ecclesiastica & sæcularis disseritur ad inclytum & serenissimum Lusitaniæ Regem Don Sebastianum huius nominis primum, habetur. pag.89.

Relectio non modo tenebrosi, sed & tenebricosi capit. *Accepta*, *de restitutione spoliatorum*: in qua de amissione possessionis beneficij per renunciationem agitur, & in versanda sæpè & multis summaria huius cap. conclusione diu immoratur, ad D. Ioannem Soares præsulem Conimbricensem & Comitem Arganitium, habetur. pag.128.129.

Relectio cap. *Ita quorumdam de Iudæis*, in qua de rebus ad Sarracenos deferri prohibitis & censuris ob id latis non segniter tractatur, ad Simonem Rodericum, Secretaris Iesu in Regno Lusitaniæ Præpositum, & vnum ex decem eiusdem Religionis primis Patribus, & ad Conimbricense eiusdem Societatis Collegium, & demum ad fœl. record. Sixtum V. Pont. Max. missum habetur. pag.157.

Commentarius de datis & promissis, pro iustitia & gratia obtinendis qui est super Extrauagantem, quæ incipit *Ab ipso*. fœl. recor. Gregorij XIII. qua innouatur Extrauagans Bonifacij VIII. prima de sententia Excommun. inter communes, ea de re olim edita: ad Sanctas Virgines Luciam & Catherinam, qui habetur. pag.187.

QVAE HVIC TOMO IN HAC editione fuerunt addita.

Tractatus de eleemosyna in cap. *Quiescamus*. XLII. distinctione, in quo de necessitate & vtilitate faciendi eleemosynam, quæ tam Ecclesiasticos quàm sæculares tangit, agitur ab Auctore ipso Latine conscriptus sed non editus qui incipit. pag.214.

Commentarius de fama & infamia, quomodo probentur & quæ ad illa requirantur, super cap. *non sunt audiendi*. II. quæst. 3. incipit. pag.129.

Commentarij de lege pœnali fragmentum in cap. *fraternitas* 12. quæst. 2. quod quidem antea cum prima editione Consiliorum prodierat, sed nunc inter ius opera est insertum, habetur. pag.232.

Commentarius de furto notabili, quod ad culpam mortalẽ peruenire demõstratur, & homicidio casuali in cap. finale 14. quæst. 6. habetur. pag.240.

Commentarius de necessitate defendendi proximum ab iniuria, & à morte spirituali & corporali in cap. *non in inferenda*. 23. quæst. 3. habetur. pag.246.

Commentarius de simonia mentali, & intelligentia cap. fin. de simonia, cui adiunctus est tractatus de incompatibilitate beneficiorum, habetur. 257.

Commentarius de Cambijs in principium cap. fin. de vsuris. habetur 269.

QVÆS

QVÆSTIONES QVÆ IN HOC SECVNDO TOMO TAM EX S. THEOLOGIAE, QVAM EX VTRIVSQVE IVRIS fontibus haustæ fusè tractantur.

IN CAP. SI QVANDO, De Rescriptis.

QVÆST. I. ET PRÆCIPVA QVÆ IN TOTO OPERE PERTRACTATVR.

AN exceptiones, quæ opponebantur cõtra C. & suum regressum sint legitimæ.
2 An infans doli & prudentiæ incapax beneficij Ecclesiastici capax esse possit. 8.1.a.b.
3 An proœmijs prouisionũ Papæ; quib⁹ laudat eũ, cui aliquod confertur, beneficiũ credendũ sit. 9.1.e.f.2.a.
4 An litteratus sit qui latinè non nouit, quamuis legere vtcumque latinè sciat. 14.2.e.
5 An defectus prudentiæ & scientiæ efficiat, vt beneficium non debeat conferri ei, qui patitur illum, quamuis tamen collationem ipsam nullam non reddat ipso iure. 16.1.c.d.
6 An per regulam Cancellariæ renouatus sit accessus C. expresse. 22.1.c.d.
7 An Clementina Clemẽtis VII. de filijs presbyterorũ, obstet C. quominus per hunc **accessum** succedere in hac cantoria possit, si is alioqui **valuisset**. 22.1.d.
8 An per accessum ius ad rem **fuerit quæsitum**, per expectatiuam autem generalem minimè. 26.1.c.d.
9 An cum agitur de præiudicio **tertij**, non solum consideretur, quod principaliter **fit**, sed etiam quod secundariò. 27.2.f.
10 An statutum nouè factum, vt medietatẽ doris vxoris præmortuæ, **maritus** cõsequatur, cõprehendat etiam dotem vxoris **ante** illud statutum acceptæ. 29.2.c.d.
11 An filij **clericorũ** illegitimi qui accessus, regressus & **coadiutorias cũ** spe successionis habuerũt ante Concilium **in Ecclesijs**, in quibus patres habent beneficia, post **publicationem** Concilij illa perdant. 35.2.e.f.
12 An illegitimi qui ante Concilij publicationem habuerunt beneficia in Ecclesijs, in quibus patris qui iam non sunt, habuerunt, possint illa post publicationem Concilij retinere. 36.1.e.f.
13 An gratiæ concessæ per signaturas piccolas sed paucas sint perfectæ, antequam extendatur ille consensus breuiter præstitus. 37.2.b.c.

IN COMMENTARIVM CAPITIS cum contingat, De rescriptis.

QVÆST. I. ET PRÆCIPVA, DE QVA IN TOTO EO OPERE AGITVR.

AN caussæ nullitatis, quæ opponebantur ab E, contra executoris censuras, sint efficaces. 38.
2 An quando gratia est nulla ipso iure, ipso quoque iure datio executoris, & eius iurisdictio nulla sit. ibi 2.c.d.
3 An executor mixtus debeat esse Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, vel habere dignitatem, seu conditiones capitis *Statutum*. De rescriptis. lib. 6. 40.2.a.b.
4 An delegatus à Papa brachium sæculare implorare possit. 13.1.a.
5 An excommunicatus post legitimam appellationem vitari debuit etiam in diuinis. 55.1.f.

IN COMMENTARIO IN RVBRICAM. DE IVDICIIS.

QVÆSTIO PRIMA.

AN iudex qui cognoscit de præparatorijs, de præparatis cognoscere debeat. 63.2.c.d.
2 An ius patronatus sit spũale, tẽporale, vel mixtũ. 65.2.d.e.
3 An licitũ sit aliquẽ iudicare præsertim cõdẽnando. 68.1.c.
4 An credere aliquod graue malũ de proximo, ita quod si interrogaret semetipsum, an videretur sibi verũ esse, responderet affirmatiuè, sit peccatum m. 70.1.b.c.
5 An liceat iudici occulta crimina alicuius rei inquirere, & cum iureiurando vel tormentis ad fatendam veritatem confiteri. 74.1.c.d.
6 An qui de vno crimine infamatus est, possit etiã de alio crimine, de quo nõ est infamatus interrogari. 75.2.d.e.
7 An æquitas duplex sit, altera limitans, qua excluduntur casus inclusi, altera extendens, qua includuntur casus non inclusi. 78.1.e.f.
8 An æquitas excludat à lege generaliter statuente omnes casus, in quibus deficit ratio legis. 79.1.a.
9 An liceat inquirere sine accusatore vero vel ficto. 81.2.e.f.
10 An iudex inquirere possit particulariter super crimine, quod ei per generalẽ inquisitionem constat. 82.2.c.d.
11 An commissarius simpliciter deputatus à principe supremo ad inquirendum, prius teneatur de infamia cognoscere. 83.2.a.b.
12 An in crimine læsæ Maiestatis diuinæ & humanæ procedi possit sine accusatore vero vel ficto. 84.2.d.e.
13 An iudices possint pœnas legum pro sua arbitrio augere, vel minuere. 86.1.a.b.

IN CAP. NOVIT. DE IVDICIIS. QVÆSTIO PRIMA.

AN Deus nouerit omnia. 90.2.c.f.
2 An creatura aliqua sit, quæ nouerit omnia. 93.1.c.d.
3 An summa potestas laica sit penes Papam, vel quod idem est, an Papa sit absolutè dominus omnium regnorum totius mundi: quæ quæstio fusissimè, & doctissimè pertractatur. 95.96.97.
4 An reges infidelium veram in suos subditos iurisdictionem habeant. 101.2.c.d.
5 An satius sit vnamquamque ciuitatem suum regem habere, an vnum plures. 112.1.e.f.
6 An de quolibet peccato cognoscere possit iudex Ecclesiasticus. 117.1.c.
7 An qui contrahendo decipit citra dimidiũ iusti pretij peccet, & in conscientia iustum pretium restituere teneatur. 122.1.c.d.
8 An cum emptor & venditor mercis iustum pretium nouerunt, & venditor vendit vilius, aut emptor emit carius peccatum sit. 12.2.2.e.f.
9 An Ecclesiastica potestas cognoscere possit per viam denunciationis de deceptione citra dimidium iusti pretij. 124.1.a.b.

IN CAP. ACCEPTA DE restitutione spoliatorum.

AN petenti Ecclesiæ restitutionẽ obstare possit spontanea abiuratio, 130.1.c.d.
2 Quomodo hoc caput cum alijs iuris cap. quæ hoc videntur negare conciliari possit. 131.132.133.
3 An vera sit quædam Innocentij concordia, qua hoc cap. cum capite post electionem. de concess. præb. conciliare nititur. 136.2.a.b.
4 An renunciatio beneficij metu facta teneat. 137.2.a.b.
5 An exceptio renunciationis spontaneæ etiam non iuratæ admitti possit contra agentem super beneficio, quando agitur super possessorio tantùm, etiam recuperandæ. 142.1.c.f.
6 An decisio Rotæ defendi possit, quatenus habet petentem restitutionem beneficij repelli posse per renunciationem in manibus superioribus. 144.1.c.f.
7 An Capitulum iure debeat aut saltem possit episcopo contradicente administrare episcopatum, tamquam sedes vacet, quod litteræ Apostolicæ non ostendãtur intra sex mẽses à die datæ breuis Apostolici. 148.2.c.f.
8 An spoliatus beneficio curam animarũ habẽte, eo quod alterum ei simile adeptus sit, restitui debeat, & postea audiri per cap. *licet* 2. de præbend. in 6. 153.1.a.b.

IN CAP.

IN CAP. ITA QVORVMDAM de Iudæis.

AN summa cap. quam ipse attulit sit bona & apta. 159.1.b.c.
2 An Sarracenorum nomine omnes infideles comprehendantur. 161.1.d.e.
3 An armorum appellatione arma defensiua tantùm, & fustes & lapides veniant. 164.2.e.f.165.1.a.b.
4 An Christiani plus peccẽt, qui arma Sarracenis subministrãt, quã ipsi Sarraceni, qui eos impugnãt. 172.2.a.b.
5 An subministrãtes Sarracenis necessaria ad impugnãdos Christianos sint excõicati per cap. *ita quorũdã*. 173.1.e.f.
6 An necessaria ad impugnandos Christianos prohibita sint illa, quæ auctor definiuit. 174.2.c.d.
7 An prohibitorum diuisio in prohibita simpliciter, & prohibita secundum aliquod tempus, & prohibita secundum aliquem locum sit bona. 177.1.d.e.
8 An in censuras Bullæ incidant, qui alias merces, quam bellicas, etiam tempore belli deferunt. 177.2.c.d.
9 An incidant in excommunicationem, qui in galeis & piraticis Sarracenorum manibus regimen, & curam gubernationis exercent. 178.2.d.e.
10 An captiui in galeis Sarracenorum ad remigandum vincti peccent remigando, cùm ad id verberibus compelluntur. 179.1.d.e.
11 An peréptа causſa effectus quoque peréptus sit. 180.1.d.
12 An aliqua seruitus sit de iure naturæ. 181.1.e.
13 An excõmunicatus iterũ possit excõmunicari. 182.2.f.
14 An qui incidit in excommunicationem huius capitis, in plures excommunicationes inciderit. 185.1.a.b.

IN COMMENTARIVM EXTRAV. Ab ipso.

AN quæ in ea prohibentur sint prohibita iure naturali. 189.2.a.b.
2 An verbum *excommunicamus* in ea positum sit de minori excommunicatione intelligendum. 191.1.a.
3 An Cardinales cõprehendãtur in extr. *ab ipso*. 192.2.a.b.
4 An ad incurrendam hanc censuram sufficiat pactio aut promissio, siue acceptatio promissionis, licet non consequatur implementum. 194.1.a.b.
5 An per paruæ rei promissionẽ, dationem, & receptionem pœnæ huius extrauag. incurrantur. 196.2.e.f.
6 An promittentes facere, quæ in hac extr. prohibentur & facientes incurrant pœnas sicut promittentes dare & dantes. 199.2.e.f.
7 An liceat aliquid dare vel accipere p iustitia iã facta etiã nulla præcedẽte promissione vel pactione. 201.2.c.d.
8 An dare xenia circa festum Natalis Domini Auditoribus, & alijs iudicibus in Vrbe liceat. 203.1.a.
9 An per consilium, auxilium vel fauorem incurrantur pœnæ huius extrauagãtis, non secuto effectu. 205.2.f.
10 An mediator simoniæ teneatur restituere fructus, quos virtute collationis simoniacæ perceperit beneficiarius, eo non porepte, vel nolente restituere. 207.1.d.e.
11 An datio & acceptio pecuniæ pro re inuendibili, & suapte natura inæstimabili, non tamen spirituali sit mala. 207.2.e.f.
12 An liceat pro virtute aliqua morali, vel eius actibus aliquid dare vel accipere. 208.1.d.e.
An officia iurisdictionem temporalem habentia vendere liceat. 208.1.b.c.

IN CAP. QVIESCAMVS, dist. 42. de Eleemosyna.

AN habens superflua naturæ & personæ, teneatur ea de præcepto ad mortale obligante pauperibus erogare. 221.1.c.d.
2 An in eleemosynis largiendis necessario caritatis ordo seruandus sit. 224.2.a.b.
3 An qui tenetur ad restituendũ aliqua pauperibus malè acquisita, si est pauper, possit ea retinere tamquam pauper. 227.1.c.d.

IN CAP. NON SVNT AVDIENDI, 11.quæst.3. de Fama & infamia.

AN de vna & eadem re bona & mala fama, & indifferens haberi possit. 230.1.c.d.
2 An ad famam requiratur vt illud, quod fama diuulgatum est, sciatur ab omnibus, vel à maiori parte loci, in quo est fama. 231.1.a.b.

IN CAP. FRATERNITAS, 12.quæst.2. de lege pœnali.

AN Ecclesia debeat recipere pœnam à lege contra furem impositam. 233.2.c.d.
2 An lex aliqua humana præsertim Ecclesiastica possit obligare ad mortale. 235.2.a.b.
3 An sit bona diuisio legis, quam Alphonsus fecit, in moralem, pœnalem, & mixtam. 236.2.a.b.
4 An qui secant & asportant ligna ex syluis alienis, & pascunt pecora in alienis pratis, &c. peccent m. & teneantur ad restitutionem. 236.2.f.237.1.a.
5 An qui tributa principibus debita per fraudẽ & simulationẽ soluere omittũt, à peccato liberẽtur. 238.1.c.d.

IN CAP. FINAL. 14.q.6. de Furto notabili.

AN furtum notabile illud tantùm sit quod ad duorum vel trium ducatorum summam accedit. 242.1.a.b.
2 An homicidium casuale tunc tantùm irregularitatem pariat cũ opus, aut modus operãdi, ex quo homicidiũ sequitur illicita sunt, & ideo prohibita. 243.1.c.d.

IN CAP. NON IN INFERENDA 23.q.3. de Defensione proximi.

AN qui à proximo iniuriam non propulsat, tam peccet quam qui facit iniuriam. 247.2.b.c.
2 An horrendum Sodomiæ crimen committens sit irregularis. 253.2.c.d.
3 An ad impedienda proximi peccata si possumus, sub pœna peccati mortalis teneamur. 255.1.a.b.

IN CAP. MANDATO, DE SIMONIA.

AN mandatũ quod de monachis loquitur, ad Abbates se extendat. 258.1.a.b.
2 An Simonia mentalis verè sit peccatum. 259.1.a.
3 An sit Simonia mentalis conficere instrumentum authenticum, quo promittis te daturum 100. pro beneficio consequendo, quod nec animum habes emere, nec stare promissis. ibid.2.b.
4 An Simonia mentalis, in qua ex mala voluntate peruenitur ad dandũ aliquid, vel recipiendum tẽporale pro spirituali reipsa nulla illius facta declaratione, obliget ad restitutionẽ eius quod per eã acceptũ est. 260.2.b.c.
5 An Simonia mentalis & conuentionalis in qua temporale datum est pro spirituali nondum percepto, ad restitutionem obliget. 263.1.d.c.

IN TRACTATV DE PLVRALITATE beneficiorum.

An plura beneficia sint compatibilia, 266.1.c.d.

IN CAP. NAVIGANTI DE VSVRIS Quo de Cambijs agitur.

AN verus sit intellectus huius cap. Vsurarius est censendus, qui vltra mutuatũ recipit, quamuis periculũ in se recipiat, vel Vsurarius est censendus mutuans pecunias eunti ad nundinas cum pacto alicuius lucri, eo quod in se periculum recipiat. 270.1.a.b.
2 An Cambium ob officium licitum sit, & an ob laborem mutuandi fas sit aliquid accipere. 274.2.f.
3 An qui mutuauit centũ aureos, eorũ pretio crescẽre, illud plus quo creuerunt, possit iustè recipere. 283.1.a.b.
4 An pecuniæ pretium crescat & augeatur, eò quod eius magna inopia aut abundantia existat. 284.1.b.c.
5 An absens pecunia minus valeat, quàm præsens eo quòd à loco, in quo emitur absit. 287.2.d.e.
6 An licita sit negotiatio qua Lugduno, Vlysipone, Merina & similibus Romã, Florentiã, Antuerpiã pecuniæ mittũtur ob cãbiũ, & exijs rursum Lugdunũ Hispalim Merinã & in alias huiusmodi remittuntur. 288.2.d.e.
7 An Castellanus Vlysipone mercatori cuidam Lusitano certos ducatos dare potuit, quos cum certo lucro in primis nundinis Methinę Cãpensis, quæ inde ad quatuor aut tres mẽses futuræ erãt, sibi redderet. 290.1.f.

RELECTIO IN CAP. SI QVANDO, DE RESCRIPTIS.

PRÆFATIO.

QVoniam multi huius Curiæ amplissimæ viri, eruditi, & studiosi cupiunt, vt typis excudantur duæ Prælectiones, quas nos ante circiter quadraginta annos habuimus in inclyta Lusitaniæ Conimbricensi Academia, super cap. si quando. & cap. cum contingat. de rescript. occasione cuiusdam magnæ causſæ beneficiariæ, quæ tunc occurrerat, decreuimus eis morem gerere, implorata primum Sacrosanctæ Sedis Apostolicæ, cui omnia subiicio, immo & cuiuslibet alius melius me sentientis exoptata censura. Quoniam item ob aliquas causſas nonnullis viris, pietate, prudentia, & eruditione clarissimis, in quibus est Reuerendissimus in Christo Pater F. Sixtus Fabri Lucensis, Illustrissimi Ordinis Prædicatorum, Magister Sacri Palatij, visum est gratius fore Deo Opt. Max. vt tacitis nominibus litigantium & dignitatis, super qua litigabatur, id fieret, abstulimus illa, & quædam alia ad veritatem doctrinæ parum pertinentia, quibusdam aliis, quæ vtiliora sunt, eis substitutis.

THEMA SEV CASVS.

QVidam A. Canonicus Ecclesiæ cathedralis B. renunciauit suam Canoniam in fauorem patris C. qui tunc erat infans, reseruato sibi accessu, & regressu: & contra pater dicti C. renunciauit quamdam Cantoriam, & canonicatum alterius Ecclesiæ cathedralis D. in fauorem præfati A. reseruato etiam accessu, & regressu præfato patri dicti C. Mortuo autem post multos annos prædicto A. quidam E. accepit prædictam Cantoriam, & cepit possessionem, vti vacantem per eius obitum, virtute cuiusdam indulti Reginalis à Papa concessi. Quare præfatus C. qui iam erat Archidiaconus alterius Ecclesiæ, petiit præfatam Cantoriam à prædicto E. virtute dicti regressus & accessus sibi à Papa concessi cum hac clausula, Quod in casum non solutionis pensionis esset priuatus prædictis Cantoria, & Canonicatu: & quòd tunc, ac dicto A. cedente, vel decedente: seu Cantoria, ac Canonicatu, & præbenda D. huiusmodi quouis modo vacantibus, etiam apud Sedem, &c. Non obstantibus, &c. Et si horum expressio, &c. Quorum tenores haberentur pro expressis, &c. *Quibus sic stantibus quæsita sunt duo à prædicto Doctore Martino ab Azpilcueta Nauarro, qui tunc regebat cathedram primariæ functionis in inclyta Lusitaniæ Academia Conimbricensi. Alterum est, An exceptiones, quæ opponebantur contra C. & suum regressum essent legitimæ. Alterum, An causſæ nullitatis, quæ opponebantur contra executorem prædicti C. & eius censuras essent efficaces. Qui quidem Doctor quia tunc interpretabatur titulum de rescriptis, ne fraudaret auditores interpretatione illius, primũ quæsitũ disputauit super cap.* si quando. *quæst quoddam auctariũ eius: & secundũ super cap.* cum contingat. *vt alterũ etiam auctariũ eius, allegando bona fide pro vtroque litigante, quæ videbãtur alleganda: & suam pro parte, quæ sibi videbatur verior, sententiã pronunciando.*

PRIMVM PRÆLVDIVM.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum ad lites surreptitium regulariter ipso iure validum: ad beneficia verò non, nec executorum ipsius deputatio.*
2 *Rescriptum ad beneficia sine speciali mandato valet.*

DIspvtatvrvs igitur prius quæsitum, nempe, An exceptiones oppositæ ab E. contra C. & accessum, vel regressum eius sint legitimæ, præmittendum erit primum sub quo genere rescriptorum eæ litteræ accessus, & regressus sint constituendæ. Et certum est primum, inter rescripta ad beneficia constituendas esse, qua parte facultatem ad præfatam Cantoriam accedendi, cùm vacaret, continent: quoniam non fuerunt datæ principaliter ad lites definiendas ac dirimendas, sed ad assequendum beneficium, vt palam est.

Ex quo infertur primum, eas ipso iure nullas esse, si sint surrepticiæ. Siquidem licèt rescriptum ad lites surreptitium, non sit regulariter ob id ipso iure nullum, secundum glossam,[a] quam communis ibi, & vbique sequitur: tamen rescriptũ ad obtinenda beneficia, regulariter ipso iure nullũ est, si surreptitium fuerit, secundum præfatam glossam,[b] ab omnibus receptã. Adeo quòd deputatio quoq; exequutorũ, & iudicum illi accessoria, licèt sit quoddam rescriptum ad lites, est ipso iure inutilis, vt habet cap. *constitutus*,[c] vbi Panormitanus & Decius,[d] hoc adnotarũt: & in cap. *cæterũ*,[e] & latius Felinus,[f] & latius nos trademus in cap. *cum contingat*.[g]

a *In cap. ad audientiã. 2. de rescript.*
b *cap. 2. audientiam. 2. de rescript.*
c *infra eod.*
d *In vltimo notabili.*
e *Col. 2. supra eod.*
f *Dicto cap. ad audientiã. 2. col. 12. versf fallit secundo nu. 19. & col. 15. & 16. nu. 20.*
g *infra eod.*

2 Secundo infertur, non posse contra literas has opponi, esse impetratas sine speciali mandato præfati C. licèt verè ita videantur impetratæ, quoniam tempore impetrationis nondum erat C. septennis, quia licèt rescriptum ad lites, sine mandato speciali impetratum regulariter non valeat iure communi, vt est in cap. *nonnulli.* [a] vbi dicemus, an stylus Curiæ in hoc à iure scripto differat: non autem rescriptum ad beneficia, secundum glossam quam Cardinalis ibi putat singularem, [b] quæ tamen similem habet in præcitato cap. *nonnulli.* [c] quas Corsetus, [d] & Felinus in prælegato, [e] & Panormitanus cum Rauennate, & Andrea Siculo, fad sidera extollit.

a §. *sunt & alij. infra eod.*
b *In c. ad aures. infra eod.*
c §. *sunt & alij.*
d *In verbo mandatum.*
e §. *sunt & alij. col. 8.*
f *In dicto ca. ad aures.*

SECVNDVM PRÆLVDIVM.

SVMMARIVM.

3 Rescriptum an dici possit executorium, etiam si nemo alius à Papa sit collator, vel compulsor.
4 Mandatum de prouidendo triplex.

3 PRÆMITTENDVM secundo, quòd eæ litteræ non sunt constituendæ inter rescripta monitoria, neque præceptoria, neque executoria. Siquidem si hoc, de quo nos agimus, rescriptum sub harum aliqua specie contineri posset, maximè contineretur sub executorio. Quod tamen non videtur dici posse: quia in eo non dantur executores ad prouidendum, neque compellendum, à quorum deputatione rescriptum appellatur executorium, secundum omnium mentem. Nisi diceres, ipsummet Romanum Pontificem qui confert hunc accessum, & vult has literas haberi pro titulo & collatione, eatum executorem esse: quod in simili casu de ipsomet Leone commendante quædam beneficia sub certa conditione dici posse, ait Guillermus Cassador, Episcopus Algarensis, vir non minus eruditione, quàm dignitate illustris. [g]

4 Pro quo vltra rationem, quam ipse affert, facit, quòd rescriptum ad beneficia per quod ius tantum ad rem quæritur, in prædicta tantum tria genera diuiditur, iuxta doctrinam egregiam Panormitani, [h] & in cap. *constitutus.* late satis superque tradit Compostellanus. Pro qua diuisione mihi est textus iuris optimus in cap. *ex insinuatione.* [i] tametsi probe illam comprobet cap. *dilectus.* [k]

Sed responderi posse videtur, illam diuisionem trimembrem non comprehendere omnia rescripta, quæ ad beneficia dantur; sed solùm ea, quæ sunt mandata de prouidendo: quorum de numero non sunt regressus, neque accessus, neque illæ, quæ cum futura successione concèduntur, coadiutoriæ. Hæc enim non sunt mandata de prouidendo: sed prouisiones conditionales, quas solus Papa facere potest, iuxta glossam, [l] quæ multis probata, & putata singularis, & in his à Felino, [m] habet, cum solum posse conferre beneficia sub conditione ad tempus, & in diem: quamuis id rarò in Regno Franciæ facit, iuxta glossam. [n] Parui tamen refert, an appellentur executoriæ, nec ne: quia de solo nomine videtur quæstio, quæ pertinacibus est relinquenda, iuxta glossam. o * Postquam, & post hæc scripta nostra, constitutum fuit à sacrosancto Concilio Tridentino, [p] ne cui beneficium accessus, aut regressus ad beneficium ecclesiasticum concedantur, neque coadiutoriæ cum futura successione, etiam de consensu principalis, præterquam in quodam casu, ibi expresso. *

g *In dect. 3. de præbend. nu. 24.*
h *In c. mandatum. & c. capitulii. infra eod. vbi.*
i *Infra eod.*
k *3. de præb.*

TERTIVM PRÆLVDIVM.

SVMMARIVM.

5 Papa solus sub conditione, ad tempus, & in diem confert.
6 Expectatiua omnis est gratia conditionalis.
7 Accessum & expectatiuam ad diem conditionalis trahi, & ante illam impletam solum ius ad rem dare.

5 PRÆMITTENDVM tertio, quòd eæ litteræ constituendæ sunt sub genere rescripti conditionalis. Tum quia non possunt dici mandatum de prouidendo, vt dictum est. ergo prouisionem continent, & non putam: quoniam beneficium viuentis nemini nisi Papa confert, vt habet cap. 1. [q] & Regula Cancellariæ, [r] quam scite ac pulchre declarat Decius, [s] ergo conditionalem prouisionem continent.

q *De concess. præben. 1 2.*
r *Conf. 308. incipiente, in causa.*

6 Tum quia omnis gratia expectatiua beneficij dicitur conditionalis, secundùm Dominos Rotæ, [a] per l. 3. [b] & l. *cùm ita.* [c] & *l. vnum in familia.* [d] per quæ iura idè etiã tenet Oldradus [e] & Cassador. [f] Quamuis ad præcitatã l. 3. & ei similia responderi posset id, quod Bartholus respõdet. [g] Quòd autem sit conditionale, etiam ex contextu ipsarum litterarum patet. sic enim habet, *Si A. illa, & illa non fecerit, ac etiam, eo decedente, vel cedente, vel quouis modo vacante.* quos ablatiuos absolutos constat inducere conditionem iuxta l. *à testatore.* [h] & ibi Bartholus & alij, & in l. *ab emptione.* vbi etiam Bartholus. [i]

7 Ex quo infertur, diem datæ huius prouisionis ad diem conditionis adimpletæ trahi: non autem contra, diem conditionis adimpletæ ad diem datæ. Id enim omnibus expectatiuis est commune, Quod annotauit glossa memoratu digna, cap. *si soli.* in glossa magna, circa medium, [k] & cap. *si prote.* [l] arg. cap. *præterea.* [m] & cap. *licet.* [n] & cap. *super eo.* [o] & §. *ex conditionali.* [p] & l. *prætor.* [q] & late probat Cassador. [r] Siue quia substantiam suam plus capit ex conditionis existẽtia, quàm ex alio, iuxtà doctrinam Cardinalis, [s] & Imolæ. [t] Siue quia extremum, ad quod retrotrahenda erat conditio, non erat habile, attento tempore datæ quoniam tunc beneficium sub conditione collatum alterius viuentis erat, argumento eorum, quæ in simili affirmat Decius. [v]

a *Decis. 847. Vrbanus. col. 2. qua in nota rubri. est 10. de consens. præb. in anni.*
b *ff. qui, & à quibus. cff. de opt. leg. d ff. de leg. 2.*
c *Conf. 58. n. 5.*
f *In dec. 3. n. 6. de præb.*
g *In leg. Mæuius. §. duobus. ff. de leg. 2. in 4. oppos. 3. parte. n. 10.*
h *ff. de cond. & demon.*
i *ff. de pact. cum similib.*
k *De consens. præb. lib. 6.*
l *Hoc tit. lib. 6. & clem. 1. verb. exequntorem. de cõcess. præb.*
m *2. de appell.*
n *De voto.*
o *De condit. appos.*
p *Institutioni. de verb. obli.*
q *ff. qui pot. in pign. habean.*
r *In præcitata dect. 3. nu. 6.*
s *In clem. pastoralis. in prine. qu. 1. de re iud.*
t *ibi, col. 4. vers. quarit Guillermus.*
v *In præfato c. præterea.*
x *In reg. de non tollen. in re quæsito.*

QVARTVM PRÆLVDIVM.

SVMMARIVM.

8 Accessus, noua vox, etiam iurisperitis quid significet, & apud quos inueniatur.

8 PRÆMITTENDVM quarto, quòd hæ litteræ nouo nomine Curiæ Romanæ appellantur litteræ accessus: & gratia in eis contenta simpliciter accessus. Inter enim nouem modos, quibus ius ad beneficia, non tamen in eis, siue ius ad rem, & non ius in re quæritur, quos non minore cum vtilitate, quàm diligentia scripsit Ludouicus Gomesius, Sarnensis episcopus, & Prætorij Rotæ Auditor, vir vtique doctissimus, vt eius opera testantur, [x] vnus est ille, quem vocant accessum, quando scilicet Papa concedit alicui litteras tales, per quas ex tempore datæ facit collationem alicui certi beneficij conditionalem, si talis, aut talis casus contigerit, permittendo, vt earum auctoritate liceat ei sine alia collatione noua possessionem capere, illius conditione adimpleta. Quod nomen accessus in hac significatione, tametsi non memini, me legisse in aliquo capite totius corporis iuris: inuenio tamen in quadam regula Cancellariæ S.D.N. diuin. prouidentia Pauli, huius nominis Papæ Tertij, publicata 30. Octobris an. 1534. In alia item eiusdem publicata in Cancellaria 22. Augusti. 1536. Quamuis item ordinariè scribentium neminem meminerim ea voce in hac significatione vsum fuisse: sic tamen vtitur ea Gomesius, cum in aliis locis, tum in præcitata q. 1. y iuxta Cassador item. z Pro qua significatione omnium, quæ meminerim, maximè facit cap *non autem.* [a] in illis verbis. *Vt non succederet in cathedram Episcopo: sed accederet.* super quo mox aliquid dicam.

y *Num. 40. & in q. 4. re. de non iudican.*
z *In dect. 1. de pact. col. fin. & 7. quæst. 1.*

QVINTVM PRÆLVDIVM.

SVMMARIVM.

9 Accessus renunciatione nihil iuris in re vacare.
10 Regressus & coadiutorias ius tantùm ad rem tribuere.
10 Intellectus communis cap. non autem. 7. quæst. 1. reprobatur.

9 PRÆMITTENDVM quinto, quòd eæ litteræ adnumeratæ sunt rescriptis ad beneficia, per quæ ius ad rem quæritur, & non in re. Tum quòd duo simul in vno beneficio ius in re habere nequeunt, vt est in cap. *maioribus,* cap. *tuæ.* [b] in cuius glossa nos superiore anno rationem reddebamus memorabilem. Cum ergo A. ius in re haberet in præfata Cantoria, consequens est dicto C. non potuisse competere ius in re in ea, illo viuente: sed tantùm ad rem. Tum quòd cui debetur aliquid sub conditione, non dicitur ei debitum ante conditionem purificatam: sed solum spes debitum iri. [c] at supra est conclusum, hunc accessum, siue litteras eam continentes gratiam, prouisionem continere conditionalem. Ergo

b *De præben. c. ex conditionali. inst. de verb. obligat. l. cedere diem. ff. de verb. significat. c. si pro te. de rescrip. lib. 6. & clem. 1. in prine. de concess. præben.*
c *§. ex conditionali. inst. de verb. obligat. l. cedere diem. ff. de verb. significat. c. si pro te. de rescrip. lib. 6. & clem. 1. in prine. de concess. præben.*

proposi-tum. Tum quòd si C. huic accessui ante mortem præfati A. renunciasset, vel ante illius mortem obiisset, nihil iuris ex persona ipsius, quo ad præfatam Cantoriam vacasset, vt palam est. ergo nihil iuris in ea per hunc accessum ante mortem A. fuit illi quæsitum.

10 Tum denique quòd per regressum, & per coadiutorias cum futura successione, etiam de consensu concessas, solum ius ad rem quæritur, & non in re, secundum præallegatos Gomesium, & Guillermum in præcitatis locis, & clarè satis sentit Cardinalis, [a] neque est vllus, qui contrarium affirmet: nam neque sustentari posset, nisi concederemus fieri hodie cum quolibet triuiali homine, quod cum solo Augustino memoratur esse factum in singulari cap. *non autem.* [b] quod videtur habere, Augustinum per indulgẽtiam Apostolicam fuisse factum Episcopum eiusdem Episcopatus, cuius erat Valerius, viuente illo, & consentiente, secundum communem intellectum Panormitani, [c] putantis illud in hoc singulare, & secundum Cardinalem. [d] Qui tamen intelligendi modus non satis mihi arrisit ab eo tempore, quo legi apud Posidonium, in vita S. Augustini, [e] id sine Romani Pontificis dispensatione factum fuisse: & postquam legi, illum verbo, & scripto docuisse magnum Augustinum, id fieri non debuisse.

Ex quo dicto breuiter infertur, quàm sine mente sonum dent, qui asserunt, præfatum E. tollere beneficium prædicto C. quod diu fuit ipsius: cùm tamen eius fuerit, neque prædicti E. ante mortem A. Hactenus de præludiis, nunc exceptiones discutiamus.

a *In cons. 70.*
b *7. quæst. 1.*
c *In cap. quoniam. de offic. ord.*
d *In illo cons. 70.*
e *Col. 5.*

EXCEPTIO PRIMA.

SVMMARIVM.

1 Clausula, non obstantibus, &c. etiamsi esset talis, &c. quorum tenores, &c. tollit necessitatem inserendi tenorem contrariorum.
2 Etiamsi caueatur in illis contrarium.
2 Etiam secundum contrariam opinionem, quando id in lege poneretur, vel stylus curiæ haberet, quod constat habere.

PRIMA Exceptio, quæ materiæ cap. *nonnulli.* [f] conuenit, qua præfatum E. aliqui niti arbitrantur, est, quòd indultum præfatum Reginale, cui E. innititur, derogare videtur omnibus rescriptis sibi contrariis, propter multas & fortissimas clausulas, quibus munitur, argumento cap. fin. [g] & clem. *dudum.* [h] & eorum quæ tradit Bartholus, [i] & Antonius, [k] & Panormitanus. [l]

1 Neque obstat huic exceptioni, quòd aliquos audio respondere, scilicet præfati C. accessui non posse derogari, nisi totus illius tenor de verbo ad verbum expressè rescripto derogatorio inseretur, quia id in eo potissè cauetur: qui tamen indulto reginali nõ inseritur, non inquam hoc obstat: quoniam inter alias clausulas, quibus prædictum indultum munitur, est etiam illa, *Non obstantibus contrariis quibuscumque: etiam si essent talia, de quibus faciendam esset mentio de verbo ad verbum: quorum tenores, volumus haberi pro expressis.* Per quam clausulam tollitur necessitas illa tenorem contrariorum inserendi, per textum, quem in hoc singularem putarunt ibi. Bald. & Angelus, ponderando verbum, speciatim ac nominatim, [m] quem etiam eisdem verbis commendat Iason, [n] aptus in hoc textus in cap. 1. [o] & in cap. *quia sæpe.* [p] Et mea sententia omnium aptissimus textus in extrauagante, *rem non nouam,* [q] quam opinionem tenet Federicus, [r] quem sequitur Ioannes ab Ananias, [s] dicens, hanc esse communem opinionem. Sequuntur etiam hi, quos retulit Felinus, [t] & latius Iason. [v] Eandem etiam sequitur Probus. [x] Quæ procedit etiam, quando dispositio prior, cui derogandum est, prohiberet, ne illi derogari posset, etiam per clausulam hanc, per quam non expressa pro expressis habentur, quod Collectarius solus expresit, [y] quamuis Baldus Collectarium referens, & probans ibidem satis hoc etiam senserit: non tamen ita planè, vt ille aperit: vterque tamen concludit, volente Papa, vt tenor obstantium habeatur pro scripto de verbo ad verbum, nulla obstantia rescripto nocere:

f *Infra eod.*
g *De sen. excom. lib. 6.*
h §. *nos etenim. de sepul.*
i *In l. si quis. in prine. ff. de leg. 3.*
k *In c. 1. supra eod.*
l *In cap. cum instantia. de censib.*
m *In l. omnes. C. de præscri. 30. vel 40. ann.*
n *In cons. 11. 3. vol. col. 3. & in cõs. 121. volu. 4. col. 1.*
o *De transact.*
p *De electiõ. lib. 6. & in clement. 1. & 2. de sepultu.*
q *De dol. & contu.*
r *Cons. 47. habita super casu.*
s *Cons. 56. in sapien. iis, qua in facto proponuntur.*
t *In c. accedẽtes. col. 3. de præscript. & in c. nonnulli. 6. 9. infra eo.*
v *In præcitato cons. 121.*
x *In ea. collatio. col. 3. de offic. delegat. li. 6.*
y *In c. cum dilecta. nu. 3. de rescript.*

A quia contra libertatem plenitudinis, potestatis Papæ nihil statui potest. Nec in eo habet locum dispositio l. *sed & si quis.* [a] & secundum hoc iudicatum vidisse ait Albertus à Rosate, [b] vbi, licèt in hoc Cynum reprobet, non tamen ait, eum mentiri, saltem in meo libro, licèt Felinus, id imponat ei, & quamuis multi, & in his Calderinus contrariam partem tueantur, [c] & Cardinalis, [d] & multi alij, quos refert Iason, [e] & Felinus, [f] & quamuis vterque illorum hanc partem teneat in locis supra citatis, & Curtius Iunior dubitet. [g] Felinus tamen vir cautus ait, eam non procedere, quando derogatio fieret per viam legis, & quando stylus Curiæ contrarium haberet. Quod verbum non satis expendit Iason, [h] licèt Felinus allegando, multa ex eo mutuatus fuerit. Sed neque Ioannes 2. Selua, licèt fusissime hanc conclusionem cum omnium dictis tractauerit. [i] At contrarium habere stylum Curiæ testantur Collectarius, & Probus in locis supra citatis, & Gomesius in proœmio regularum Cancellariæ, [k] dixit in Prætorio Rotæ semper teneri consilium 2. Antonij à Buttrio, qui iuxta conclusionem hanc consuluit. id, quod etiam nos consuluimus frequenter post horum editionem: eo maximo moti, quòd stylus Curiæ facit ius, [l] & quòd contraria opinio plenitudini libertatis Papæ derogaret, vt ait Collectarius. Alia tamen ratione exceptio hæc tollitur: quia Reginale indultum excepit regressus, accessus, & de consensu coadiutorias: & litteræ C. vt in præludiis est dictum, accessum quemdam concedere videntur: qui si est validus per hunc indultum non tollitur, quia expresè in eo excipitur. Vnde, si satis omnes calluissent ius, quod per huiusmodi litteras prætendi potest, accessum nouo nomine Curiæ Romanæ vocari, non credidissent, præfatum E. hac, quæ triuola est, niti exceptione.

a §. *quæstiõ. ff. si quis caut.*
b *In l. 1. Cod. quan. imp. int. pupil. & vidu.*
c *Cons. 2. de privilcg.*
d *Cons. 53. do minu Gregorius.*
e *In illo cons. 121. vol. 4.*
f *In c. accedẽtes. de præscr. col. 3.*
g *In cons. 110. nu. 32. par. 2.*
h *In illo cons. 121.*
i *In lib. de benefic. part. 3. quæst. 14.*
k *Quæst. 6.*
l *Cap. quam grauis. de cri. falsi.*

EXCEPTIO SECVNDA.

SVMMARIVM.

1 Clausula vni accessoria non refertur ad alia.
2 Etiam, hæc vox implicat & ampliat.
3 Clausula, Quouis alio modo vacante, quos modos includit.

1 SECVNDA Exceptio, quæ tangit materiam c. 2. [m] est, quòd accessus is concessus fuit C. in pœnam non solutæ pensionis, & non simpliciter: & quòd casus ille pensionis non solutæ contigit. Pro qua exceptione facit quòd omnia rescripta ad beneficia restringenda sunt, & non amplianda, [n] & quòd clausula, quæ alioqui deberet ad multa referri, & quando tamen inseritur alicui capiti tamquam illius accessorium, non debet ad alia referri iuxta cap. *cum dilecti.* [o] secundum vnum intellectum, & Panormitanus declarat, [p] tradit Bartholus, [q] quem sequitur Alexander, [r] & est recepta conclusio.

2 Sed neque hæc exceptio obest præfato C. Tum quia illa coniunctio, *Ac*, copulatiua diuersitatem denotat eorum casuum, quos coniungit, iuxta glossam celebrem, [s] nisi quando ratio aliqua earum, de quibus in cap. 2. [t] diximus, aliud suadet: qualis tamen hic nulla concurrit. Tum quia dictio, *Etiam*, implicatiua est, & ampliatiua, iuxta l. [v] clemen. *religiosus.* & ibi Cardinalis, [x] & clem. 1. [y] vbi Cardinalis, [z] & clem. 1. §. *in quibus.* [a] vbi etiam Cardinalis tradit, & Marianus præter alios, [b] quæ dictio, *etiam*, in his litteris ponitur post illam, *Ac*, vt vides, & ita denotat, alium esse casum, ac magis dubium eum, qui sequitur: & consequenter non esse illum, qui supra est relatus, scilicet vacationis ob pensionem non solutam.

3 Tum quia in concessione prædicti accessus additur illa vniuersalis, *Quouis modo vacet.* per quam omnis modus vacationis intelligitur, secundum glossam memorabilem in cap. *susceptum.* [c] modo vacatio ex persona contigerit expressa, secundum Lapum, Dominicum & Perusinum, [d] & Rotam. [e] Adeo vt defectus verisimilis notitiæ mortis renunciantis non obsit impetrationi per renunciationem factæ, quando additur illa vniuersalis, *Vel alio quouis modo vacet.* secundum glossam Pragmaticæ sanctionis,

m *Supr. eod.*
n *Cap. quamuis. de præbẽ. lib. 6. cum similibus.*
o *De donat.*
p *In c. secundo requiris. de appell.*
q *In l. si. ff. de reb. dub.*
r *In l. si idem cum eodem. §. ff. de iuri. omn. iud.*
s *In vnb. ff. de iuris & facti. ignor.*
t *Supra eod.*
v *Leg. etinim. ff. de minoribus.*
x *Num 1. de procur.*
y *De testam.*
z *Num. 1.*
a *De supplen. neglig. prælator.*
b *De visita. fol. 2. col. 3.*
c *De rescrip. lib. 6. in verb. expressè.*
d *Ibid.*
e *Decis. 27. in nouis, quæ in nou è rubri catis est 1. de sequest. fruct.*

a *Tit. de cessa. in verbo faciendas. in fi.*
b *De benefic. 3 par. qu. 60.*
c *In quæst. 2. super illa reg. de verisimili. not.*
d *Vbi supra.*

ctionis, [a] & Seluam, [b] quamuis contra frequenter pronunciatum esse testetur Gomesius, [c] de quo in præsentia, tamquam de re proposito extranea non pronuncio; quia tamen audio in hac re meam desiderari sententiam, dico, vtramque partem disputanti probabilem; iudicanti verò eligendam esse illam, quam maior pars Auditorum Rotæ delegit, auctore Gomesio, [d] nempe nocere defectum verisimilis notitiæ, per ea, quæ ille citat: & quia non debet plus prodesse expressio vacationis per obitum generaliter per clausulam generalem, *Quouis modo vacet*, facta, quàm specialis, qua exprimitur vacatio per obitum: quæ tamen non prodest antequam tempus sufficiens ad verisimilem notitiam labatur, per regulam præfatam de verisimili notitia. Per quæ quidem omnia apparet modus dissoluendi ea, quibus hæc exceptio nititur.

EXCEPTIO TERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Sicut asseritur, & Sicut asseris, *differunt. nu. 2.*
2 *Accessum & regressum ob solam renunciationem dari.*
3 *Causa gratiæ impulsiua quæ vitiat.*
4 *Titulus canonicus, & coloratus non æquè probandi.*

c *Infra eod.*

1 TERTIA exceptio, quæ tangit materiam cap. *postulasti.* [c] est, quòd præfatus C. affirmauit Leoni Papæ, se habere Apostolicam prouisionem hujus cantoriæ, quando has litteras sibi concessit. sic enim habent ipsæ litteræ post principium, *Tu, cui aliàs, vt asseris, de canonicatu, & præbenda, ac cantoria Ecclesiæ D, tunc certo modo vacante, Apostolica auctoritate prouideri concessum fuerat, concessioni gratiæ huiusmodi litteris apostolicis desuper non confectis, per certum procuratorem tum ad id à te specialiter constitutum, in manibus nostris sponte & liberè cesseris*, & reliqua. Is autem C. non ostendit huiusmodi prouisionem vllam: quod tamen est necessarium, quia primò non attestatur Papa, eam prouisionem ei fuisse factam: sed eum asserere, sibi aliàs fuisse prouisum, siue prouideri concessum.

2 Et ponderandum est, quòd non ait: *Sicut asseritur*, sed, *Sicut asseris*: & ita ei probandi onus incumbit, secundum Rotam, [f] quam citauit Felinus, [g] quę in nouissimè rubricatis est 77. [h] facit l. *ei qui dicit.* [i] & cap. *in præsentig.* [k]

3 Secundo quòd stylus Curiæ habet, raro, vel numquam vllum alicui concedere regressum, vel accessum, nisi renuncianti alicui titulo canonico, vel colorato: vel ei, quem ad hoc renuncians nominat, vel Rege aliquo, aut patrono grauiter instante, quod palam est omnibus, qui aliqua ex parte Romana negotia huius generis callent. Tertio facit quòd omne id, quod expressum mouere potuit Principem ad facilius concedendum gratiam, eam efficit subrepticiam, si non est verum, quod exprimitur, etiamsi non contineat causam finalem: sed tantùm impulsiuam, per textum omnium iuris optimum in cap. *postulasti.* [l] *Non tam de leui concessissemus.* vt ibidem annotauit Panormitanus communiter receptus, & Decius. [m]

Neque obstat, quòd Decius, sibi contrarius contrarium affirmat, [n] in eo, quod de impulsiua causa diximus, motus ad id per cap. *dudum.* [o] quoniam primo hęc, de qua loquimur prouisio, & eius renunciatio causa finalis huius accessus fuerunt, intelligendo saltem per causam finalem id, quod Decius, [p] intelligit, illud scilicet quod est causa, vt Papa soleat concedere, vel negare quod aliàs non concessisset, vel negasset. Secundo quòd opinio communis præstantior videtur, & irrefragabiliter probatur per illud cap. in illis verbis, *Non tam de leui concessissemus*, quibus solutio Decij non satisfacit. Neque illius opinionem probat præcitatum cap. *dudum.* in illis verbis. *Nihilominus concessissemus.* per eum ponderatis, quæ satis expensa pro communi opinione faciunt, quoniam qui maiori cum difficultate, ac morositate concedit, non nihilominus, immo aliqua parte minus concedit, iuxta illud glossę, [q] *Qui cito dat, bis dat.* & cap. 1. de plus petitionibus, & illud Senecę, *Nihil carius emitur, quam quod precibus impetratur.* Facit cap. *& si quæstiones*, [r] coniuncta glossa. [s] cum citatis ab ea. Et in casu illius cap. *dudum.* tam facile concessisset Papa secundum gratiam, facta mentione de potestate Legato data, sicuti non facta. Vnde illud cap. solum probat ad summum, quòd taciturnitas causę illius impulsiuę, quæ expressa,

a *In c. in nostra sub fi. de rescript.*
b *Decis. 250. in antiq. quæ est 70. in tit. de præben. in nouissime rubricatis. cff. de iur. deliberan.*
d *De offi. deleg.*

e *Num. 1.*

f *In reg. 1. de caus. possess. & propriet.*
g *In cap. 1. de reg. iur. lib. 6.*

EXCEPTIO QVARTA,

SVMMARIVM.

1 *Simonia est renunciare beneficio, vt alius renunciet suo.*
2 *Simonia est omnis renunciatio beneficij cum conditione, modo, vel pacto: quamuis non ea, quæ fit eo animo, vt illi, vel illi detur.*
3 *Simonia sola realis excommunicat, & annullat.*
4 *Simoniacorum Deum timentium consolatio non parua.*
4 *Simonia in ordine & beneficio monstrum horrendum.*
5 *Simoniacus realis circa beneficia & ordines excommunicatus: & si celebrat irregularis; nec quærit ius in beneficio, nec possessionem, nec fructus: nec spoliatus restituitur: nec regula de triennali possessione gaudet.*
6 *Simonia ab vtroque non completa hęc mala non facit.*

h *Infra eod.*

QVARTA Exceptio, quæ materiæ cap. *sedes.* & cap. *ad audientiam. 2.* [h] mire congruit, est, quòd prouisio prędicti C. [i] quam habet ante hunc accessum E. impetratam, videri potest cum labe simoniæ impetrata. Verisimile namque videtur, patrem dicti C. & A. voluisse quidem, sed non potuisse impetrare accessum, aut regressum pro C. filio ad præfatas cantoriam & canoniam, quæ erant patris dicti C. sicut impetrauit regressum pro A. ad canoniam Ecclesiæ cathedralis B. in cuius tunc fauore renunciauit pater præfati C. vel quia C. nondum erat proximus septennio, vel quia Papa noluit alij, quàm renuncianti cõcedere illam. Quamobrem inter eos conuentum fuisse, quod sæpe fieri, credere par est, vt pater quidem dicti C. cõsentiret, regressum fieri præfato A. & ipse A. idem faceret præfato C. cum id faciendi opportunitas occurreret, qua conuentione facta patrem dicti C. virum, vt fama fert, dexterum impetrasse illi prædictam cantoriam, & canonicatum, quasi certo modo vacantes, in hoc solùm, vt dum illi, quali quali titulo C. in fauorem A. renunciarent, consentiente A. Papa, illi concederet regressum, vel saltem accessum.

1 Quæ si, vt præmittuntur, facta fuerunt, primo constat simoniæ labem in hoc negotio intercessisse. Simoniacum etenim est renunciare re beneficio tuo in alicuius fauorem, vt is suo renunciet in alterius fauorem,

a *1. quæst. 2.*
b *De pactis.*
c *De præben. d Tod. si. li. 6.*
e *Verb. libera liter.*
f *Cap. 23. nu. 100.*

argumento cap. *quam pio.* [a] & cap. fin. [b] & textus in specie in cap. *dilecto.* [c] iuncta glossa 1. & cap. *dudum* [d] coniuncta glossa. [e] Quod post alios in Enchirid. Confess. latius probamus. [f]

Ex quibus quidem colligitur, omnem sacerdotij, siue beneficij ecclesiastici renunciationem cum conditione, modo, vel pacto factam illicitam, ac simoniacam esse. Tamen in renunciatione, sola intentione animi facta, vt illi, vel illi detur, locum non habere, latius & clarius, quam hactenus alius, explicauimus anno superiori in illo cap. *dilecto.* post glossam singularem [g] & Felinum [h] & S. Antoninũ, qui clarius aliis loquitur: [i] quibus nouissimè adiecimus quædam in præfato Enchirid. Confess, [k] at constat, collationem per simoniam factam esse inutilem ipso iure, iuxta extrauagantẽ Pauli, quæ secunda est de simon. Ergo legitima videtur exceptio.

g *Ca. ordinatione. 1. qu. 1.*
h *In c. ad audientiam 2. col. 3. vers. est verũ. inf. eod. de rescript.*
i *2. par. tit. 1. cap. 1. §. 11.*
k *Practicato c. 23. num. 107.*

3 Cæterum, vt fideliter pro vtraque parte, quemadmodum initio fumus polliciti, dicamus, quod maxime commendamus, quodque singularissimum est, nullam scilicet simoniam, neque mentalem, neque conuentionalem, si modo alioqui non fuit realis, inducere tituli priuationem ipso facto, neque sententiam excommunicationis infligere, neque à prædicta extrauaganti Pauli comprehendi, secundum interpretationẽ Curiæ Romanæ, quam Prætorium Rotæ iam pridem sequi testatur Guillermus Casador, [l] ponderando illam extrauagantem [m] vbi respondet multis, quæ citantur pro aduersa parte, cui fere omnes scriptores adhærent: ipse tamen libenter ab eis discedo, & præcitato Guillermo accedo, dicenti hanc interpretationem à tempore conditoris videri natam propter periculum animarum, quod contraria inducit, quæ dura nimis est, & ita animabus valde periculosa, per quam, proh dolor innumeri excommunicati iudicandi erant, & titulis suorum beneficiorum vacui, Quam quidem decisionem, vt doleo, tardius, quàm vellem, vulgatam fuisse à Casadore viro Romanorum rerum peritissimo, ita gaudeo, eam affirmari etiam à Gomesio, viro varia eruditione illustri, in illa quæstione vtilissima, quam duodecimo loco disputauit. [n]

l *In decis. 5. de constitutioni. in ver. statutes. in verbo dando, vel recipiendo.*
m *Super regula de triennali possessore.*
n *Vbi supra.*

4 Nec parum lætor, quod ipse quoq; vt arbitror caussa ero piæ consolationis multorum Deum ex animo timentium, quos partim scio, partim audio grauissimis scrupulis angi, tum ob titulorum suorum nullitatem, tum ob excommunicationem, tum ob irregularitatem, per celebrationem diuinorum contractam, tum ob fructuum perceptorum restitutionem. Quæ tamen omnia cessant, secundum hanc auream decisionem, à piis omnibus, mea sententia, laudandam ob ea fundamenta & contrariorum solutiones, quæ prædictus Casador, [o] diligenter ac doctè scripsit. Quare omnes Christi fideles etiam atque etiam dehortor primum ab omni simonia circa ordines, & beneficia præsertim committenda, tamquam ab horrendo quodam monstro, siue illa sit mentalis tantùm, siue mentalis & conuentionalis, siue etiam realis, propter ea, quæ leguntur, & notantur in cap. *tanta.* [p] Eos autem, quibus vel per ignorantiam non probabilem, siue vincibilem, vt Theologi loquuntur, cupiditatem, ambitionem, vel aliam humanam fragilitatem, vel etiam malitiam ea inquinati polluisse contigit circa ordines, vel beneficia, hortor, vt circumspiciãt, num ad dationem, vel receptionem rerum promissarũ fuerit processum, Quo casu sciant sententiam excommunicationis incurrisse, & si ante absolutionem celebrauerint, irregularitatem contraxisse à summo solum pontifice delebilem; & nihil iuris in beneficiis, quæ per eam adepti sunt, quæsisse, & ad fructus restituẽdos obligatos esse, per præcitatam secundam Pauli extrauagantem, [q] quæ planè communis est omnium interpretatio. Imo neque possessionem illorum vmquam habuisse: adeo vt etiam spoliati restitui nõ deberent, neq; regula de triennali possessore, [r] gaudere. Quæ tria postrema nos pridè Salmanticæ cõsuluimus: & ideo postea exhibarati, confirmatique fuimus legentes apud eundem Casador. [s] ea probari Summo illi Rotæ Prætorio, quod etiam Gomesius [t] testatur. Si autem ad promissorum dationem, & receptionẽ non est processum, sed sola mente conceptum est propositum de committenda simonia: vel

o *In præfata decis. 5.*
p *Inf. de simõ. & c. fi. q. 7.*
q *Tit. de simõ.*
r *Qua. 33. est in regulis Innocentij iij.*
s *In decisione 2. de simon.*
t *Vbi supra.*

3 Secundo, quòd pater C. & præfatus A. erant amici maximo necessitudinis vinculo coniunctissimi. Quod constat ex renunciationibus mutuis, quas vterque in alterius fauorem fecit, etiam consentiendo concessioni regressum. Quod magnum argumentum & signum est amicitiæ, & fiduciæ: at non est amici impetrare sibi beneficium, quòd alius possidet, vt suum: argumento multorum paragraphorum, cap. 1. [a] Immo, vt audio, in hoc regno inimicus habetur, qui beneficium alterius viuentis impetrat, quasi certo modo vacans. Ergo non est vero simile, patrem prædicti C. impetrasse Cantoriam hanc & Canonicatum, quæ A. possidebat, & quæ obtinuerat per renunciationem eiusdem patris, quod ex bullis A. apertè satis supérque constat, sine consensu ipsius A. Præfatum autem A. constat, impetrationi tali non fuisse cõsensurum, nisi ad eum finem fieret, vt C. impetrationi illi renuncianti consentiret accessum pro regressu, quem patri eius renunciãti consensurus fuerat. Et ita dolosè videtur facta huiusmodi impetratio, dolus autem & fraus nemini patrocinari debent. [b] Ergo licèt prædictus C. ostendat huiusmodi prouisionem: quia tamen numquam ostendet, huiusmodi fraudem Papæ fuisse narratam, semper ipsius litteræ subreptitiæ erunt, & nullæ.

Tertio, quòd Papa hunc accessum ei cum pensione non concesisset, aut certè non tam facilè, si huius veritatis conscius fuisset. Ergo concessio inutilis fuit. [c]

Quarto, quòd Papa simplicitatis est amicus, [d] & nouit illud Euangelicum. [e] *Estote simplices sicut columbæ.* relatum in cap. *ex merito.* [f] Ergo apud eum non plus, sed minus poterit dolus, quam simplicitas. Quod satis ipsemet testatur in cap. 1. 5 at si pater prædicti C. & præfatus A. simplicissimis animis & candidis petiissent à Papa, vt dicto C. concederet pensionem cum accessu ad præfatam Cantoriam de consensu A. eius possessoris, nullatenus sine renunciatione annuisset, quòd ex Curiæ patet stylo, & supra est dictum. Ergo si scisset, eos per dolosam impetrationem beneficij viuentis, & eius allegationem quærere pensionem illam cum accessu, minime illa ei concessisset.

4 Quinto, quòd alias consuluimus, dispensationem Papæ, per quam sua Sanctitas religiosum ordinis Mendicantium, vel alterius transfert in canonicorũ regularium: eo quod habitu sui ordinis omisso, apostata factus incedebat, subreptitiam, & penitus inutilem esse: si habitum ille suum in hunc finẽ tantùm omisit; vt per hoc Papæ moueret clementiam: & hanc fraudem minimè detexit, argumento cap. *postulasti.* & eorum, quæ ibi traduntur, [h] & eorum, quæ supra, [i] adduximus. Pro quo facit illud singulare dictum Augustini ad Aurelium, [k] relatum in cap. *legi.* [l] *Non est danda via seruis Domini, vt facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores.* Per quod, & alia multa non possum sine stomacho scribere in quosdam, qui sibi Romanas res scire videntur, eo quòd, quæ Romæ fiunt, sciant: cum tamen causas, quare fiunt, minimè norint. Quorum aliqui consulti à religiosis de modo impetrandi facili, quo liceat eis mutare ordinem & habitum, respondent, oportere illos prius habitum temere relinquere, apostatas fieri, & excommunicationes incurrere grauissimas.

5 Alij vero consulti, quomodo impetrabunt dispensationem contrahendi matrimoniũ in secundo gradu equalis lineæ, vel tertio, respondent, si prius matrimonium facto contraxerint, & consummauerint. Contra quod nuper Sacrosanctum Concilium Tridentinum, [m] statuit, vt non dispensetur in matrimonio sciẽter contracto in gradu prohibito, si contrahentes, illud consummare aut si fuerint ea vt credimus, ratione, quod multi consummabant, quo facilius cum eis dispensaretur. Alia item id genus similia multa respondent, parum considerãtes, quod iis casibus, non solùm oportebit mentionẽ facere omissionis habitus, & contracti malè matrimonij scienter: sed etiam fraudis, qua grauiter peccando sunt vsi, vt benignior in eos esset Romanus Pontifex. Alioqui enim huiusmodi indulgentiæ, & dispensationes ipso iure inutiles erunt: apud Deum quidẽ, qui omnia nouit, & in foro conscientiæ simpliciter; apud homines autẽ tantùm, si & quatenus ea fraus probari poterit. In iudicio siquidem humano de non existentibus, & non apparentibus idem iudicamus. [n]

Sexto, quod nisi teneamus hanc, de qua loquimur, expressionem esse necessariã, paratur via, vt quicumque voluerit, facillimè cuicumque vólet, regressum concedat & pensionem. Dicam enim ei, cui voluero constituere pensionem: Impetra meum beneficiũ à sede Apostolica tamquam certo aliquo modo vacans, & postea renuncia illud mihi, reseruata pensione aliqua tibi cum accessu: cui ego consentiam. Per quæ vtique omnia, probatur, quod accessus fuerit, & est subreptitius: ac consequenter ipso iure nullus. Quod si C. contendat ea, quæ supra pro verisimilibus narrata fuerunt, non posse probari: meminerit ipse: aut certè illi, qui eius partes suscipiunt: omnia esse nuda & aperta Deo, qui digna factis repẽdet. Meminerimus item omnes illud Euangelij, [a] cap. relatum. in cap. *Matthæus.* [b] *Quid prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?*

EXCEPTIO SEXTA.

SVMMARIVM.

1 *Expectatiua perditur quæsito alio incompatibili.*
2 *Ius ad rem facilius, quàm in re perditur.*
3 *Renunciatio iuris ad rem, vt fit facilius, quàm iuris in re.*
4 *Ius semel extinctum non reuiuit extincta extinguendi causa.*
5 *Intellectus clement. gratiæ. de rescript.*

Sext a exceptio, quæ seruit cap. *in nostra,* & cap. *ad audientiam,* [c] est quod C. postquam habuit hunc accessum, & antequam locus esset illi, obtinuit, & nunc possidet Archidiaconatum ecclesiæ B. quem constat esse dignitatem in ecclesia Metropolitana. Constat item Cantoriam, de qua contenditur: Ecclesiæ D. esse dignitatem, quod in litteris prædictum accessum continentibus asseritur, in illis verbis. *Ad Cantoriam, quæ inibi dignitas, non tamen maior post Pontificalem existit.* Constat autem duas dignitates esse incompatibiles, adeo vt per adeptionem secundæ prior perdatur ipso iure, [d] constat item eum, qui habet gratiam ad beneficiũ vacaturum, si acceptet aliud, quod cum eo iure retineri nequit, gratię illi renunciare videri. Casus est singularis in clemen. *gratiæ.* [e] Cuius verba sunt quæ sequuntur. *Gratiæ vt de dignitate vel beneficio curato tibi prouideatur, renunciare videris, si ante adeptionem eiusdem aliud beneficium pacificè assequaris, quod simul de iure cum dignitate vel beneficio, virtute dictæ gratiæ tibi debito retinere non posses.* Cuius summa secundũ Ioannem Andream & communem est: *Expectans beneficium perdit gratiam, si consequitur aliud, quod cum illo, quod expectat de iure tenere non potest.*

1 Quod procedit, etiam si secundum beneficium per ordinarij collationem fuerit assecutus: secundum glossam 1. [f] receptam procedit etiam si beneficium esset manuale ac ad nutum reuocabile, secundũ Cardin. [g] Et etiam si esset vicaria perpetua, secundum eundẽ, & Romanum. [h]

2 Immo etiam si tale beneficium incompatibile per permutationem obtinuisset, secũdum eundum Romanum. [i] Similis ferè textus est in cap. *si pauper.* [k] Facit etiam quod facilius perditur ius ad rem, quam ius in re, [l] faciunt quæ adducit Federicus, [m] ad probandum rem immobilem Ecclesiæ legatam, repudiari posse per solum prælatum. Et est glossa in specie nostra, in cap. 1. [n] At qui acceptat secundam dignitatem: perdit priorem omnino sibi quæsitam ipso iure, [o] à fortiori ergo perdit ius ad talem dignitatem ante quæsitum. Facit quod licet renũciatio beneficij, iam quæsiti fieri non possit, nisi in manibus superioris. [p] Iuris tamen ad beneficium quęsiti fieri potest: vt est glossa memorabilis, & recepta, [q] quam putauit singularem Collector decisionum nouarum Rotę. [r] Quod etiam tradit Federicus. [s] Et est casus optimus in *c. si tibi absenti,* [t] quatenus habet, beneficium collatũ ante illius acceptationem, sinẽ vlla superioris auctoritate respui posse. Quia nõdum est ius in illo, quæ situm ei, cui collatum fuit. Facit quod licet secundum cõmunem, & receptam sententiam, per adeptionem vnius incompatibilis non perdatur aliud ipso iure, nisi quando vtrumq; vel haber curã, vel est dignitas, personatus, aut officium, iuxta *c. referente.* [v] (Quod etiam hodie hoc casu viget) secundũ communẽ, vt ibi anno superiore latiùs tradidimus. Tamẽ si quis ius habeat ad rem ad quodcumque beneficium, & nanciscatur aliud ei repugnans, & incompatibile, etiamsi neque curam habeat, neque dignitas sit, personatus, aut officium, priori tamen

iuri ad rem renunciare videtur per prædictam clemen. Quod communis opinio habet cum glossa 4. eiusdem, probata per Andream Siculum [a] & communiter omnes ibidem, & Panormitanum [b] cuius rei ignorãtia ante paucos menses nonnulli malè cõsuluerunt cuidã, qui quamdam coadiutoriam optimam perdidisset, si ad nos non recurrisset; at C. solum ius ad rem habebat per hunc accessum, etiamsi optimus fuisset à principio. Per accessum enim, & etiam regressum ius ad rem queri, & non in rẽ supra in præludiis [c] diximus, & paulo post in vndecima exceptione repetemus. Ergo C. acceptando Archidiaconatum præfatum, visus est renunciare accessui prędicto, quãlibet valido. Et ne dicas C. paratum esse ad renunciãdum alteri harum dignitatum, considera, quod non profuisset ei, etiamsi ante decem annos renunciasset. Finis enim dictæ clemen. habet eius dispositionẽ procedere, etiã si secundum acceptans resignauerit primum, vel sit resignare paratus. Per quem finem adnotauit ibi Petrus ab Ancharano, quem sequitur Andreas Siculus [d] ius competens alicui extinctum non reuiuiscere, licèt cesset illud, quod fuit extinguendi causa.

5 Non obstat, si quis dixerit, clement. illam agere de gratia per quam mandatur prouideri; per hunc autem accessum non mandari prouideri, immo prouisionem fieri ipso iure per litteras ipsas pro tempore mortis præfati A. Non, inquam, hoc obstat. Quia primò constat, nullum illius clem. verbum agere de mandato: sed de gratia, vt de dignitate, vel de beneficio curato sibi prouideatur. Et talis est gratia accessus, & etiam regressus. Quoniam vt in præludiis. [e] dictum est, collationes quædam conditionales sunt, quæ ad tempus conditionis impletæ trahũtur. Quãquam, fateor, appellatione gratiæ ibi contineri, etiam mãdatum de prouidendo, etiam ante executionem. Quod ibi adnotauit Imolensis, & dilatauit Andreas Siculus. [f] Sed verba nostro casui aptiora sunt, vt palam est per illorum scripta. Secundo respondeo, quod si hunc accessum, ad gratiam iam factam reducas, oportebit te fateri, nõ solum illi renunciasse præfatum C. sed etiam iam perdidisse Archidiaconatum præfatum & inhabilẽ factũ ad illũ, & ad præfatam Cãtoriã, & omne aliud beneficium: per extrauagantem *execrabilis.* Ioannis xxij. nisi defectus possessionis eũ excusasset, quod præfatũ C. magis faueret, sed falsũ est.

6 Non obstat etiam si dicas illam clemen. procedere in gratia, per quam in genere de aliquo beneficio prouideri mandatur: non autem de gratia, per quam hoc vel illud in specie confertur, vel conferri iubetur. Non, in quam, hoc obstat. Quoniam res omnino contrario modo se habet secundum illum peritissimum canonum Cosmam. [g] Quẽ etiam Matthæus Pacus Doctor Tolosanus, eruditissimus sequitur. [h] Qui ambo merito dicunt, clemen. illi maximè locum esse in gratia speciali ad certam dignitatem, vel beneficium curatum obtenta: non sic in mandato generali ad quæcumque beneficia. Quia quando mandatum est generale ad quæcunque beneficia, poterit vacare aliquod beneficium simplex, quod simul cum alio de iure poterit retineri: & ideo per assequutionem beneficij, etiam curati talis Mandatarius suæ gratiæ renunciare non videtur. Denique pro nostra conclusione facit, quod Calderinus, [i] & Cardinalis, [k] communiter recepti tenent vnum modum, quo expirant litteræ beneficiales, esse adeptionem beneficij repugnantis, & incompatibilis cum beneficio expectato. Quod ipsum etiam tenet Petrus ab Ancharano, [l] Cosmas, [m] Petrus item Rebuffus. [n] Qui etiam in tractatu nominationum, [o] ait ita finiri litteras beneficiarias renunciatione tacita, sicut expressa: argum. l. *cum quid.* [p] cum ibi late adnotatis per Iasonem. Per quam tacitam etiã comprehendit adeptionem incompatibilis. Idem tradit etiam Matthæus Pacus. [q]

EXCEPTIO SEPTIMA.

SVMMARIVM.

2 *Beneficij Ecclesiastici non est capax prudentia incapax.*
2 *Beneficiarij officium magnum, & quod.*
3 *Iure naturæ nemo, quam non nouit artem, exerceat.*
4 *Beneficia puero conferre, existente adulto idoneo, malum.*
5 *Beneficij à collatione facta prodigo supplicari posse.*
5 *Infans præsumitur imprudens doli minime capax.*
5 *Infans stimulari nequit: potius quia iudicio caret, quã loquella.*
5 *Loquitur qui sine iudicio, non loquitur vt furiosus, & infans.*
5 *Infans legitimari potest. sed non consentire illi.*
6 *Legitimationi citò non contradicens consentit.*
6 *Fine prohibito, quæ media censeantur prohibita.*
7 *Infanti concedi spectatiuam est contra ius, sed non naturæ.*
8 *Expectanti capacitas quando tempore datæ habenda.*
9 *Infanti vt censetur defectus iudicij sublatus.*

Septima exceptio, quæ huius cap. *si quando.* materiam tangit, est, quod beneficium conferri non potest ei, qui prudentiæ ac doli capax non est: talis enim iure naturali, & diuino à beneficio repellitur.

2 Quoniam omnis, cui beneficium ecclesiasticum donatur, constituitur legatus, & deprecator, siue intercessor inter homines mortales, & Deum immortalem ad deprecandas ab eo culpas, quas passim cõtra sacrosanctam eius maiestatem admittimus, & ad agendas gratias beneficiorum, quæ numquam non accipimus, iuxta mentem Alexandri, [a] relati in cap. *ipsi sacerdotes.* [b] in illis verbis memoratu dignissimis, *Sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quia suis precibus, & oblationibus ea delent, atque consumunt.* Et iuxta mentem Gratiani, [c] ibi, *Qui ordinantur, intercessores pro populo ad Deum parantur.* Et est textus antiquior ad Hebr. [d] ibi, *Vt repropitiaret delicta populi:* & [e] ibi, *Vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis.* Et hoc est officium propter quod dicitur dari beneficium. [f] Nam & post hæc scripta probauimus in Enchirid. de orat. [g] decens & necessarium fuisse instituere clerum, qui inter Deum & populum esset mediator, quique quotidie populi nomine Deum laudando psalleret, & gratiam Dei & precando, & sacro sancta Sacramenta ministrando in populum detiuare, & vicissim gratias eiusdem nomine suæ maiestati rẽpendere curaret.

3 Id quod postea [h] neruosius confirmauimus. At omnis, qui prudentiæ, ac doli non est capax, iure ipso naturæ ineptus omnino est officio eiusmodi, iuxta illud Persij ethnici: quòd vtinam alta mente versaremus omnes orthodoxi, falrem Deo dicati.

Publica lex hominum, naturáque continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.

Nam & contra iura naturæ erat, ignarum penitus herbarum fieri pharmacopolam, iuxta illud eiusdem.

Diluis helleborum certo compescere puncto
Nescius examen.

Contra itẽ eadem iura est, agricolã, qui neque polum Arcticũ, hoc est, Septemtrionalẽm, neque Antarcticum, hoc est, Meridionalẽ nouit neque regiones terræ, aut tractũ maris vidit, nauis gubernacula suscipere, iuxta illud eiusdem.

Nauem si poscat fibi peronatus arator
Luciferi rudis, exclamat Melicerta, periſſe
Frontem de rebus.

4 At maiore ratione cõtra ius naturale fuerit discretione, ac prudentia carenti tantam imponere prouinciam. Pro quo facit illud Thomæ à Vio, [i] quod etiam anno superiore [k] citabã: videlicet nõ solum inexcusabile, sed intolerabile videri, quòd existentibus adultis idoneis beneficia ecclesiastica pueris conferantur, propter hoc munus interecedenti ad Deum eis annexum. Quod vtinam tanto affectu à prælatis ætatis nostræ in vsu acciperetur, quanto cum animi iudicio vero ille hoc dixit. Hoc nostrum desiderium post viginti annos placuisse sacro sancto Cõcilio Tridentino constat, [l] quod ita inquit, *Nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus ante decimumquartum annum beneficium possit obtinere.*

5 Denique facit, quod Baldus, [m] & Felinus eum sequutus, [n] & Stephanus, [o] satis affirmarunt supplicari posse à collatione Papæ conferentis etiam scienter beneficium ecclesiasticũ insãti, furioso, vel ei cui bonis interdictũ est. Cuius decisionis ratio nulla reddi potest efficax: nisi illa, quod scilicet hi iure diuino naturali, super quo Papa nõ facilè dispẽsat, sũt ad illud habẽdũ inepti propter discretionis & prudẽtię defectũ. Ex quibus omnibus habemus, iure naturę ineptũ esse beneficio, qui prudẽtia caret. At C. nõ erat prudẽs & doli capax, quo tẽpore is accessus fuit ei cõcessus. Nã, vt in literis illũ cõtinẽtibus asseritur, nõdũ erat septennis, sed solùm in septimo anno, vel circa ætatis suæ

a Col. 9. b In c. fin. de cleric. non resid.
c Num. 10.
d Nota. penu.
e Num. 6.
f Primo nota.
g In Pragm. titu. de collat. §. quòd si quis. in verb. tempore. sub finem.
h In libr. de mandatis Apostolicis, in octaua parte, vers. quinta conclusio. i In repet. ca. mandatum. col. 4. vers. circa materiam infra eod. k lib. quæst. 1. l Cons. 58. Circumspectis. col. 2.
m In Pragm. tit. de collatione. §. quod si quis, verb. tempore.
n In Concord. titul. de mandat. Apost. in vers. per sequentia.
o Quæst. fin. vers. nono. Pot. sicere. pot.
q De mandatis Apostolicis, in quinta conclusione practicata.
a Matth. 16. b De sim.
c Infra eodẽ.
d Ca. de multa. de prab. & extraua. execrab. Ioan. xxij.
e De rescrip.
f. t. illius clem.
g Ibi. qua. 4.
h Cons. 350. col. 3. per clemen. 1. de offi. vicar.
i Ibidem, col. lat. 4.
k De prab. li. 6.
l Cap. quemadmodum de iureiur. l. ferunt. cũ si autotatis. C. de pactis.
m Consil. 9. eansualis est.
n De cler. cõiug. li. 6. ver. clericalis.
o Ca. de multa. de prab.
p Cap. quod in dubijs. & c. admonet. de renunc.
q In c. si electio. de elect. lib. 6. & in c. cum venissent. de integ. restitu. verb. renunciauit.
r In pen. decisso. qua in nouissime rubricæ est sexta, tit. de elec. in nouis.
s In d. cons. 9.
t De pra. li. 6.
v De prab.
a 1. in epist. 2. episcopis per diuersas regiones constitutis. b 1. quæst. 1.
c In princip. 4. 9. distin.
d Cap. 2.
e Cap. 7.
f In c. fin. hoc titu. lib. 6.
g Ca. 21. n. 2.
h In ca. 22. eiusdem Enchiridij Misc. 61.
Pers. saty. 3.
i In Summa, verbo beneficium. §. beneficium demii ecclesiastici. vers. conferre autem.
k In ca. super inordinata. de prabon.
l Ex sess. 23. c. 6. in Decreto de reformat. cap. 6.
m In ca. cum adeo. nu. 10. de rescript.
n Num. 4.
o Ad Capel. Tolos. qu. 88.

constitutus, & constat, infantem iure præsumi non esse prudentẽ neque doli capacem, vt habetur in §. *pupillus* a ibi. *Nam infans, & qui infantiæ proximus est, non multum à furioso distant, quia huiusmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum*, Et quamuis per verba, quæ postea subsequuntur, significetur pupillum proximum infantiæ posse sibi stipulari, tamen de infante contradicit, quod gloſa ibi recepta tenet & declarat Angelus b & affirmat cõmunis opinio, attestantibus id Socino & Iaſone, c & probatur per l. 1. & l. *muher*. d Cuius potior ratio est, quod caret consensu & iudicio, quam loquela, cum paſsim videas infantes fantes & loquentes. Niſi dicas, eum non loqui, qui sine discretione ac iudicio loquitur, iuxtà l. *fanciulus* e quæ habet, vocem carere furiosum. Quod ibi Baldus fadnotauit. quódque videtur in causa esse, cur non legis apud iurisconsultos, infans si fari poteſt, sicut pupillus si fari poteſt? f Facit quòd licèt secundum receptam sententiam, infans legitimari posſit: tamen legitimationi consentire nequit; secundum Azonẽ. g Quod alij aiunt non requiri, vt Bartholus. h Alij verò requiri, sed sufficere rationem. i Et tradit Salycetus k & Decius allegans alios, l addidítque illam ratificationem colligi, cùm primùm infans grandior effectus eam resciverit, neque contradixerit per gloſſam singularem. m Quaſi diceret intra infantiæ tempora id efficere non posſe.

Ex quibus iterum habes præsumi iure, infantem prudentia carere. Quod si coniungas cum eo, quod superius est probatum, scilicet prudentia carentem, iure naturali diuino beneficij incapacem esse, facilè colligas, præfatum C. tempore, quo is accessus fuit ei concessus, iure naturæ ad Cantoriam præfatam inhabilem fuisse: quandoquidem infans erat.

Huic tamen exceptioni duo videntur maximè respondèri posſe. Alterum est, dicere per prædicta probari quidem, non posſe infantem neque alij prudentia omnino carenti, conferri beneficium purè ita vt ius in illo quæratur perfectum: sed non probari, quod non posſit sub conditione conferri, ita vt ius tantum quoddam ad rem, & quædam spes illud tempore, quo fuerit habilis habendi ei adquiratur: & quod per hunc accessum non ius in re, sed ad rem huiusmodi fuit præfato C. quæsitum.

Alterum est, quod Papa sciebat C. fuisse infantem quo tempore is accessus ei concessus fuit, & ita visus est dispensare. iuxta l. *quidam consulebant*, o & l. *idem Vlpianus*, p cum aliis, quæ congerunt Felinus & Decius. q Et pro vtraque ratione facit, quod sufficit, impetrantem habilem esse tempore, quo impletur conditio & beneficium adquiritur: licèt tempore impetratæ prouisionis conditionalis, vel mandati de prouidendo sit inhabilis, iuxta cap. *ei cui* secundum communem intellectum r & decisionem Rotæ, s & Oldradum t & Cassadorem. v

Contra tamen responsionem priorem facit trita illa regula, *Quod fine prohibito, omnia media, per quæ ad illum perueniuntur, censetur prohibita*. x Vbi aptus ad propositum casus, scilicet quod sponsalia nõ possunt inter illas personas cõtrahi, inter quas matrimonium est prohibitum. Ergo neque poterit expectatiua, quę sponsalibus est similis ei, qui non est beneficij capax, & cum quo coniugium spirituale non contrahitur, concedi. Et licet responderi posſit, illam regulam tunc demum procedere, cum in re prohibita & mediis ad eam perueniendi eadem ratio prohibendi militat: non autem quando diuersa, secundum Cynum, quem sequitur Salycetus, y & Alexander. z Quod est in causſa quòd multis iuribus sit locus in matrimoniis, quibus tamen non est in sponsalibus, iuxta cap. r. & l. *solet* b l. *si quis officium*. c & gloſsã singularem. d Et tradit Baldus. e Et quamuis, inquam, hoc responderi posſit: replicati tamen etiam poterit, quod in proposito nostro eadẽ ratio videtur militare in expectatiua, & in proquisione pura. Defectus enim prudentiæ, ac iudicij non solum impedire videtur ius in re, sed etiam ius ad rem in spiritualibus beneficiis. Cuius rei argumentum videtur esse, quod nunquam furioso concedit expectatiuam Romanus Pontifex, sed neque infanti anniculo, vt arbitror vnquam concesſit. Pro qua replica facit, quòd licèt multa iura loquẽtia de matrimonio non comprehendant sponsalia: tamen cap. *dilectus*. f quod iuncta gloſsa habet, amentem non posſe contrahere matrimonium, sponsalia continet secundum gloſsã g & satis sentit gloſsa, h quibus nemo contradicit.

7 Quamuis autem sic replicari posſit, nihilominus tamen, vt potius, quod sentio, quam id quod causam C. amici iuuat, dicam, verius, videri infantem prudentia carentem, & nondum clericatu insignitum, non esse naturali iure incapacem expectatiuæ ad beneficium ecclesiasticum habendum tempore, quo ad id satis prudens erit. Et ideo posse illi concedi per indulgentiam & dispensationem à Pontifice de potestatis plenitudine. i Videtur tamen secundo nunquam id Romanum Pontificem cõcessisse alicui, nisi fortè aliqua de maxima causſa, & alicuius maximi viri filio, Quoniam primò, licèt id non sit contra rationem naturalem omnino necessario inferentem, illud esse malum ex folis legis naturæ principiis, est tamen cõtra rationem naturalem ferè id concludentem.

8 Secundò, quia id contra legem humanam, eandémque sanctam, est. Quoniam secundum iura communia expectatiua ad beneficium ecclesiasticum non conceditur nisi clerico, vt est in cap. *cum adeo*. k quod de expectatiua loquitur. Facit cap. 2. & cap. *ex litteris*. l At infans iure communi ab omni ordine, etiam primæ tonsuræ arcetur. m Facit regula cancel. n cum gloſsa quæ habet, eandẽ ætatem esse necessariã ad impetrandã expectatiuã pro canonia Ecclesiæ cathedralis, quæ requiritur ad habendum illam. Facit etiam, quod secundum communem sententiam, quando subreptio committitur in impetratione, non solùm tempus collationis, sed etiam datæ expectatiuę consideramus, quoad capacitatẽ, iuxta ca. *si eo tempore*, o secundum cõmunem intelligendi modum, quem probat Panormitanus p & alij, quos refert, & sequitur Felinus, q & Leobinus copiosius in illa eleganti dissertatione de mãdatis Apostolicis, r dum tertiam, quartam & quintam solutionem explicat, & Matthæus Pacus. s At infans ad quęcumque beneficia est inhabilis, & ideo etiam si in genere impetret litteras ad beneficium vacaturũ, subreptionem committit. Ergo in expectatiua ei concessa data est considerãda quoad capacitatem, quanto magis cum in specie aliquam dignitatem impetrat, sicut præfatus C. qui accessum expectatiuam impetrauit ad præfatam Cãtoriam, cui magnum tegendi spiritualia onus incumbit: quo casu secundum omnes attenditur etiam tempus datę quo ad capacitatem. Ex quibus liquido colligitur contra ius humanum saltem esse expectatiuam concedere infanti.

9 Tertio videtur Pontifex Maximus cum præfato C. hunc accessum concesſit, quia sciebat eum esse infantem, & nondum clericatu insignitum, dispensasse cum eo super ætate ac clericatu. Quia secundum, ea quę dixi, defectus hic non est iuris naturalis ac diuini, sed humani. Et quando princeps supremus efficit aliquem actum scięter contra ius suum humanum, videtur in eo dispensare per ea, quæ supra in secunda responsione data contra exceptionem hanc citabam. Videtur tamen præsidium hoc prodesse quidem posse præfato C. quo ad defectum ætatis & clericatus: non autem quoad defectum iudicij naturalis, de quo non meminit Papa: immo, vt in sequenti exceptione dicam, contrarium præsupponit; & de multis impedimentis, alio sublato, alia manent. p Et ita inferri videtur, hanc exceptionem concludere aduersus præfatum C. nisi probet se, cum infans esset, præter communem infantum legem & consuetudinem, fantem fuisse, hoc est, discrete loquentem: aut certè nisi probetur, eum longe plus tunc, quam alios infantes sibi æquales sapuisse.

EXCEPTIO OCTAVA.

SVMMARIVM.

1 *Proœmia causſam finalem, & mentem disponentis indicant.*
2 *Prudentiam anticipatam in infante virtutis indicia.*
3 *Prudentia omnino necessaria ad bene videndum.*
4 *Probandi narrata in rescripto onus impetranti incumbit.*
5 *Papæ narranti, vt creditur.*
6 *Intellectus clement. 1. de probationib.*
7 *Proœmia bullarum Papæ non probant quæ continent.*
8 *Clauſula proœmialis*: Vitæ ac morum honestas, *intellectus.*

a *Verb. consilium. c. 1. de spons. lib. 6.*
b *In d. c. dilectus.*
c *Arg. c. proposuit. de consuet. prob. & l. princeps ff. de legib.*
d *De referip.*
e *De inſtit.*
f *De transac.*
g *Cap. fin. de tempor. ord. lib. 6.* h 17. i *sub finem.*
k *De reſcrip. lib. 6.*
l *In cap. dilectus. 2. de pr. in c. eã te. infra eod. col. penult.*
n *Fol. 12. & ſequentibus.*
o *In 4. part. de Mauda. Apoſt. nn. 48.*
p *Leg. ſidomus. ff. de ſeruitutibus prædior. & c. extuarum. de auct. & uſu pal.*

a *Inſtitut. de inutil. ſtipul.*
b *Ibi. nu. 8.*
c *In princip.*
d *ff. eod.*
e *Co. ad Sen. conſultũ Trebellianum.*
f *Num. 1.*
g *L. pupillus. ff. de adquirend. vel omitten. hæreditate.*
h *In ſumma de emancipationibus liberor.*
i *In leg. iubemus, eiuſdem titu.*
k *Authent. quibus mod. natural. effi. ſui. §. & generaliter.*
l *In practica. d. tubernus.*
m *Conſ. 55. col. 4.*
n *Inſ. in adoptionibus, vor. non contradicendo. ff. de adoptionibus.*
o *In fin. ff. de reiud.*
p *§. 1. de excuſa tutor.*
q *Ia. & hæc. infræ eod. &* in *c. cũ inter. de except.*
r *De prob. li. 6.*
s *857. in anti.*
t *Conſ 58.*
v *In deciſio. 3. de prabend.*
x *Ca. tua de procurator. c. nam de conſtitue. & l. 2. rario. ff. de ſponſal.*
y *In l. unica. Cod. ſi rector prouinciæ.*
z *Conſ. 194. conſideratis verbis. col. penult. & fin. lib. 2.*
a *§. 1. de deſponſ. impub. lib. 6.*
b *ff. de his, qui not. in fam.*
c *ff. de ritu nuptiar. & l. præſidijs. de reb. cred.*
d *Clemen. 1. de conſang. & affinitat. in verb. contrahere.*
e *In l. pen. §. docere. in fin. ff. ne quis eũ qui in ius. & in practicata l. unica, col. ſi. verſ. Et per hoc determinatur. C. ſi rector prouinciæ.*
f *De ſponſal.*

9 *Proœmio bullarum, & conditiones illæ.* Si est idoneus. *& ſimiles, quæ conditionem, & quæ inſtructionem inducant,*
10 *Executor non probat omnia, quæ debent esse vera.*
11 *Proœmia bullarum ad ornatum tantum pauci, falsum.*
12 *Papa cur sine vlla cauſſa tranſgrediendo ſuas leges peccat.*
13 *Proœmiorum veritas Papam à peccato excuſat.*
14 *Beneficij collatio ordinarij & executoris in hoc diſtant, & 15.*

OCTAVA exceptio, quæ materiam huius cap. & cap. *poſtulaſti*. a tangit, contra præfati C. litteras, illa est, quod in earum principio dicitur, eum quando is accessus fuit ei concessus, laudabilia puerilis ætatis indicia habuisse, in hæc verba. *Laudabilia tua puerilis ætatis indicia, ex quibus prout fide dignorum teſtimoniis accepimus verisimiliter colligitur, quod ſuccedentibus annis in virum te debeas producere virtuoſum.* Et paulo inferius. *Prædictorum indiciorum tuorũ intuitu*, attamen, vt quidam aiunt, falsum est, præfatum C. eo tempore talia de se indicia demonstrasse. ergo quiddam falsum fuit in litteris Papæ expressum, quod eum mouit ad concedendum. Ergo concessio ipso iure inutilis erit: argum. dict. cap. *poſtulaſti*. & eorum, quæ supra in tertia exceptione, b scripsimus. Præsertim quod hoc falsum non solum causſa impulsiua notabiliter mouẽs fuit, sed etiam finalis.

1 Nam proœmia causſam finalem continent: per textum iuris optimum. c Quem ibi, d ad hoc annotauit Bartholus, dicens illam legem melius hoc probare, quàm quamuis aliam. quod ipsum aiunt ibi Baldus, Angelus & Imolensis, e & iterum Baldus, f per illum textum. g Nam ex verbis proœmij colligitur mens disponentis secundum Panormitanum, h & Imolensem. i Sicut & ex præfationibus probatur intentio contrahentium. k Et ex præfationibus statutorum, probatur mens statuentium secundum Bartolum, l ad proœmium enim semper recurrimus, quo disponentis voluntatem coniiciamus. m Sed quid superfluè in re clara proœmium pondero? Cum ipsemet Papa affirmet in litteris, se præmiſſorum indiciorum intuitu gratiam illam à iure tam exhorbitantem facere? Cùm igitur prædicta verba proœmialia, & alia clarè demonstrarent contenta in eis fuisse potiſsimam causſam concedendi ei hunc accessum, consequens vtique videtur, eis falsum continentibus, gratiam corruere.

2 Necessitas autem probandi ea impetranti videtur incumbere. Tum quia indicia virtutis in infante prudentia est prequeniens ætatem, & anticipata. illa est enim mater, & fons omnium virtutum, teste Vrbano, n & Clemente V, o & cap. 1, coniuncta gloſsa. p

3 Et S. Thomas receptus, q ait, prudentiam omnino esse necessariam ad bene viuendum, at prudentia non ineſt nobis à natura secundum eũdem S. Thomam receptum. r Immo iure præsumi eam homini abesse in infantia, probatum est supra in exceptione septima. s Ergo illi, qui allegat illam, incumbit onus probandi.

4 Præterea regula est Ioannis Andreæ, t receptа per omnes ibi, & Panormitanum & melius Cardinalem & Felinum, v quod onus probandi narrata in reſcripto incumbit impetrãti, exceptis his, quę cõmuni iure præsumuntur, quæ exceptio est Panormitani & vt ipse ait sua, & nouа. x

5 Non obstat primo, si dicas verbis Papæ narratiuis, quando super illis fundatur gratia, credendum esse, per clemen. 1. y Quoniam primo responderi potest, illam clement. 1. z procedere, quando Papa factum à se, vel coram se narrat: secus quando alia, saltem si non scribit proprio motu: secundum Cardinalẽ & communem contra gloſsam, a & Aretinum. b Immo & Bonifacius, qui maturius omnibus alijs, agit, c tamquam Prætorij Rotæ Auditor testatur in vsu ibi haberi, vt de factis à se, vel coram se, tantùm credatur Papæ: non autem in alijs, etiam si motu proprio scribat. Quæ opinio verior videtur propter subrilem rationem Aretini, d quam moderatio Felini discipuli eius. Cùm ergo in nostro proposito Papa de facto alieno, coram se non gesto testetur, neque scribat motu proprio, consequens videtur non efficere fidem.

6 Secundo responderi potest, tunc demum locum esse illi clementinæ, quando Papa, ea, quæ narrat asserit: secus quando, ait, sibi esse assertum, vt pulchrè declarat & probat Bonifacius, e in his autem litteris, non affirmat Papa: sed ait, sibi affirmatum esse. Ait enim fide dignorum testimonio id accepisse.

7 Et in specie, quod verba huiusmodi proœmialia Papæ impetrantem laudantis non probent, tenuit ante nos Franciscus Nazarius à Ripa, vir vtique doctiſsimus. f

8 Non obstat secundo, si dicas, Probum, g tractasse illam clausſulam, quæ quotidiè in litteris ponitur Apostolicis, scilicet: *Vitæ ac morum honestas, aliáque laudabilia probitatis & virtutum merita: super quibus apud nos fide digno commendatis teſtimonio, nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales.* Et deinde, h dixisse non teneri executorem ad verificanda illa in illo proœmio contenta: immo neque volentes probare contrarium audire debere. Quod ante ipsum Albericus affirmauit, i & Compostellanus, k quod etiam Petrus Rebuffus, vir ad amuſim doctus asseruit, l Non inquam, hoc obstat: quoniam fateor, per huiusmodi proœmia, neque per illam clausſulam, *Si est idoneus*, vel: *Si est virtutis ſtudioſus*. quod est fortius, non dari formam vllam procedendi exequutori, neque præstitui ei necessitatem vllam inquirendi, vel verificandi contenta in proœmijs, vel sub talibus conditionibus per verba de præsenti conceptis, per doctrinam illam Innocentij communiter receptam, m & gloſsam magnam clement. 1. de offic. delegat. Quamuis secus res habeat, quando per verba temporis futuri huiusmodi, *Si repereris idoneum: Si virtutis ſtudioſum inueneris*, & id genus alia: & per clement. 1. n Quorum ratio illa est, quod priore casu inſtructionem continent, non conditionem; posteriore verò gratiam efficiunt conditionalem.

10 Quod palam Albericus in illo verbo, vita, docet, & Panormitanus communiter receptus, o & alij, quos retulit Felinus ibi. p Sed aliud est dicere, non teneri exequutorem ad purificanda prius, quam conferat, contenta in proœmijs, & huiusmodi conditionibus de præsenti, neque teneri ad admittendam probationem contrariam: aliud est dicere, illa non debere esse vera. Prius fatemur cum his, qui allegantur in argumento. Posterius autem negamus, per superius adducta.

11 Neque placet, quod Petrus Rebuffus ait in præcitato loco, solùm ad ornatum ea verba in proœmijs poni. Tum quia nullo auctore id protulit: nec videtur potuisse proferre decenter. Tum quia ipsimet Pontifices Maximi aiunt se moueri ad faciendas gratias per contenta in illis proœmijs. quod tamen falsum esſet, si ad solum ponerentur ornatum. Tum quod omnia præallegata de proœmijs destruunt ipsius dictum. Quibus addi possent ea, quę Romanus scribit, q & Alexander, r cũ eo, quod etiã traditlasſon, s & Gomesius, t quæ tamen veluti parũ necessaria omitto.

12 Tum quia contra illum facit, quod Papa transgrediendo suas leges sine vlla cauſſa, peccat: per cap. iuſtum est Principem suis obtemperare legibus, v quod non solum ad honestatem, sed etiam ad iuſtitiam referendum esſe, Dominicus ibi iuſtè dixit. Nã quod habetur in l. *princeps*. x Principem solutum esſe suis legibus, verum est quo ad vim coactiuam; non autem quo ad vim directiuam: vt tradit S. Thomas. y Verum item est quo ad potestatem tollendi eam totam, vel partem: vel relaxandi eam quo ad aliquem cum oportuerit, non autem quoad alias.

13 Nam licet relaxatio sine causſa facta, teneret: peccaret tamen eam faciendo, secundum eundem S. Thomam vbi sup. Non tam quia suam legem transgreditur, quantum quia contrauenit illi legi naturali: *Patere legem quam ipſe tuleris*. quam rẽ subtiliter, & eruditè de more iunior Thomas ibidem tractat: quam etiam nos latè olim Salmanticę ibidem, dum Decreti interprerandi munere fungeremur, confirmauimus. Quamquam Cardinalis Alexandrinus sibi quodammodo contrarius aliud dicere videri potest ibidẽ. Cũ ergo in dubio princeps non sit præsumendus peccare, sicut neq; quiuis alius, z & data veritate eorũ, quę in proœmijs litterarũ Apostolicarũ Sedes Apostolica ponit, peccatũ eorũ excuſetur: tã qua parte suas leges transgrediũtur, quã qua parte ipsi ab incogitãtia excuſantur: consequens est proœmia oportere vera esſe, vt gratia valeat.

14 Neque obstat tertio, quod Innocentius, a dixit, peccatum impetrantis non efficere gratiam subreptitiam. Neque quod Panormitanus dixit, b collationem beneficij ab executore Papæ indigno factam valere, quamuis collatio ab ordinario facta eo casu inutilis esſet.

a *In libro 2. interpretationum, reſpon. 35. col. 2.*
b *In rubrica de vita & honeſtate cleri. num. 22.*
c *Num. 23.*
d *In dictione, Vita.*
e *In cap. cum inter canonicos ſub fin. de elect.*
f *In Concordatis Gallicanis in form. mandati apoſt. in verbo, morum honeſtas.*
g *In ca fi. de præſumption. in princip.*
h *De conſeſſ. prob. in princ.*
i *In c. fin. col. penult. de præſumpt. nu. 16.*
k *Ibi col. 8. n. 29. verſ. tertia concluſio.*
l *Conſil. 180. ſi admittimus. col. 5.*
m *Conſil. 42. col. 5. ibi. 1. & cõſ 55. in priu. eod lib.*
n *In l. ſi pacto, quo pœnam. ſub fin. C. de pactis.*
o *In qu. 1. de annali poſſeſſore.*
p *9. diſt. & ff. de legib. 1. 1. 2. q. 90. a. 3. ad 3.*
q *Leg. merito. ff. pro ſocio. regula eſtote. de regul. iur.*
r *In c. propoſuit de cõceſſ. præb. n. 3 & 4.*
s *In c. fi. de præſumpt.*

15 Non, inquam, hæc obstant: nam faceor cum Innocentio non omne peccatum impertantis gratiam reddere subreptitiam: sed ex eo non sequitur proœmia, quibus Papa nititur, non debere esse vera. Fieri enim potest, me vnum vel alterum, vel plura commisisse peccata: & nihilominus me morum honestate, & virtutum meritis ornatum esse. Siue quia virtutes non sunt connexæ: siue quia non ad illum sensum, vt quis non possit multarum virtutum opera efficere aliorum vitiorum opera exercendo, iuxta ea, quæ latè declaramus, in cap. *fratres*. [a] Quod autem Panormitanus in illo cap. fin. dixit, correxisse videtur, in cap. 1. [b] quod etiam Felinus in illo cap. fin. adnotauit, duobus validis argumentis ipsius dictum merito destruendo. [c] Pro quorum omnium confirmatione facit, [d] Calderinus. [e] Quod fere ad verbum repetitur in consilio 4. [f] vbi determinat, impetrationem mandati de prouidendo ab eo, qui criminis infamia laborat, esse nullam: & per consequutionem prouisionem illius virtute obtentam.

Denique pro hoc facit, quod etiam ipse Petrus Rebuffus, qui, maximè, sed breuissimè contra nostram exceptionem allegari à præfato C. potest, subdit proœmia vera esse debere, saltem quo ad hoc vt eorum falsitas non reddat impertantem inhabilem ad gratiam, quæ sit ei, at proœmium harum litterarum, & illa verba: *Præmissorum indiciorum intuitu*. tale quid continent, vt eo existente falso, inhabilis fuisset præfatus C. ad hanc gratiam per ea, quæ in dicta septima exceptione, [g] adduximus.

Cùm ergo habeamus primùm causam huius accessus concedendi finalem: vel certè talem, quæ magnopere Papam ad eum concedendum mouit, fuisse indicia virtutis, quæ in præfato C. adhuc infante resplenderunt. Cumque habeamus, illa indicia nihil aliud esse potuisse, quam prudentiam quamdam, quæ Dei benignitate, atque bonitate præuenit ætatem. Cumque habeamus, huiusmodi indicia, & prudentiam præsumi abesse homini in illa ætate, consequens planè videtur, eum teneri ad ea probanda. & quod nulla est prædicto C. ab hac exceptione euasio, nisi clara eorum probatio: quæ tamen adeo quibusdam videtur difficilis, vt contrariorum indiciorum ostensio perquam videatur facilis.

EXCEPTIO NONA.

SVMMARIVM.

1 *Expectatiua dicentis se scholasticum, cum non sit, nulla.*

1 Nona Exceptio, quæ materiam cap. *postulasti*. [h] tangit, est, quod præfatus C. in prædictis litteris vocatur scholaris: & ita oportet, eum datę litterarum tempore talem fuisse. Determinatio est Speculatoris, [i] quem probat ibi Ioannes Andreas, [k] & Panormitanus, [l] quod ratio manifesta probat. Quoniam vt, [m] ait Panormitanus facilius obtineretur gratia qualitate illa expressa, per ea, quę notat Innocentius, [n] & omne expressum, quo tacito gratia non fuisset obtenta, saltem ita faciliter, reddit has litteras vitiosas, vt est in dicto cap. *postulasti*. cum ibi adnotatis per Hostiensem, Panormitanum & communem, & per allegata in tertia exceptione. [o] Facit quod Felinus ibi affirmat contra Dominicum, Antonium, [p] scilicet gratiam ad aliquod beneficium habendum impetratam subreptitiam esse, si falso dixit impetrator, illud beneficium à se fuisse dotatum. Quod verum quidem est non tamen id ibi dixit Dominicus Antonius, sed longe aliud scilicet: gratiam impertantis secundum beneficium non esse subreptitiam ex eo, quod falso dixerit primum, quod habebat, à se fuisse fundatum, quoniam hoc superuacaneè additum fuit, nec quidquam videtur mouisse principem ad facilius concedendum. Cuius etiam decisionis ratio pro præfato C. facit, si satis expendatur: quandoquidem expressio illa, quod scholas iam frequentabat, non fuit superuacanea, imo multum mouit principem ad hanc gratiam concedendam. Quapropter ab hac expectatione non potest dictus C. liberari: nisi se probet discere iam in scholis cœpisse, tempore datæ huius accessus.

EXCEPTIO DECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Monte captum esse quem septem modis probatur.*

2 *Papa non intendit conferre beneficium bonis interdicto.*

3 *Papa solus dispensat, hoc ipso quod sciens contra ius agit.*

3 *Clausula supplens defectus non extenditur ad naturales.*

4 *Ius naturæ nulla dispensatio, siue indulgentia humana tollit.*

4 *Furoris exceptio electo in Papam obiicitur.*

5 *Furiosus, & mente captus pares.*

5 *Mente captus genus furiosus & demens quietus eius species.*

6 *Furor vel dementia, vt impedit effectum expectatiuæ.*

6 *Capacitas beneficij quo tempore ad esse debeat.*

7 *Conditionis impletæ tempore habilitas acquisituri requiritur.*

8 *Electus cum eligitur, & confirmatur debet esse habilis.*

9 *Excommunicatus acceptat beneficiũ, quod ei conferri nequit.*

9 *Excommunicatus solum quærit titulum quo ad regulam de triennali.*

10 *Mandatum de prouidendo perditur ob irregularitatem.*

10 *Ius ad rem, sed non in re perditur per inhabilitatẽ sequentem.*

11 *Expectatiua ob quam inhabilitatem perditur.*

11 *Expectatiua per matrimonium sed non sponsalia perditur.*

12 *Irregularitas non omnis inducit renunciationem beneficij.*

12 *Expectatiua expirat per irregularitatem, nec post reuiuit.*

13 *Electus & confirmatus repellitur ab Episcopatu, si ante consecrationem fiat inhabilis.*

13 *Ius expectatiuæ eo exosius, quo specialius.*

14 *Expectans quis debet renouare expectatiuam.*

1 Exceptio decima, quæ huius cap. materiam tangit est, quod præfatus C. tempore, quo prædicta Cantoria vacauit, & ita tempore, quo eius accessus sortiturus erat effectum, mente captus, & demens erat. Primo enim publica id habet fama; quod sufficit ad probandum, quem esse furiosum, vel mente captum: secundum Alexandrum; [a] post Baldum quem refert, & sequitur, [b] cuius lectio in illo §. deest meo libro. Alexandrum sequitur Decius etiam. [c] Secundo, quòd C. apud cognatos suos habetur mente captus: quod sufficit ad probandum ipsum esse talem, argument. *l. octaui gradus*. [d] & tradunt Alexander & Decius in prædictis consiliis. Tertio, quia dicitur nescire exprimere, quid velit dicere: quod sufficit. [e] Vbi hoc adnotant Dominicus, & Perusinus, & Alexander. [f] Quarto, quia dicitur non habere memoriam ordinatam, sed confusam: quod sufficit vt est in ca. *filij*. 8. ibi, *Qui non fit sanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam*. quod ibi Dominicus & Perusinus adnotarunt, & tradit Decius, [h] quamquam arbitror, non quamcumque malam memorię ordinationem ad hoc sufficere, sed notabiliter confusam. Per quod tolli posse videtur scrupulus Alexandri, [i] sicut neque omnis ingenij hebetudo & tarditas mente captum arguit, quod Decius affirmauit. [k] At præfatus C. memoria notabiliter multum dicitur esse confusa, & inordinata: par quoque mẽtis hebetudo fertur ei esse. Igitur propositum. Quinto, quòd C. minus aptè rationes & verba sui sermonis concinnare dicitur: quod arguit, quem esse fatuum, & mente captum, iuxta cap. *Legimus in Esaia, fatuus fatua loquitur*. [l] quod glos. 1. ibi adnotauit expressa & recepta. Sexto, quòd qui eius curam gerunt absconditum eum tenent, & nullum fere ad colloquium ipsius admittunt, quod est veluti continere illum carcere: quod Alexãder, [m] aiebat, sufficere ad probandam dementiam. immo, & quotquot admittuntur, vt audio, etiam amicissimi de illius mentis inopia testantur. Facit, quod tempore multo hac de caussa non permittebatur præfato C. interesse Ecclesię B. capitulo cuius erat Canonicus.

2 Septimo, quòd datus est ei bonorum curator, quod sufficit ad probandum, ipsum esse mente captũ: quod in specie tradit Philippus Corneus, [n] & Decius. [o] Facit, quod ait Salycetus, [p] & Imolensis. [q]

3 Verum tamen est Papam dispẽsare videri, quoties aliquem scienter contra humana iura promouet: secundum Innocentium, [r] & Bartholum, [s] per *l. quidam consulebant*. [t] & alia multa, quæ congerunt Felinus & Decius, [v] licèt in inferiori contra sit dicendum: nisi cum caussę cognitione procedat, vel verbis vtatur dispensatorijs: per id, quod adnotauit ipsemet Innocentius in cap. veniens. de filijs presbyterorum. Quod ita declarat Hostiensis quem ibi sequitur Panormitanus, [x] & rursus Panormitanus, [y] & idẽ Bartholus vbi supra. quod communiter receptum est. Vt etiam receptum videtur, collationem beneficij factam à Papa mente capto, vel furioso non valere, saltem si Papa nesciebat illum defectum: secundum Baldum, [a] cum illa firma ratione, quod non videtur tollere, quando saltem nescit eos: iuxta dictum Innocentij, [b] quem sequitur Felinus. [c] Facit & dictum Hostiensis, [d] communiter recepti ibi, [e] & alibi sæpe, scilicet clausulam, *Supplentes omnem defectum*, non purgare tales defectus. Et glossa memorabilis, [f] dixit in ius naturæ nullam cadere dispensationem humanam. Quam ibi olim late probabamus, intelligendo de vera dispensatione, iuxta S. Thomam, [g] & Ioannem Maiorem. [h] at contra ius naturæ est, quod beneficium conferatur furioso, extante saltem natura, quæ nunc est beneficiorum ecclesiasticorum: per ea, quę supra, [i] citauimus. vltra quæ facit cap. *indecorum*. [k] ibi, *Discretionem præeminente*.

4 Et quod quamuis electio in Papam à duabus Cardinalium partibus nulla exceptio possit opponi: per cap. *licet*. [l] exceptio tamen furoris opponi potest, secundum Antonium ibidem. [m] à Panormitano & alijs posterioribus receptum. Nam quoad propositum, & alia ei similia, de illo qui suæ mentis compos non est, perinde iudicamus, ac de quadrupede. [n] Ideo Bonifacius, [o] docte dixit, collationem beneficij, furioso factam, pro infecta haberi.

5 Et ne dicas aliud esse in furioso, aliud in mente capto, considera, quęso, quod mente captus & furiosus exequantur in l. 2. & ibi Baldus, [p] & est textus coniuncta glossa, [q] textus iuncta glossa in §. *præterea*. [r] & §. *furiosi*. [s] & §. *atque hæc de omni curatore*. [t] quem in hoc dicit singulare Baldus. [v] Tradit Alexander, [x] quod ad verbũ repetitur in cons. 57. [y] & Decius, [z] & Imolensis, [a] & Philippus Corneus. [b] Nam mente captus est genus ad eum qui patitur sæuam, & veluti rabidam dementiam, & ad eum qui quietam patitur mentis alienationem, vt declarat Baldus, [c] & sentit, [d] & eleganter tradit Philippus Corneus. [e]

6 Cum ergo habeamus hactenus, primo præfatum C. videri mente captum fuisse tempore, quo dicta Cantoria vacauit. Secundo paria esse quem mente captum esse, vel furiosum. Tertio, furiosum incapacem omnino esse beneficiorum, restat ostendere quarto, sufficere ad excludendum accessum C. quod ille huiusmodi dementiam patiebatur tempore vacationis prædictæ Cantoriæ, etiam si antea non laborasset illa. quod facile fiet per sequentia. Primo, quia quo ad capacitatem impetrãtis, & habilitatem, tempus acquisitionis beneficij attenditur, [f] facit clement. *si de beneficio*. [g] & ca. *cum de beneficio*. [h] Deinde, quod communis opinio (quæ habet, quod quãdo in impertatione committitur subreptio, tempus datæ attendendum est quoad capacitatem, & habilitatem. per cap. *si eo tempore*. [i] non intelligit tempus collationis non esse attendendum: sed quod tunc non sufficit habilitatem cum collatione concurrere, nisi etiã cũ impetratione concurrisset, licet aliàs satis esset tẽpore collationis habilitatẽ adesse. quod clarè sentit Panor. [k] in illis verbis, *Satis est*, & alibi, [l] in iisdẽ verbis, *Satis est*.

7 Tertio, quòd in conditionali dispositione tempore conditionis adimpletæ habilitas requiritur, iuxta l. *eum qui post*. [m] l. *interuenit*. [n] l. *si deportati*. [o] l. *non oportet*. [p] selectus in hoc textus in l. *si alienum*. 9 & §. *in extraneis*. [q] at gratia omnis expectatoria beneficij conditionalis est, vt supra in præludijs, [r] dictum fuit cum Rota, [s] & cum Cassadore. [t] Quarto, quod Oldr. [v] & Ioannes Andreas affirmant, valorem beneficij, qui tempore collationis erat, attendendum, & non qui tempore datæ, cum quæritur, an beneficium sub expectatiua comprehendatur.

8 Faciunt item multa, quæ attingit Cassador. [x] Quinto, facit, quod vt electus confirmari possit, vel præsentatus instituì, non solum oportet ipsum tempore electionis, vel præsentationis habilem fuisse, [y] sed etiam tempore confirmationis, vel institutionis, argumento eorum, quæ habentur in ca. *super his*. [z] & ex textus in hoc memorabilis in cap. *vt circa*. [a] in illis verbis: *Nisi aliquid postea emerserit*. quibus glossa addit, vt si de nouo homicidium commiserit. Aptus in idem textus in ca. fin. [b] quod habet, repellendum esse electũ, qui positiones contrarias super electionis negotio post iuramentum præstitũ est confessus. Ecce, quod repellitur à confirmatione electus propter periurium post electionem, & ante confirmationem admissum. Addo ap-

a *Nic. 92. de poen. dist. 5.*
b *Sub fin. de vsuris.*
c *Col. 9, & 10.*
d *Consilium 20.*
e *Tit. de præs.*
f *De accusat.*
g *Num. 3.*
h *Infra eod.*
i *In vit. de vescipt. præsentatio. §. ratione autem impetrãtis, ver. sed vbi scribitur.*
k *In additio.*
l *In c. fi. col. 1. de præsumpt.*
m *In illo c. fi.*
n *In c. cum in ciuitis. de eleãt.*
o *Num. 3.*
p *In c. litteræ. de dilationi. col. 2.*

a *Conf. 3 li. 7. & consil. 54. lib. 1. nu. 3.*
b *In §. item furiosi. instit. quib. non est permi. facere testamen.*
c *In cons. 86. num. 7. diff. vnde cognati.*
c *Cap. 1. §. si vero. de cleric. agrot. li. 6.*
f *In dicto con sil. 3. & 7.*
g *De haret. lib. 6.*
h *Cons. 448. vis tota n. 2.*
i *In dicto cõsil. 3. & 7.*
k *In illo cons. 122. col. 1.*
l *93. dist.*
m *In l. si cum dotem. §. si maritus. ff. solut. matrimõ.*
n *Cons. 21. visa repudiationes lib. 3. n. 1. & cõs. 216. in caussa vertente. num. 1.*
o *Consil. 86. num. 7.*
p *In l. cum te. Co. de probatio. col. si.*
q *Consil. 23.*
r *In c. diuersis fallacijs. de cleric. coniug.*
s *In l. Barbarius Philippus. ff. de offic. prætoris. num. 12.*
t *ff. de re iudicata.*
v *In c. cum inter. de excæptio. & in c. ad hæc. infra eo.*
x *In illo c. diuersis.*
y *In c. cum in cunctis. §. inferiora. col. penult. de electio.*

a *De elect. li 6.*
b *De elect.*
c *De accusat.*
d *In antiquitate tribus, quæ in nouissima rubricat. est 4. de sent. excõmun. & in dicit 126. quam nouissimæ rubricatus est 8. de sentẽn. excommun. vbi a quod excommunicatus.*
e *De cleric. excom. minist In decis 35. nota quod ex communicatus, in eadem antiq. quæ in noui; vide rubricatus est 5. de sent. excõ. g in tit. de præscript. sect. nu. 205.*
h *Super illa regul. qu. 27. & 28.*
i *In Concordant. de mandat. Apostol. ver. prosequentes.*
k *In tract. de nouitiat. q. fi. in vers. 4.*
l *Cõs. u. Circumscriptis.*
m *In c. interdictos. col. 4. de excess. prælat.*
n *Ibidem n. 5.*
o *Hoc tit. li. 6.*
p *quæst. 1.*
q *De cleric. agrot. lib. 6.*
r *De cleric. agrot. lib. 6.*
s *Num. 6.*
t *Ca. quemiã. de coniugio lepr. of. l. petro furioso. ff. de his qui sũ. sui, vel alie. iur.*
v *Ca. quemadmodum. de iureiur.*
x *De restrip.*
y *In c. 1. verb. clericalis. de cleric. coniug. lib. 6.*
z *Decis. 26. quæ in nouissime rubricatis est 1. de cler. coniug. si impetretur. in nouis.*
a *Col. 4.*
b *In c. mandatum, infra eo.*
c *Quæ est in nouiss rubric. 8. de sent. excomm. in antiq. & 303. quæ est in nouiss. rubric. 5. in antiq.*

a *In c. tuam audeo. nu. 10. infra eod. & in Honorum. 2. n. 4. Cod. qui admitti.*
b *In c. scisciti. tua. infra eod.*
c *Ibid. nu. 4.*
d *In cap. 1. de transact.*
e *& in c. Ceno manẽses 6. di.*
f *In princ. n. 5. g. 12. qu. 100. art. 8.*
h *In 3. li. sen. d. 37. qua. 10. i & num. 1.*
k *De stat. & qual.*
l *De electio. m Num. 28.*
n *Leg. sed & si quemcũq. §. igitur. ff. ad leg. Aquiliã.*
o *In cle. 1. de homicid. n. 5.*
p *C. de curatore furiosi vel prodigi.*
q *In verbo extra mentẽ, e sient. de reg.*
r *Instit. quibus non est permis. facere testamen.*
s *Instit. de curatorib.*
t *Authen. qui se res minor. obligatas habere perhibẽt. colla. 6.*
v *Inl. sed & milites. §. qui autem. ff. de excusationibus tutor.*
x *Cons. 3. Ad quæstum. n. 2. lib. 7.*
y *Lib. 1.*
z *Cons. 112. in præsẽti. & in cons. 397. visa punctio. num. 1.*
a *In l. ex facto. ff. de vulg. n. 17. & 18.*
b *In cons. 122. visis. n. 7. p. 4.*
c *In l. humanitatis. nu. 25. C. de impuber. d in l. si furioso. C. de nupt.*
e *Cons. 116. n. 1. volum. 3.*
f *Cap. ei cui, de præb. lib. 6.*
g *De præben.*
h *Cap. is cui. eod. tit. lib. 6.*
i *De rese. li. 6.*
k *In c. dudũ. 1. n. 8. de elect.*
l *In cap. dilectus. num. 8. ff. de conditionib. & demonst.*
n *ff. de legat. præstan.*
o *In princ. ff. de legat. tertio. p ff. de leg secundo.*
q *§. 1. ff. de hæredibus instituend. r Instit. de hæredum qualit. l. si cognatis. ff. de reb. dub.*
s *Nu. 6. t In deci 857. Vrbanus in antiq. v Dori. 3. de præb. x Cons. 18 quidã. y In decis 2. de præb. z Ca. dudũ. 1. de elect. a De accusationib. b De elect. li. 6. §. alioqui. c De iureiur. li. 6.*

tissimum in hoc textum in cap. *nulli*. [a] quod in illis verbis, *Nisi ex superuenientibus*, probat facilius opponi posse contra electum crimina & defectus, quæ post electionem superuenerunt, quàm quæ illa præuenerunt. Facit sexto, quod qui disputant, an quis tempore electionis, vel præsentationis debeat esse idoneus, nullatenus dubitant, neque disputant, an tempore confirmationis, vel institutionis habilis esse debeat, habentes illud pro indubitato: eo quod tunc ius in re quæritur, vt patet ex his, quæ scribuntur in ca. *dudum*. [b] & in ca. *super his*. [c] & alijs ca. proxime allegatis.

9 Facit septimo, quod communis habet opinio, excommunicatum posse acceptare beneficium sub suam expectatiuam cadens, vt habetur in decis. vltima Rotæ. [d] Attamen illud acceptatum non poterit ei conferri ante absolutionem, iuxta cap. *postulasti*. [e] tradit Rota. [f] Adeo quidem, vt Petrus vir doctissimus determinauerit, [g] eum non gaudere priuilegio de triennali possessore qui titulo excommunicationis tempore quæsito beneficium triennio possedit quæ tamen determinatio nobis nõ videtur vera, per ea, quæ doctissimè, ac peritissimè tradit Gomesius. [h] Quoniã licèt huiusmodi excõmunicatus careat titulo colorato quo ad alios iuris communis effectus: nõ tamen caret quoad effectũ illius regulæ. Et ita licèt quoad propositũ eius determinatio Petri non sit vera: planè tamẽ seruit nostro.

10 Denique octauo est decisio expressa eiusdem Petri Rebuffi, [i] quatenus ibi ait eisdem modis finiri mandata, quibus nominationes. Et postea, [k] sic ait. *Quarto finitur nominatio, quando nominatus vel graduatus efficitur inhabilis vel irregularis: quia etiam sic perditur mandatum*. quod ipsum tradit antea Petrus ab Ancharano, [l] vbi ait, tertium modum finiendi mandatum esse, si persona inhabilis fiat, aut indigna. quod ante illum sentit Ioannes Andreas, [m] & ante illum Innocentius, [n] quamuis ille de illo mandatario agat, qui tempore impertrationis irregularis erat. sed Ioannes Andreas id non aperit: & merito meo iudicio. Quia si impetrans irregularis erat tempore impertrationis mandati, gratia fuisset subreptitia, & nulla à principio, argumen. ca. *si eo tempore*. [o] Non obstat ca. *scripsit*. & ca. *cum percussio*. cum duobus cap. seq q. [p] & cap. fin. [q] que habent, propter egritudinem, vel irregularitatem, sine culpa superuenienteu beneficiario, non perdere illum suum beneficium, neque debere illo priuari. quin & de amentia superuenienti casus est in ca. 1. [r] Non inquam, hæc obstant: quoniam solum procedunt in eo, cui ius in re quæsitum erat in beneficio: non autem in eo, cui tantùm ius ad rem ac spes quædam, qualis per hunc accessum, si alioqui validus fuerat, fuisset præfato C. quęsita, vt supra in præludijs, [s] diximus. Sicut in simili ægritudo vel furor superueniens matrimonio contracto & perfecto, non dissoluit illud, [t] sponsalia verò quibus ius ad rem adsimilatur, per superuenientiam leprę, furoris & id genus aliorum dissoluuntur. [v]

11 Itaque videtur haberi pro cõperto per inhabilitatem superuenientẽ, si perpetua est & indelebilis, expirare expectatiuã gratiã: per eã verò, quæ tẽporalis est, saltẽ sopiri & inefficacẽ reddi pro eo tẽpore, quo inhabilitas illa durat, quæ nostro proposito sufficiũt. Qm̃ inhabilitas, quæ præfato C. obiicitur, perpetua est, vel si non est perpetua, inerat tamẽ ei, quo tẽpore is accessus suũ erat sortitus effectũ.

Vtile tamen admodũ, ac quotidianum dubiũ esse arbitror; An illa inhabilitate tẽporali de medio sublata, reuiuiscat expectatiua. Et puto primo nõ reuiuiscere, quando per illã inhabilitatem renũciatio tacita expectatiuæ resultat, per illã clem. *gratia*. [x] vbi habes pulchrũ exemplũ, quale potest dari etiam in matrimonio per verba de præsenti contracto, secundũ glossam mihi singularẽ, [y] quã ibi Ioannes Andreas, Dominicus & Perusinus cũ cõmuni sequuntur: quãuis non sit idẽ de sponsalibus, secundũ Rotam. [z] Potest etiã poni exemplũ in quolibet alio actu clericatui omnino contrario: quod Calderinus. [a] & Cardin. quæst. 1. cum Andrea Siculo, [b] affirmare videntur. Secundo verò puto per inhabilitatẽ temporalẽ superuenientẽ, si est delebilis facile; qualis est excõmunicatio, vel suspensio, non penitus per inexpectatiuam gratiã: sed tantum fopiri & dormire, illa durãte, quo ad collationẽ: quãuis non quo ad acceptationẽ, arg. eorũ, quę clare colligũtur ex illis decisionibus prędallegatis; scilicet vltima, in antiquioribꝰ, & 126. [c]

12 Tertio, puto maius dubiũ esse de irregularitate alia, per quã inducitur regulariter tacita beneficij renũciatio, neque eius perditio ipso iure, secundũ Innocentiũ ab omnibus receptũ,[a] pro quo est casus in ca.*clericis*,[b] & ca.vltimo,[c] cum ei adnotatis.& in præsentia puto perdi. Primo, propter prædictorum auctoritatem. Secundo, propter decisionem glossæ memorabilis[d] supra[e] relatam; scilicet, ius ad beneficium per beneficij cuiusque illi repugnantis adeptionem perdi; cum tamen ius in beneficio non perdatur per quamcunque talem, vt ibi latius diximus,& latius tradidimus in cap.*referente*,[f] anno superiore. Tertio propter illa consilia Calderini supra[g] relata.

13 Quarto, quòd Andreas, Antonius, Cardinalis & Imolensis[h] definierunt, eum, qui adhuc sperat, & petit aliquid iuris spiritualis, si antequam illud perfectè assequatur, inhabilis fiat, etiam ob morbum corporalem, repellendum esse. Qua ratione affirmant illud mirabile; scilicet, electum & confirmatum in Episcopum,& nondum consecratum repelli posse ab Episcopatu, si ante consecrationem fiat inhabilis. Et quamuis Panormitanus solus non audeat penitus hoc affirmare de illo confirmato, qui sine culpa incurrit inhabilitatem; affirmat tamen de illo, qui sua culpa in eam incidit. Si ergo tanta grauitate ac eruditione patres ausi sunt dicere hoc de confirmato, cui iam est ius in re quæsitum, vt habet cap. *transmissam*, cum ibi adnotatis[i] & cap.*super his*.[k] ea ratione quod adhuc restat ei aliquid quærendum, quis audebit dicere non esse repellendum eum, qui solum ius ad rem habet per expectationem quæsitum? Cum primo ius ad rem leuius quàm ius in re tollatur, vt supra[l] est dictum, & tradit Ioannes Monachus, & post eum Probus, qui alios citat. [m] Et secundo, ius per expectationem quæsitum non sit tam fauorabile, ac ius per electionem habitũ. imò ratiõ magis odiosum & extraordinarium, quantò specialior est illa & magis ad ius in re accedens, iuxta cap.2, iuncto cap.*constitutus*.[n]

14 Quare omnibus habentibus expectatiuas, qui in aliquam irregularitatem, vel inhabilitatem, obtinendi beneficia inciderunt, etiam atque etiam consulo, vt quando impetrauerint dispensationem super irregularitatem meminerint quoque suarum expectatiuarum, & quatenus opus est, earum petant reualidationem, quod videor mihi vidisse pridem factum in quadam dispensatione super irregularitate homicidij è Curia delata. Quod si non fecerint, quamuis alia via beneficia illis sperare, ac habere liceat eis: difficile tamen fuerit eos per illas expectatiuas aliqua cõsequi, per prædicta, quę nullibi sic videas discussa. Ex quibus omnibus facile quis inferat, quã neruosa sit hęc exceptio decima, & quã inexcusabilis cõtra præfatũ C.

a *In cap. cum nostris. de cõcess. præb.*
b *Nec le. vel monac.*
c *De cleric. egrotan.*
d *Clement. gratia de rescr.*
e *In exceptione 6. num. 1.*
f *De præben.*
g *In octaua exceptione. n. 15.*
h *In c. ex parte. de cleric. egrotan.*
i *De elec.*
k *De accus.*
l *Exce. 6. n. 2.*
m *Inc. sæpe. de præb. li. 6.*
n *De concess. præb.*

EXCEPTIO VNDECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Rescripto ad beneficia inest clausula: Si* est dignus instruens.
2 *Beneficio inhabile est quintuplex hominum genus.*
3 *Beneficium plus prudentię quam meritum, vel peccatũ requirit.*
4 *Cantoriæ Conimbricensi quæ. quanta, & qualia incumbunt.*
5 *Beneficiarij prudentia arbitrio iudicis metienda.*
6 *Scientia sine prudentia non sufficit beneficiarijs.*
7 *Ius ad rem electi, vt maius iure expectantis.*
7 *Ius accessus & regressus maius iure expectatiuæ.*
8 *Prudentiæ infantilis suppletio non supplet virilem.*
9 *Aetate maior nonnunquam est iudicio minor dignus restitutione, sed non beneficio.*
10 *Causarum quarum vna cessante, non cessat effectus,*
10 *Virtus puerilis indigna est dignitate virili.*

VNDECIMAM Exceptionem opposituri præfamur veniam Summatum, tum sacrorum, tum profanorum, si qua in illa & in aliquot aliis sequentibus protulerimus, quæ illorum minus circumspectam in ordinandis clericis, & distribuendis sacerdotijs curam, ne dicam, socordiam, arguerint. Præfamur itẽ veniam mediocrium & infimatum, si qua retexerimus, ob quæ merito verecundia suffundantur multi, qui litteras parui æstimantes, alij nobilitate, alij diuitijs, alij potentia & fauore: nõnulli etiã arte Pelasga & fraude nitũtur ad cumulanda sibi, cũ parua tum vero magna & summa sacerdotia. Deum enim Opt. Max. Iesum, cuius illa sunt patrimonium testamur, nulla nos inuidia maiorum, nullo æqualium odio, nullo minorum contemptu ad id moueri: sed volentes nolentes veritatis defendendæ necessitate ad id trahi, operæpretium arbitrantes, si obiter occasionem dederimus: quo Summates bonorum communis omnium domini Christi distributores mali, fiant boni, segnes gnaui, & boni se meliores. Mediocres verò & infimates superbi fiamus modesti, & impudentia, & improbitas nostra, generosæ verecundiæ cedat.

1 Vndecima igitur exceptio, quæ tangit materiam cap. *cum adeo*[a] illa est, quod in omnibus literis ad beneficia datis vel expresse ponitur, vel subintelligitur conditio illa; *Si dignus est is, cui dantur*. vt est in dicto cap.*cum adeo*. coniuncta glossa quæ ait, clausulam hanc, etiam si non exprimatur subintelligi, sicut illa: *Si preces veritate nitantur*. [b] Et ideo clausula hæc expressa non efficit gratiam conditionalem neque suspendit. Quia potius est quædam instructio, quam conditio. secundum Innocentium receptum [c] & glossam ab omnibus receptam [d] ergo in his literis præfati C. quibus illi fit facultas, vt cedente, vel decedente, A. libere præfatam Cantoriam accipiat, subintelligenda est clausula illa. [e]

2 At is inuenitur ea indignus propter quinque, videlicet, amentiam, imprudentiam omnimodam, prudentiæ iustæ defectum, omnimodam litterarum ignorantiam, & scientiam illarum minus sufficientem: quorum primum in exceptione præcedenti est tractatum, & duo postrema in sequentibus tractabuntur. Est ergo indignus secundo propter omnimodum prudentiæ defectum. Quoniam ille fugat omnimodam grauitatem morum, quæ necessaria est per cap. *cum in cunctis*. [f] Nam grauitas morum ex animi virtute nascitur, [g] & nulla virtus animi sine prudẽtia esse potest, vt probat S. Thomas receptus [h] & prudentia non potest esse in amente. [i] Ergo si C. amens est, nulla ei morum grauitas esse potest. Et si contenderis non posse dari omnimodam imprudentiam sine amentia, & ideo has duas causas in vnam coalescere, tecum ego non contendam. Satis enim mihi est diuersos esse respectus, ob quos amens quis dicitur & omnino imprudens, ad hoc vt duæ dicantur causæ, licèt forte subiecta diuersa nõ sint. [k]

3 Tertio indignus est dicta Cantoria C. propter prudentiæ sufficientis defectum: quoniam non omnis prudentia, quæ sufficit ad peccandum, vel bene de Deo in aliquo casu demerendum est idonea beneficio ecclesiastico, habenti præsertim annexum regimen aliquod spirituale ac temporale, quale Cantoria prædicta habet: casus est in cap.*ex ratione*. [l] quod habet pueros, etiam illos quibus per indulgentiam licet habere Ecclesias, non posse tamen habere illarum administrationem. Casus est item aptior, in cap.*indecorum*. [m] Primo inquantum habet indecorum esse, vt bi regant Ecclesias, qui se regere non nouerunt. Et quãuis aliquis habeat prudentiam peccandi, vel bene coram Deo agendi, non continuo sequitur habere illum prudẽtiam, sc ac Ecclesiam regendi. Secundo probat illud cap. hoc, quatenus ait, eos esse ad regimen Ecclesiarum eligẽdos, qui discretione præeminent. Non ergo qualis discretio, de qua in cap.*omnis vtriusque sexus*. [n] sufficit ad hoc: sed quędam maior. Tertio, probat hoc illud cap. quatenus ait, propter discretionis defectum non esse pueris committendos personatus. at pueri discretionem habent, vt plurimum sufficientem ad offendendum, etiam capitaliter Deum, vt habetur in cap.1.& 2. [o] & in prædicto cap. *omnis* ibi: *Ad annos discretionis peruenerit*, adiuncta omnium Doctorum interpretatione. Sed quid omitto verba illa Gratiani aurea? [p] videlicet: *Oportet ordinandum esse prudentem. Quod contra eos notandum est, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum*. Ergo licet præfatus C. non esset omnino amens: sed haberet qualemqualem prudentiam, & ita quamuis non esset omnino virtutis & bonorum morum expers, sed haberet aliquantulas virtutes pueriles valde, & infirmas indignus haberi deberet prædicta Cantoria, quam qui rectè recturus est virtutem non qualemqualem, sed virilem profecto & constantem habere oportet: & non qualemqualem prudẽtiam, sed egregiam, quoniam regimen omnium officiorum diuinorum, tam intra, quàm extra chorum incumbit ei, quo ad quę omnia etiam Decano ipsi Ecclesiæ præest. Ille namque regit chorũ, ille silenti um

a *Infra eodẽ.*
b *Cap. 2. supra eod.*
c *In ca fin. de præsumpt.*
d *In clem. 1. de offic. dele.*
e *Si dignus illa fuerit.*
f *De electio.*
g *Cap. fi. 41. dist.*
h *In 1.2. q. 58. art. 4.*
i *Leg. sed & si. §. igitur. ff. ad legem Aquil. & l. humanitatis. C. de impuberũ, & aliis substitutionib.*
k *Cap. a collatione. de appell. li. 6. c. cũ in ecclesiis. de præben. eod. lib. l. patris & filij. ff. de vulgar.*
l *De ætat. & qualit.*
m *Eod. tit.*
n *De pœnit. & remiss.*
o *De delict. pueror.*
p *Quæ sunt initium d. 36.*

silentium indicit, ille cantum componit, ille risus cohibet & colloquia. Ille curat, ne quis in psallendo nimium festinet, vel tardet, ne versus alter ante alterius finem incipiatur. Ipse cappas & sceptra partitur, & alia id genus multa facit. Immo, & Decano absente, ille præsit capitulo, & negotiis in eo tractandis, quę sunt adeo multa & magna, vt eis proponendis & aliorum sententiis, vt par est, colligendis & resoluendis vix ambidexter sufficiat. Quin & quando Decanus adest, ille post eum primus in omnibus negotiis fert sententiam, quę omnia, nisi vir prudens & grauis facere profectò nequeat sine aliorum scandalo, vel diuina offensa.

5 Quanta verò prudentia in hoc sit opus, iudicis arbitrio est relinquẽdum; vt eleganter determinabat Andreas Siculus, [a] quemadmodum & quanta scientia sit in quouis beneficio necessaria, secundum eundem ibidem, & Bonifacium, [b] vt infra dicemus. At nemo, etiam amicissimus dicti C. est, qui quamuis neget eum esse penitus amẽtem, arbitretur idoneam eum habere prudentiam ad ea, quæ prędicta sunt subeundum, disponendum & ordinandum. Ergo ex capite defectus sufficientis prudentiæ, est etiam præfata Cantoria indignus: præsertim quod nulla spes est iam maioris prudentiæ quærendæ propter ætatem senectuti propriorem, quàm adolescentię, vt palam est intuenti rem satis & contemplanti.

Postremo non omittamus hic duo, huic rei accommodatissima. Alterum est illud singulare exordium Gratiani. [c] quod habet primo, sacerdotibus regimen temporalium habentibus; non solum litterarum scientiam: sed etiam negotiorum secularium peritiam esse necessariam. Secundo habet, quendam in Episcopum electum à B. Gregorio propter ipsius simplicitatem fuisse repulsum, quod mox probat subiectis verbis B. Gregorij in cap. *de Petro*. Ponderemus, viri ornatissimi, ibi esse casum nostro proposito accommodatissimum, si quod aliqui amici præfati C. aiunt, nõ est ille omnino amens: sed simplicissimus.

6 Audis enim, illum Episcopum à B. Gregorio non pro amentia, non pro ignorantia, non pro malitia: sed pro simplicitate nimia fuisse repulsum, & ponderemus fuisse repulsum ab electione iam de illo facta, & ita post ius ad rem in dignitate quæsitum. Quid potuit accommodatius nostro proposito scribi? Cum præsertim ius ad rem per electionem quæsitum firmius sit longius, ac nobilius iure ad rem per expectatiuam gratiam quæsito, vt colligere est ex cap. *si electio*. [d] & adnotatis ei per Ioannẽ Andream & alios, [e] & Rotam, [f] coniunctis, quæ dixit Dominicus, [g] & Ioannes Andreas, [h] & Felinus. [i]

7 Quamuis fatear ius ad rem per accessum, regressum, & coadiutoriam de cõsensu, cum futura successione quæsitum fortius esse multo, quam ius ad rem per alios modos expectandi habitum, per ea quæ tradit Gomesius. [k] Et ne dicas illum textum de episcopo agere, allego cap. *episcoporum*. [l] quod in illis verbis: *Propter simpliciorem naturam*, secundum glossam & communem probat, etiam ab archidiaconatu repellendum quem propter simplicitatem. Et ne rursus dicas illos textus agere de illo, qui eam simplicitatem habebat, quando fuit electus, & ita quando ius ei ad rem quærendum erat, considera primo, quod C. maiorem simplicitatem habebat, quando is accessus fuit ei concessus. Secundo considera, quod ille textus non aperit, an simplicitas præueniisset, an cõsequuta esset electionem. Tertio considera, quod licèt ei, qui prudentissimus tempore electionis erat, superueniisset eiusmodi simplicitas ob aliquam fortè ægritudinem, vel percussionem, quod frequens est, fuisset à confirmatione repulsus, ac si electionem præueniisset, secundum ea, quæ supra [m] citauimus.

8 Et ne fortè instes, Papam super illa simplicitate dispensasse, considera primo, fortè illum hoc facere non potuisse. Quia contra ius esset naturæ, per ea quæ supra [n] insinuauimus. Secundo considera, eum quo ad summum dispensasse quidem quo ad expectatiuam quærendam in infantili ætate. Dispensasse item quo ad tenendam hanc dignitatem in puerili ætate, vt si eo existente, in ea dies accessus cessisset, & conditio adimpleta fuisset, suffecisset *illi* adesse prudentiam puerilem aliis communem. Quoniam expressè disponit, vt eo casu prædictam cantoriam C. in ea ætate acquireret, quę dispensatio licere potuit propter spem futuræ prudentię, quam se habere Papa cum hanc gratiam faceret, fatebatur, iuxta dictum singulare Innocentij, [a] quo ad virilem autem ætatem nullatenus dispensauit: immo contrarium clarè in suis litteris significat, cum dicit, se gratiam illam ideo facere præfato C. etiam tunc infanti; quia relatione fide dignorum accepit, talia indicia futuræ virtutis in eius infantili ætate apparere, vt merito speraret eum in virum egregium euasturum. Cùm igitur ipso tempore acquirendę huius dignitatis, & quando dies accessus cessit, & conditio impleta fuit, aut amens fuerit inuentus, aut certe simplicissimus, & sine prudentia dignitati necessaria, & sine spe, eam iam post hac consequendi, consequens est cum eo adeò non esse super hac inhabilitate dispensatum, vt clarè constet habilitatem contrariam in hoc tempus requisitam fuisse, ac speratam à Pontifice Maximo accessus huius auctore. Et facit, quod permissum ad tempus post illud videtur prohibitum. [b]

9 Alterum vero, quæ supra dicebam nostro negotio maximè posse accommodari, est, quod quamuis iuris presumptione nulla sit infanti prudentia: puero verò tantum puerilis, [c] minori 25. annis maior, sed fragilis, [d] maiori verò perfecta, iuxta cap. *cum in cunctis*. [e] ibi, *Post hoc tempus, compleri virilem vigorem constat*. quandoque tamen res contrario se modo habet, Sunt enim aliqui maiores quidem 25. annis, si numeres annos: iudicio tamen pueri ac infantię proximi, etiam si non sint omnino amentes, vt experientia nos passim docet: & Ludouicus Romanus cum Alexandro monet, [f] dum aiunt, eum mutum, qui nil intelligit infanti æquiparari: eum verò, qui aliquid, pupillo: cum autem, qui perfectæ, maiori. Quibus ibi Bartholomęus Socinas vir ingenio acri, [g] addit eum, qui per apoplexiam intellectu adeo læso esset, vt merito iudicium eius tam fragile ac minoris iudicari deberet, perinde restituendum si decipiatur, ac si minor esset.

10 Ex quibus facile colligas, eum maiorem, qui non magis valet intellectu, quàm pueri valere solent impuberes, non esse idoneum ad dignitates, quibus pueri ob iudicij paruitatem sunt indigni. Duo enim sunt in pueris defectus, ob quos dignitatibus sunt indigni, ætatis scilicet ac iudicij. [h] Et ideo si crescat quidem puer annis, non autem prudentia, & ita corpore fiat magno, manente animo paruo, exuit quidem alterum defectum, scilicet ætatis: alterum tamen, scilicet iudicij secum defert: & ideo semper manet indignus. Quoniam quando alicuius effectus duplex est causa principalis, vna cessante, non cessat alia, vt est in §. *affinitatis*. [i] cap. *ex tuarum*. [k] super quo latius olim scripsimus, post Decium. [l] Facit quod defectus iudicij maior est, quam ætatis, iuxta illud. [m] *Cani autem sunt sensus hominis*, [n] facit, quod sicut sine vllo iudicio & prudentia, nulla omnino virtus haberi potest, iuxta S. Thomam superius relatum: ita sine iudicio & prudentia mediocri, saltem nulla virtus virilis acquiri, [o] & ita neque attingi morum illa grauitas, quam requirit prędictum cap. *cum in cunctis*. Virtus enim, si qua quęratur cum tali iudicij paruitate, puerilis erit, quę non est idonea dignitatibus Ecclesiasticis, vt pulchrè ait Thomas à Vio. [p] Cum ergo præfatus C. & si corpore ac ętate creuerit, non tamen iudicio creuit & sapientia: immo, vel semper remansit infans; vel certè puer. Ergo indignus est Cantoria tantę Ecclesię, tot & tantorum munerum ob defectum prudentię mediocris.

a *In c. cum in cunctis. de electi. verbo, scientia.*
b *Leg. manci piorum ff. de opt. leg. ca. 2. de cõ ff. pro.*
c *§. pupillor. inst. de inutilib. stipulationib. & l. 1. Cod. de falsa monet & ea. indecorũ. de ætat. & qualit. & qualit. e. si annũ. de iudic. li. 6.*
d *Leg. 1 ff. de minorib. in princ. & c. ex ratione. de ætat. & qualit. & inferiora. de elect. & l. 1. §. 1 ff. de minorib.*
f *In leg. 1. in prin. ff. de verbor. obligatio.*
g *Num 3.*
h *Cap. cum in cunctis. §. inferiora. contentio e. indecorũ. de ætat. & qualit.*
i *Institut. de nupciis.*
k *De auctor. & vsu. pall.*
l *In 1. cum ecclesiæ. de app.*
m *Sapientiæ 4.*
n *Cap. porro 84 dist.*
o *Argumẽt. l. quæ de tota. ff. de rei vin. & c pastoralis. §. 1. de offi. del.*
p *In ver. beneficium, pagina fin.*

EXCEPTIO DVODECIMA.

SVMMARIVM.

1 *Illiteratus vt homicida indignior beneficio.*

DVodecima Exceptio, quod etiam videtur prędictus C. indignus præfata Cantoria propter omnimodę scientię defectum. Nam primo, vt quidam aiunt, nescit legere: sine quod discere non potuerit, sive quod oblitus postea fuerit ob ęgritudines animi & corporis: quibus

a *De elect. li. 6.*
b *De renunc. electi.*
c *Dec. 492. quæ in nouis. rubric. est 6. de electi. quæ incipit. licet.*
d *In c. quam sit. de electi. li. 6.*
e *In c. si post-quã. de præb.*
f *In ca. in nostra. col. 28. de rescrip.*
g *In quæstio. 1. super regula de non tollẽd. iure quæsi.*
h *74. dist.*
i *In decima exceptione n. 6.*
k *In 10. except. nu. 3. & except. 7. nu. 5.*

humana fragilitas nonnumquam, etiam sine peccato, frangitur, quod si verum est in illiteratorum numero computari debet: quibus non posse beneficia, neque ordines conferri, satis probat cap. *illiteratos*. [a]

1 Est enim irregularis secundum Aluarum, [b] & affirmat Innocentius receptus ab omnibus, [c] vbi col. 1. laudatus ab omnibus, ait, illiteratum minus habilem esse beneficio & dignitati, quàm homicidam. Quoniam in homicidam cadit ius beneficij, saltem ante homicidium quæsiti, in illiteratum autem nullum. Quod notè: sed verè, intelligo de illo, quinunquam didicit literas: de illo etenim, qui eas didicisset: & post quæsitum beneficium omnino oblitus esset, aliud dicendum arbitror. Quoniam is non est deterior furioso, quem supra, [d] probauimus non perdere beneficium, ante furorem quæsitum, per cap. *scripsit*. [e] &cap. [f]

EXCEPTIO DECIMATERTIA.

SVMMARIVM.

1 *Illiteratus inscius literarum, & imperitus quis.*
2 *Beneficio indignus qui nescit legere, & construere, num. 3.*
4 *Illiteratos, & litteratos, quos appellat Gallia & Hispania.*
5 *Felini lector monetur.*
6 *Litteratus aliud, in alia materia dicitur: & quid olim, & quid nunc in materia ordinandorum.*
7 *Beneficij collatio facta ignaro Latinæ linguæ, an nulla.*

1 DEcimatertia Exceptio est, quod prædictus C. quamuis sciat vtcumque legere: nescit tamen Latinè, & sic includi videtur illo cap. *Illiteratos*. Nam Hugutio, quem manuscriptum habeo, illo verbo, *Illiteratos*. addit penitus, vel parum scientes: & vt consequentia eius verba significant, per parum scientes intelligit eos, qui licet aliquantulum Latinè sciant, non tamen competenter. Post illa enim verba, penitus vel parum scientes, subiicit immediatè hæc alia, *Sed alia litteratura exigitur ad promotionem Episcopi, alia ad promotionem presbyteri, alia ad promotionem aliorum*. Per quæ verba non obscurè significat per verbum, parum scientes, non intellexisse illos solos, qui legere vulgariter norunt, sed etiam qui Latinè callent: sed non competenter. Archidiaconus etiam tametsi non ita expresè ac Hugutio loquatur, tamen idem quod ille sentire videtur, Dominicus etiam ait per verbum illud, *illiteratos*, intelligi eos, qui penitus sunt illiterati, vel mediocribus carent litteris, at constat eum, qui Latinè aliquantulum non callet mediocribus carere litteris. Immo & glossa illius cap. hoc ipsum sentit, dum illi verbo, illiteratos, addit *penitus*: & mox subiicit: *Sufficit tamen mediocris scientia*: Idem sentit etiam Cardinalis Alexandrinus ibi, dum glossam approbat, quatenus ex ea colligitur solutio ad contrarium, quod ex cap. *cum nobis*. [g] formari posset. Concordat etiam Cardinalis S. Xisti, cum sentit illiteratum omnino dici, qui non nouit aliquid litterarum sacrarum.

2 Facit, quod Cardinalis Alexandrinus, [h] ait, eum non esse penitus illiteratum, qui Grammaticam quidem non didicit: sed ex vsu loquitur perfectè litteraliter. Per quæ vtique verba videtur sentire vir doctus, eum illiteratum dici, qui neque vsu, neque arte callet Grammaticam. Facit illud cap. celeberrimum, *cum in cunctis*. [i] ibi: *Cum in cunctis Ecclesiarum ministeriis litterarum scientia sit necessaria*. & non videtur credendum Concilium vniuersale ibi de scientia litterarum vulgarium agere: sed de peritia, vel intelligentia litterarum sacrarum, quibus in ministeriis Ecclesiasticis vtimur. Facit, quod Bartholus, [k] dixit, eum, qui legere vulgariter nouit: [l] sed non callet Latinè, litterarum dici imperitum, quamquam Felinus, [l] aliud ei imponit, quod etiam ibi Decius ante nos animaduerterat. Facit, quod verba secundum communem consuetudinem sunt intelligenda, [m] at communis vsus habet, eum clericũ appellari idiotam & illiteratum, qui numquam Latinè didicit. Facit illud cap. *illiteratos*. dum ait, illiteratos corpore vitiatis ea ratione æquari, quia litteris carens, sacris non potest esse aptus officiis. Ergo illiteratus est, qui caret litteris sacris, at qui nulla ex parte litteras sacras intelligit in eo idiomate scriptas, in quo Ecclesia vtitur, quamuis ea legere litteraliter nouerit, litteris sacris carere dicitur. Facit cap. *pœnitentes*. [a] quod pro illiterato, ponit inscium litterarum, qui videtur idem esse, qui imperitus litterarum: qualis dicitur esse, qui Latinè non nouit, secundum Bartholum. [b]

3 Facit, quod nemo qui nescit legere, construere, ac cantare, habet sufficientem scientiam ad beneficium obtinendum, per textum coniuncta glossa, [c] quam Cardinalis, [d] Panormitanus & Imola sequuntur, & licet mitius loquatur Dominicus, [e] duo tamen dixit in illis esse necessaria, & addit in partibus quidem Gallicanis pluris fieri cantum: in aliis autem constructionem Latinam. Sed Dominicus non probat vllo textu, vel naturali ratione cantum cum lectione sufficere: quamuis lectionem & constructionem arbitrer sufficere, ne quis illiteratus dicatur per prædicta, & post dicenda. Denique allego cap. fin. [f] quod habet, quemdam ab Episcoparu iam quæsito tanquam illiteratum repulsum fuisse, eo quod non didicit Grammaticam, & par est credere qui electus fuit in Episcopum sciuisse saltem legere ac scribere vulgariter. Confirmatur per id, quod ibi ait Ioannes Andreas, quem eleganter exponit Cardinalis, [g] qui ambo cum Antonio à Butrio sequuntur Ioannem de Deo determinantem, Episcopum, qui Grammaticam ignorat: vsu tamen perfectè loquitur non esse ab Episcoparu semouendum: quia non est omnino illiteratus. Per quod clarè sentiunt, illum illiteratum omnino esse, qui neque vsu, neque arte Grammaticam nouit, & ne dicas, eos per vsum perfectè loquentem intelligere illum, qui legit & profert verba Latina, licet ea non intelligat: audi, quæso, Cardinalem, [h] in hæc verba loquentem: *Dico, quod præmissa procedunt, intelligendo, quod litteraliter loquitur cum intellectu. ita quod potest intelligere scripturas: secus si ex consuetudine loqueretur: non tamen sciret intelligere, vt de quibusdam dicitur compertum: talis enim non potest dici litteratus*. Petrus etiam Rebuffus, [i] ait, Episcopum, de quo agit cap. fin. [k] penitus illiteratum fuisse, eo quod nesciebat Latinè. Et [l] definit, illiteratum esse, quando nullas scit litteras, aut modicas: vtpote qui scit legere, & scribere sermone vulgari: allegat Bartholum. [m]

4 Postremo facit, quod vulgus Gallicanum litteratos omnes appellat clericos, & illiteratos laicos, & neminem appellat clericum, nisi eum, qui Latinè caller, vel discit, & hunc loquendi vulgarem modum, etiam Petrus de Sansone, quem habeo calamo exaratum, [n] sequi videtur, & etiam glossa, [o] si debito suo pondere perpendatur in ea parte, qua quærit: Quid si penitus laicus ordinetur. Nam primo in idiomate Theutonico Glossatoris ea phrasis satis in vsu est, vt audio, multis. Secundo, quæstio illa non esset ad propositum, nisi per laicum intelligeret illiteratum. Cuius consuetudinis introducendæ ratio illa videtur fuisse, quod ferè omnes latinè callentes olim ante Concilium Tridentinum fiebant clerici saltem primæ tonsuræ propter priuilegium fori, quo eximebantur à pœnis criminum fori seculatis, iuxta cap. *cum non ab homine*. [p] quod per præfatum Concilium Tridentinum sublatum est quo ad eos, qui carent ordine sacro, & beneficio, & quibusdam aliis qualitatibus, [q] & omnes clerici debent Latinè callere. Adde demum, quod Hispanum vulgare non appellat litteratum eum, qui litteras Latinas, vel Græcas non didicit.

5 Contra tamen hoc facit primo quod Felinus, [r] illiteratum, ait, dici qui legere nescit: peritum autem litteratum, qui solùm scit legere & scribere. Secundo, quòd quotidie videas ab Episcopis ordinari pueros, qui legere vtcumque sciant: licet nullatenus Latina calleant. Tertio, quod etiam quotidie videmus huiusmodi pueris beneficia conferri: & durum videtur collationes huiusmodi omnes ipso iure nullas & inualidas esse, quasi factas illiteratis.

Ad horum primum respondeo primo, Felinum dum omnia colligit, nonnunquam aliud pro alio dicere:

a 36. dist. & c. fi. de temp. ord. n. lib 6.
b Lib. 1. de Planctu Ecc. artic 48.
c In cap. cum nostri. de concess. prabend.
d In decima exceptione, n. 6.
e 7. qu. 1. & c. indic. 3. qu. 9. & 1. 1. de eleg. iur. lib. 6.
f De elect.
g De elect.
h In c. sedulo. 30. dist. col. 2.
i De elect.
k In auth. sed nouo iure. C. sacrosanct. petat.
l In c. sciscita. infra eo. num. 10.
m Ca. ex literis. de sponsalib. & l. Labeo ait ff. de supellectile legat.
a 50. dist.
b In practica. ex authentica, sed nouo iure. Co. si certum petat.
c 1. clem. 1. de conuers. prab.
d In princip.
e In c. si pauper. de prab. lib. 6.
f De ætat. & qualit.
g In c. fi. de ætat. & qualit.
h In illo c. fin.
i In lib. de pacific. possessori. num. 213.
k De ætat. & qualitat.
l Num. 214.
m In authentica, sed nouo iure. C. si certum petat.
n In Summa, ca. de prudẽtia.
o Ca. illiteratos.
p De iudic.
q In sess. 23. c. 6. de reform.
r In practica. ca. scisciatur. num. 10.

quòd ibi, [a] facit, & cum ille solius Bartholi dicto nitatur, & Bartholus pro hac parte sit, vt supra, [b] est dictum, nihil Felini auctoritas in hoc obstat.

6 Secundo respondeo, quo ad eam materiam, quam ibi Felinus tractat, appellari posse litteratum eum, qui legere scit & scribere vulgariter: loquitur enim in materia proferendi sententiam in scriptis, quæ si sermone vulgari scripta est, poterit planè in scriptis per eum, qui vulgariter scit legere & scribere proferri. Et ita intelligi poterit §. *similiter*. [c] vbi Ioannes Faber videtur sentire illam differentiam, quam Felinus tribuit Bartholo; & loquitur in eadem materia proferendæ sententiæ in scriptis. Pro quo facit, quod verba secundum subiectam materiam sunt intelligenda. [d] Et ita in materia scientiæ litterarum vulgarium, qui nouit illas litteras litteratus appellari potest. In materia scientiæ litterarum sacrarum respectu diuinorum officiorum, litteratus dicetur, qui nouit idioma, in quo sacris litteris vtitur in diuinis officiis Ecclesia. Et ita qui nouit Latinè apud Latinos, qui Græcè apud Græcos. In materia verò, vbi de iurisperitia agitur, litteratus dicetur, qui iura nouit: qui autem ea ignorat illiteratus. In quo sensu videtur cœpisse Felinus, [e] dum ait, illiteratum adnocatum esse non posse, licet Panormitanus, [f] cuius dicto Felinus nititur paulo aliter loquatur,

Facit l. fin. [g] quam totam singularem appellauit Paulus ibidem: quæ tamen aliud singulare, quod ibi neque ipse, neque alij aduerterunt, probat; scilicet appellationes litteratorum quo ad consulendum ea, quæ ad testamenta pertinent, intelligi legum peritos, vt patet in vers. *sancimus*. & vers. *in illis*. quo ad subscribendum autem in testamentis per litteratum & litterarum peritum intelligi scribendi peritum: etiam si neque leges calleat, neque Grammaticam, vt colligitur ex versic. *ita tamen*. [h] Facit etiam §. *similiter*. [i] Quamuis ergo in aliis materiis aliis modis verbum illiteratus capiatur: in materia tamen clericorum ordinandorum & promouendorum, & vbi agitur de litterarum sacrarum scientia quo ad diuina officia pro eo accipi videtur, qui neque vsu, neque arte nouit idioma illud in quo sunt scriptæ sacræ litteræ in officiis diuinis pronunciandæ,

Ad secundum respondeo, concedendo aliquot Episcopos plusquam par est faciles ad ordinẽ in signiendum Latinè non callentes esse, ac malè facere. Vnde sunt alij laudæ præclara digni, qui neminem clericatu insigniũt etiam Latinè callentem, antequam ipse vel parentes eius iurent credere illum ad sacros ordines adscensurum. Nam quæ, te rogo impudentia est ordinis, tanto sacramento adeo abuti, vt sine vllo delectu, prece, vel pretio nitentes omnes insigniantur? quorum plurimi in nullum diuinum cultum eo sunt vsuri, præterquã in peccandi priuilegium & pœnæ vitandæ asylum. Quare nuper post 20. & plures annos ab horum editione sanctum Concilium Tridentinum sanctè statuit, [k] in hæc verba: *Prima tonsura non initientur, qui sacramentum Confirmationis non susceperint: & fidei rudimenta edocti non fuerint: quique legere & scribere nesciant, & de quibus probabilis coniectura non sit, eos non secularis iudicij fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse*. Per quod sufficit nunc, & requiritur vt prima tonsura initiandus sciat legere, scribere, & fidei rudimenta. Minoribus autem initiando plus est necessum per aliud, [l] quod sic incipit: *Ad minores ordines promouendi bonum à parocho & à magistro scholæ: in qua educatur testimonium habeant*. Et per aliud, [m] cuius initium est: *Minores ordines iis qui sat tem Latinam linguam intelligant, per temporum interstitia nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, conferantur*. Per quæ meo iudicio non datur Episcopis arbitrium quo ad linguæ Latinæ intellectum: sed tantum quo ad interstitia temporum seruanda, vel non seruanda.

8 Ad tertium respondeo, concedendo collationes beneficiorum factas eis, qui nil penitus Latinè callent, esse ipso iure inutiles & nullas: secũdum hanc conclusionem, quæ præfato iure antiquo scripto valde consentanea est, per fundamenta eius suprascripta: iuri tamen non scripto siue consuetudini, & praxi tam antiquæ, quàm nouæ, tam vrbis, quàm orbis videtur obuiare. Et pro ea facit primò, quod vt argumentum habet vbique gentium Christiano-

a In allegato nu. 10.
b Num. 4.
c Inscit. de ex cust. tutor. vel curat.
d Leg. si vno. ff. locati. c. rog. 11. q. 3. ad summa glossa.
e In illo cap. scisciatur. n. 11.
f In rubri. de postuland.
g C. de testib.
h Cum seq.
i Institut. de excusat. tutor.
k Sessio. 23. c. 4. de reform.
l Ca. 5. eiusdem sessionis.
m Cap. 11.
a Ca. cum dilectus. de consuetud.
b Cap. 4. præcitati.
c De reform. sess. 23.
d De reg. iur. lib. 6.
e In c. cum in cunctis. de ele.
f In c. per tuas. 1. de simõ.
g In consi. 34. præclarè. nu. 30.
h In c. 1. 36. d. i. 12. q. 70. a. 2.
k In rubr. de Summa Trin. num. 6.
l ff. de iur. de lib.
m De offi. de leg.
n In duodecima exceptione, n. 6.
p Ca. quemadmodum. de iureiurand.
q §. pactus ne paterer. ff. de pactis.
q Ca. ad Apostolicam. de regul. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.

cut damus actionem à fortiori datur exceptio? iuxta l. *iniuitus*. [a] cum latè adnotaris ibi per Decium. [b] Sed quid extrania citamus? Nónne excommunicatio impedit acquisitionem beneficij? [c] quæ tamen non tollit acquisitum: licèt suctuum perceptionem impediat. [d] Homicidium ante beneficium acquisitum eius acquisitionem ipso iure vitiat: non tamen ipso iure ab acquisito deiicit, secundum Panormitanum & cõmunem. [e] & Felinũ qui alios citat. [f]

3 Furor item & amentia impedit acquisitionem sacerdotij, vt [g] probabamus, non tamen deiicit à quæsito, [h] vnde merito glossa, [i] reprobatur per Dominicum & Alexandrum ibi, eo quod dixisset eum qui iam promotus est repelli propter lepram superuenientẽ, & abbatem etiam, si fiat inutilis: quam etiam communis reprehendit. [k] Si ergo, viri alioqui perspicacissimi, eum indignum censetis, qui hanc Cantoriam posteaquam quæsierit retineat: qui tam præposterè iudicatis eum dignum quo ei quæratur.

EXCEPTIO DECIMAQVINTA.

SVMMARIVM.

1 Beneficij collatio idoneam scientiam non habenti, an nulla: & an conferens, & collatarius peccent: & an ad alium deuoluatur faciendã.

1 DEcimaquinta exceptio, quod non prosunt præfato C. nouem quæ contra tres proximas exceptiones possunt adduci ad probandum quod licèt defectus prudentiæ ac scientię efficiat, vt beneficium non debeat conferri ei, qui patitur illum: non tamen collationem factam reddit ipso iure nullam. Primum est, quod, vt ipse paulo ante allegabam, multa fieri non debent, quæ tamen facta tenent. [l] Et quod præfati C. accessus collationem continet à Papa sub illa conditione factam. *Si præfatus A. non soluerit, &c. vel si cesserit, vel decesserit.* &c. Et ideo impleta conditione per ipsius mortem, collatio fuit purificata, & ita consummata & perfecta, & consequenter licet fieri non debuisset, facta tamen valet. Secundum est, quod Innocentius, [m] dixit, beneficium conferri posse illi, cui non est scientia sufficiens: si tamen est docilis & speratur illam consecuturus. Tertium, quod speciale videtur in illiterato, quod collatio illi facta non valeat, secundum Innocentium. [n] Quartum, quod collatio beneficij ab executore gratiæ facta indigno tenet, etiam quando ab ordinario facta non teneret, secundum Panormitanum. [o] Quintum, quod passim videas collationes beneficiorum viris & pueris non tantùm scientia sufficiente carentibus: sed etiam omnino ignaris litterarum saltem Latinarum & Græcarum fieri, & pro validis haberi. Sextum, quod cap. *nisi* [p] habet Episcopũ posse cedere Episcopatui ob scientiæ defectum. Ergo Episcopatus potest pertinere ad aliquem non satis scientem: cui consequens est prouisionem Episcopatus tali fieri non debere quidem: sed factam tenere. Septimum, quod cap. fin. [q] habet, repellendum esse ab Episcopatu eum, qui non didicit Grammaticam: & ita præsupponit fuisse adeptum: quoniam priuatio præsupponit habitum. [r] Octauum est, quod sicut scientia litterarum, ita etiam morum honestas requiritur in promouendo ad beneficium, [s] immo tanto magis, quanto vita bona doctrinæ bonæ præstat: quod ipsummet c. *cum in cunctis.* [t] significat, dum prius de morum honestate, quàm de litterarum scientia meminit. At defectus morum honestatis non vitiat ipso iure collationem, licèt talis sit qui efficiat quem beneficio indignum. Omnis enim constitutus in crimine mortali, vt inimicus est Christi, [v] ita indignus est stipendiis de illius patrimonio sumẽdis, vt eruditè de more S. Thomas, cui nemo contradixit, sentiebat, [x] quod diligenter adnotauit ibi Cardinalis S. Sixti, & ita indignus est beneficio, quod est pars patrimonij Christi, [y] non tamen regulariter est nulla collatio existenti in peccato mortali facta, quod satis probat cap. *ficut*. [z] quod ibi glossa memorabilis adnotauit, & latè tradidit Felinus. [a] Nono est, quod Felinus, [b] sequutus Ioannem Andream, [c] & Dominicum, [d] dixit, [e] non probati electionem de criminoso factam non valere, sed eligentes priuari potestate eligendi. Quæ originaria consideratio fuit Compostellani, [f] licet Felinus id non dicat, hæc tamen, vt dixi, non prosunt ei, per ea quæ in seq. exceptione soluemus.

EXCEPTIO DECIMASEXTA.

SVMMARIVM.

1 Scientia non eminens, sed sufficiens sufficit in promouendo.
2 Conferens indigno plus peccat, quam cum eligens.
3 Beneficij collator tenetur de damno, quod indignus præstat.
4 officium nullum sine iusta scientia iustè capitur.
5 Ecclesiam viris litteratis, non asinis ferratis indigere.
6 Scientiam & prudentiam simul requirit beneficium.
7 Scientiæ defectus impedit colorem tituli, nisi quo ad hoc.
8 Scientia parua cum spe iustè vt sufficit.
9 Concilium cõtra generale, nec Episcopus, nec Legatus dispensat.
10 Beneficij collatio digniori facienda.
11 Illiterati & minus scientis tituli vt differunt.
12 Collatio ab ordinario & executore, vt aquantur, nu. 13.

DEcimasexta exceptio est, quod ad quatuor argumenta de nouem factis in proxima exceptione pro præfato C. contra tres exceptiones: scilicet duodecimam, decimamtertiã, & decimam quartã optimè respõderi potest.

1 Ad primum quidem, quod scientiæ necessariæ defectus, saltem sine spe maioris defectus non solum efficit, vt conferens & recipiens beneficium peccẽt: sed etiam collationem reddit ipso iure nullam. Primo per textum irrefragabilem in c. *cum in cunctis*. [a] quod habet eum, qui confert beneficium, vel ad illud eligit scienter indignum, ob ætatis, morum, scientiæ, vel natalium defectum priuari pro ea vice conferẽdi vel eligendi potestate: & collationem, vel electionem ad alium deuolui. In quibus verbis ponderã disiunctiuam, *Vel*, quæ clarè demonstrat vnum illorum quatuor defectuum sufficere, quo illi dispositioni sit locus: argum. cap. *inter cæteras*, & eorum, quæ latè ibi diximus. [b] Pondera secundo, *collationem & electionem patienti aliquem ex illis quatuor defectibus factam ad alium deuolui*. At quomodo collatio, vel electio ad alium deuolueretur faciendа, si facta teneret, licet fieri nõ debuisset? Quare non immerito ibi hoc tenet Panormitanus, [c] & sentiunt Ioannes Andreas & Cardinalis, [d] dum aiunt illi §. fin. non esse locum in aliis defectibus: sed solum in illis quatuor prædictis. Facit secundo, c. *cum nobis*. [e] quod habet, eum qui fuit ibi electus, non esse repellendum ob defectum scientiæ: quia licet non haberet eminentem, habebat tamen competentem, per quæ verba non obscurè significat electionem non fuisse valituram, si non habuisset scientiam competentem. Tertio, facit cap. *dudum*. [f] quod habet, electionem eius, qui tempore quo eligebatur, defectum ætatis vel scientiæ patiebatur, inutilem esse ipso iure.

2 Per quem ibi Panormitanus, [g] argumento à fortiori, concludit collationem nescienti necessaria factam, esse ipso iure nullam: quoniam plus peccat collator: quippe qui ius in re, & ita plus iuris transfert, quàm elector, qui ius ad rem, & ideo minus dat, secundũ Rotę decisionem, [h] & ea quæ latius citat Felinus. [i] Quarto, est textus in cap. *si sorte*. [k] adiuncta glossa quod habet, non solũ euidentem, sed etiam non euidentem scientię defectum, reddere inutilem electionem. Quinto, est casus in clemen. 1. [l] quæ nouans iura antea super hoc constituta grauiter iubet, ne cui minus idoneo scientia, moribus, vel ætate cõferantur sacerdotia, vbi glossa r. quærit: Quid de parum scientes? Et se remittit ad ea quæ post Innocentium, Hostiensem & Compostellam scripsit. [m] Glossæ tamen addidit Petrus ab Ancharano parum scienti, qui speratur profecturus, conferri posse, alioqui nullo modo.

3 Immo & in vltimo notabili subdidit verbum, prælatis omnibus memorandum & terribile, nempe non solùm peccare prælatos qui beneficia indignis cõferunt: sed etiam teneri de damno, perinde ac magistratus, qui tutores minus idoneos dant pupillis. Quod etiã Cosmas, non relato eo, affirmat, [n] quia mali ministri electio culpa est vt habetur. l. *si seruus*. [o] cũ aliis allegatis ibi per glossam. [p]

4 Vbi etiam post glossam 1. tenet peccare illum, qui suscipit officium aliquod, ad quod sua scientia non sufficit: quod ante illũ Innocentius cum vniuersa turba commentantium affirmat, [q] & glossa putata singularis quę est 3. [r] pro quibus textus est omnium fortè iuris optimus in cap. *non est putanda*. [s] vbi glossa citat illa Horatij carmina pulchra, omnique promouendo semper memoranda,

Sumite materiam, vestris qui scribitis, æquam,

Viribus,

Viribus, & verſate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri.

Æquè huc facit, sed generalius §. 1. [a] Quin & Felinus, [b] ausus est sequi glossam, l. *qui cum vno*. [c] quæ sibi visa est dicere capite puniendũ esse, qui indignus in Episcopũ promouetur: quod tamen mihi nõ satis apertè illa glossa dicit.

5 Facit cap. *cum ex eo*. [d] quod coniuncta glossa Ioannis Monachi, habet Ecclesiam indigere viris litteratis, non autem asinis ferratis. Et Pius secũdus, referente Platina in vita ipsius, [e] dicebat, Episcopũ indoctum asino esse comparandum. Quæ omnia in hoc allego, vt persuadeam verum esse illud Leonis Papę, scientiæ defectum in clericis neque dignũ excusatione neque venia, [f] quæ tota probat hanc conclusionẽ, sicut & distinctio sequẽs, [g] probat non sufficere clerico regimẽ aliquod saltẽ habenti scientiam, nisi etiam habeat rerum agendarum prudentiam, officio suo necessariam, de quo in exceptione 13. [h] supra egimus.

6 Facit & illud. [i] *Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi*: quod non solum de litterarum omnimoda ignorantia: sed etiam de minus sufficienti scientia, intelligendum esse, omnes sentire videntur.

Et adeo quidem collatio facta non habenti sufficientem scientiam est nulla, vt neque coloratum titulum possidendi præstet: quod clarè sentit Petrus Rebuffus, [k] coniungendo ea, quæ antea dixit. [l] Immo quod amplius est, sentit huiusmodi clericum, qui triennio possedit beneficium, nõ gaudere regula de triennali possessore. Quorum duorum, prius verum arbitror esse in penitus illiterato, qui legere & scribere nescit: per ea quæ ait Innocentius receptus, [m] & multa quæ supra [n] adduximus. Non autem arbitror procedere in eo, qui qualem qualem scientiam habet, licèt non sufficientem.

7 Collatio enim huic facta licet non teneret, coloratum tamen titulũ præstaret, per ea quæ de colorato titulo tradunt Panormitanus & alij, [o] & Cosmas, [p] quoniam is aliquo modo capax est, adiuncta scilicet spe litterarij profectus, vt mox dicam: illiteratus autem minimè, per ea quæ supra, [q] diximus. Posterius verò, scilicet eiusmodi possessorem si possederit triennio non gaudere regula de triennali possessore, arbitror esse falsum in non penitus illiterato, clericatu tamen insignito, ea consideratione singulari, quam supra fecimus de excommunicato, post Gomesium, [r] nempe multos gaudere regula de triennali possessore, qui tamen possederunt sine titulo colorato: adeo vt si intra triennium spoliati fuissent non debuissent restitui.

8 Ad secundum autem argumentum de nouem prædictis, respondetur primo, illud Innocẽtij dictum in secundo argumento citatum, scilicet parum scienti, sed spem maioris profectus litteratij præ se ferenti, ac monstranti posse conferri beneficium, intelligendum esse per indulgentiam & dispẽsationem, non autem per ius commune, secundum Hostiensem, [s] quẽ Ioannes Andreas & Panormitanus cum cõmuni sequuntur ibi. quem etiam Imolensis cũ Bonifacio probat, [t] & Dominicus cum Alexandro. [v]

9 Quod vt frequentius receptum est, ita veritor mihi nõ probati fundamẽto aliquo solido: immo videtur quod aut Episcopus sine dispensatione id facere posset, aut non etiam cum illa: quoniã Episcopus dispensare contra illud Concilium nequit, iuxta glossam memorabilẽ, quæ singularis est Rauennati, [x] quæq; tertia est in ca. *cum dilectus*. [y] immo neq; legatus contra Conciliũ dispensat, secundum illam glossam multis putatam singularẽ, quæ penultima est, [z] facit glossa c. pen. [a] quæ cõclusio cõmuniter recepta est, per ea quæ Felinus tradit, [b] & Franciscus à Ripa, [c] cum aliis, quæ latius adduximus anno superiore in dicto c. *cum dilectus*. vbi est aptissimus in hoc textus: quare verum arbitror patũ scienti & spẽ discendi præseferenti, posse cõferri beneficium sine dispẽsatione, quo ad hoc saltẽ, vt collatio facta ei teneat. Moueor primo, quod Innocẽtius nihil de dispensatione meminit in illo ca. *cum in cunctis*. neque Hugutio, & Archidiaconus, [d] neq; Petrus Ancharanus, [e] & quamuis idẽ Innocentius meminerit dispensationem, [f] tamen ibi non agit de illo minus docto, qui spẽ præ se fert maioris doctrinæ assequẽdæ, de quo nos agimus: sed solũ de minus docto simpliciter, de quo non agimus. Secundo moueor, quod, vt arbitror, visum Innocentio dici posse,

litteratura omnino carere, vel certè puerilem valde habere, & nullatenus idoneam præfatæ Cantoriæ Ecclesiæ D.regendæ:nullam item spem maioris prudentiæ, vel litteraturæ præseferre,non contulisset illam ei.

EXCEPTIO DECIMASEPTIMA.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum collatoribus horrenda sententia.*
2 *Intellectus §.pro defectu.cap.nisi de renunciat.*
3 *Intellectus cap.fin.de ætat. & qualitat.*
4 *Excommunicatus minori & manens in mortali differunt.*
5 *Scientiæ & morum defectus quo ad beneficia vt aquantur.*
5 *Scientia eminens non requiritur, nec ætas, & honestas maxima.num.5.*
5 *Beneficio quærendo non sufficit omnis honestas Deo grata: neque contra que sufficit illi quærendo est Deo grata.*
6 *Beneficij collationem qualis morum defectus inualidat.*
6 *Beneficiarius qui morum honestate debita caret.*
7 *Peccatum omne mortale non tollit morum honestatem.*
8 *Crimina quæ irregularitatem gignunt,remissiuè.*
8 *Irregularis ob infamiam missans non fit noue irregularis.*
9 *Beneficio quis infamis inhabilis.*
10 *Intellectus §.fin.cap.cum in cunctis.de elect.*
10 *Collatio facta indigno nulla est,& deuoluitur ad alium.*

DEcimaseptima exceptio colligi potest ex resolutione aliorum quinque argumentorum formatorum pro præfato C.in exceptione decimaquinta.

1 Ad quintum quidem, concedendo aliquos prælatos conferre quidem beneficia pueris, & illiteratis, & parum scientibus,nunc pretio,nunc carne,nunc ignoratia, nunc diabolo suadente: sed male facere. Alios item eruditos Deum timetes, & magis, quæ Christi sunt,quàm sua quærentes ab huiusmodi collationibus perinde abhorrere, ac à facie colubri,quippe qui nouerunt illud Leonis Papæ. [a] ad Episcopos Africanos, relatum in cap. *miramur*. [b] *Miramur vt indignis quibuslibet, & longe extra sacerdotale meritum constituris,gubernatio Ecclesiæ credatur, &c.* Cui consonat illud Ecclesiæ Gallicanæ. [c] *Qui dolosè,vel negligenter,ac timore Domini postposito in re tam graui se gesserint,sicut auctores sunt in causis malorum pastorum, ita participes fient pœnarum, quæ ipsi mali pastores in districto Dei iudicio patientur.* Quibus Glossemmatarius eruditissimus ibidem addebat: *Horrenda, & timenda sententia hæc est,ad quam, amabo, vigilanter attendant electores, & collatores beneficiorum.*

2 Ad sextum autem respondeo, prælegatum §. *pro defectu*, [d] intelligi posse de cessione facti non iuris. Pro quo intellectu facit, quod Cardinalis ibi ait,in casu illius §.ob scientiæ defectum, de quo ille loquitur, potuisse deiici Episcopum,etiam inuitum,sicut in cap. fin. [e] Et ita, nihil necesse esse dicere,illum §.agere de illo,cui valida fuit de Episcopatu facta prouisio. Secundo item intelligi posse præcitatum §.de illo, qui parum sciebat: sed spem sufficienter sciendi præbebat tépore, quo prouisio Episcopatus,vel electio, & confirmatio de illo sibi fuit facta. Tertio,potest intelligi de illo, qui satis quidem sciebat, cùm fieret Episcopus:sed postea vel morbo,vel alio casu ignorantiam incurrit eorum, quæ suo erant officio necessaria: & ita parum nostro proposito congruit.

3 Ad septimum verò respondetur,cap. fin. [f] intelligendum esse eisdem duobus modis prioribus, quibus paulo superius dicebamus intelligendū esse §. *pro defectu*. [g] non autem tertio modo: quia eo casu inuitus deiici nequit. [h]

4 Ad octauum respondetur,concedendo,quod morum honestas necessaria quidem est in promouendo, sicut & litterarum scientia, adeo quod collatio facta lethali peccato infecto non est valida, secundum Panormitanum, [i] per illum textum qui probat, adiuncta glossa Ioannis, [k] collationem factam excommunicato minori excommunicatione non valere; quam tamen opinionem nos aliàs ibi latè probauimus per cap. *sicut*. [l] & alia multa, quæ docte ac diligenter in hoc struxit Felinus [m] Contra quam etiam tenuit Ioannes Maior, [n] nimium tamen carpendo Panormitanum & dicendo eius dictū esse quoddam somnium,quod certò non dixisset,si satis perpendisset ea,quæ nos hic olim,& nuper in Miscellaneis de Orat. [o] perpendimus.Licet enim non omnis collatio, & electio reddatur ipso iure nulla propter quæcumque peccata mortalia collatarij,etiam grauia, quod Compostellanus omnium clarissimè, [a] dixit, redditur tamen aliquando ipso iure, propter aliqua infra scripta: non enim redditur nulla regulariter.

5 Primo,quando peccata sunt occulta, licet sint grauia. Secundo,quando peccata lethalia sunt leuiora, licet sint publica, argumento à contrario sensu. [b] Tertio, quando peccata illa transierunt,& facta iam pœnitentia peccator in eis non perseuerat, habita indulgētia & dispensatione, (qua parte opus esset.) Quorum ratio illa est,quod,quemadmodum supra diximus Concilium noluit per cap. *cum in cunctis*. [c] inducere necessitatem scientiæ eminentis in promouendo ad hoc,vt promotio ipso iure teneat: sed satis esse non omnino carere litteratura, & spem maioris profectus præseferre: ita noluit inducere necessitatē honestatis morum heroicorum,& eminentium,vt promotio teneat,sed sufficientem, hoc est ne omnino morum honestas desit, & spes mediocrium attingendorum præseferatur. Sicut etiam ætatis maturitatem Concilū illud exigit: non tamen eminentem & perfectissimam, sed quæ mediocris sit,vel ad mediocrem tendat,attenta beneficiorum qualitate, puta triginta annorū completorum in Episcopatu,viginti quinque inceptorū in dignitatibus,& suram animarum annexam habentibus:in aliis autem minorem.

6 Sicut item licet amicitia diuina, & morum honestas Deo grata, quæ sola cæritate infusa constat, quocumque peccato capitali quālibet momentaneo, & paruo pereat omnino (quæ nostra miseria est) vt tradidit S. Thomas fides tamen, spes & aliæ virtutes acquisitæ non pereunt, etiam propter multa grauia mortifera peccata,vt elegantèr affirmat, & probat idem S. Thomas communiter receptus, [d] & nuper definiuit sacrosanctum Concilium Tridentinum. [e] Et econtrario non omnis, qui habet gratam Deo morum honestatem,habet beneficiario necessariam.Multi enim sunt irregulares ob peccata, & excommunicati, qui tamen per contritionem sunt grati Deo, [f] carent tamen, vt mox dicam, morum honestate ad hoc necessaria.

7 Peccatum autem mortiferum, ob quod collatio, vel electio redditur ipso iure nulla est primo, peccatum, ob quod Ecclesia censuit, quem ipso iure irregularem ex natura criminis,secundum Compostellanum, [g] ab omnibus receptū, quale est homicidiū,vt est in c.1. [h] vbi late de hoc scripsimus.Et alia multa sunt talia crimina, quæ videas in cap. *nisi cum pridem*. [i] per glossam, [k] & omnes scribentes ibi: & per eruditū Aluarum, [l] & per Rhapsodos, & Summistas in suis locis: & per Nicolaum Plouium (sed frigide) [m] quod prius,& grauius tractauit Gundisaluus à Villadiego, vir vtique doctus, & grauis, [n] quibus omnibus diligentius,vtilius,copiosius simul & compendiosius longo tempore post horum editionē, tradidimus nos in Enchirid. Confessarior. [o]

Secundum peccatum, quod reddit collationem nullam, est id, quod est notorium iuris, vel facti depositione dignum, [p] quod qui admisit, etiam peracta pœnitentia non potest celebrare ante dispensationem,neque promoueri.Quia licet tales notoriè criminosi non sint irregulares,irregularitate, quam solū crimen inducit: sunt tamen ea,quam infamia criminis gignit,vt communis doctorum opinio affirmat, [q] & prædictus Gundisaluus, [r] & præstantius doctiorisimus, itidemque diligētissimus Cosmas. [s] Et vt omnes ij sunt irregulares,ita nec celebrare possunt, neque promoueri ante dispensationem Papæ,vt ait Gundisaluus, vel ante dispensationem Episcopi in adulterio, & minoribus criminibus, vt ait Cosmas. Immo si celebrant nouam contrahunt irregularitatem, secundum eosdem,& Panormitanum & Communem. [t]

8 Sed Innocentius & quidam alij reclamant ibidem quo ad hoc posterius,& in iis Imola, [v] quibus libenter subscribo. Tum quia communis cogitur ponere differentiā inter irregularem posteriorem & priorem,quam omnes fatentur,vt Cosmas, [x] tradit. Tum quia ratio Imolensis, qui sequitur Innocentiū firmissima est. Et Petrus Rauēnas in quodā dicto extrauagātis,quod ponitur in Alphabeto aureo, [y] Tu scis,ait,cōmunem tenere,eum qui propter defectum esset irregularis non incurrere nouam irregularitatem,celebrando ante dispensationem, quod ex stylo Curiæ deprehendi, ait, quæ cum dispensat super defectu, non solet dispensare super tali noua irregularitate. quod ante illum fuit testatus Innocentius,[a] tum ob firmissimam rationem, quam nos addimus in dicto Enchirid. Confessariorum. [b]

9 Tertium,est peccatum coniunctum cum infamia, hoc est, cum quis de prædictis criminibus, siue suapte natura, siue ob infamiam, irregularitatem producentibus est apud probos & graues viros infamatus,per cap. *omnipotens*. [c] capit. *inter dilectos*, [d] & l.2. [e] cap. *Infamibus porte diguitatum non patebunt*. [f] Et quamquam facile disputando teneri hoc possit,& libenter id affirmarem, si ætatis nostræ mores corruptissimi tantum mundiciei paterentur: tamen libentissimè contrariæ opinioni accedo limitando illam Calderini, [g] & alijs modis,vt scilicet collatio facta infami infamia facti tantùm, & non iuris valeat quidem regulariter ipso iure, nisi in quatuor casibus. Primus,quando illa infamia ex notorio peccato graui nasceretur: iuxta proximè dicta. Secundus, quando de perseuerantia quoque in tali crimine est infamatus: & probatur verè crimine admissum fuisse. Hanc enim triplicem infamiam cum criminis veritate concurrentem,arbitror, inducere sufficientem morum defectum, quo nulla reddatur collatio beneficij facta huiusmodi infamato,argumento eorum,quæ ait Innocentius, [h] & Panormitanus, [i] quo casu procedunt,quæ rigidiora dixit Ioannes à Selua. [k] Tertius quando talis infamatus esset iam accusatus,& lis super crimine penderet. [l] Quarto quando collatio fieret virtute mandati Apostolici, secundum Calderinum, [m] de accusat. qui casus extendi potest ad collationem factam per Romanum Pontificem & Legatum eius,nulla de hac infamia mentione facta. Quia primo,illi semper super morum, ac vitæ honestate se fundant ad conferenda sacerdotia, vt eorum procæmia demonstrant. Secundo, quia hoc est quid tale, quod expressum merito retraheret concedentem à concedenda gratia beneficiaria.ergo si tacetur, gratia redditur surreptitia,quin & arbitror Legati mentionem non sufficere: quippe qui ius commune tollere nequit, secundum glossam, [n] communiter receptam. Quamuis autem præfatus C. non patiatur defectum honestatis morum ob aliquod crimen à se admissum, patitur tamen defectum iudicij, & prudentiæ, sine qua nulla virtus moralis consistere potest, vt dictum est supra, [o] post S.Thomam. [p]

10 Ad nonum respondeo, Compostellanum, Ioannem Andream Dominicum, & Felinum in argumento citatos (quod maximè demiror) non satis diligenter perpendisse illud cap. *cum in cunctis*. [q] dum aiunt, ibi non dici electionem, vel collationem indigno factam esse ipso iure nullam, sed solùm potestate eligendi priuari eos qui scienter id fecerint. Nam ibi apertè dicitur, potestatem illam eligendi, vel conferendi, ad alium pro illa vice deuolui, si ponderas dictionem *Tunc*, ibi positam,quàm glossa ponderauit,& pro sua expositione citauit, cap. *cum Vintonien-sis*. [r] optimè probans illam. Quomodo ergo deuoluetur, si collatio, vel electio,vt supra inducebam, valuisset: Et ne dicas, eos intelligere potestatem illam deuolui ad alium, posteaquam illa collatio per sententiam fuerit cassata: considera primo quod raro, aut numquam vlla prouisio haberet effectum, si hoc modo intelligeretur. Quoniam antequam prouisus tribus sententijs condemnatetur, renunciaret iuri suo in manibus Romani Pontificis in fauorem alicuius; quod facile ipse admitteret, cum id in nullius,quam collatoris cederet præiudicium: quod ipse parui facere solet,vt palam est. Secundo consídera,quod textus ait, *pro illa vice*, iuxta ponderationem, paullo ante factam, & communem intelligendi modum: cum ramen si collatio tenuisset,& oporteret priuationem fieri,iam non esset illa vacatio: sed alia noua, immo & alterius generis, scilicet per priuationem, si alia per obitum contigisset.Innocentius item receptus ab omnibus in hoc ibi, collationem in casu illius §.esse nullam tenet expresse, [s] eo quòd pœna perdendi potestatem eligendi & conferendi pro illa vice non nascitur ex eo, quod collatio fit indigno, sed quia scienter fit illi:quod clare probatur in cap. *innotuit*, & in cap. *cum Vintonien-sis*. [t] ita vt nullitas collationis ex

a *In d.c.si celebrat.*
b *Cap.27. n. 194.*
c *De accusa.*
d *De excess. prælat.*
e *C.de dignitatib.lib.12.*
f *De reg.iur. lib.6.*
g *In consi.20. de prab.*
h *In ca.inter. de excess. prælato.num. 4.*
i *In c.fin. de rei iud.*
k *Ioan.and. in 6.*
l *Panorm. in c.fin. de rescript. num. 11.*
m *Felin. in c.1. de constit. num. 10. & 11.*
n *Gl. fin. de haret.lib.6.*
o *In 11.exceptione,num.2. p.1.a.q.58. a. q.In §.fin. 4.*
p *De homic. ca.minor.50. dist. & §.1.de consec.dist.1.*
q *In §.1.de renūciat.*
r *In verb. dū taxat.*
s *In ca.inter dilectos.de excess.prel.n.4. consid.3.*
t *De elect. & in c.perpetuo. eod.tit.lib.6.*

a *In d.c.fin. de elect.*
b *Cap.fin.de tempor. ordinand.*
c *D. elect.*
d *I.2.q.71.a. 4.& 2.2. q. 24.ar.10. & 3.par. quæst. 87. art. 1. & in 3.sent.dist. 27.quæst. 2. art.4.quæstiunc.4.*
e *Sess.6.c.14. & canon.28.*
f *Capit.dixi. de pœniten. distinctione 1.*
g *In practicato cap. considerauimus.*
h *De homic. ca.minor.50. dist. & §.1.de consec.dist.1.*
i *§.1.de renūciat.*
k *In verb. dū taxat.*
l *In libr. de planctu Eccl. lib.1.articul. 48.*
m *In lib. de irregularitat. reg.50.*
n *In li. de irregularit.*
o *Ca.27.à n. 191. & seqq.*
p *Cap.fin. de temporibus ordinan.*
q *In practicato cap.fin.*
r *In practicato lib.de irregularit.col.9. & 10.*
s *Tit.de concubinarijs, ver. in habiles.*
t *In practicato c. si celebrat. de cleric. ministran.*
v *In ca.1.col. 4.de iudic.*
x *Vbi supra*
y *Fol.180.*

indignitate collatarij, & pœna ex delicto collatoris nascitur.

EXCEPTIO DECIMAOCTAVA.

SVMMARIVM.

1 *Doctoris dictum secundum ea,quæ allegat intelligendum.*
2 *Canonicum litteratum esse oportere.*
3 *Peccata multa in conferendis,& retinendis beneficijs.*
4 *Beneficium sumens & tenens sine iusta scientia,vt peccat.*
5 *Collatio illiterato facta,an quæsitis litteris conuinat.*
6 *Beneficium nondum capiens scienter,vt inhabilis.*
7 *Intrusionis à vitio quæ iuris ignorantia excusat.*
8 *Scientiæ discendæ nulla ætas sera.*

DEcimaoctaua exceptio colligi potest ex solutione aliorum trium argumentorum, quæ pro præfato ca. contra prædictum E.& aliqua superius dicta,adducta fuerunt.Primum quod Rota, [a] videtur dicere ad beneficium, cui non imminet cura promoueri posse omnium illiteratum. quod fortè verum esse dixit Gomesius. [b] Secundum quod si hæc conclusio vera esset, multa beneficia bona fide possessa vacarent, multi ad restitutionem fructuum tenerētur,multæ lites iustè moueri possent, peccarent item Episcopi permittentes beneficia possideri per illiteratos: quæ nimium videntur aspera, & scandalum præseferre contra cap. *nihil cum scandalo*. [c] Tertium est, quod præfatam conclusionem consequeretur in peccato mortali manere Canonicos, & alios beneficiatos, qui nihil saltem Latinè sciunt. Alios item quorum munus literaturam exigit aliorem illa,quam habent:neque saluari posse, nisi suis Canonijs & beneficijs renuncient: qui sermo durus videtur.

1 Ad quorum primum respondeo primo, decisionem illam Rotæ plus facere pro præfatis conclusionibus, quàm contra illas.Tum quia expresse habet.illiterato non posse beneficium conferri: & quod cum illiterato non potest Episcopus dispensare: & quod hoc est certum in beneficio curato,& etiam non curato:quod requirit industriam, & consilium, vt Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis: quæ omnia faciunt cum præfatis conclusionibus,quæ agunt de præfata Cantoria, quæ multo ampliorem industriam requirit, quàm Canonicatus. Quod autem videtur dicere Rota pro præfato C.continetur in illis verbis: *Secus autem potest esse in aliquo simplici beneficio*. Sed illud nihil obstat: tum quia nos loquimur in præsentia de Cantoria Ecclesiæ D. & non de beneficio simplici: tum quia Rota se remittit ad notata per Hostiensem, [d] & ita idem,quod Hostiensis ibi sentire videtur. Quoniam doctoris dictum,secundum ea,quæ allegat,est intelligendum, iuxta illud celebre Bartholi dictum, [e] quod prius dixit omniscius ille noster Ioannes Andreas, [f] at grauissimus ille vir Hostiensis nulla ibi dixit, quæ cum præfatis conclusionibus pugnent, multa verò quæ eas magnopere probant, atque confirmant. Ait enim primo hæc.

2 *Quamuis laicus possit recipi in spiritualem fratrem tam quam conuersus:non tamen in Canonicum,nisi esset literatus, & verè clericus efficeretur.Et est ratio,quia hoc iure*, scilicet Canonicę, *requirit personam literatam propter maturitatem consilij sibi annexam,vt notatur de prabend.* [g] *Vnde debet vocari in Capitulo, & Episcopo consulere.* [h] Et paullo post. *Canonici debent scire litteras, & seruire Deo in Ordinibus suis, & in officijs.* [i] Gomesius autem affirmauit,sed cum nota dubitationis,scilicet,*Fortè*,loquutus est,& minus quàm Rota dicere voluit.Cum igitur Hostiensem approbet Rota,& Rotam Gomesius: & Hostiensis pro nostra sit conclusione totus: consequens est nec Rotam, nec Gomesium contra nos esse. & quando contra nos sentiret Gomesius, id obiter, & velut aliud agens sentit, & alij multi supra relati nobiscum ex professo sentiunt,in quibus est grauis scriptor Aluarus, [k] dicens illiteratum esse penitus irregularem: & cum eo dispensare non posse episcopum,in quod citat Innocentium. [l]

3 Ad secundum respondeo, concedendo illa omnia esse vera,quæ argumentum infertque quamuis dura videantur indoctis, blanda tamen & pia eruditis sunt visa. Propter quæ ac similia verissimum sit illud Innocentij iij. [m] *Multa per patientiam tolerari, quæ si in iudicium deducentur, iusti*

a *In decis. 312. nota quodclericus, quæ in nouæ rubricatæ est 13.de prab.in antiquis.*
b *In lib Expectationum, nu.89.*
c *De præseri. & capit.2.de nouo oper. nū. & c.18.Mat.*
d *In allegato c.2. de inst.*
e *In l.non solum.§ si verba liberationis. ff. de liber.legata.*
f *In cap. cum nuntius.de testib.*
g *Cap. super mordinata.*
h *De iis quæ fiunt à prælat. sine consen. c.c. nouit. & cap.quanto. 18.dist.c.eos. & cap si quis sacerdotum. ibi præcedentes & 96.dist. & 92.dist.per totam.*
k *De planctu Ecclesiæ, li.1. art 48.*
l *In c.dilecti. de temporib. ordinandor.*
m *In ca.cum iam dudum. de prab.*

retur, iustitia id exigente, cassarentur. posteaquàm improbè petentium importunitas, & nimia illa conferentium liberalitas, ne dicam prodigalitas, ætatis nostræ ad ordines, & ad beneficia terminos confudit: & pro scientia preces & pretium, & pro morum honestate nobilitatem, fauorem, potentiam, & diuitias substituit.

4 Ad tertium ægrè respondeo. Dum enim omnibus per omnia placere cum Apostolo yellem, vereor ne mulris in hoc displiceam: sed quia ipsemet Apostolus ait. [a] *Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Et Actorum 5. docemur oportere magis obedire Deo, quàm hominibus. concedo primo peccare, omnes beneficiarios qui petierunt beneficia: immo, & qui collata sibi absque petitione sua acceptarunt non habentes vllam litteraturam, vel habentes quidem aliquam, sed non sufficientem, hèc præferentes spem maioris profectus per cap. *non est putanda.* [b] citius verba sunt. *Quisquis ergo sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad vtilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum eo, quod est subiturus onere metiatur, vt si est impar, abstineat: & ad id cum metu, etiam cui se sufficere existimat, accedat.* Facit l. *idem iuris.* [c] quæ omnium vna est conclusio, quæ latius comprobari posset ex ijs, quæ [d] supra, [e] & in cap. 1. [f] scripsimus.

Secundo, dico eum beneficiarium, qui litteraturam suo beneficio sufficientem non habet, teneri ad eam sibi quærendam quàm primùm sibi commodè potest, quod si non fecerit peccare: determinatio est singularis Panormitani, [g] communiter recepta, quam nos cum alijs tractauimus in precitato §. *caueat*, cùm de scientia confessario necessaria agimus: & nuper in Miscellaneis de Oratione. [h]

5 Tertio, dico teneri posse collationem illiterato factam, quæ nulla est à principio, si litteras ille addiscat, & qui contulit ei beneficium in sua voluntate perseueret reuiuiscere, tacita quadam collatione veluti repetita, argumento eorum, quę Panormitanus scribit, [i] de collatione facta ab Episcopo ante deuolutionem potestatis, ea post ad ipsum deuoluta: & eorum quę latius ibi scribit Felinus, [k] quod tamen limito quando ab initio bona fide beneficiarius illud acceptasset, & possessionem eius adeptus fuisset.

6 Nam si sciens & prudens collationem sibi factam non valere, consensisset ei, virtute quę illius possidere cœpisset, vitium intrusionis contraxisse videri potest, secundum ea, quę Panormitanus dixit, [l] & ea quę Felinus tradit, [m] quę nos profundius & resolutius tradidisse arbitramur in cap. *cum iam dudum.* [n]

7 Et quamquam ignorantia iuris, vt plurimum non excusat, [o] quando tamen paruulus esset huiusmodi illiteratus, vel maior; sed rusticus, aut cum virorum grauium, & doctorum auctoritate id accepisset, satis eum arbitror excusari posse à pœnis intrusionis, licet collatio nulla maneat, argumento eorum, quę in dictis iuribus adnotantur: & in l. *athletæ.* [p]

8 Quarto, dico ex iis inferri remedium, salutis animarum huiusmodi Canonicorum & beneficiatiorũ, vt scilicet addiscant ea, quę suis beneficijs bene regendis sunt necessaria. Neque verecundentur id facere, considerantes illud magni & grauissimi nostri patris Augustini. [q] * *Senex enim à iuuene, & Episcopus tot annorum à collega nec dum annilculo paratus sum doceri.* Et illud Senecæ: *Nulla ætas sera est ad discendum.* etiam vsque ad 88. annos, vt ait glosa, [r] per textum illum singularem in l. *apud Iulianum.* [s] quę habet Pomponium Iurisconsultum peritissimum, octuagesimum octauum annum agentem, memorem fuisse illius sententiæ: *Et si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc discere vellem.* [t] Quod summa cum laude multos fecisse legimus, & facere vidimus, suasoresque, vt facerent nonnullis fumus. Quin & scimus clarissimum virum eundemque prouidentissimum Episcopum Zamorensem Dominic. Ioannem Emmanuelem Zamorę & Tauri, & in alijs sui Episcopatus oppidis ad id opportunis ante paucos annos coegisse parochos capite iam canos, & qui sexagesimum agebant annum, ad discendas litteras latinas, quas vel numquam didicerant, vel parum in eis processerant.

a *Ad Galat. cap. 1.*

b *Sub finem i. quæst. 1.*

c *§. 1. ff. ad l. Aquiliam.* d *In principio exceptionis 7.* e *Eod. num. 3.* f *§. caueat. de pœnit. dist. 6.*

g *In c. venerab. tit. sub fine de præbend.*

h *Miscel. 4. 1. & segq.*

i *In c. cum ex officio. de præs.*

k *Num. 30.*

l *In c. qualiter & in cap. sequis. de elect. in 6. n. 1. & c. cessif. præb. c. præterea. de iudic. pastoralis. in c. in nostra. de coll. 3. infra eod. de intrusion.*

m *De præben.*

n *Rog. Ignorãtia lib. 6. §. nec tandem. n. 9. 4. cum multis vtrobique citatis.*

o *§. de rusticis de excusationib. tutor. & curator.*

p *Iucas. si habes. 24. qu. 3.*

q * *August. in lib. 50. Homil. hom. vltima.*

r *Iacobus. si habes.*

s *ff. de fideicom. libert.*

EPILOGVS HVIVS, ET SEX PRÆCEDENTIVM Exceptionum.

CVm ergo gratia Papæ beneficiaria (saltem tacitè) contineat illam clausulam: *Si est dignus ea tu, cui fit,* cumque dignitas illa maximè debeat adesse tempore quo gratia fortitura est effectum: cumque præfatus C. tempore illo, Cantoria in sua gratia contenta non esset dignus, tum propter amentiam, tum propter omnimodum prudentiæ, vel certè necessariæ speique illam quærendi defectum, consequens profectò est nihil ei per has litteras quæsitum esse. Consequens item, eum, vel (quia res, quam non satis capit, parum eum mouet) procuratores & fautores ipsius qui rem probe percipiunt, dum per eas aliquid ipsi quæsitum esse contendunt Deum Optimum Maximum grauiter offendere, meritoque alta reuoluere debere illud Poëtæ.

Virg. 3. Eneidos.

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma:
At sperate Deum memorem fandi atque nefandi.

EXCEPTIO DECIMANONA.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij incapax maior xxv. annis curatorem habens.*
2 *Papa raro dispensat directè super scientia, & honestate.*
3 *Furiosus & maior curatorem habens exequantur.*
4 *Beneficia cur non querit maior curatorem habens, alia vero sic.*
5 *Beneficium requirit potentiam propriam ei seruiendi.*

1 DEcima nona exceptio, quę tam cap. nostrum, quam cap. *cum adeo.* [a] tangit, est, quod C. maior est 30. annis, & tempore, quo suus accessus fortiturus erat effectum, curatorem habebat bonorum suorum, pridem à iudice illi datum: at maior 25. annis bonorum suorum curatorem habens indignus est omni beneficio Ecclesiastico, præsertim eo, cui regimen aliquod inest, etiam si longè minus quàm præfatæ Cantoriæ infuerit. Primo, per l. *in quæstione.* [b] quæ habet patri, dementi, furenti, vel prodigo non esse committendam filij gubernationem. Per quam Baldus, [c] ait prodigo & bonis interdicto, non esse committenda Ecclesiæ guberpacula. Secundo per cap. *indecorum.* [d] ibi: *Indecorum est, quod hi debeant Ecclesias regere, qui non nouerunt gubernare seipsos.*

2 Et ne dicas contrarium probare cap. præcedens quod incipit. *ex ratione,* habetque pueros, qui se regere nesciunt, posse saltem per dispensationem Ecclesias tenere, considera primo, quod Papa in casu illius ca. dispensauit saltem tacite, vt pueri tenerent dignitates, quas iam saltem malè possidebant, sed non vt administrarent eas per se, sed per alios. Considera secundo, nullâ esse præfato C. dispensationem eiusmodi, quo ad ætatem virilem, licèt quo ad puerilem fuisset, qua parte Papa voluit locũ fore accessui, etiam in puerili ætate, si conditio, sub qua dabatur, impleta fuisset. Considera tertio raro, aut numquam Romanum Pontificem super defectu morum & scientiæ ac prudentiæ principaliter & directè dispensare: quamuis indirectè id sæpè faciat dispensando super gradu, & ætate, ac per quandam consequentiam indirectè propter spem futuræ: & quidquid cum alijs faciat, cum præfato C. saltem id non fecit.

3 Tertio, pro hac exceptione facit l. *Fulcinius.* [e] quæ post quædam de furioso statuta hæc verba subiicit. *idémque in prodigo dicendum, ceterisque qui curatorum ope iuuantur.* Quarto, quòd huiusmodi maior curatorem habens, cui bonis interdictũ est, equiparatur furioso, vt habet l. *furioso.* [f] cuius verba sunt: *Furioso, vel eius cui bonis interdictum est, nulla voluntas est.* Similis textus in prædicto §. *plane.* & l. *in cui.* [g] Quinto, quod Baldus, [h] ab aliis receptus sensit non posse Papam saltem potestate ordinaria indulgere ac dispensare, vt beneficium Ecclesiasticum conferatur ei, cui bonis interdictum est: quia id contra ius naturale videtur esse, per ea, quę supra, [i] adduximus. Idem quod Baldus tenet etiam expresse Felinus, [k] & Petrus Rebuffus, [l] qui inter triginta genera personarum ad beneficia Ecclesiastica inhabilium secundum locum dedit ei, cum maior sit, curatoris ope iuuatur. idem etiam tenet Stephanus Aufrerius. [m]

a *Infra eod.*

b *§. minores. C. de sententiam passis.*

c *In citato c. cum adeo.*

d *De ætat. & qualit.*

e *§. plane. ff. ex quib. can. in poss. eat.*

f *ff. de reg. iu. l. furioso. de verb. oblig. & l. si pradia. ff. de reb. eor. & l. 1. de curator. fur. & in §. & hæc diximus. Author, vt hi qui seres minor. obligat. haber. perhib.*

g *In c. cum deo num. 16.*

h *In principio exceptionis 7.*

i *In hoc nostro c. n. 7.*

k *In li. de pacisc. poss. ff.*

l *In addit. ad Cappel. Thol. de. 488. An sit potendum.*

4 Contra exceptionem tamen hanc facit, quod licet maior curatorem habens, & is cui bonis interdictum est, regulariter exæquentur furioso per prædicta, non tamen quo ad adquisitionẽ: quia non prohibetur sibi acquirere, [a] & notat Bartholus. [b] Nam quia respectu acquisitionis prodigus pupillo æquiparatur, non potest quidem obligari sine tutoris auctoritate: & tamen sibi acquiret. [c] & notat Alexander. [d]

5 Ad hoc respondeo primo, quo ad propositum nostrum sufficere, quod maior curatorem habens æquiparetur pupillo, quandoquidem hæc, de qua loquimur Cantoria, pupillo conferri nequit sine dispensatione: Ergo neque tali maiori, nec per consequutionem præfato C. qui nullam talem dispensationem, vt supra, [e] tactum est, habet. Secundo respondeo, prædicta procedere quidem in contractibus: non autem in beneficijs Ecclesiasticis. Ratio diuersitatis illa sit, quod quæsita per contractus curator administrat: quæsita verò beneficia regere, ac illis inseruire non est curatoris; sed personæ ipsius acquirentis onus & munus. Vt enim quis idoneus dicatur beneficio inseruiendo, non sufficit potentia id faciendi per alium: sed necessaria est potentia propria, [f] & quod ibi adnotauit Panormita. [g] Vbi nos id anno superiore dilatabamus.

a *Leg. iu cui. in princ. de verb. obligat. l. certi condictio. §. quoniã. vers. ibi quæri potest. supra si cert. petat.*

b *In dicta l. furioso.*

c *§. 1. Institu. pupillus. de acquirend. rer. dom. ff.*

d *In dicta l. iu cui. in prin. de verbor. obligat.*

e *In septima & decima ex ceptione.*

f *Cap. super inordinata. & c. extirpãda. §. qui vero.*

g *De prab.*

EXCEPTIO VIGESIMA.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ Cancellariæ reuocatiuæ gratiarum tenor.*
2 *Accessus expectatiua quædam, & cuius inuentum.*
3 *Accessus quædam collatio conditionalis.*
4 *Expectatiuarum reuocatoriam omne ius ad rem tollere.*
5 *Alternatiuam ordinariorum coadiutoriam tollere.*
6 *Accessus & regressus non esse in fauore paves.*
7 *Accessus coadiutoriam inferior est fauore.*
8 *Statutum in vno exequutorum quando includit alterum.*
9 *Papa falsò imponitur venditio beneficij, quamuis id posset.*
10 *Priuilegium pretio concessum, vt sine causa irreuocabile.*
11 *Consueta tacite intelligi etiam in hoc.*
12 *Causa quæ requiritur, non præsumitur in Principe.*
13 *Priuilegium concessum pretio, quod reuocari potest.*
14 *Beneficijs in Ecclesiasticis, vt quodlibet liceat Papæ.*
15 *Accessum habenti consilium vtile.*

VIgesima Exceptio, quæ materiam cap. 1. & cap. *mandatum.* huius tituli tangit, illa est, quod is præfati C. accessus expresse videtur esse reuocatus per regulam Cancellariæ vndecimam (quæ fortè per errorem pro decima fuit excussa) Sanctissimi Domini nostri D. Pauli iij. Ecclesiæ Christianæ nunc fœliciter presidentis. Cuius similem omnium Romanorum Pontificum primus olim fecit Bonifacius Octauus, licet non adeo fortem vt Paulus: de qua tractat cap. fin. [h] Cui etiam similis, sed non æquè fortis est illa Innocentij viij. in regula Cancell. 10. Regulæ Pauli verba hæc sunt (*Item reuocauit quascumque expectatiuas & collationes, mutationes, ac reualidationes & extensiones, eas quomodolibet concernentes, etiã si qui per eas in Canonicos sub expectatione præbendæ, vel portionum creati, aut recepti fuissent. Necnon alias quam super quibus per Cancellariam Apostolicam litteræ in forma solita expeditæ consueuerunt. Reseruationes etiã mentales, ac si non emanassent, de quibus is etiã Patriarchalibus, Metropolitanis, & alijs Cathedralibus Ecclesijs, ac Monasteriis, & beneficijs vacaturis, cum prouisionibus, & commendis, aliisque dispositionibus, seu de promouendo & commendando, aliásque disponendo mandatis & extensionibus inde secutis. Necnon absque consensu coadiutorias, seu coadiutorum deputationes, etiam cum successione per dictum Clementem & alios Roman. Pontifices suos prædecessores in fauorem quorumcumque, & quibuscũque, etiam S.R.E. Cardinalibus, & sub quibusuis verborum formis, etiam motu proprio, & de Apostol. potestatis plenitudine, seu Consistorialiter concessas, factas, ac facultates nominandi, reseruandi conferendi, commendandi, & alias disponendi, quæ ab eisdem prædecessoribus emanarunt, illarumque vigore factas nominationes, & reseruationes. Quo ad ea, in quibus non dum verè, non autem per decretum in illis appositum sunt sortitæ effectum. Nec alicui quascumque declarationes, aut preseruatiuas, vel ex tunc prout ex die reuocationis huiusmodi restitutiuas, & reualidatiuas clausulas, vel adhectiones, etiam si in illis decretum esset, illas ex tunc effectum fortitas esse, & ius in re quæsitum fore aduersus reuocationem huiusmodi in aliquo suffragari: ac tenores & formas omnium prædecessorum pro expressis habere voluit.*)

2 Hactenus regula. In qua pondero primum verbum *expectatiuas,* quarum de numero hanc gratiam esse constat ex præludijs, [a] & vltra ibi allegata probatur in regula eiusdem Pauli iij. reuocatoria, quę publicata fuit 11. Decembris 1535. quę dum gratias expectatiuas reuocat, excipit accessum, ac exceptio de regula esse debet per ea multa, quę citat Decius, [b] & Felinus. [c]

3 Et si dicas ibi non solum poni verbum *expectatiuas.* sed etiam addi alias gratias, considera quod in nostra quoque reuocatoria additur, *Cum alijs dispositionibus:* quod generalius est, quàm verbum, gratia. Præterea, constat accessum esse gratiam, & non talem, per quam statim datur ius & accipitur: sed in futurum speratur accipi: ergo merito dicetur expectatiua. [d] Nisi dicas ex vsu communi Curię verbum restringi ad eas gratias, quę non habent speciale ac elegans nomen, quale habent accessus, regressus, & coadiutorię. Sed obstat huic considerationi, quod hoc nomen, *accessus.* nouum est, vt supra [e] dictum fuit, & ideo difficile fuerit hoc colligere ex tali vsu communi. Præterea, vt mox dicam, in alijs regulis videtur illa excipi ab appellatione generaliter facta gratiarum, in alijs, in quam, regulis Pauli, qui primus omnium videtur hoc nomine vsus in eis, sicut & suo tempore primum ea voce vti cœperunt, ni fallor, iurisperiti scriptores. Ideo communis vsus non videtur hic allegari posse.

4 Secundo, pondera dictionem illam, *quæcumque.* quæ ampliat verbum, cui adiicitur ad illa, quæ simpliciter prolatum non comprehenderet, secundum glossam. [f] Facit glossa clement. 2. [g] & glos. clement. fin. [h] Tertio, pondera verbum, *collationes,* quarum de numero est accessus, quippe qui est quædam conditionalis collatio, vt in præludijs est probatum, Pondera quarto, exceptionem illã. *Necnon alias, quam super quibus, &c.* quod excipiendo illas videtur includere omnes alias. Quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. [i] Quarto, pondera verbum. *Alijs dispositionibus,* quod adiectum verbo *expectatiuas,* comprehendere accessum in indiuiduo sentit Cassador. [k] Quamuis dici posset verbum, *Cum prouisionibus,* in illa regula positum adiectionem esse illius verbi, *Reseruationes,* superius positi tantum & non aliorum. Sexto, pondera verbum: *Necnon absque consensu coadiutorias, &c.* Per quod reuocat etiam coadiutorias, quæ sine consensu, etiam cum futura successione concessæ fuerunt. Septimo pondera, quod excipit coadiutorias de consensu concessas, non tamen excipit accessus. Octauo, pondero illa verba: *Sub quibusuis verborum formis, &c.* vsque in finem. Per quæ, omnes clausulas gratiarum expectatiuarum, & conseruatiuas, & præseruatiuas tollit copiosè: quia tenores omnium & formas pro expressis habere voluit. quod sufficit per ea, quæ late supra. [l]

5 Secundo, principaliter pro hac exceptione facit cap. final. [m] Quod de similis reuocatoriæ regulæ, immo multo minus efficacis effectu agit, & declarat reuocari per eam omne ius ad rem in beneficio per litteras Apostolicas quæsitum, quantumcumque iuri in re fuerit propinquum, modo ad illud non sit penitus peruentum. at per accessum prædictum ante illam reuocatoriam non fuit ius in re quæsitum, vt palam est & in præludijs, [n] fuit probatum.

Tertio, facit, quod per hanc reuocatoriam censetur reuocata omnis dispositio collationem beneficij vacantis non attingens, etiam si sit collatio beneficij vacaturi propter verbum *Collationes,* ibi positum. per quod id tenent omnes. [o] Et etiam si beneficium vacasset iam & acceptatum fuisset, secundum omnes ibidem. immo & si iam iudicatum fuisset illud beneficium acceptanti deberi, secundum Petrum, & Perusinum ibi: immo & si collatio beneficij iam vacantis fuisset facta: sed nondum per collatarium acceptata, secundum Ioannem Andream, Lapum, Dominicum & Perusinum, [p] at per hunc accessum ante Pauli reuocatoriam, quæ multis annis præcessit præfati A. mortem, non fuit peruentum, nisi ad collationem beneficij vacaturi. ergo reuocatus videtur per illam.

Quarto principaliter pro hac exceptione facit quod

a *Num. 8.*

b *In regula 1. ff. de reg. iur.*

c *In ca. quoniam. de lit. non contest.*

d *Aug. c. 5. de concess. præb. lib. 6.*

e *In præl. n. 5.*

f *In verb. quatuis, clem. 1. de re iudic.*

g *Verb. quouis de electio.*

h *Verb. quouis. de sen. ex commun.*

i *Leg. quæstum. §. denig. ff. de fund. instruct. c. quoniam. de coniug. leprosi. ca. dominus. 32. quæst. 7.*

k *In decis. vnica. de pactis.*

l *In prima exceptione n. 2. decimus.*

m *De concess. præbend.*

n *Num. 7.*

o *In illo c. finali.*

p *Ibidem sub finem illius c.*

quando Romanus Pontifex non vult in huiusmodi reuocatorijs accessum comprehendi, solet illum nominatim excipere: quod patet in regulis eiusdem Dom. Paul. Nam in ea, quæ publicata fuit 11. die Decembris 1535. per quam gratias omnes expectatiuas à se concessas reuocauit, excipit accessum, & regressum, & de consensu coadiutorias. In ea item reuocatoria, quæ publicata fuit 22. Augusti 1536. idem facit. Cùm igitur in hac reuocatoria solùm exceperit vnum ex illis tribus, nempe coadiutorias de consensu beneficiarij concessas, consequens videtur eum noluisse accessus excipere: quia vnius inclusio alterius videtur exclusio. [a]

5 Quinto principaliter pro conclusione hac facit decisio illa singularis doctissimi Cassadori, [b] scilicet per alternatiuam concessam ordinario quo ad sex menses tolli coadiutorias, quæ cum futura successione dantur: quamuis nulla de illis mentio fiat.

Contra tamen hanc exceptionem facit primo, quod eam consequeretur, idem esse dicendum de omni regressu ante illam reuocatoriam à prædecessoribus Dom. Pauli concesso; quia par videtur ratio in illo accessu. ergo eodem iure sunt cassanda. [c] quod tamen subdurum videtur.

Secundo facit, quod casus excepti à regula per rationis paritatem ad alium extenditur: [d] at in reuocatoria prædicta Dominic. Pauli excipitur coadiutoria de consensu concessa. Ergo pari vel maiori ratione accessus & regressus videbuntur excepti,

Tertio facit, quod statutum in vno coæquatorum extenditur ad aliud, [e] at regressus, accessus & de consensu coadiutoriæ in hac materia videntur exæquata: quod satis videtur colligi ex duabus regulis Dom. Pauli, quas in quinto argume. pro exceptione formato supra citauimus,

Quarto facit, quod in his accessibus, vt fertur, compositio interuenit & si gratis quandoque conceduntur, id fit respectu laborum & meritorum antecedentium. Ergo quamdam contractus vim habere videntur, vt Baldus ait, [f] id quod princeps concedit percepto pretio dicitur contractus venditionis, & non priuilegium, etiam si vtatur verbo indulgemus. Et idem dicit Baldus de illo, pro quo princeps habuisset aliquam dationem, vel factum, quod habeat commensurationem cum re concessa: contractum autem princeps non potest reuocare, iuxta cap. 1. 8 cum alijs multis, quæ ibi ab hinc biennium scripsimus post Aretinum, Felinum & Decium.

Quinto facit, quo priuilegium etiam subdito concessum pretio vel re, quæ pretio æquipolleat recepta: immo & id quod ob remunerationem conceditur reuocari non potest, secundum ea, quæ post Aretinum Felinus allegat. [h]

6 Ad horum primum respondeo, negando ex nostra conclusione inferri, quod per regulam prædictam, regressus ante illam concessi, censeantur reuocati alia est enim & longè maior ratio, qua regressus non reuocetur. Quia primo, regressus est reditus quidam in ius pristinum, cui maximè fauemus, iuxta cap. *ab exordio*. [i] cum multis alijs, quę in hoc congerit Felinus, [k] & Cassadorus in specie loquens de regressu tradit. [l] Secundo, quod regressus causam habet de præterito: accessus autem minimè. Tertio, quod per regressum non sic præiudicat prædecessor Papa successori suo: quoniam solum concedit ius, quod olim habebat is, qui ei renunciauit, quod etiam tempore successoris habuisset etiam si nil prædecessor disposuisset.

7 Ad secundum respondeo, primo concedendo vnum casum exceptum à lege ad alium similem extendi, negando tamen illam reuocatoriam esse legem. sed quia ca. fin. [m] reuocatoriam appellat constitutionem, & omnis constitutio lex quædam est, [n] ideo & regulæ Cancellariæ dicuntur leges saltem temporariæ, vt glossa & Gomesius tradunt, [o] Secundus est respondere secundo, negando rationem eandem militare in accessu ad illum conseruandum, quæ militat in coadiutoria. Quoniam per coadiutoriam cultus augetur diuinus & illius suppletur defectus, [p] & graue præiudicium fieret Ecclesiæ illarum sublatio: quoniam licèt aliquod nomine tantùm sint coadiutoriæ: multæ tamen sunt re ac nomine vtiles & necessariæ: cum tamen accessus è contrario sint fere omnes alterius generis, vt palam est.

8 Ad tertium respondeo, negando illa tria in iure æquiparari; quoniam in nullo cap. totius corporis iuris ea tria inuenias. & quamuis in aliquot regulis nouis ex æquo de illis disponatur: non tamen ex hoc sequitur, illa esse vt plurimum coæquata. & ad hoc vt statutum in vno æquiparatorum habeat locum in altero, non sufficit ea in aliquo æquari: sed oportet regulariter exæquata esse, secundum Angelum, [a] & Decium, [b] quamquam non oportet ea ita exæquari, vt nulla inter illa differentia inueniatur, secundum Franciscum Aretinum. [c] Addo quod Cassadorus hoc in his terminis videtur sentire. [d]

9 Ad quartum & quintum simul respondeo, primo concedendo regulariter non posse principem sine causa reuocare suum contractum, neque priuilegium ob pretium, vel remunerationem concessum. at nego primo tale pretium interuenire in his, vel sic bene merita considerari, vt gratiam faciant transire in vim contractus, quoniam hoc consequeretur Papam vendere beneficia, quæ dato quod sine vitio posset, quod tamen multi, & in his Caietanus negant, de quo nunc nil pronuncio; tamen Sedem Apostolicam parum decet id audire. Quarum malim dicere pecunias illas non in pretium gratiæ: sed in quamdam Sedis Apostolicę dignitatis honestam sustentationę de more pio accipi.

10 Secundo dico, regulam illam limitandam esse in priuilegio, per quod ius perfectum & irreuocabile acquisitum est; secus si ius reuocabile, secùdum Aretinum, [e] quem sequitur Felinus, [f] & vterque ponit exemplum in materia nostra, scilicet in cap. 1. cum ibi adnotatis. [g] Facit id quod ait Bartholus, [h] communiter receptus scilicet, eum qui donauit alicui cum pacto, quod post certum tempus res sit Ecclesiæ, posse remittere illud pactum in præiudicium Ecclesiæ, saltem si nil in hoc illa egit: quoniam, vt ibi ait Imolensis l. illa *id quod nostrum*. [i] de illo, quod nostrum est irreuocabiliter intelligitur, non autem de illo, quòd reuocabiliter.

11 Tertio respondeo, eum qui accessum, & alias gratias expectatiuas à Romano Pontifice siue gratis, siue pretio impetrat, ea conditione saltem tacitè impetrare, vt si in vita concedentis non habuerint effectum, postea per successorem possint reuocari. Quoniam omnes Pontifices post Bonifacium Octauum eiusmodi reuocationes facere consueuerunt statim post suam promotionem: & quæ consueuerunt fieri, tacitè intelliguntur, [k] & ideo si quidquā damni hinc proueniat, imputet sibi qui debuit id præuidisse.

12 Quarto respondeo Principem Romanū ex iusta causa posse reuocare contractum & priuilegium pretio concessum, at gum. l. *Lucius*. [l] & l. *item si verberatum*. [m] & eorum quæ late traduntur. in ca. *quæ in ecclesiarum*. [n] & in cap. 1. [o] per Felinum & Decium & alios per eos citatos alibi. Et secundum communem opinionem præsumitur princeps in dubio facere cum causa, quando facit aliquid, quod sine illa nō potest, vt tradit Cynus, [p] & Panormitanus communiter receptus. [q] Hęc tamen solutio non videtur firma. Nam, vt in illo cap. *ad hæc*. dicemus illa opinio communis non viderur vera, per ea quæ Felinus & Decius tradunt contra Panormitanus, [r] & Decius contra eundem. [s]

13 Quinto respondeo, pecuniam quam Romanus Pontifex propter huiusmodi accessus accipit, ad suam personam sustentandam accipere, veluti reditus quosdam suo tempore prouenientes. Et quamuis per eam obligetur ipse ad seruandum illos, dum viuit; non tamen ideo successor ad id tenetur, argum. eorum, quæ in ca. 1. [t] notantur, & in ca. fin. [v] & in l. *defuncta*. [x] Et hæc videtur ratio germana, quare in hac reuocatoria Paulus non excipit accessus, & in reuocatorijs alijs posterioribus excipit. Quoniam in hac reuocat prædecessorum gratias, in alijs verò suas, & magis tenetur ad conseruādas suas, quàm alienas propter compositionem secum factam. Et quia per huiusmodi accessus & compositiones prædecessorum quoddam præiudicium fit successoribus; dum collationes eorum tempore vacaturas, & pecunias eorum tempore recipiendas illi præripuerunt, & præoccuparunt. Quare meritò eos successores reuocare possunt.

14 Sexto ac postremo, quod attente perpendendum existimo, quod argumentum hoc nil aduersum præfatum E. concludit, vel euincit non potuisset Papam per illam

a *In §. ius ciuile, num. 20. vers. tertio fallit. de iure natur. gent. & ciuili.* b *In c. translato. de constit.* c *In l. ex facto not. ff. de vulg. & in dec. 1. de pactis.*

d *In c. nouit. de iudic. & libi. num. 8.* e *De concess. præb. li. 6.* f *In l. qui Roma. §. Flaui. ff. de verb. obligat.* g *De reg. iur. ff.*

k *Cap. cùm M. de cessit. l. fi. C. de fideiuss. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edicto. & ff. de euictio.* l *ff. de rei vend.* m *ff. de rei vend.* n *De constit.* o *De probat.* p *In l. fi. C. si contra ius, vel vtilit.* q *In dicto ca. quæ in ecclesiarum. & in c. ad hæc, infra eod.* r *In illo c. quæ in ecclesiarū,* s *In dict. c. ad hæc. & in ca. cum inter. de exceptio.* t *De solutio.* v *Ne prælat. vices suas.* x *ff. de vsufr. & quemadmodum.*

reuocatoriam accessibus derogare: quod tamen nullus iurisperitus mea sententia dicere audeat. Nam si expresè accessus sustulisset, sicut & coadiutorias sine consensu concessas, nemo diceret, eos non fuisse sublatos propter rationes prætactas. quia materia est beneficiaria, in qua Papæ secundum communem quod libet licet, & quē voluerit sine vlla caussa suo beneficio priuare, per multa, quę tradebat Felinus, [a] quamuis nos in contraria soleamus esse opinione, secuti Cardinalem, [b] in qua etiam nunc perstamus, quo ad beneficia iam quæsita: quamuis quo ad expectatiuas & alias gratias beneficiorum quærendorum omnino nouè (quod addo propter regressus, per quos solum restituitur ius antiquum) quæ, vt semper fuerunt iuri exosæ, ita nonnumquam Deo displicent, nūquam à communi discessimus, neque nunc discedimus, immo arbitramur erudito cuilibet visum iri iustius, posse Romanum Pontificem tollere accessus à suis prædecessoribus concessos, quàm alias generaliores expectatiuas: quoniam primo ratio pecuniæ à prædecessore acceptę sibi non obstat, per quintam solutionem: & secūdo illi maius mortis alienæ captandæ votum inducunt, argumento cap. 2. iuncto ca. *accedens*. & ca. *cōstitutus*. [c] vnde Ecclesia Gallicana etiam regressus nullatenus admittit, quasi peccatorum quædam fomenta & animarum scandala. quod & nos seruari olim vidimus dum in Academia Tolosana, multis nominibus nobis suspicienda prælegebamus, & Petrus Rebuffus, [d] testatur. Vt ergo, semel finiam, & quod sentio liberè dicam, iuri consonantius videtur, per eam reuocatoriam, regressus quidem non reuocari: quia iuri antiquo, & in eo reditui fauorabili nituntur. Non item coadiutoriæ de consensu concessæ, quia illæ præseruantur expresè: accessus autem reuocari, nisi stylus Curiæ aliud habeat, quod certè mihi necunde constat, neque arbitror constitisse rerum Romanarum peritissimo Cassādoro.

15 Quare etiam atque etiam habentibus accessus consulo, vt si quando, antequam illi sortiantur effectum Romanus Pontifex, qui eos concesit moriatur, conseruationem illorum à successore requirant: nisi eorum, quos intra annum morti suæ proximum concessisset. Quoniam illi per regulam, quæ decima est Pauli, & duodecima Innocentij conseruantur. Nuper autem longo tempore post hęc edita vetuit Concilium Tridentinū, [e] omnes accessus, regressus, & coadiutorias cum futura successione in hęc verba, *Cum in beneficijs ecclesiasticis ea, quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt, sacris constitutionibus sint odiosa, & Patrum decretis contraria, nemini in posterum accessus, aut regressus, etiam de consensu, ad beneficium ecclesiasticum cuiuscumque qualitatis concedatur, & hactenus concessi suspendantur, extendantur, aut transferantur.* Et paullo infra: *In Coadutorijs quoque cum futura successione idem post hac obseruetur, vt nemini in quibuscumque beneficijs ecclesiasticis permittantur, nisi certo casu cum certa forma ibi expressa.* per quod decretum tollitur necessitas vtendi consilio nostro prædicto, donec contra illud incipiat dispensari, quod vtinam nunquam fiat. Addam tamen aliqua huc pertinentia in auctario quod in sequentis exceptionis fine adiicio.

a *In c. quæ in ecclesiarum. de constit. num. 39.* b *In consil. 141. Sanctissimus dominus noster.* c *De concess. prabend.* d *In gloss. 2. tit. de reseris. in Concordat.* e *Sess. 25. c. 7. de reformat.*

EXCEPTIO VIGESIMAPRIMA.

SVMMARIVM.

1 *Clementinæ vetantis successionem tenor.*
2 *Intellectus cap. ad extirpandas. de filijs presbyteror.*
3 *Lex vt futura tantùm & non præterita respicit.*
4 *Ratio quæ de præterito legem efficit declaratoriam.*
5 *Lex etiam antiqui iuris declaratoria, quæ sola futura comprehendit.*
6 *Accessus per compositionem solere dari. num. 7.*
8 *Lex non respicit futura, cùm inuoluerit præterita. num. 9.*
10 *Legitimatio primogeniti non tollit ius secundo genito quæsitum. num. 11.*
12 *Religionis ingressus mariti, vt non præiudicat vxori.*
13 *Testamentum ante nouam legem perfectum valet, etiam, &c.*
14 *Appellatio vt non suspendit effectum futurum excommunicationis.*
15 *Beneficium ob caussam dimissum, ea non sequuta, reddendum.*
16 *Princeps non præiudicat tertio, etiam per legem communem.*
17 *Lege habita pro infecta non tolli ius ante quæsitum.*
18 *Actio de dolo datur in permittentem incipere, & nō perficere.*
19 *Intellectus communis cap. 2. de concess. præbend. lib. 6. num. 20. & 21.*
22 *Conditionale debitum perit per incapacitatem.*
23 *Intellectus regulæ factum legitime. de reg. iur. lib. 6.*
24 *Ius ad beneficium per inhabilitatem perditur. num. 25.*
26 *Expectatiua generalis ante clement. de filijs presbyteror. ad quæ non prodest.*
27 *Accessus plus iuris confert, quam expectatiua.*
28 *Expectatiua omnis conditionalis semel, multa vero bis.*
29 *Accessus & regressus non tollitur vt aliæ expectatiuæ. nu. 30.*
31 *Clementina præfata filijs ante illam natis nocet.*
32 *Adeundi potestatum alia ius per se subsistens, alia non.*
33 *Accessurus non habet plus iuris quam hæres. num. 34.*
35 *Præiudicium primarium, non secundarium attendendum.*
36 *Caussam immediatam non mediatam considerandam.*
37 *Alciatus laudatus, paullo post omittitur.*
38 *Præiudicium tertij præcogitatum à Principe non impedit.*
39 *Præiudicium secundarium quod.*
40 *Intellectus clementinæ vt hi, qui de ætat. & qualit. num. 40. & illius gloss. 5. num. 41.*
42 *Lex nouæ simpliciter loquens, vt non extenditur ad præterita.*
43 *Regulam sine probatione, necessario non esse limitandam.*
44 *Lex nouæ non includit præterita, etiam quo ad futuros effectus, si de re ipsa & non de vsu aut exequutione loquatur. num. 45.*
46 *Lex puniens extendentem repressalias, punit præteritas.*
47 *Lex vt Bannitum centum soluat, quo à banno eximatur includit antea bannitum, licet antea potuisset eximi non soluendo.*
48 *Lex formam procedendi, & forendi sententiam inducens includit lites præteritas quæ parte non sunt finitæ.*
49 *Lex vt maritus lucretur medietatem dotis, comprehendit dotes præteritas vxorum post illarum mortuarum. num. 50.*
51 *Lex nouæ de vsu rei, quæ non includit vsum præteritum.*
52 *Lex, ne quæ fœmina vestes sericas vestiat, vel ne succedat dotata, præteritas includit etiam eas, quibus delata fuit hæreditas, sed non adita.*
53 *Lex. Detur tantum capienti, & præsentanti bannitum, includit eum, qui ante legem captum, post eam præsentat. nu. 54.*
55 *Lex ne querelæ bannitorum audiantur comprehendit eum, qui accusationem persequens bannitur.*
56 *Lex, ne quis triticum exportet quem includit.*
57 *Lex, ne quis agat œconomum includit prius factum.*
58 *Lex, ne fœmina succedat includit iam natas.*
59 *Legitima patris viuentis filio quasi debita.*
60 *Ius succedendi patri aliud à iure filiationis. num. 61.*
62 *Verba, Nullo modo, & Nullo tempore, vt prægnantia.*
63 *Lex de re præterita, & de vsu eius diuersa.*
64 *Lex dans modum & ordinem quos includat. num. 65. & 66.*
67 *Accessus præambulum iuri in re quærendo.*
68 *Ius in re quærendum non est accessorium iuri ad rem.*
69 *Lex non includit exequutionem rei præteritæ, cum illa est accessoria, & cum finis, & ratio legis ei non congruunt. num. 70.*
71 *Lex nouæ includit futurum, perficiens præteritum.*

VIgesimaprima Exceptio, quæ materiam cap. 1. [a] & huius cap. tangit, est, quod præfatus C. est filius illegitimus cuiusdam viri magno in pretio cùm apud suos, tum apud Romanos habiti, qui ante præfatum A. præcessorem præfati E. hanc de qua contendimus Cantoriam obtinuit, & in fauorem eius resignauit. Et constitutio Clementis vij. extat, quæ filios illegitimos excludit à successione in beneficijs parentum, tam mediata, quàm immediata, in hæc verba.

a *Supra eod.*

CLemens vij. &c. Sanè postquam fœli. recor. Alexander Papa iij. prædecessor noster filios præsertim sacerdotum in Ecclesiis paternis succedere prohibuerat, easque nihilominus media intercedente persona filios ipsos habere disposuerat, cùm passim sacerdotes, vt Ecclesiis suis filij eorum potirentur, satagentes, in Alexandri prædecessoris huiusmodi dispositione confisi, Ecclesias suas, quas ad eorum peruenire filios constituebant in fauorem personarum, quæ Ecclesias ipsas, etiam illarum possessione non habita, in ipsorum resignantium filios ex fornicatione genitos, illico mox resignare, ipsique filij Ecclesias ipsas dispensatione super natalium defectu, quem

ex dictis Sacerdotibus resignantibus geniti patiebantur (etiam patris nomine expresso (obtenta, consequi hactenus consueuerint, profecto pernitiosum semper & abominabile ac in grauem diuinæ maiestatis offensam tendere, videlicet quod ipsi presbyteri eorum crimen, quod erat occultum, non sine turpitudine, ob inordinatum spuriorum filiorum amorem, detegere non erubescerent, indicauimus. Propterea quæ vbi tempus (quod omnia palam facit) & præsentium ratio, quid in futurum sit cauendum admonet, merito admonemur, vt ad tollendum huiusmodi abusum, necessarium arbitrati sumus eiusdem Alexandri prædecessoris canonem corrigere, potius quam talia cum tanto hominum scandalo tolerare. Habita igitur super his cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus matura deliberatione, de eorum consilio & vnanimi consensu, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus & ordinamus, quod de cætero filij presbyterorum eorum ex fornicatione nati, Ecclesias cathedrales, etiam Metropolitanas ac monasteria, quibus eorum patres, præfuerunt, ac seu illa & illes dignitates, etiam maiores & principales, personatus, administrationes & officia, etiam curata & electiua, & alia quæcumque beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura secularia & quorumuis ordinum regularia, quæ presbyteri & clerici & religiosi eorum patres in titulum, vel commendam, aut administrationem, seu vt aliqs perpetuo vnira aliquando obtinuerunt, nullo vnquam tempore quoquomodo obtinere possint, nec cum eis super hoc dispensare intendimus. Et si quas dispensationes per nos concedi contigerit, tamquam per præoccupationem, & contra mentem nostram concessas eis nullatenus suffragari, talesque dispensationes nostris volumus exulare temporibus. Et quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicamus non obstante præfati Alexandri prædecessoris & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Hæc Clemens. De qua constitutione aliqua non omnino contemnenda superiore anno, [a] quo ad alia proposita disseruimus: quo ad præsens vero præsuppono, clementinam hanc post huius, qualis qualis accessus concessionem, fuisse editam. Quoniam accessus à Leone x. fuit concessus, clementina verò hæc à Clemente vij. Est ergo nunc dubium pluſquam mediocre, in quo libentius audirem alios disserentes & pronunciantes: quam disserere, ac sententiam ferre, nisi me necessitas cogeret, scilicet, an clementina hæc obstet præfato C. quo minus per hunc accessum succedere in hac Cantoria possit: si is alioqui valuisset, neque reuocatus foret.

3 Et pro parte quidem negatiua multa faciunt. Quorum primum est, quod lex non extenditur ad præterita, [b] quòd procedit etiam, quando ratio legis antecessisset legem: quia per hoc prohibitio legis non trahitur retro ad tempus antecedens: sed solum ad futurum, secundum Baldum, [c] & Salicetum, [d] per illum textum, quos sequitur Felinus. [e] Quæ ampliatio maxime inseruit nostro proposito: quoniam ratio prædictæ clementinæ illius prohibitionem præcessit, vt ex ipsius proœmio satis colligitur. Neque illi obstat glossa memorabilis, [f] communiter recepta, quæ habet illi clementinæ locum esse in præteritis, quoniam ratio illius æquè præterita respicit ac futura, quam etiam Felinus ipse, [g] commẽdat. Pro qua etiam facit, quòd Bartholus, [h] ait, legem, quæ annullat actum extendi ad præterita, quando causa annullans suberat de præterito: non, inquam, hoc obstat.

4 Quoniam primo, vt Felinus ait, [i] aliud est declarare & interpretari ius antiquum iam conditum: & aliud moueri ex ratione, per quam lex non declaratur: sed assumitur pro fundamento legis nouæ condendæ. Hæc tamen solutio non videtur satisfacere: quoniam solum procedit quando certum est, legem, quæ conditur, esse nouam: at glossa prædicta cum communi probat, legem præsumendam esse declaratoriam, quando ratione antiqua, quæ ita concernit præterita, sicut futura, nititur. Quare secundo respondeo, ampliationem hanc procedere in ea ratione, quæ sola sine nouo statuto non concludit necessario seruandum esse, quòd lege noua statuitur: illa verò glossa in ea ratione, quę necessario concludit, & sola sine lege noua conuincet, id quòd per eam statuitur esse seruandum, etiam si noue non statueretur. De qua duplici ratione profundius, vt arbitramur, alijs, anno superiore, [k] egimus. Sed hæc huius ampliationis resolutio applicata huic clementinæ videtur concludere, illam ad præterita extendendam esse: quoniam ratio, qua ea nititur, concludit, quod in illa statutum est seruandũ fuisse, etiã si ea nũquam prodisset.

5 Quoniam testatur proœmium eius, pernicioſum semper & abominabile ac in grauem diuinę maiestatis offensam tetendisse contrarium eius, quòd hic statuitur: & ita fuisse peccatum, & per consequentiam non faciendum. Quare tertio, sed clarius & tutius respõdeo, glossam illam illius clem. 1. [a] procedere in dubio, quando scilicet non apparet aliunde, legem illam tantum futura respicere, vt in casu illius clem. 1. At per hanc, de qua loquimur, ipsam clementinam clarè aperitur non esse illi locum nisi in futuris, verba enim eius sunt; *Statuimus & ordinamus, quod de cætero*, &c. quæ dictio efficit, vt constitutio etiam antiqui iuris declaratoria, in qua ponitur, sola futura respiciat, per textum omnium optimum ca. 1, coniuncta glossa. [b] Textus etiam est aptus, in cap. fin. [c] tradunt Imolensis, [d] post Anconinum & Felinum, [e] & Bartholum. [f] Ratio est in promptu, quoniam in certis non est locus coniecturis. [g] Nam & dictum Bartholi supra pro illa glossa citatum in lege, quæ non se contrahit, ad futurũ procedit: loquitur enim in illo articulo Bartholus de lege, quæ nec se ad præterita extendit, neque ad futura contrahit. Cùm ergo is accessus præcesserit hanc clementinam non videtur tolli ab illa, quæ se expresse ad futura contrahat, licet ratio eius eam præcessisset: & talis fuisset, quę sola sine hac lege concluderet esse malum & prohibitum, quòd ipse prohibet. & denique licet iuris declaratoria esset & non inductoria noui.

6 Secundo principaliter, pro hac parte negatiua scilicet hunc accessum non fuisse per illam clementinam superuenientem sublatum, facit, quod quando accessus conceduntur, compositio quædam pecuniaria interuenit, per quam Romano Pontifici aliqua pecunia soluitur: vel si gratis conceditur, id fit ob remunerationem laborum, & aliorum, quibus de Sede Apostolica bene meriti sunt hi, quibus conceduntur. quod testatur Cassadorus, [h] & experientia docet. Et ita concessio accessuum, quamdam vim contractus habet, per ea, quæ citata fuerunt in quinto argumento contra exceptionem præcedentem, [i] formato: at contractum suũ non potest princeps sine iuxta causa tollere, [k] ergo neque Clemens accessurus antea concessos.

Tertio facit, quod inter præfatum C. & præfatum A. transactio quædam facta fuit, qua C. renũciauit iuri, quod se habere prætendebat in præfata Cantoria, vt A, consentiret accessui per Papam concedendo, Et ne dicas, hanc transactionem illicitam fuisse, cõsidera, auctore Papa, eam factam esse, nec id simoniacum iure naturali, vel diuino esse: sed tantùm positiuo & humano, per ea multa, quę anno superiore in cap. *dilecto*. [l] scripsimus: at Papa contractus inter partes factos non solet tollere, argument. per locum ab speciali clemen. *dudum*. [m]

7 Quarto, principaliter facit ea, *detestanda*. [n] vbi videtur esse casus pro hac parte adiuncta quadam determinatione Imolensis, quam refert & sequitur Dominicus, [o] Capitulum enim illud reprobat promissiones omnes conferendi beneficia, & Imolensis tenet intelligendum esse tantum de promissionibus faciendis, & non factis, dato quod factę nondum suum sortitę fuissent effectum. ergo pari modo clementina hęc, quę tollit omnem succedendi modum filijs illegitimis in beneficia paterna, intelligi debet de modis succedendi concedendis, & non concessis.

8 Quinto facit, quod lex noua non comprehendit futura, quando ea comprehendendo inuolueret præterita, ad quę non extenditur. argum. ca. *super eo*. [p] & est glossa memorabilis, quę secunda est clement. 1. [q] quam Cardinalis, Panormitanus, Imolensis & Rauennas ibi & Corsetus, [r] & Felinus, [s] pro singulari commendarunt & approbarunt. quàm pulchrè declarauit Dominicus, [t] at in casu proposito aliquid inuenitur præteritum, nempe concessio accessus: aliquid futurum, nempe illius exequtio: & clementina hęc non potest exequtionem illam futuram tangere: nisi etiam ipsius accessus concessionem præteritam inuoluat. ergo eius exequtionem non tanget.

9 Sexto facit, quod lex noua non respicit effectus etiam futuros actus præteriti & perfecti. [u] In cap. prælegato enim cap. *statuimus*. constitutum fuit, vt inter canonicos maior ordine in considendo minori præferretur, etiam si

a *In cap. 1. de præbend.*

b *Cap. fin. de constit. l. leges. 2. C. de leg. & l. de quæstoris. C. de vsufr. c. ante triennium. 31. d. c. proposuisti. 82. dist.*

c *Not 6.*

d *Col. 1. in l. testium. C. de testib.*

e *In c. fi. de cõstitutionib.*

f *Cõ. 1. de cõcess. præb. ver. centemus.*

g *Col. 7. illius c. vltimi.*

h *In l. omnes populi. n. 44. ff. de iust. & iur.*

i *In principio illius cap.*

k *In ea. ratio nulla. de præb.*

a *De concess. præb.*

b *Ver. de cætero. de postul. prælator. li. 6.*

c *De sponsal. duor.*

d *Colum. 6.*

e *Colum. 7. in illo ca. fin.*

f *Prælleg ata l. omnes populi. nu. 43. ff. de iust & iur.*

g *Le. continuata. § cum ita. ff. de verb. obligationib.*

h *In decis. 1. de pactis.*

i *Supra n. 5.*

k *Cap. 1. de probationib.*

l *De præb.*

m *§. fi. de sepulc.*

n *De concess. præb. lib. 6.*

o *Ibidem Io. lum. 3. sub fi nem.*

p *1. de appell.*

q *De testam.*

r *In sing. ver. lex.*

s *In practicatо. c. fi. colum. 12.*

t *In c. ex aniquis. colum. 4. verſic. tertio. 54. diſtin.*

u *Ca. fi. de cõſtit. coniunctо c. ſtatuimus de maiorat. & obedient'*

posterius esset receptus: & in citato cap. fin. declaratum est illud cap. non habere locum in iam receptis, sed in recipiendis tantùm, & non alia ratione, quàm quia concessio, licet effectus quidam futurus sit: est tamen actus præteriti & perfecti, scilicet receptionis anteactæ. Facit l. *iubemus*. [a] & l. *ſtium*, [b] & cap. *ante triennium*. [c]

10 Septimo, faciunt decisiones aliquot doctorum particulares casui proposito similes. Quarum prima sit Ioannis Andreæ, [d] scilicet per legitimationẽ per primogeniti non tolli ius primogenituræ, quæsitum secundo legitimè nato.

11 Secunda sit Frederici [e] scilicet Clementinam, *exitui*, [f] quæ fratres minores declarauit esse inhabiles, qui deputarentur testamentorum executores, non extendi ad exequutores ante illam constitutionem deputatos.

Tertia est determinatio, quæ Bartholo tribuitur, quamque ipse tangit in l. *omnes populi*, [g] scilicet quod statutum, ne fœminæ succedant, non extenditur ad fœminas: quibus iam est delata hæreditas, licet nondum diuisa.

Quarta est Imolensis, [h] quam sequitur Felinus, [i] scilicet, quòd lex noua de lucrifacienda medietate dotis vxoris præmortuæ, non extenditur ad dotem vxoris ante illam legem ductæ, & post eam mortuæ.

12 Quinta est Panormitani, [k] scilicet nouum religionis ingressum mariti non præiudicare vxori, quo minus replicare possit de mariti adulterio, antea perpetrato aduersus ipsum de adulterio vxoris excipientem.

Sexta est Baldi communiter recepti, [l] scilicet quod testamentum factum ante legem, quæ nouam testandi formam inducit, valet, licet in eo condendo non fuerit illa forma seruata. Quam decisionem ideo tribuo doctoribus, quia licet Iason, [m] & alij multa alibi dicant in illa lege: de hoc esse casum, tamen non videtur esse: quoniam citata l. *iubemus*. non probat hanc conclusionem, nisi de forma inducta per legem quæ se contrahit & arctat ad futura tantum negotia: conclusio verò doctorum comprehendit etiam legem, simpliciter inducentem formam sine vlla mẽtione præteritorum & futurorum. Per quam considerationem certum mihi est, testamentum ante illam legem conditum, valiturum fuisse: etiam si post illam potuisset illud testator mutare, & non mutasset.

13 Quinimmo arbitror, verius esse quod Paulus Castrensis ait, [n] quàm quod Angelus per posteriores magis receptus, [o] tenet scilicet, testantem ante legem nouam, testandi formam inducentem, quæ non se contraheret expresse ad futura, factum valiturum esse, si testator post illam moriatur: & cùm posset renouare illud testamentum, non renouet, quamuis Iason ibi & Felinus, [p] sequantur Angelum. Cuius opinionem adeo non probat citata Authentica, [q] vt videatur probare contrarium clarè, quidquid Angelus nimium subtilem se præstans rem obnubilet, quod quia nunc demonstrare extrarium est, omitto, quæ opinio Pauli satis videtur fuisse Petri. [r]

14 Septima est Panormitani, [s] videlicet, quod quemadmodum appellatio non suspendit excommunicationem latam, & sic actum præteritum, & ideo non suspendit eius denunciationem, & sic actum futurum omnino illi annexum: sic & lex noua non suspendit actum futurum omnino præterito annexum, & ab eo dependentem.

Octaua sit Felini, qui [t] contra Petrum de Ancharano, [v] determinat, statutum, ne fœminæ, masculis extantibus, succedant, non extendi ad bona, quæ ante illud pater pro se ac filiis suis quæsierat: quam Felini decisionem sequitur Ioannes Crotus. [x]

15 Nona sit Ioannis Andreæ, [y] & Petri ab Ancharano, [z] scilicet legem nouam, quæ vetat frumentum à territorio extrahi, non comprehendere illum, qui cœpit extrahere, & ob aliquod impedimentum non extraxit.

Decima sit Iacobi Butrigarij, quem refert & sequitur Petrus ab Ancharano, [a] scilicet de legato fratribus ante clementinam *dudum* facto, non deberi quartam parocho, etiam si quid legauit post illam cle. mortuus fuisset.

Octauo principaliter pro C. facit, quod res, quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit, [b] at in nulla ipse fuit culpa, quare is accessus sibi pereat.

16 Nono principaliter facit, quod qui licitè renunciat alicui beneficio ob aliquam causam, ea non sequuta, debet habere regressum ad illud, [a] at præfatus C. præfatæ Cantoriæ olim renunciauit in fauorem A. licitè, quia Papa consentiente illa de causa, vt ei concederetur accessus. Ergo si accessus is non fortiatur effectum, habebit saltem regressum ad ius illud pristinum, cui renunciauit.

17 Decimo facit, quod princeps per suam legem nemini præsumitur præiudicare, neq; alicui ius suũ tollere, l. 2. *§. merito*. & iuxta *§. si quis à principe*, [b] cap. *quamuis*, [c] cap. *super eo*, [d] quæ quamuis de rescriptis, prijulegiis, & aliis dispositionibus priuatis loquantur: tamen etiam in legibus communibus habere locum testatur Cardinalis, [e] quem etiam Ananias sequitur. [f] Cardinalis enim ibi declarans eruditissimè de more glossam singularem, [g] ait, Romanũ Pontificem in his, quæ sunt iuris positiui, posse quidem facta ita pro infectis habere, vt non solum habeantur infecta ex tempore, quo illa cassat: sed etiam ex tempore quo facta fuerunt. Id tamen intelligendum esse quatenus id in tertij præiudicium non redundaret. Decius etiam, [h] in eadem est opinione. Pro qua conclusione facit cap. 2. & cap. fin. [i] quæ ideo nolunt constitutiones ad probibiliter ignorantes, & actus præteritos extendi, ne cui sine culpa fiat præiudicium: ergo lex principis in dubio nemini præiudicat. At si dicamus per hanc clement. accessum præfati C. & alias expectatiuas, quæ illij spurij eo tempore ad Ecclesias paternas habebant, fuisse sublatas, multis præiudicasset, igitur id non est dicendum.

18 Vndecimo facit quod præfatus C. impensas fecit hunc accessum obtinendo in re pertinente ad Papam, de consensu ipsius. Ergo vel accessus debet illi esse firmus, vel Papa tenebitur actione doli, per l. *si cum mihi*, [k] quæ habet secundum Bartholum & communem, eum teneri de dolo, qui opus cœptum in re sua, in alterius vtilitatem non permittit ei finire.

Pro contraria tamen parte, scilicet quod per hunc accessum præfatus C. præfatam Cantoriam obtinere nequeat, obstante illa clementina, faciunt sequentia. Primum quod hæc clementina statuit, vt presbyterorum filij nullo vnquam tempore, quoquomodo beneficia, quibus sui patres præfuerunt, obtinere possint: at præfatus C. filius illegitimus est eius, qui præfatæ Cantoriæ olim præfuit. Ergo illam nullo vmquam tempore, neque vllo modo obtinere potuit, vel potest post clementinã illam promulgatam. at virtute illius accessus antea concessi, eam adquirere est aliquo modo obtinere. Igitur neque illius virtute obtinere potest.

19 Secundo, pro hac parte videtur casus in cap. *detestanda*, [l] adiuncta illi opinione Archidiaconi communiter recepta: cassat enim ille textus promissiones omnes beneficiorum vacaturorum, etiam illas, quæ ante illud cap. licebant. & Archidiaconus ait cassatas censeri etiam illas, quæ ante illud cap. fuerunt factæ. Cuius opinionem sequitur ibi latissimè Ioannes Monachus, quamuis incautè Perusinus siue Francus contrarium imponat ei. Eandem sequitur latè Ioannes Andreas, [m] quod ipsum etiam breuiter Gulielmus à monte Landuno tenet. Satis etiam latè idem probat Petrus ab Ancharano qui cum Perusino rem breuissimè tangente opinionem Ioannis Andreæ amplexus videtur. Probus etiam in additione Ioannis Monachi, dum eum nullatenus in hoc impugnat, probare videtur. Solus Imolensis relatus & probatus à Dominico ibi contrarium dixit, secundum iuris rigorem esse verius quamuis crederet in praxi seruandam esse opinionẽ Archidiaconi & cõmunem, & perpendamus hanc decisionem esse omnium, quæ allegari possunt nostro casui simillimam. Sicut enim in nostro casu agitur de beneficio vacaturo, ita in illo, & sicut ibi promissio erat cum die incerto, scilicet cum facultas se obtulerit conferendi, ita & in casu nostro: cum scilicet cederet, vel decederet præfatus A. Et sicut ibi dies omnino incertus gratiam efficiebat conditionalem, secundum omnes ibidem: ita & in casu nostro, vt in præludiis est dictum. Et sicut ibi antequam dies incertus certificaretur, & sic ante impletam cõditionem primam, antequam beneficium promissum vacaret, superuenit cap. illud reprobans promissiones, per quas ius ad vacaturam tribuebatur: ita & in

a *C. de testamentis & quæ ad test. ord.*

b *C. de testib. c. 31. dist.*

c *In Mercuriali regula, sine culpa. lib. 6. col. 13. ver. ad solutionẽ.*

d *In cõsil. 204. factum tale.*

e *De verb. sig nific.*

f *ff. de iustit. & iur. in qu. princ. n. 42.*

g *In ca fin. de constitutioni. col. 7.*

h *Ibi. col. 2.*

i *In c. veniẽs. de conuersiõ. coniugatorũ. num. 7.*

k *In practicata l. iubemus. C. de testament. & quemad. test. ord.*

l *Ibi. nu. 10.*

m *In præallegata l. inhibemus.*

n *In authentica, vt nouæ constitut. post alios duos mens. quam insinuata fuerint, obtinean. §. prouinciarum.*

o *In c. fin. col. 3. de constit.*

p *In dicto §. prouinciarũ. supra cit. to.*

q *In c. 2. de cõſtit. col. 1. ſub fin.*

r *In c. paſtoralis. §. veriſi. de appell. n. 2.*

s *In c. fi. de cõſtit. col. 3.*

t *Coſ. 26. col. fin.*

u *In repetitio. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. nu. 37. in verſ. limitatur.*

v *Ver. incumbere.*

x *Col. 2. in c. 2. de conſtit.*

y *In authentica, vt nouæ conſtitut. poſt alios duos menſ. quam inſinuata fuerint, obtinean. §. prouinciarum.*

z *In c. fin. col. 3. de conſtit.*

a *In rep. ca. 1. de conſtitut. eborta parua 50. col. 3. verſ. Subiicio.*

b *Ca. 2. de cõſtitutionib. regula ſine culpa. lib. 6.*

a *Cap. 1. de conceſſ. præb. lib. 6.*

b *Ibidem.*

casu nostro, antequã dies incertus huius gratiæ eueniret, & ita ante conditionem adimpletam superuenit clementina prædicta, quæ prohibuit filios illegitimos in patrum beneficia vllo modo succedere.

20 Neque vlla occurrit euasio, nisi à communi cum Imolensi discedas: quod tamen non esse faciendum in solutione quarta argumẽti pro præfato C. facti clarè ostendam; vel nil pro illo facere illud argumentum demonstrabo. Vel nisi forte quis dicat illam constitutionem satis se ad præterita expresse extendere, quod Archidiaconus & Guillelmus innuerunt: & ipse in medio iudicibus relinquo, rem, à me nullatenus monendam, si tam litigatorem, quàm æquum consiliorem agerem. Cum Felinus & alij omnes recentiores, vt indiligenter decisionem Imolensis communi contrariam tractant, ita parũ hoc olfecerint.

21 Tertio principaliter faciunt illa multa quæ Ioannes Monachus vir ingenij acumine variaque doctrina præcellens, & Ioannes Andreas cum Petro ab Ancharano,[a] ad confirmandum conclusionem tactam in secundo argumento adduxerunt.

22 Quorum de numero est primò, quod debitum conditionale, vel incertum omnino diem continens perit, si superueniat impedimentum, conditione pendente, vel ante quam dies eueniat, quod tamen intelligo in vltimis voluntatibus,[b] & etiam in contractibus quo ad obligationes perficiendas.[c] Secundo quod dies conditionis adimpletæ tunc demũ retrotrahitur, quando pendente conditione non superuenit aliquid, quod illius dispositionis conditionalis effectum impediat, arg. l. *bonorum*,[d] & cap. *si pro te*.[e] Tertio quod si legatarius ante conditionẽ impletam moriatur, vel alioqui fiat incapax, nil quæritur ei, neq; quidquam trãsmittit ad successores,[f] & idem si pendente cõditione seruus fiat.[g] Cum ergo accessus is conditionalis sit, cũ omnino in incertũ diem cõcessus fuerit, cum impedimentum pendente conditione ac ante diem certificatum euenerit, & ideo retrotrahi nequeat, cum denique habens illum legatario in hoc exæquetur, vt Oldradus receptus affirmat,[h] cum antequam dies cederet factus sit præfatus C. incapax, sequitur per illam, præfatam Cantoriam obtinere non posse.

23 Quarto principaliter facit, quod licet regulariter factum legitimè non pereat, quamuis ad eum casum veniat, vnde incipere non posset,[i] tamen illud procedit, quando actus fuit perfectus, & consummatus, secus est si actus non esset cõsummatus. Quia tunc destruitur, quando deuenit ad casum, à quo inchoari non potest.[k] Verba enim illius legis, *pro parte*, quam Ioannes Monachus vbi supra, cum Ioanne Andrea & Petro citat, ea sunt: *Pro parte domini seruitutem acquiri non posse vulgo traditur. Et ideo si quis fundum habens, viam stipuletur, & partem fundi sui postea alienet corrumpit stipulationem in eum casum deducendo, à quo stipulatio incipere non posit.* Hæc illa. Si tamen iam semel quæsita, & constituta fuerat seruitus, quamuis stipulator mortuus duos hæredes reliquisset, seruitus tamen iam perfecte acquisita non periisset, vt habetur. l. *lex illa pluribus*.[l] Sic igitur in casu nostro prouisio conditionalis & sub omnino incertum diem facta, & nondùm perfecta: sed pendens, quam is continet accessus periit, cùm antequam perficeretur, ad tempus huius clementinæ peruenit, à quo iam incipere non poterat.

24 Quinto facit, quod ius omne ad rem ad aliquod beneficium acquisitum perditur, si inhabilitas, vel irregularitas superueniat illud habenti, ante quam ius in re perfectum consequatur, per illa multa, quæ supra[m] latè adduximus. At præfatus C. longè antequam ius in præfata Cantoria perfectum quæsiisset, factus est per hanc clem. inhabilis. Ergo si quod ad rem ius habuit, perdidit.

25 Sexto facit, quod inhabilitas superueniens potentior est ad tollendum ius ad rem, & eius perfectionem impediendam, quàm econtrario ius illud ad rem ad inhabilitatem, ne superueniat, arcendam. Exemplum primo in hærede, qui licet tempore testamenti facti, & mortis testatoris reperiatur ad hæreditatem adeundam habilis, & multo maius ius ad rem habeat, & multo ad ius in re propinquius, quàm qui habet accessum ad beneficium nondum mortui; si tamen ante aditam hæreditatem deportetur, perdit ius ad rem illud antea sibi quæsitum, non cõtra per illud ius à deportationis inhabilitate quo ad illam hæreditatem præseruatur.[a] Exemplum secundo in legatario conditionali, nam is perdit suam spem, si pendente conditione moriatur, aut deportetur, & durante deportatione dies cesserit, vel conditio impleta fuerit vt habet. l. *intercidit*, cum resolutione Alberici, Bartholi & communis.[b] & l. *interuenit*.[c] l. *si cognatis*,[d] cum eis adnotatis, & constat tantum, immo plus iuris esse legatario conditionali in legato post testatoris mortem, quàm habenti expectatiuam, vel accessum ante mortem eius, in cuius beneficium est successurus, vel accessurus. Ergo & si habens expectatiuam, vel accessum fiat incapax, ante quam dies cedat, eadẽ immo maiore ratione perdit ius ad rem quod habebat: vel saltem durante illo impedimento non poterit illud ad ius in re transferre. Exemplum tertiũ in contractibus sit de illo, qui obligationem conditionalem in puram nouauit, & pendente conditione deportatus fuerit. Nam si, durante deportatione, conditio adimpleatur, non censebitur obligatio nouata.[e] Per quæ omnia vides ius illud ad rem & spem debitum iri, per illam incapacitatem superuenientem tolli, non contra per illud ius ab incapacitate præseruati habentem illud.

26 Septimo, pro exceptione nostra facit, quod nemo diceret eum, qui expectatiuam generalem ad primum beneficium vacaturum, quod duxerit acceptandum, ante illam clementinam habuisset, posse acceptare beneficium, quod patris eius mediate fuerat, si post illam clementinam vacasset. Et non alia ratione, quam quia per illam clementinam factus fuerit inhabilis ad illud, non obstante, quam prius habuit expectatiua, ergo inhabilitas per illam clementinam inducta efficit, ne ius ad rem ante habitum, in ius in re transire possit.

27 Et ne dicas primo, per accessum ius ad rem fuisse quæsitum, per expectatiuam generalem autem minime, secundum Gomesium.[f]

28 Considera primo, per eius fundamenta id non probari. Nam primum, scilicet decisio Ægidij,[g] non agit de expectatiua pura, sed conditionali, vel quia omnis expectatiua est conditionalis gratia, vt ait ipse,[h] & clare sentit Oldradus,[i] ad primam, & in præluditis,[k] est dictum. Vigilantius dico Ægydium non agere de expectatiua, quæ vna tantùm conditione omnibus expectatiuis communi suspenditur: sed de expectatiua quæ præter illam habet aliam, scilicet si per solertem indaginem inuentus fuerit idoneus, vel diuini, vel humani iuris peritus, vel aliam similem. Is enim ante hanc conditionalem extrinsecam purificatã, non habet ius in re, neque ad rem, vt ait Ægidius; argumentum autem nostrum in illa expectatiua, quę vno generali modo est conditionalis fundatur. Non probat etiam secundum, ratio videlicet illa, quod non solùm mandatum de prouidendo, sed neque alius titulus de futuro est habilis ad producendũ siue causandum ius in re. Nam hæc ratio æquè in accessu concludit, ac in alio mandato, nisi qua parte accessus continet collationem saltem conditionalem. Non probat etiã tertium, scilicet decisio Ægidij,[l] quoniam illa solum probat per mandatum de prouidendo ius in re non quæri.

Considera secundo, quod aptius in hoc allegari potuit glossa ordinaria,[m] cui similis est in cap. *litteris*,[n] quæ aiũt, per mandatũ de prouidendo nil iuris quæri expectanti, sed solum officium iudicis ab eo implorari posse. Quas etiam in iure ad rem procedere dicebat Panormitanus,[o] & aliis locis, quæ ibi in huius anni initio citauimus. Vbi tamen secuti Hostiensem, Imolensem & Andream Siculum contrarium multis comprobauimus, & concludimus omnibus expectantibus aliquid iuris ad rem quæri ad beneficia suis expectatiuis comprehensa: quamuis aliis fortius, & affectiuum aliis debilius & non affectiuum.

Considera tertio, quod neque Panormitanus neque communis negat per gratiam, quæ beneficium in ea contentum afficit, quæri ius ad rem, & ita in ea saltem procedet argumentum. Nam nemo, vt credo, dicere audeat per eiusmodi gratiam generalem, etiam affectiuam ante illam clementinam obtentam, quem succedere posse in

a *Le. si alienũ §. in extraneis. ff. de hæred. instit. §. in extraneis. Inst. de hæred. qualit. & differẽt.*
b *ff. de condit. & demonstr.*
c *ff. de legat. præstand.*
d *ff. de re dub.*
e *l. quoties. §. 1. ff. de nouat.*
f *In q. 1. de nũ tollen. iure quæstio. pag. 9. vers. quarto modo n. 33.*
g *667. audiator deputat*
h *In dect. 338. acceptatio.*
i *Consil. 58. quidam. & consil. 68.*
k *Num. 6.*
l *164. conclusio quod gratia.*
m *In c. veniens. de renunciat.*
n *De rescrip.*
o *In citato c. litteris.*

beneficio à patre mediatè obtento. Ergo per illam clementinam etiam Iuri ad rem fuit derogatum.

29 Et ne secundo soluas argumentum respondendo, aliud esse in accessu, qui penitus perit, si non sit ei locus in beneficio illo particulari, ad quod datur, aliud in expectatiua, quę in aliis quoque beneficiis suum potest sortiri effectum, argumento, eius quod eleganter Gomesius determinat,[a] scilicet per prouisionẽ Papæ, cũ clausula: *Modo non sit alteri ius quæsitum*, tolli quidẽ ius per expectatiuã generalem habitum; non autem quod acquisitum est per accessum, vel regressum. Cuius rationem sensit paulo prius,[b] scilicet quod in altero casu irreparabile damnum fit, cum in alio beneficio verificari non possit, in alio verò non. Ne igitur, in quam, hoc respondeas, cõsidera quarto, quod nolo ipse dicere, ius per hunc accessum acquisitum, & aliud per aliam expectatiuam generalem, æquala esse in omnibus: sed solùm in hoc, quod vtrumque est ius ad futurum, & per neutrum est ius in re quæsitum. Et ideo cum incapacitas inducta per illam clementinam iuri expectatiuæ generalis præiudicet, sequitur non posse dici per eam ideo non præiudicari accessui, quia ex eo iam ius quoddam ad rem conditionale quæsitum erat illum habenti, quod nostro proposito sufficit. Nulla enim alia ratio reddi potest, quare clementina illa non præiudicet præfato C. quo ad hunc accessum, nisi quia per illam iuri alterius ad rem quæsito non fuit derogatum.

30 Septimo facit, quod tenentem partem aduersam oporteat confiteri, eum, cui ante illam clementinam tamquam proximo cognato, debebatur aliquod beneficium, iuxta notata per Dominicum receptum,[c] quod pater eius mediate, ac ante illam clementinã obtinuerat, posse post illam obtinere, quod tamen nullus eruditus, vt arbitror, consulere audeat.

31 Octauo facit, quod facilius tollitur id, quod priuilegio competit, quàm quod iure communi,[d] sed filius presbyteri ante illam clementinam natus, perdit per eam facultatem à iure communi sibi collatam, vt patri posset mediatè succedere, iuxta, cap. *ad extirpandas*,[e] nemo enim, vt arbitror, contrarium dicat, immo id ad vnguem post illã clement. seruatur. Et ne dicas aliud esse in accedendi facultate, speciatim, ad certum beneficium concessã, aliud in facultate iure communi generatim cõcessa, considera, quod licet quo ad alia proposita diuersa in eis sit ratio, tamen quo ad nostrum propositum, facultatem scilicet succedendi vna videtur esse. Nam primo vtrique ante illam clement. quæsita erat facultas succedendi in his beneficiis. Secundo neuter admisit culpam, quare sua facultate priuetur. Tertio vterque præcessit illam clement. Quarto neuter habebat vllum ius in re ante illã. Quinto, vtriusque beneficium vacauit post illam. Sexto verba clementinæ vtrumque comprehendunt. Quare igitur alter efficitur incapax, & perdit facultatem acquirendi iure communi sibi obuenientem; alter verò perseuerat capax, & non perdit facultatem acquirendi iure minus fauorabili, & tanto exosiore, quanto specialiore sibi competentem?

32 Et ne dicas facultatem illam succedendi ad beneficium patris mediatè generalem, non esse vllum ius per se subsistens, sicut neque potestas adeundi hæreditatem, quam quilibet capax habet generaliter absque respectu alicuius hæreditatis, præsentis, vel speratæ, secundum Bartholum communiter receptum.[f] Ne, inquam, hoc dicas, considera, quod etiam potestas adeundi hæreditatem, quam habet hæres institutus viuo testatore, non est ius aliquod, neq; spes approbata lege secundum eundem Bartholum,[g] & constat, eum qui habet accessum ante mortem eius, qui est accessurus, non habere plus iuris quàm hæres institutus, per ea, quæ in præludiis,[h] dicta fuerunt.

33 Quoniam quemadmodũ testator testamentum suum reuocare potest, ita & Papa quem concelsit accessum; Et quemadmodũ hæres ante testatorem moriens nil transmittit, ita neque is accessor, si præmoriatur ei, cui est accessurus, vt palam est. Ergo lex, cuius verba comprehendunt filium presbyteri tam habentẽ accessum, quàm non habentem, cum nulli vllum ius, viuentibus beneficiariis competat, vtrumque etiam quo ad sententiã complectetur, licet alteri maior spes sit quàm alteri, quia plus vel minus non mutant speciem, vt Philosophus ait, & Iurisconsultus probat.[a] Et non solùm vniuersalis, qualis est hæc clement. sed etiã indefinita omnia, quæ sunt eiusdem rationis comprehendit, licet alia sit alia melior & maior, vt habet glossa celebris.[b]

34 Nono pro hac parte facit argumentum à sufficienti partium enumeratione, quod est fortissimum,[c] Aut enim præfatus C. vult succedere in hac Cantoria patri mediate per legem communem, vel per dispensationem, eligat vtrum maluerit. Per legem communem non potest. Quoniam lex posterior derogat priori,[d] & ita hæc clement. derogat Alexandrinæ, de qua in cap. *ad extirpandas*,[e] qua parte illa continet filios presbyterorum succedere posse mediatè in beneficiis paternis, vnde post illam clementinam nulla est lex communis, per quam liceat filio presbyteri succedere mediatè in beneficio paterno. Ergo præfato C. non licet iam per illam legem Alexandrinam succedere in hac Cantoria. Non item per dispẽsationem, quia nullam talem habet expressam: sed neque tacitam, quoniam ex nulla parte litterarum accessus colligi potest Papam sciuisse præfatum C. fuisse filium eius, qui hanc Cantoriam vmquam tenuisset. Ergo nulla via in eam succedere post illam clementinam potuit, ac ante illam non succesit, vt ex præludiis constat. ergo propositum.

35 Decimo facit, quòd præiudicium per solam consequutionem, & non principaliter cõtingens non habetur in cõsideratione, textus iuncta glossa fin. in cap. *quamuis*,[f] quam ad tria ibi putauit singularem Franc. & Georgius,[g] probat, quæque ad textum relata habet, iuramentum filiæ renunciantis bonis paternis non censeri aliis præiudiciũ inferre, quamuis filiis eius præiudicet, eo quia illud præiudicium per quamdã consequutionem, & non principaliter fit: in quo illa communiter recepta est ibi & à Felino.[h] Facit glossa,[i] cum multis ibi per Hippolytũ adducta. Facit l. *verum*[k] l. *fluminum*[l] & l. t. §. *denique*,[m] & l. *si quis nec causſam*,[n] & illa multa quæ allegat more suo ibi Iason. Tradit etiã Panormitanus,[o] & Felinus,[p] quem citat & sequitur Curtius iunior.[q] Quin & Gomesius[r] affirmat, regulam illam non habere locum in iure alterius, quod in consequutionem tollitur, sed solùm in eo, quod principaliter tangitur.

36 Immo ibi,[s] ait anno 1538. in prætorio Rotæ pronunciarum fuisse Pœnitentiariam Sacram posse tollere ius quæsitum alicui propter incursum periurij, vigore l. *si quis maior*,[t] quia illud ius non est principale negotij, sed secundariò obueniens. at in omnibus hominum actis causſa immediata, non autem mediata & secundaria & per occasionem inducta attenditur, secundum Compostellanum,[v] & Felinum,[x] & est glossa celebris,[y] cum aliis, quæ Decius[z] tradit. Nam & causſam naturalem, non accidentalem considerandam esse probatur in l. *qui habet*.[a] at per hanc, de qua disseruimus clementinam Clemens vij. principaliter voluit munditiei sacerdotali & honori cælibatus, ne ille male audiret, & male audiendo populi scandalo esset, consulere, ac constitutionem Alexandrinam, quæ rei contrariæ occasio erat, tollere. Per cuius sublationem & contrariæ constitutionis (quæ sanctissima est) inductionem, neque præfato C. neque vlli alij fit principaliter & immediatè præiudicium: sed solùm per quandam consequutionem, de quo nulla est habenda cura per prædicta.

Vt tamen nil taceam quod præfatum C. iuuat, ad hoc pro illo responderi posset, primo negando cum Ludouico Romano,[b] & Decio,[c] quod quando agitur de præiudicio tertij, non solum consideratur, quod principaliter fit, sed etiam, quod in consequentiam & secundario, quod ea ratione Romanus probat, quoniam alioqui nulla gratia Papæ diceretur alteri præiudicatiua, cùm omnes principaliter fauorem eorum, quibus conceduntur, respiciant.

37 Contra tamen hanc solutionem replicari potest primò, quòd horum opinio contra communem est. Secundo quòd licet vera esset, tamen solùm procederet, quando illud ius, cui per quamdam sequelam derogatur, iam inerat

a *In l. fin. ff. de fũdo instructo.*
b *Cap. vt circa de electio. lib. 6.*
c *Ca. si enim. de pœnit. d. 2. vers. eligat. & institut. de obligat. quæ ex quasi contract. nascun. in princ.*
d *Cap. 1. de constit lib. 6. l. non est noua ff. de legi.*
e *De sti. pref.*
f *De pactis. lib. 6.*
g *In col. 22. & 23. repetitionis illius.*
h *In cap. cum M. nis. 29. de constit. & in c. humilis. nu. 4. de maiori. & obe. & in c. exhibita. n. 1. de iud. & in c. cum sit generale nu. 9. & in capit. si diligenti. n. 32. de sepult. & in cap. quamuis. nu. 16. de rei iudi. & in ea. 1. nu. 1. & c. illa. n. 2. sub finem. de accusat.*
i *In l. de uno quoque. ff. de rei iudic.*
k *a. ff. de furt.*
l *§. si ff. de dãno infect.*
m *ff. de aqua pluui. arcenda.*
n *ff. si certũ petat.*
o *In consi. 85. illud. nu. 5.*
p *In rubr. de treug. & pace. & in cap. quæ in ecclesiarum. de const. nu 48.*
q *In consil. 1. num. 21.*
r *In q. 3. regula de non tollen. iure quæsit.*
s *Num. 9.*
t *C. de sẽtẽ. v In c. cum in causis. de electi. col. 4.*
x *In c. solita. de maior. & obedient.*
y *In c. de cætero. de homi.*
z *In ca. fin. in princip. de cõfirmat. vtil. vel inutil. & in rubri. Cod. qui admi. col. 3.*
a *ff. de tutelis*
b *Consi. 170. ista sunt. col. penult.*
c *In l. pecuniam quam. ff. de re. credi. num. 6.*

tempore gratiæ alteri factæ, secundum Gomesium [a] at præfatus C. non habebat ius in præfata Cantoria ante illam clementinam & ius conditionale, ac ad rem non videtur sufficere, secundum Gomesij mentem: quoniam loquitur in materia illius l. *pecuniam*, & illius decisio, quæ communiter recepta est Bartholo, [b] scilicet posse me renunciare obligationi conditionali, qua tenetur mihi Titius, vt conueniatur à Caio ratione puræ, qua tenebatur antea quàm illo consentiente, mihi sub conditione obligaretur. Sed pro præfato C. facit, quod Alciatus varia, & absoluta doctrina, parique prudentia & circumspectione vir approbans decisionem Bartholi prædictam in ea l. *pecuniam*. ait præiudicium, quod per quamdam sequelam contingit attendendum esse, quando id à lege habitum est, vel ab homine, ipsius habentis contemplatione. Cuius si dictum referas ad materiam, in qua loquitur, videtur comprehendere etiam ius conditionale. at præfato C. ius hoc competebat tempore quo illa clementina facta fuit, & sui contemplatione concessum erat. Ergo attendendum est, ne etiam per sequelam tollatur.

Contra tamen hanc solutionem, quæ satis exquisita est, replicari etiam potest primo, Alciatum id non exprimere. Secundo nullam eum legem vel rationem, quæ id concludat citare. Nam Baldus quem citat, [c] de iure in re quæsito loquitur, Ægidius item qui ad hoc citari posset, [d] de iure in re quæsito agit.

38 Tertio, quod licet id esset verum, cùm agitur de derogando alterius iuri per pacta, vel gratias principum particulares: non autem quando ageretur de derogatione iuris per legem generalem & publicam corrigentem aliam, quæ suaptè natura est talis, vt per sequelam ingrata debeat esse aliquibus, & spei, & facultatis iam quæsitæ derogatiua. Quoniam sicut legem quam corrigit, tollit: ita etiam spes commodi ex illa lege sperata tollitur, si nondum ad rem ipsam peruentum fuerit. Quod probat cap. *non debet*, [e] cap. *de multa*. [f] cum multis aliis, quæ in proximo argumento adducam. Pro quo facit primo, quod illud dictum, non videtur princeps præiudicare alteri, accipiendum est de alio præiudicio, quàm de cogitato per ipsum, vt eruditè de more determinat per multa Decius [g] post glossam & Panormitanum, [h] & alios multos, quos ibi refert. Secundo facit quod clementina hæc habet in fine clausulam derogatoriam, quorumcumque contrariorum, quæ in lege saltem generali posita omnia tollit. secundum Ioannem Andream, [i] & sentit Bartholus, [k] & Cardinalis, [l] & Felinus. [m]

Quarto, contra illam doctrinam Alciati est decisio Bartholi communiter recepta, [n] scilicet eum, qui donauit alicui rem ea lege, vt post certum diem quæreretur Ecclesiæ, posse remittere modum donatario sine respectu præiudicij Ecclesiæ, cuius tamen contemplatione ille fuit adiectus, si saltem illa in hoc nihil egit.

39 Quinto, contra solutiones prædictas replicari potest, quod vera resolutio in hac materia sit, quod præiudicium tertij secundarium attenditur, quando actus suapte natura in illud immediatè tendit: licet propositum & intentio concedentis in aliud tendat. Verbi gratia, in casu Ludouici Romani. [o] Papa cum derogat conclusioni factæ in causa, principaliter quidem id facit, vt faueat alteri parti. at quia illa derogatio suapte natura in præiudicium alterius partis tendit, attenditur illud, & habet locum regula de non tollendo iure quæsito alteri. Item si Papa conferat mihi beneficium tuum, licet id faciat principaliter, vt faueat mihi, tuum tamen præiudicium attenditur: quia licet attenta animi eius intentione mediatum & secundarium sit illud præiudicium: attenta tamen ipsius actus natura, immediatum & principale est. Quæ resolutio noua probatur esse vera per illam aliam resolutionem, quam olim in cap. *quia diuersitatem*, [p] post Panormitanum tradidimus, scilicet, quod errans & culposus non venetur de his, quæ prouenium ex ea, vel ad illa specialiter ordinatur. Pro quo facit illud cap. quod putauit singulare Iason, [q] vbi [r] Gomesius plurimos citat, sed non Petrum & Perusinum, qui docte de hoc dixerunt, [s] quod facit etiam Gundissaluus à Villadiego. [t] Cum igitur hæc clementina immediate ac principaliter ad tollendam constitutionem Alexandrinam tendat, cum suapte natura specialiter non ordinetur ad tollendum hunc, vel illum accessum, neque alias expectatiuas, cùm etiam si nulla talia fuissent illo tempore concessa, nihilominus profuissent, cum item omnia contraria tollat, cum per accidens & occasionem cum eo concurrat, cumque sit ius quoddam conditionale, ac multis modis amissibile, consequens videtur per hanc clementinam sublatum fuisse.

40 Vndecimo, faciunt decisiones particulares variæ variorum auctorum. Quarum prima sit glossa multis putata singularis, quæ quinta est clementinæ, *vt hi qui* [a] scilicet constitutionem illam, quæ prohibet dicere sententiam, vel dare vocem canonicis, qui saltem subdiaconus non fuerit, comprehendere etiam canonicos ante illam clementinam, creatos. & ita noua constitutio comprehendit futuros effectus actus præteriti. Hæc tamen decisio, quæ multis, & etiam mihi primo aspectu visa est pro nobis facere, quamque magni faciunt omnes ibidem, & Felinus, [b] parum meo iudicio pro nobis facit: quia illa clementina expresè ad canonicos antea creatos se extendit, loquitur enim de his qui sunt mancipati, vel mancipabuntur officiis diuinis. Qua ratione etiam parum facit pro Felino, ac aliis multis eam commendantibus ad hoc, quod noua constitutio comprehendit effectus futuros actus præteriti. Quoniam illi loquuntur de constitutione, quæ simpliciter statuit, non se ad præterita extendendo: cùm tamen illa clementina se ad præterita respectu effectuum futurorum expresè protendat.

41 Secunda decisio sit eiusdem glossæ quæ secundum Felinum, [c] & alios alibi probat vnam limitationem illius regulæ, quæ habet, nouam legem non extendi ad præterita, vt fallat, quando actus præteritus suam perfectionem à facto futuro expectat. Circa quam decisionem, quę multis videri potuit pro nobis facere, dico primùm eam non elici efficaciter ex illa glossa quia primo, vt paulo ante dicebam, loquitur in lege quæ expresè ad præterita, scilicet ad canonicos ante creatos se extendit: cum tamen decisio prædicta, & Felinus cum aliis ea vtentibus de lege ad præterita expresè non se extendente loquantur. Secundo quia illa glossa non loquitur de re imperfecta, neque suam perfectionem à facto futuro expectante, sed potiùs omnino perfecta, quæ parit effectus futuros. Loquitur enim de canonico iam plenè creato, & canonia plenè collata, quæ facultatem ferendi sententiam, vel vocem in capitulo dandi parit.

42 Dico secundo decisionem & limitationem illam meo iudicio etiam in se falsam esse, si intelligas eam de actu consummato, nondum tamen suum effectum sortito, de quo videntur communiter doctores eam intelligere.

43 Primo quia nulla lege probatur: & à regula non est recedendum sine probatione necessaria, vt habet glossa memorabilis, [d] Bartholus [e] cum multis aliis, quæ in illa rubrica olim scripsimus. Secundo quia Bartholus receptus ab aliis, [f] ait ad rem perfectam ratione formæ non extendi legem nouam simpliciter latam, quod etiam Panormitanus, [g] cum quo transeunt omnes affirmat. Tertio dico decisionis huius falsitatem nil nostro proposito obesse. Quoniam ex falsitate illius solum sequitur huic accessui non fuisse derogaturam hanc clementinam, si solum vetuisset accessus & expectatiuas super beneficiis paternis concedi, quoad formam perfectus fuit, licet non quoad suum effectum, quia nondum sortitus erat illum: quod nos non negamus, sicut & supra confessi sumus legem nouam, quæ irritat testamenta sine certa forma confecta, non extendi ad ea, quæ ante illam fuere perfecta, licet testantes illi legi superuixerint, & reficiendi opportunitatem habuerint per l. *iubemus*, [h] & ea quæ ibi Paulus adnotauit, quidquid Angelus probatus recentioribus parum expendentibus decisionem Bartholi prædictam communiter esse receptam dixerit. [i]

44 Tertia decisio sit eiusdem glossæ quæ secundum Cardinalem ibi, & Felinum, [k] singulariter probat, constitutionem nouam comprehendere id, quod iam præteritum est respectu futurorum effectuum: licet non

a *De stat. & qualit.*
b *In c. fin. col. 11. de constit.*
c *In di. c. fi. n. 11.*
d *In rubric. de regul. iur. lib. 6. & in regula, omnis definitio. ff. eo dem.*
e *In l. quoties ff. si quis cautio.*
f *In illa l. omnes. nu. 44. ff. de iust. & iu.*
g *In d. c. fi. col. penult.*
h *C. de test.*
i *In authen. vt facti & nouæ constitutiones. §. 1. colla. 5.*
k *In illo n. 11.*

respectu præteritorum, quando est vtrorumque productiuum. Super qua decisione dico primo eam ibi non probari: quia vt prædixi, glossa loquitur de illa clementina, quæ se ad præterita extendit: decisio verò doctorum de alia, vt patet ex eorum commentariis, in quibus pro alia limitatione videas hanc positam, & pro alia, quando lex se ad præterita extendit. Dico secundo illam sic absolutè intellectam etiam videri falsam: quia primo nullo iure probatur. nam quæ iura in id citantur, non disponunt de re præterita, sed de vsu, exercitio, exequutione, vel ordinatione futura rei præteritæ, quæ longè esse diuersa satis clarè colligitur ex doctrina Bartholi, [a] & clarius ex resolutione Antonij, [b] & Imolensi, [c] & Panormitano, [d] & Dominico cum Alexandro. [e] Et non est limitranda regula sine probatione necessaria per supradicta. [f] Dico tertio quod contrarium probatur in cap. *per tuas*, [g] iuncto cap. fin. [h] iuxta inductionem factam in argumento pro præfato C. supra formato. Dico quarto, ex eius falsitate nil contra nos inferri: quia nos non contendimus constitutionem, de aliqua re, vel actu simpliciter loquentem extendendam esse ad rem, vel actum præteritum ratione futuri effectus, sed legem agentem de vsu & exequtione alicuius rei vel actus futuri, comprehendere vsum & executionem futurá rei præteritæ. Defendimus enim legem prohibentem quamcumque & qualemcumque futurá successionem, comprehendere successionem futuram: etiam si quis eam prætendat ratione rei præteritæ, scilicet accessus vel alius expectatiuæ antea concessæ, quod longè diuersum est. hoc enim non est extendere legem ad præterita, illud autem sic, vt mox magis apparebit.

45 Quarta decisio sit glossæ memorabilis iuncto textu, [i] quæ singulariter probat constitutionem prohibentem vsum & exercitium futurum alicuius rei vel actus, comprehendere etiá vsum & exercitium rei præteritæ. Nam clementina illa 2. prohibet vsum vestium virgatarum, vel partitarum clericis, & ait glossa illam comprehendere vsum vestium antea factarum. de qua decisione dico primum illam esse veram. Quoniam vt glossa ipsa subtilissimè subiicit per hoc dictum non extendimus illam constitutionem ad præterita: sed intelligimus eam in vsu rei futuro, de quo loquitur, aliud enim est res ipsa præterita, aliud vsus eius futurus. Rem ipsam vt præterita est, & illius vsum præteritum illa clementina non tangit, sed tantùm vsum futurum. Dico secundo illam communiter recipi, nam eam probant ibidem Cardinalis & Panormitanus & impensè commendat Imolēsis & Antonius cum Andrea Siculo, Felino & Decio, [k] & Dominicus cum Alexandro approbant. Tertio dico illam glossam & decisionem, quæ ex ea elicitur male applicari à Felino, [m] limitationi ipsius quintæ, quam constituit ex decisione prima supra relata. Quarto dico hanc decisionem nostrum propositum maximè iuuare. Quoniam vt illa glossa loquitur de lege, quæ nullam de præteritis mentionem facit, ita & nostra clementina, & vt illa loquitur de vsu futuro, ita & hæc de successione futura. Cùm ergo illa dicat, clementinam illam comprehendere vsum futurum rei præteritæ, ita & clementina nostra comprehendet futuram successionem ratione rei præteritæ: & ita futuram successionem, ad quam præfatus C. ratione accessus præteriti aspirat.

46 Quinta decisio, quæ corroborat quartam, sit glossæ receptæ per omnes quæ postrema est cap. 1. [n] quæ ait textum illum, qui excommunicat concedentes vel extendentes pignorationes, vel represalias ad clericos, comprehendere eos, qui antea concessas extendunt, & ita comprehendit vsum futurum rei præteritæ.

Sexta, quæ confirmat etiam quartam, sit glossa singularis clementinę 1. [o] scilicet, quod clemen. illa præcipiens exequutoribus testamentariis, etiam religiosis exemptis, vt rationem de sui officij gestione & exequutione ordinariis reddant, includit exequutionem & gestionem futuram, licet non præteritam, vt in solutione argumenti quinti præfati C. dicam. Et ita vides constitutionem de gestione simpliciter loquentem, includere gestionem, & ita vsum exercitium rei præteritæ, officij scilicet exequendi antea suscepti. Ad idem allegant Dominicus & Cardinalis Alexandrinus, [a] post Antonium in [b] glossam, [c] quæ tamen nil facit. quoniam agit de lege, quæ expressè ad religiosos, qui antea transierunt, se ipsam extendit.

Septima sit decisio Ioannis Andreæ, [d] scilicet cap. illud fin. statuens formam confirmandi electiones, comprehendere confirmationes electionum præteritarum: quia licet electiones sint præteritæ, non tamen vsus earum & confirmatio de qua illud cap. agit, sic in proposito, licet accessus sit præteritus, successio tamen per eum facienda, futura est.

47 Octaua decisio sit Guillelmi de Suza, & Iacobi de Arena quem Cynus, [e] in hæc verba refert. *Statutum vetus continebat, quod banniti eximerentur de banno, solutis 50. libris, postea superuenit nouum statutum, quo cautum est vt eximantur de banno, solutis centum libris. Accidit quod quidam bannitus ante statutum nouum volebat exire de banno, dicebatur sibi, quod solueret centum libras. Dicebat ipse: Ego non debeo soluere nisi quinquaginta. De hac quæstione fuit controuersia Paduæ apud Doctores illius temporis. Et terminatum fuit per Guillermum de Suza & Iacobum de Arena Parmensem, quod soluere debebat centum libras. Quia statutum non dat formam futuris bannitis, sed futuris exemptionibus bannitorum: & sic futuris liberationibus, vbi debet seruari lex noua:* Hæc ille. Quid te rogo, nostro proposito aptius, si rem vigilanter conferas?

48 Nona sit decisio Archidiaconi qui [f] sub finem, secutus Guillermum de Suza præceptorem suum, dixit legem nouam, quæ formam procedendi & pronunciandi inducit, comprehendere lites præteritas, qua parte processus adhuc est futurus, licet non qua parte præteritus. Idem glossa, [g] recepta per omnes ibi, & vbique, & Petrum ab Ancharano, [h] quod ipsum Bartholus, [i] receptus ab omnibus ibi, & à Dominico & Alexandro, [k] & ab Antonio & Panormitano, [l] & aliis quos referunt ibi Felinus, [m] & Decius. [n]

49 Decima sit decisio Bartholi, [o] scilicet statutum noue factum, vt mediętatem dotis vxoris præmortuæ maritus lucretur, comprehendere etiam dotem vxoris ante illud statutum acceptæ, si ea post illud moriatur. Quod ipsum tenet ibi Raynerius de Forliuio, [p] Ioannes item Baptista de sancto Seuerino, [q] & Petrus ab Ancharano. [r] Immo & Cōmunis Legistarū transit cum Bartholo, teste Imolensi. [s]

Contra tamen illam decisionem Bartholi tenet ipse, [t] quem sequutus est Felinus, [v] & Decius, [x] & Ioannes Crotus, [y] quatuor rationibus, quas licet veluti nouas referat, sunt tamen partim Imolensis, partim Felini. [z]

50 Non tamen arbitror discedendum à Bartholo cum quo omnes ante Imolensem ipso teste, transierunt. Quia primo si à Bartholo in hac conclusione discedas, oportebit te pari ratione discedere in præcedenti conclusione, quod quamuis Decius faciat. [a] Imolis tamen non audet id penitus facere, licet tentarit, [b] Felinus item & Crotus Bartholum sequuntur. Secundo, quod quinque decisiones præcedentes eis repugnāt, quarum nulli satisfaciunt. Tertio, quod ratio illa vitia glossæ, [c] supra citatæ, quā Bartholus & prædictæ decisiones niruntur, destruit eoū sententiam. quoniam dicere, quod Bartholus ait, non est legem ad præterita extendere, sed futura comprehendere.

51 Quarto facit, quod si sequamur Imolensem qui primus à Bartholo defecit: & qui fuit in causa, vt Felinus Decius & Crotus deficerent; oportebit nos dicere nulla præterita intra legem nouam includi: nisi aliquod verbū præteritū tempus sapiens in ea ponatur, id enim ipse ait, [d] quod tamen visum est absurdum, etiam Felino. [e] Quinto, quod innouarentur multa olim recepta per prædictos, vt ipsemet Felinus faretur ibidem. Sexto est, casus contra eum in cap. *cum tu*. [f] adiuncto ei cap. *quoniā*. [g] Nam in illo cap. *quoniam*, statutū simpliciter fuit, vt vsurarij manifesti, tali & tali modo cogerentur restituere vsuras, nulla de præteritis mentione facta, & nullo verbo, quod tempus præteritū saperet, inserto. & in illo cap. *cum tu*, declaratur locum fuisse statutis in cap. *quoniam*, etiam in vsuris ante illud, exortis. Vides ergo legem restituentem vsurarum futuram tangentem, extendi ad restitutionem vsurarum præteritarū, & ita ad vsum, & exercitium rei præteritæ. Septimo, & quidem neruosè, quod si omnia quæ Imolēsis ait vera essent, sequeretur canonē, *si quis suadente*, [h]

a *In d. l. omnes. nu. 44.*
b *In c. fi. n. 15. vers. tertio casu.*
c *Num. 13. vers. tertio casu.*
d *Num. 11.*
e *In c. ex antiquis. 54. dis.*
f *In 2. decis.*
g *De maiorit. & obed.*
h *De constit.*
i *In verb. vsurar. clementina 2. de vita & honest. cleri.*
k *In d. ca. fin. l In dict. c. ex antiquis. in In c. fin. de constit. col. 11.*
n *De hiur. li. 6.*
o *De testa.*
a *In c. ex antiquis. 54. dis.*
b *Ca. fi. de cōstit.*
c *In verb. trāsmerine. clementina 1. de regular.*
d *Cap. fin. de elect. li. 6 cu lum. 1.*
e *In l. 2. de legib.*
f *In c. deliberatione. die of. leg. lib 6.*
g *Cōsuluit ea non. de elect. lib. 6. ver. de extero.*
h *In reperit. ex. decemb. q. 13. fol. pario 31. col. 1.*
i *In dict. l omnes populi. ff. de iust. & iur. 5. q. principal.*
k *In c. ex antiquis. 54. dis.*
l *In c. fi. de cōstitut.*
m *Col. 10.*
n *Penult.*
o *In l. omnes populi. ff. de instit. & iur. num. 47.*
p *Nu. 63. sua repet.*
q *Num. 83. sua repet.*
r *Consil. 125. visis col fin.*
s *In illo ca. fi. num. 33.*
t *In d. c. fi. de constit. col. pen. vers. sed aduerte.*
v *Ibi col. 3.*
x *Col. fin.*
y *In repet. l. omnes populi. n. 72. ff. de iust. & iure.*
z *In d. c. fi. co. 2. ęp 3.*
a *Col pen.*
b *Col. 7.*
c *In 4. decis. d Num. 14.*
e *In illo ca. fi. col. 13. vers. demum.*
f *De vsuris.*
g *Eod. tit.*
h *17. quæst. 4.*

non comprehendisse homines ante illum natos: sequeretur legem huius ac Castellæ Regnorum, ne quis insideat mulæ, non includere illos, qui ante illam insidere solebant, immo neque mulas & homines ante illam natos, & lex de non exportando frumento, vel vendendo extra ciuitatem & territorium, non comprehenderet frumentum ante illam legem coactum, & alia id genus sexcenta, quæ ridicula sunt & Ioanni Imolensi viro alioqui grauissimo indigna.

Non obstat fundamentum eius scilicet quod ex contractu dotis quæsitum fuit ius hæredibus vxoris, & ita statutum illud nouum non debet eis præiudicare. Nam primo ius, quod futurus hæres sperat in bonis viuentis, non est considerabile, vt diximus in octauo argumento post Bartholum. [a] Secundo illud ius videtur secundarium, & ita locum habent, quæ diximus in nono argumento. Tertio præiudicium illud est præcogitatum ab statuti illius condicore, & ita locum habent quæ tradit Decius, [b] & tacta fuerunt in illo argumento nono, si conditor statuti & legis nouæ habuit potestatem præiudicandi cum causa. Quarto respondeo, quod si talis contractus super dote fuisset initus, vt ex illo irreuocabiliter dos deberetur alicui post mortem vxoris, etiam sine alia vlla voluntate vltima & alia lege, tunc non esset locus decisioni Bartholi. Quia tunc alia ratio, quàm quia dos erat præterita, impedit nouæ legis vigorem ad illam extendi, obligatio nempe quæsita irreuocabiliter per illum contractum. Non otiosè autem dixi, irreuocabiliter, & ita vt etiam sine alia vltima voluntate ac lege deberetur, propter ea, quæ in solutione argumenti dicam. Ad alia vero tria fundamenta, quæ Ioannes Crotus adducebat ex Felini, fontibus hausta, gratia breuitatis, quia leuiora sunt, speciatim non respondeo.

52 Vndecima sit Baldi, [c] scilicet statutũ vetans mulieribus, ne deferant fericas vestes, includere vestes iam factas.

Duodecima eiusdem ibidem, scilicet statutum, ne filia dotata succedat, concludere filias ante illud dotatas, quod ipsum dixit in l. *illum*. [d]

Decimatertia sit Bartholi, [e] scilicet statutũ ne fœminæ succedant, extendit ad præteritas, quæ nondum cum fratribus diuiserunt hereditatem. Quæ decisio satis cõtinet id, quod decisiones dictæ præcedentes, immo & quiddam maius scilicet cõprehendere filias fœminas, etiam si pater ante statutum obiisset mortem: nondum tamen illæ repepissent portionem suam: quamuis contrarium ei imponat Imolensis, [f] & teneat Baldus. [g]

53 Decimaquarta sit Felini, [h] scilicet, statutũ vt tantum detur capienti & præsentanti bannitum, dandum esse illi, qui bannitũ ante statutũ capiat, & post illud præsentauit.

54 Decimaquinta sit Croti, [i] scilicet statutum, quod tantum detur præsentanti bannitum: dandum esse illi, qui cepit ante illud: sed post id præsentauit, quas duas decisiones ideo tribuo diuersis, quoniã, vt vides, diuersæ sunt: tribuo autẽ illis, & non Baldo, cui eas ipsi tribuunt, [k] quia illud nõ dicit ipse, sed diuersum, quod est decisio sequens.

Decimasexta, scilicet statutum de eo, qui ceperit bannitum, extendi ad eum, qui antea captum præsentauit. Neque ad id dicendum, quòd ea ratione mouetur Baldus, qua illi Patres significant, sed alia, quę parum eorum proposito & nostro seruit. Omnes tamen tres decisiones probant, statutum de vsu aliquo & exercitio loquens extendi ad vsum rei etiã præteritæ, quod est nostrum propositum.

55 Decimaseptima sit Angeli, [l] scilicet stante statuto, ne querelę bannitorum audiatur, accusatorem, qui pendente accusatione bannitur, non debere ampliùs audiri. Quoniam, vt ille docte de more ait, inhabilitas illa superueniens ante rem perfectam repellit eum, postquam ad illum casum vnde incipere non poterat peruenit. Sed hęc decisio licet magnopere iuuet propositum nostrum, quatenus probat ius inchoatum perdi propter inhabilitatem superuenientem: nil tamen de legis extensione continet.

56 Decimaoctaua sit Antonij, [m] scilicet legem: Ne quis triticum ex territorio exportet, illum qui ante legem cœpit extrahere, nondum tamen extraxisset, comprehendere, quod ante illum Hostiensis neque per eum, neque per alium ibi relatus sensit, [n] vt in solutione 7. argumenti [a] infra dicemus.

57 Decimanona decisio sit Ioannis Andreę, [b] communiter recepta ibi, quę habet constitutionem illam prohibentem electo, ne ante confirmationem administrationem Ecclesię gerat, etiam tamquam procurator, comprehendere illum electum, qui antequam eligeretur, tamquam procurator, vel œconomus administrabat: quæ decisio nostrum propositum magnopere confirmat. Nam sicut illud cap. *auaritiæ*, de gestione futura loquitur, ita & clementina nostra de futura successione, & sicut hæc non extenditur ad præterita expressè, ita nec illud, & sicut hæc aliquantum est prędicialis, ita & illud, & sicut illud est prohibitiuum, ita & hæc, immo illud de vsu actus iam effectum fortiti agit, nos autem de vsu actus nondum effectum assequti. Cum ergo illud comprehendat futurum vsum rei penitus perfectæ, œconomię videlicet, & procurationis consummatarum & suum effectum fortitarum ante illud cap. ita, immo à fortiori nostra clem. comprehendit vsum futurum rei præteritę nondum perfectæ, vel saltem effectum nondum fortitæ, scilicet accessus ad beneficium prædicti A. tunc viuentis.

58 Vigesima sit Lauri, [c] scilicet, statutum ne fœmina succedat extantibus masculis, ad filias iam natas extendi, cui satis consonant decisiones 12. & 13. supra relatę: quæ decisio tanto magis nostram propositionem adiuuat quanto verius & receptius est per illud statutũ filias excludi, etiã quoad legitimam, secundum Alexandrum, [d] qui multos alios in hoc citat, quem sequitur Iason, [e] quamuis subdubitasset prius. [f]

59 Ratio verò quare nos hæc decisio multum iuuat, illa est, quod filia simul ac nata fuit, quasi debita saltem cœpit esse in bonis paternis legitima, vt habet l. *sed quia*, [g] & glossa putata singularis, [h] quę similem tamen habet, i quæ recepta est opinio apud scribentes in prædictis locis & Iason, [k] & Rodericus. [l]

60 Immo Bartholus communiter receptus, [m] tenet ius, quod filius suus habet in bonis patris esse distinctum à filiatione. Immo & Bartholus & Aretinus & alij, excepto Iasone, in ea sunt opinione in illa lege, vt ius succedendi, quod filius habet in bonis patris, sit ius considerabile ac spes à iure probata. Et quamuis Iason ibi contrarium teneat, multa loca citando, in quibus Bartholus aliud sentit, quam dissensionem magis esse verbalẽ, quàm realem facile, si vacaret ostenderem. At vtcumque res habeat, negari non potest tantum iuris fauore dignus habere filium suum ad legitimam in bonis patris habendam, viuente patre, quàm præfatus C. viuente præfato A. ad hanc Cantoriam habebat, tempore huius clementinæ. Cum ergo lex simplex, ne fœmina succedat excludat filias iam natas, quare te rogo præfatum C. accessum habentem ad Cantoriam paternam non excludet hæc clementina, non simplex sed multissima illis verbis: *Nullo vnquã tempore, &, nullo modo succedat*? Magis autem multo faciet hæc decisio pro nobis, si teneamus cum Bartholo supra, [n] relato, filias hac casu excludi etiã à delata, sed nondũ adita eis hæreditate.

61 Duodecimo principaliter, pro nostra parte facit radix illa omniũ prædictarũ viginti decisionũ, nempe resolutio Antonij circumspectissimi viri, [o] laudati à Dominico & Alexandro, [p] consona sacis Bartholo cõmuniter recepto, [q] quem Petrus ab Ancharano aliorũ dictis illustrat. [r] Facit, inquam, resolutio illa, legem nouam inducentem aliquid, etiam se ad præterita non extendentem, quæ de actis & factis ipsis loquitur, non cõprehendere acta & facta præterita perfecta quoad suam formã. Eam autẽ, quæ de vsu, exercitio & executione actus iam facti loquitur, nõ comprehendere quidẽ vsum, exercitium & exequutionẽ actus & facti præteriti, si ea quoq; iã sunt præterita: futura verò sic, siue sint actorum & factorum futurorum & præsentiũ, siue præteritorũ, at clementina hæc, lex est inducens aliquid noui de successionibus in paterna beneficia. Ergo non cõprehendet præteritas: comprehendet autẽ futuras, etiã si illa exequutiones actorum & factorum præteritorũ fuerint: cum non de illis factis & actis, sed de illorum executione loquatur. Cum ergo successio, quã præfatus C. in præfatam Cantoriã habebat, futura esset tempore Clementis, cõprehendetur ab hac eius lege: licet illa successio

sit

a *Decis. 9. di. C.*
b *In ca. auaritiæ verb. gerere, de elect. lib. 6.*
c *In tract. de success. masc. exclus. fœmi. 2. pa. n. 12.*
d *In consilio 68. circa præmissam. nu. 6.*
e *In l. si quãdo. §. & generaliter. C. de inofficios. testam.*
f *In authent. nouissima. n. 71. eod. ti.*
g *ff. pro socio. vbi Bart. quasi debita. C. de usurat. fluri.*
h *In l. 3. C. de iur. & facti ignor.*
i *In l. si duo. ff. de adquir. hæred.*
k *In l. si pacti. nu. 23. ff. de adquir. hæred.*
l *In l. quoniã in prioribus. C. de inoffic. test. col. 9.*
m *In dict. l. si pacti.*
n *In dec. 13.*
o *In c. fin. nu. 15. de constit.*
p *Cap. ex antiquis. 54. dist.*
q *In l. omnes populi. ff. de iust. & iur. in q. 5. prime. nu. 44.*
r *In c. 1. qu. 1. 4. princip. de constit.*

a *In clementina, vt hi qui verb. nullo modo. de ætate & qual.*
b *In clementina 1. verb. quãuis. de re iudic.*
c *Consil. vlti mo. vol. 1.*
d *In ca. sedes. de rescript.*
e *Cæs. 56. col. 4.*
f *In consil. 204. super primo. 2. lib.*
g *Ibid. in col. 2. ampliatione 4.*
h *In 11. arg. decis. 1.*
i *In eod. c. fallen. 4. nu. 10.*
k *De appell. cog. colla. 8.*
l *In d. ca. fin.*
m *Ibid. fallẽ. 5.*
n *In clementina vt hi qui. de ætat. & qualit.*
o *In repet. l. omnes. n. 78. ff. de iustit. & iure.*
p *In 2. decis. inserta. 11. argumento.*
q *Col. 13. per fatu. Pisto.*
r *In arg. 11. de eisdem 14.*
s *In arg. 13.*
t *Cap. fi. §. 1. de concess. præb. li. 6.*
v *2. 2. q. 100. art. 4.*
x *De iudic.*

sit vsus, exercitium vel exequutio actus præteriti. quamuis si de accessibus vel expectatiuis concedendis, vel non, locuta fuisset, non comprehendisset hunc accessum.

62 Quia id de quo locuta fuisset iam præteritum esset: præsertim quod verba huius clementinę præguantia valde sunt & vniuersaliter distribuentia, scilicet: *Filij presbyterorum nullo vnquam tempore, & nullo modo in patrum beneficia succedant.* quæ verba omnem succedendi modum continent, etiam extraordinarium. arg. glossæ singularis, [a] quæ habet per illa verba excludi etiam modum dispensatorium, arg. item glossæ memorabilis, [b] & eorũ quæ tradit Panormitanus, [c] & illorum multorum quæ allegant Felinus & Decius. [d] Quibus addo illud Decij. [e] Comitem Palatinum, cui est potestas legitimandi quoscumque spurios, etiam infantes legitimare posse. Quod ante illum dicitur dixisse Alexander in quodam consil. non excuso. & ante illum Baldus. [f] Cum igitur modus succedendi per accessum aliquis modus sit saltem extraordinarius, consequitur illum esse sublatum.

63 Et ne primo respondeas huic argumento 12. à resolutione Antonij discessisse Felinum, [g] considera primo, Felinum non esse contrarium Antonio, immo illi subscribere. Felinus enim ait constitutionem de aliquo actu, vel facto præterito loquentem nõ extendi ad futuros effectus, quod nos etiam sequuti sumus. [h] Antonius autem ait, legem quę de aliquo loquitur, comprehendere futura, etiam si ea sint executio, vel vsus rerum præteritarum. quod non est Felini dicto aduersum, sed longè diuersum. Considera secundo eundem Felinum, [i] cum communi tenere, legem nouam, quæ ordinem & modum caussarum agendarum respicit includere lites & causas super rebus præteritis mouendas, immo & iam pendentes pro ea parte qua futuræ sunt. Quod nulla ratione defendi potest, nisi quia modus ille, de quo loquitur futurus est, & est quędam executio: licet actus præteriti & cœpti. Fateor, quod Imolensis per principium auth. *vt cum*, [k] tenuit, [l] recedere à communi, quo ad lites pendentes. & id affirmarunt postea Andreas Siculus & Decius propter verbũ *Examinari*, positum in illo princip. quod tamen de pendentibus per appellationem loquitur. & verbum, *Examinari*, quo ad merita caussæ referri potest. Per quod facilè communem & Felinum contra prædictos sustentes: quamuis proposito nostro sufficiat id quod omnes tenent, scilicet legem modum inducentem extendi ad lites super rebus præteritis futuras.

64 Considera tertio eundum Felinum, [m] tenere quidam maius, scilicet legem nouam etiam de facto aliquo vel actu loquentem comprehendere actum & factum antiquum, quando suam perfectionem & complementum ab actu futuro expectat. quod ante illum Panormitanus & Cardinalis & Imolensis adnotarunt: [n] quod ipsum pro 4. conclusione posuit Crotus. [o]

65 Quæ Felini fallentia clarè concludit clementinam nostram inclusuram fuisse hũc accessum etiamsi de accessu egisset: quoniam perfectionem suam à facto futuro expectabat. Quod tamen ego, etiamsi magnopere pro meo proposito facit, non concederem per ea, quæ [p] dixi.

Considera quarto eundẽ Felinũ, [q] carpere Imolensem, qua parte ab Antonio discedit. Contra quem nos quoque supra pro Bartholo, [r] pugnauimus: & ni fallor, vicimus.

66 Decimotertio principaliter facit, quod illa resolutio Antonij, [s] pro fundamento assumpta, legem de vsu & executione loquentem comprehendere vsum & executionem rei præteritę, duobus solis casibus fallit secũdum eundem communiter receptum: quorum neutri est locus in casu nostro. Prior enim illorum, est quando executio est omnino accessoria rei præteritæ, vt augmentum portionis prębendę ad eam iam quæsitam. [t] huic autem casui non est locus in proposito: quoniam successio non est sic accessui connexa & illi accessoria.

67 Nam primo illa successio, non accedit accessui, immo ecõtrario accessus quoddam præambulum ad illam. Et ita quoddam accessorium antecedens: vt ius patronatus ad beneficium secundum S. Thomam, [v] quod pridem explicauimus in cap. *quanto*. [x]

68 Secundo illa successio non est omnino coniuncta accessui. Quoniam per illam nouum ius, scilicet in re quæritur accessuro ius ad rem habenti: & sexcentis modis accessus euanescere potest, antequã ad successionẽ perueniatur: quod sufficit, vt non dicatur ei omnino annecti & accedere. vt est in dicto c. finali. §. penult. à qui probat ea de caussa prębendę acquisitionem nõ esse omnino annexam & accessoriam Canoniæ collationi & iuri ad eam quęsito immo adeo esse diuisam, & per se subsistentẽ, vt sub nouã legẽ reuocantẽ expectatiuas includatur. quod in illo c. fi. probatur, & adnotatur ab omnibus. Et ita vides vnẽ à duobus casibus non esse hic locum. Quod autem alteri non sit probatur, alter enim casus, in quo secundum Antonium & communem lex noua de vsu agens & executione, non comprehendit vsum rei præteritæ, est quando finis & ratio legis nouæ non habet locum in eo. Exemplum est in glossa singulari, [b] determinante illam clementinam, quæ iubet executoribus testamentorum rationem de sua executione reddere locorum ordinariis, non inclusisse rationes antea non redditas de præteritis executionibus: cùm tamen id quidam vsus & executio sit rei præteritę: officij videlicet iam commissi,

69 Et ratio est secundum glossam ibi, quia Papa id iussit, vt colligitur ex textu, ne malè administrarent executores: quę ratio & finis cessabat respectu præteritarum executionum, cùm illę iam essent bene vel malè factę. Huic tamen casui non esse locum in nostro proposito, luce clarius constabit ei, qui perpenderit rationem principalem huius clementinę condendę illam fuisse, ne per huiusmodi successiones memoria præteriti delicti renouaretur, & scandalum populo fieret, dum in mente ei veniunt peccata eorum, quos in hoc magnis reditibus & magno sudore sustentat, vt sint mediatores & intercessores ad Deum pro suis delictis. [c] quę ratio, vt vides, locum vendicat in proposita successione. Ergo & lex noua illam includet.

70 Decimoquinto facit, quod lex noua includit illa futura ius nouum in sacerdotiis concertia, quibus verba ipsius conueniunt: quamuis ea sint talia, quorum initia & iura præambula præcesserint. Et adeo illa includit, vt etiã illorum præambula, & iura ad rem tollat. Casus est clarus in illo cap. fin. [d] ibi enim lex noua expectatiuas reuocans extenditur etiam ad expectatiuas prębendarum, quarum iam Canoniæ collatę fuerunt, & quarum ratione iam distributiones quotidianas recipere cœperunt. Immo vt supra, [e] ostendimus, extenditur etiam ad præbendam iam vacantem, & quę iam iudicata fuit esse debita expectanti. Immo & ad illam, quę iam collata fuit, sed nondum per expectantem acceptata.

71 Quare igitur hęc noua clementina non extenditur ad successionem futuram in præfata Cantoria: licet præambulum quoddam, & præparatorium ius ad rem, perosum valde, ac magis remotum præcesserit? Confirmatur hoc per illam theoriam receptam, quę habet præterita, quorũ perfectio à re futura pendet: comprehendi sub ea lege, quę de illa futura loquitur: quod mea sententia singulariter probatur in illo cap. fin. [f] inducendo illud eo modo, quo supra in hoc & precedenti argum. inducebamus. Probatur & in cap. *cum tu*. adiuncto ei, cap. *quoniam in plerisque*, [g] inducendo illa eo modo, quo in argum. 11. [h] adduximus. Affirmat illam etiam Felinus, [i] & Crotus, [k] in verſ. *limitatur*: qui per erroꝛ typographiorũ est positus pro, *Ampliatur*, vt subsequentia demonstrant. idem satis affirmauit Imolensis, [l] qui [m] & Cardinalis, [n] dixit legẽ nouam extendi ad effectus futuros rerum præteritarum. quod & si forte omnino verum non sit, vt supra tangebam, in effectibus rerum præteritarum & suum effectum iã fortitarum: tamẽ verisimum est de effectibus rerum præteritarum è futuris adhuc pendentium. Cum igitur is accessus initium quoddam, & anteambulum sit ad succedendum in præfatam Cantoriam: cúmque solum sit ius quoddam ad rem præparatorium ad illam, cum perfectio à futuro euentu pendeat: cúmque successio hæc futurus quidam effectus rei nondum perfectę ac consummatæ, suumque effectum sortitæ sit, quare lex de successione quamuis in vniuersum loquens hanc non comprehendet?

a *De concess. prębend.*
b *Clem. 1. de testamen.*
c *In 9. d. in prin cip. ca. ipsi sacerdotes. 1. q. 1.*
d *De concess. prębend. li. 6.*
e *In exce. 13.*
f *De concess. prąb. lib. 6.*
g *De vsur.*
h *Decis. 10.*
i *In illo c. fin. col. 11. verſic. fallit.*
k *In illa l. omnes. num. 71.*
l *In cle. vnqui col. 4. de ætat. & qualit. & in cle. 1. col. 1. de test.*
m *Et in d. cle. vt hi.*
n *Col. 2.*

CONFVTATIO CONTRARIORVM.

SVMMARIVM.

1 *Contractus vim, quæ compositio, & quæ gratia pretio concessa non habet.*
1 *Gratiam expectatiuã liberè à successore concedentis reuocari.*
1 *Contractus ex iusta causa tolli à Principe.*
2 *Compositio accessuum non transit ad successorem.*
3 *Intellectus cap. 2. de conces. præbend. expenditur.*
4 *Lex noua quæ includit futurum inuoluens præteritum. & num. 6.*
5 *Actus consummatio, quæ executio eius.*
5 *Successio in præbendam vt accedit canonia.*
7 *Legitimatio primogeniti præiudicat secundo genito, tribus concurrentibus. & 8.*
9 *Lex correctoria quæ fauorabilis.*
9 *Legem correctoriam extendit ratio expressa.*
10 *Legitimatio, extante legitimo, quam exosa. & 11.*
12 *Religionis ingressus cui iuri quæsito non nocet. & 13.*
14 *Lex noua ne fœmina in emphyteusim succedat, vt includit filias iam natas, cum concordantia opinionum.*
15 *Emphyteusim pro se ac liberis quæ noua lex includit.*
16 *Intellectus regula, sine culpa. lib. 6.*
17 *Legis per dispositionem, damnum datum non resarcitur.*
18 *Ius quærendi modum ciuilem facilè à principe tolli.*
18 *Accessus, modus quærendi ciuilis, non ius quæsitum est. & num. 19.*
19 *Ius priuilegij facilè à principe tolli.*
20 *Regressus ad ius pristinum dari, cum id æquitas suadet.*
21 *Principem præiudicare nolle quando verum & quando non.*
22 *Præiudicium præcogitatum quando videtur facere princeps.*

NOn obstant præfati C. fundamenta. Non primum: nam vt ego concedo, constitutionem simpliciter loquentem non extendi ad præterita, ita eum oportet concedere successionem, quam nos sub hãc clementinam includi contendimus, non esse præteritam, sed futuram, quamuis quædam executio, & quidam vsus rei præteritæ sit: quod nil obstare, quominus sub legem nouam cadat, [a] probauimus, & [b] concessimus.

Ad secundum respondetur primo, quod compositiones, quæ apud sedem Apost. fiunt, applicando aliqua temporaria per viam eleemosynæ, ad aliqua opera pia, non fiunt per viam contractus, & pretij rerum spiritualium: sed per viam cuiusdam pœnitentiæ, & gratiarum actionum: quæ impleta nullam aliam obligationem inducunt inter componentem, & compositum, quàm alia obsequia, & eleemosyna: per quæ non intenditur obligatio, sed potius deobligatio, siue exoneratio, & meritum. Secundo, quod ex iusta causa potest Papa suo contractui contrauenire: quanto magis tollere prædecessoris compositionem, ob eas iustas & magnas causas, quibus Clemens ad hanc sanctissimam clementinam condendam motus fuit. Tertio, quod illa compositio personam Papæ respicit, non successoris. Quarto, quod hoc argumentum aut probat Papam non potuisse hunc accessum reuocare, aut non probat non reuocasse: quorum prius nemo concedat, cum materia sit beneficialis, & agatur de iure ad rem ad vacatura reuocando: quæ omnia latius in solutione prædicti quarti argumenti probantur, & explicantur.

2 Ad tertium respondeo credere me quidem eiusmodi transactionem siue compositionem, de qua fit argumentum, inter præfatum A. & patrem C. intercessisse: nego tamen eam Papæ auctoritate firmatam fuisse. Quoniam nulla ex parte litterarum colligi potest eam sciuisse, vel olfecisse Papam. Quare hoc argumentum violentius retorsum fuit in præfatum C. [c]

Ad quartum respondeo, primo communem opinionem esse contra Imolensem & Dominicum, quorum & Felini auctoritate sola nititur argumentum, vt latè ostensum fuit in argum. 2. pro nostra parte facto. Secundo, quod si opinio Imolensis teneatur, nil primò seruit eius determinatio proposito Felini, [d] neque proposito præfati C. Quoniam vt videre est apud Dominicum cuius relatione hoc Felino & aliis constitit, ea ratione principaliter ait Imolensis per illud cap. non fuisse cassatas promissiones beneficiorum antea licite factas: quia illud c. non simpliciter cassat promissiones: sed cum adiectione, faciendas. Et ita solum probat constitutionem ad rem futuram se contrahentem & restringentem non extendi ad præteritam, quod Felinus ibi non tractat. non autem probat legem simpliciter de aliqua re factam ad eius futuros effectus non extendi. quod Felinus ibi tam seriò contendit. Minus item proposito nostro nocet illa determinatio: nos enim non contendimus legem de re futura loquentẽ extẽdi ad ea, si iam est præterita: quod habet Imolę determinatio: sed legem de re futura loquentem, includere rem illam futuram: licet ea sit vsus, & executio quędam actus, vel facti præteriti. Non enim proposuimus defendere hanc clemẽtinam, quę de futura successione loquitur, extendi ad successiones iam factas: sed tantùm ad faciendas, quamuis illę sint executiones quędam rerum præteritarum. quod nihil commune habet cum Imolensis decisione. Facit (quę consideratio seriò perpendenda videtur) quod Imolensis Dominicus & Felinus qui contra communem tenent, ore pleno concederent illi cap. secundo, locum esse in promissionibus futuris beneficiorum præteritorum. In promissionibus item faciendis post illud cap. ab eis quibus Papa potestatem promittendi antea dedisset: quod nostro proposito est accommodatissimum. Nam vtrobique agitur de re futura, scilicet in nostro de successione futura: in illo de facienda promissione; & vtrobique futura res, de quo agitur, est quędã executio rei præteritę. in nostro quidem accessus dati, in illo verò facultatis promittendi antea factę. Quare igitur lex de promissione futura loquens comprehendit illam: & lex de futura susceptione agens hanc non includet.

4 Ad quintum respondeo, primo negando per illã glossam [a] probari simpliciter, legem nouam non comprehendere futura, quando illa comprehendẽdo præterita inuoluerit. neque Felinum in illo c. fin. neque Cardinalis & Imolensis in loco proprio id tam generaliter colligunt. Sed neque Crotus, [b] licet generalius quam illi colligat. Cardinalis enim [c] solum colligit, quod ait glossa, scilicet rationem illam reddendam, non includi sub lege noua de reddenda ratione factaquæ reddi nequit, nisi ratio quoque præteritorum reddatur: Imolensis verò colligit actum futurum inseparabilem à præterito non includi sub lege noua. Panormitanus verò [d] & Felius [e] colligunt futura, quę omnino præteritis sunt connexa accessoria, & nullo modo separata, non includi sub lege noua: Crotus autem gesta futura connexa gestis præteritis sub lege noua non comprehendi; quarum nulla conclusio proposito nostro nocet. Quia per adducta in tribus argumentis vltimis pro nostra parte supra formatis illę omnes intelligendæ sunt. Primo de præteritis consummatis; qualis non erat is accessus. Secundo, intelligendæ sunt de futuris, quæ non sunt veluti executiones, & vsus quidam præteritorum: qualis tamen est hæc successio respectu accessus.

5 Quoniam confirmationem actus, & illius in suum effectum reductionem, executionem esse illius, probat clement. 1. [f] in illis verbis: *Ad executionem cuiuslibet vltimæ voluntatis.* Vbi hoc Cardinalis [g] colligit & affirmat. Tertio, intelligendę sunt de futuris inseparabiliter accessoriis; quod non esse in proposito nostro, latè monstratum est in argumentis illis tribus, & præsertim in 14. per ca. fi. [h] Nam tam vel magis annexa est successio in prębendam Canonię collatæ, quàm successio in hanc Cantoriam accessui ad illam datorat successio illa in prębendam non est omnino & inseparabiliter accessoria & annexa Canoniæ: quoniam non est adeo accessoria & annexa, ac portionis augmentum Canoniæ debitum. Siquidem illa cadit sub regulam reuocatoriam expectatiuarum, vt [i] diximus, & probat illud cap. [k] hoc autem scilicet argumentum portionis prębendalis minime, vt probat illud idem c. [l] Ex quo & sequentibus facile ac singulariter posses elicere, futura subesse legibus nouis, loquentibus de illis, etiã quando ex præteritis imperfectis oriuntur, & sunt quędam perfectio illorum & consummatio: vt in illis argumentis est monstratum, quæ omnia, vt bellè propositionem nostram confirmant, ita conatum prædicti C. reprimunt.

6 Ad sextum respondeo, conclusionem illam in argumento assumptam, scilicet legem nouam non includere actus futuros rei præteritę perfectę, procedere primo, quando lex de re ipsa loquitur, & non de futuro effectu. Secundo, etiam procedere, quãdo loquitur de futuro effectu rei perfectę ac consummatæ; vt tangitur in argumento, & habetur in citato cap. fi. [a] non autem, quando loquitur de effectu rei consummandæ ac perficiendę: vt in responsione ad quintum supra dixi, & in tribus argumentis postremis probaui, & est cõmunis cõclusio. at clementina nostra de successione futura loquitur: & successio virtute huius accessus facienda est executio quædam & effectus perfectiuus illius. Ergo eam comprehendetur. Vnde colligis argumentum hoc satis expensum in præfatum C. validius reiici, quàm in nos iaciatur.

7 Ad septimum, quod varias decisiones veluti similes nobis obiicit, respondeo ad eas singulatim. Ad primam, scilicet quod legitimatio primo geniti non præiudicat secundo genito legitimo, respondeo primò negando illud absolutè & in vniuersum acceptum. Quoniam ex his quæ latè tradit Ioannes Cirier, [b] & Præpositus, [c] & Antonius Rosellus, [d] & recentiores, [e] vt verior, ita communior est conclusio contra illam decisionem Ioannis Andreæ tribus concurrentibus. Primum, quod consuetudo pro illius conclusione non est. Secundum, quod legitimatio fiat per subsequens matrimonium. Tertium, quod statutum vel dispositio primogenium constituens non loquatur de primogenito legitimo, sed simpliciter de primogenito.

8 Ex qua resolutione communi contra præfatum C. regeri potest argumentum æquè ac ille contra nos ingerere. At quia præfatus C. fundare se potest in prædicta decisione: quatenus saltem illis tribus non concurrentibus vera est. Secundo, respondeo quod illa decisio, sic præsertim limitata, non est similis nostro casui. Nam primo illa agit de virtute legitimationis, quæ quoddam priuilegium priuatam vtilitatem concernens est: nos verò agimus de virtute iuris communis in illa clementia contenti.

9 Et ne dicas illam clementinam licet ius commune cõtineat, esse tamen correctiuam: & ideo restringendam per vulgaria. Considera primò illam in fauorem animarum & munditiam cultus diuini, & decorem Ecclesię ministrorũ, ac vtilitatem spiritalem totius Christianismi esse factam, vt proœmium ipsius indicat: & ideo quamuis alioqui correctoria sit: tamen ob hos respectus ampliandam esse, argumen. textus iuncta glossa singulari cap. *ciant cuncti.* [f] quã Petrus post alios ibi sequitur, & in hoc citat & commendat Panormitanus, & attingendo: [h] & idem tenet [i] & Felinus cap. 1. de spons. num. 14.

10 Considera secundo, rationem huius clement. condẽdę in eius proœmio fuisse expressam. & ideo non obstante quod sit correctoria, extendẽdam esse, quatenus ratio suadet, secundum Baldum, [k] quem in hoc sequitur Panormitanus, [l] & latius tradit copiosus Iason in citata authẽtica. [m] Contra vero legitimatio extantibus legitimis perosa est: & qui eam facit princeps, sine iusta saltem causa, pecus appellatur à Baldo [n] quẽ quãplurimi laudant, & in his Ioãnes Cirier, qui alios refert. [o] Et iure cõmuni statutũ est, ne plus habeat legitimatus quàm legitimus, per texũ iuris totius optimũ in *§. & quoniã.* [p] Secundo, non est similis illa decisio nostrę: quoniã non est ibi eadem ratio ad legitimandũ: in nostro autem casu eadẽ est ratio, quare clementina hæc comprehendat successionem futuram virtute acessus: sicut successionem virtute alius tituli & modi. Considera tertio, quod etiam in propriis terminis iuris communis, dispositio potentior est, quam legitimatio hominis. Nam legitimatio facta per ius commune: scilicet contractum matrimonij præiudicat secundo genito, verba repugnent vt prędictum est: cum tamen legitimatio per rescriptum id numquam efficiat secundum prędicta.

Tertio respondeo, illam decisionem de legitimatione ad successionem in bona temporalia tractare: nos vero de successione in sacerdotia agere, quę longè differunt quoad potentiam, sicut & voluntatem iuris præsertim ad rem præiudicandi, per ea multa quæ supra 9. diximus: & ideo parum accommodari proposito.

11 Quarto respondeo, quod licet legitimatio non præiudicet legitimo quoad primogenium vel protogenium, in quod lege aliqua particulari succeditur: quoad bona tamen, in quę iure communi suo patri succedit, præiudicat. Nam secundum communem licet legitimari quis non debeat à principe extantibus naturalibus & legitimis: tamen si legitimetur sufficienti de hoc mentione facta: vel si antequam legitimi nascerentur, fuerit legitimatus, succedit cum eis, authentic. [a] cum gloſsa, [b] & ibi Bartholus & in authen. quib. mod. naturales effic. fui, [c] & ibi Bartholus, [d] Tradit Speculator receptus [e] & latè colligitur ex his, quę tradit Decius [f] vbi etiam ait, communem opinionem tenere, quod excludat substitutũ. & ex his quę tradit Ripa. [g] ex quibus facilè iterum retorqueas argumentum in præfatum C. in hunc modum: Si legitimatio, quę priuilegium quoddam est, tã frequenter & tantũ præiudicat spei legitimorũ, & eã vel rollit, vel minuit: quanto magis hęc clemẽtina magno fauore digna spẽ huius accessus tollere valuit?

12 Ad secundam decisionem, quæ Frederici est [h] scilicet clementina *exiui*, [i] quæ fratres Minores declarauit esse inhabiles, qui deputentur testamentorum executores, non extendi ad executores ante illam constitutionem deputatos, respondeo contra illam tenere Antonium, [k] & etiam Dominicum quem retulit ibi Felinus, Imolensis etiam [l] in opinionem Antonij inclinat. Felinus etiam ipse discedit à Frederico eo saltem casu, quo testatori fuisset opportunitas mutandi executoris, argum. eius quod ait Angelus, [m] nos autem primo arbitramur fœpendam esse communem contra Fredericum, quoniam clementina illa, *exiui.* non loquitur de deputationibus executorum: sed de executionum susceptionibus, quas cum adhuc futuræ essent, merito comprehendit illa clement. non comprehensura deputationes executorum, quæ iam præteritę erant, si deputationes solas prohibuisset, per scripta in tribus postremis argumentis pro nostra parte factis. Secundo, arbitramur eam sequendam fine illa Felini limitatione. Quoniam primo [n] pro præfato C. sexto argumento inserta, diximus contra illam Angeli considerationem esse Paulum Castrensem neque illam iure probari. Secundo, quia Felinus parum diligenter eam expendit, quatenus terminos, in quibus Angelus loquitur, exequat terminis: in quibus Fredericus. Nam Angelus agit: An lex, quæ de testamento loquitur, comprehendat testamentum præteritum: Fredericus vero, An clementina, *exiui.* quę vetat fratribus Minoribus acceptare testamentorum executiones, comprehendat acceptationes futuras deputationis executorum præteritæ. Et ita Angelus inquirit: An lex loquens de aliquo extendatur ad illud præteritũ iam perfectũ, quoad sui formã, licet non quoad effectum: Fredericus verò, An lex loquẽs de executione & vsu rei, comprehendat executionem & vsum futurum rei præteritę: quæ quantum à se mutuo distent, tria postrema, quæ pro nobis facta sunt, argumenta clarè ostendunt. Quò fit vt Felinus licet semper fuerit mihi maximus, doctissimus simul & optimus: maior tamen fuisset, si minus rerum coacerua sset, & paulo magis ea, quæ coaceruabat iudicio, quo erat excelso, expendisset. quod satis agnoscit ipsemet vir doctissimus, nec minus modestus in fine totius tituli de constit. quamquam multo magis expendit, quam alij quamplurimi recentiores viri quidem eruditi: at cum copiæ gloriam affectantes eum imitari volunt, Andreæ Siculo quam illi similiores euadunt: & tribuentes parum iudicio & resolutioni, quę studiosorum mentes illustrant, & plurimo promiscuorum coniectioni, quæ easdem offuscat, non nunquam etiam ingenia confundunt clarissima.

Ad tertiam decisionem respondeo, negando Bartholum id dicere. Nam contrarium dicit, vt in vndecimo argumento [o] diximus.

13 Ad quartam respondeo, contrarium verius esse, vt in dicto 11. argumento [p] probauimus.

Ad quintam respondeo rediit in mentem quod paulo ante de cumulatoribus, parum cumulata expendentibus dixi, cum video decisionem illam quintam pro leniori fundamento à Felino adductam pro magno resumi à Croto, eo non citato, & nihil proposito eorum & nostro conferre. Quoniam primo illa de actu priuati hominis: ingressu scilicet religionis agit: cùm tamen Felinus, Crotus & nos de lege publica agamus. Secundo,

illa

a Cle. 1. de testam.
b In præcitata l. omnes. n. 79. ff. de iustit. & iur.
c In illa cle. 1. col. 2.
d In c. pastoralis. §. verũ.
e In præallegato c. fin. col. 12. de constitution.
f De testam.
g Not. 4.
h De conces. præb. lib. 6.
i In 14. excep.
k In illo §. pr. l. Verſ. si autẽ.
o In decis. 14.
p Decis. 10.
a Quib. mod. nat. effic. legi. in prine. col. 6.
b Ver. adsert bi.
c §. tribus.
d Collat. 7.
e De succes. ab intest. §. 1. verſi. quod de legitimatiõ.
f Consil. 52. & 85. & 258.
g Qua. 30. ſi quam. C. de reuocand. donationib.
h In cõſ. 294. ſecũm tale.
i De verbor. ſignif.
k In c. fin. col. pen. de consti.
l Col pen.
m In authen. vt nouæ conſtitutiones poſtalios duos menſes, quæ inſinuatæ fuerunt obtinear. §. 1.
n In decis. 6.
a De consſit. in eo alleg.
b De primogenitura. 1. p. quæſt. 14.
c In c. per venerabilem. §. quod autem. col. 32.
d De legiti. 1. par. §. vltimo eſt videndũ. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſtũ.
f De elect. li. 6. verb. alios. & in c. nihil. n. 9. col. 2. in fine de elec. & conſil. 114.
h Nu. 5. li. 2.
i In diſput. 1. num. 30.
k In authẽ. quas actiones C. de ſacroſanct. eccle.
l In illo ca. nihil. num. 9.
m Num. 18.
n In c. filij natiſi de feud. fuer. controuerſ. in vſi feud.
o De primogenit. 1. pa. q. 13. colũ. penu.
p Authentic. quib. mod. natural. effic. ſui. collat. 7.
q In 14. exce.

illa ſolum habet per actum vnius hominis non derogari iuri præterito in re iã quæſito alteri: nos verò diſputamus de lege, an comprehendat futura, quæ ſunt perfectiones & executiones præteritorum, & in conſecutionem tollat ius ad rem multis modis reuocabile. Tertio, quod ſi pertinaciter teneas illam conuenire propoſito regeram in te argumentũ de ingreſſu illius, qui contractis ſponſalibus de futuro imò & matrimonio, ante conſummationem profitetur religionem: quem conſtat ad præterita, etiam per quæ ius in re quæſitum erat trahi.[a]

Ad ſextam reſpondeo non eſſe illam contrariam propoſito noſtro: illa enim habet legem de teſtamento loquentem ad præterita iam perfecta non trahi: nos autem dicimus legem de ſucceſſione loquentem ad futura trahi: etiam ſi illa ſucceſsio ſit executio quædam præteritorum imperfectorum.

14 Ad ſeptimam reſponſio clara colligitur ex argu. 14. pro noſtra parte facto.

Ad octauam reſpondeo primum, negando illam deciſionem Felini quoniam determinatio Petri ab Ancharano [b] vera videtur in quo caſu ille cõſuluit. Nam vt [c] clarè oſtendit, ſequitur de illo, qui & ſi non ſpecificè, æquipollenter tamen accipiens emphyteuſim, pro ſe ac liberis ſuis viſus fuit accipere pro eis, tamquam pro hæredibus, ita vt nõ plus iuris filiis ad emphyteuſin quæreretur, quàm eſſet ad cætera bona. Cùm igitur lex noua excludens filias ab hæreditate comprehendat iam natas comprehendet quoque lex noua excludens eas à tali emphyteuſi, argument. eorũ quæ notat Bartholus,[d] Baldus [e] Ludouicus [f] Bartholus [g] inde Ripa.[h] Secũdo reſpondeo, concedendo illã deciſionem Felini verã eſſe, quando per illam ſtipulationem & contractum partis illa emphyteuſis irreuocabiliter debita eſſet liberis, ſine vlla lege alia, & vltima voluntate tacita vel expreſsa ad id neceſsaria. Sed tunc illa non obſtat noſtro propoſito. Quoniam primo nos loquimur de re alteri debita per litteras beneficiarias, quę non contractibus ſed vltimis voluntatibus quantur, iuxta cap. 1.[i] & cap. *authoritate*,[k] & tradit Oldradus,[l] & Caſſadorus,[m] quamuis alicubi Gomeſius dubitarit: Felini vero deciſio de re debita per contractum. Secũdo nos agimus de re debita reuocabiliter; ille verò de debita irreuocabiliter. Tertio, nos agimus de re, quę debetur mediante aliqua lege, ſcilicet illa quæ filios preſbyterorum facit habiles ad beneficia paterna mediatè obtenta; illa verò de re debita per ſolum contractum ſine alia lege, quæ ſpeciatim faciat habiles, & ideo non eſt mirum, quod in noſtro caſu ſublata lege, cuius virtute debebatur Cantoria, deſinat eſſe debita: ibi verò non deſinat, quia nulla lex mediatè qua ſaltem ſpeciatim debebatur eſt ſublata.

15 Ex quo infertur, quod ſi talis eſſet emphyteuſis à patre pro ſe ac liberis recepta, in qua pater poſſet filiis præiudicare, qualis quando fuerit colligitur ex Angelo, [n] & Baldum, [o] & Ioannem Fabrum, [p] & Alexandrum, [q] & lex noua inhabiles faceret filias ad ſuccedendum in ea, illis profecto præiudicaret, & ita opiniones concordari poſſent contrariæ.

Ad nonam reſpondeo negando illam deciſionem eſſe veram, & quod Ioãnes Andreas ſic illam ſcripſerit. Quoniam per l. *Cæſar*.[r] quam allegat, apparet eum idẽ voluiſſe dicere, quod Hoſtienſis ibi ante dixerat. Hoſtienſis autẽ non illud, ſed contrarium dixit, quod ſupra in 11. argum.[s] retulimus & idem quod ille tenet ibi Cardinalis,[t] & Antonius [v] cui conſentit Felinus.

Ad decimam reſpondeo, negando illam deciſionem Iacobi: tum quia nullo texru, nec ratione probatur neceſſaria: tum quia Petrus ipſe non ſatisfacit deciſioni Ricardi Malumb. quam in oppoſitum allegat in hęc verba: *de illo cuius obligatio habet cauſſam ante nouam legem: incipit tamẽ executio & effectus in tempus nouæ legis, ſecundum iſtud tempus de illa iudicamus.* Tum quia reſolutiones communiter receptæ in hac materia ſunt contra illam opinionem, & ſuadamẽta Iacobi, vt ex tribus argumentis poſtremis, & ex vndecimo apparet.

16 Ad octauum fundamentum principale reſpõdeo primo, concluſioni illi: *Nemo ſine ſua culpa damnum patitur*, addum eſſe: Vel ſina cauſſa, iuxta illam regulam, [x] *Sine culpa, niſi ſubſit cauſſa non eſt aliquis puniendus.* & eſt communis reſolutio gloſę ac omniũ aliorũ,[a] hęc autem clemẽtina maxima de cauſſa cõdita eſt, vt ex eius procemio monſtratur.

17 Et ne dicas reſarciendum eſſe damnum ei, qui etiã ex cauſſa illud paſſus eſt, ſecundum Archidiaconum receptũ[b] pro quo textus & ibi Baldus. [c] Conſidera illud Archidiaconi nõ procedere, quando illud damnum fieret per viam legis generalis. quod Alexander reſtatur, & probat,[d] quod repetitur lib. 3. [e] vbi allegat illud pulcherrimum, Bartholi, [f] ſcilicet ciuitatem nõ poſſe quidem auferre alicui ius ſuum ſingulariter præcipiendo vni homini, vel quibuſdam hominibus: ſed generaliter faciendo ſtatuta poſſe, vt l. *veditor* & l. *Antiochenſium*.[h] facit l. *Lucius*.[i] intelligendo ibi per verbum, *Lex*, ſtatutum, vt ibidem ipſemet Bartholus intelligit, & in caſu propoſito, de damno per viam legis inculſo agimus.

18 Secundo reſpondeo, concluſionem illam intelligendam eſſe de damno rerum quæſitarum, non de modo quærendi, præſertim ciuili. Quoniam is ſine vlla culpa tolli poteſt à principe, & ſine cauſſa, antea ſaltem, quàm dominium quæratur: vt venientibus ab inteſtato ius adeundi, ſecundũ Felinum, [k] vbi ſubiicit hęc verba: *Vnde legitimãdo ſimpliciter ſpurium, etiam ſine cauſſa poteſt tale ius tollere princeps, quia non eſt quæſitum dominium.* At is acceſſus eſt modus quidam ciuilis quærendi hac Cantoriam non ius in ea quæſitum, vt pater.

19 Tertio reſpondeo intelligendam eſſe illam concluſionem de alio damno ab illo, quod ex ſublatione priuilegij obuenit; quoniam illud ſine vlla cauſſa poteſt à principe tolli ſecundum gloſſam fin.[l] quam ſingulariter mente tenendam dixit ibi Francus, & commendat Decius, [m] & is acceſsus priuilegium quoddam expectatiuũ eſt, vt conſtat. Quarto (quod longè altius eſt) fortè dici poteſt tam patri preſbytero, quam filio culpam eſſe regulariter, filium patri ſuccedere: quod tamen nunc neque affirmo, neque nego: ſatis tamen innuit nuper Concilium Tridentinum [n] quod in calce huius prælectionis latè tractabimus.

20 Ad nonum principale reſpondeo, concedendo concluſionem in argumento aſumptam veram eſſe, quoties æquitas illa de qua in c. *ſi beneficia*, [o] & cap. *cum vniuerſorum*. [p] locum ſibi ſatis vendicat. quam tamen in propoſito non vendicare, poſſem multis modis oſtendere: ſed non eſt neceſsarium. Quoniam non contendimus in præſentia præfatum C. ad ius, ſi quod ante habebat, regredi non poſſe: ſed ſolùm virtute huius acceſsus accedere non valere, quæ longè ſunt diuerſa.

21 Ad decimũ reſponſio multiplex colligitur ex decimo argumento pro noſtra parte facto, & replicis illius ſolutionibus adiectis. Prima quod hic de pręiudicio ſecundario iuris in rem agimus: in oppoſito autem de primario, & iuris in re. Secunda, quod oppoſitio in pręiudicio non præcogitato à principe procedit: noſtra verò cõcluſio in pręiudicio à principe præcogitato. quod colligere licet ex eius verbis tam vniuerſaliter diſtributis. *Nullo vnquam tempore: ac nullo modo poſſint obtinere.* & ex clauſula derogatoria: *Quo rumcumque contrariorum*, quam finis clementinę continet: cum is acceſsus contrarius ſit prędictis verbis *nullo modo*, &c. quando quidem eum, vnum è modis ſuccedendi multis eſſe conſtat.

22 Tertia, quod oppoſitio in alio præiudicandi modo procedit: noſtra vero concluſio in præiudicio per viam legis. Ad quod vltra in illo argum. 10. adducta faciunt, quę diximus in ſolutione argum. 8. Et ad replicationem, qua probare contendis neque per viam legis principem videri velle alij præiudicare, reſpondeo id eſſe verum in iure quæſito: non autem in quærendo. quod ſpeciatim adnotabat Felinus, 9 allegando ad id Panormitanum. [r] Quarta quod expreſsè conſtat ex voluntate principis, cùm derogat contrariis quibuſcumque, vt præfatum eſt in ſecunda ſol. quæ omnia roborantur ex eo, quod ſumus in materia beneficiaria & agimus de derogando non iuri quæſito: ſed quærendo, exoſo valde ac exorbitanti. & ita videtur concurrere potentia cum voluntate, tum tacita, tum expreſſa, etiamſi nulla cauſſa ſubeſſet, quanto magis ſubſiſtente maxima.

Ad vndecimum ſatis ſuperque fuerit admoniſſe illa, quę in

a *Cap. cõmiſſi. de ſponſalib. cap. ex publ. & c. ex parte 2. de cõuerſion. coniugator.*

b *Conſil. 125. c In 1. & 2. col.*

d *In l. vt inf. iurand. §. liberi ff. de ope. libertor.*
e *In auth. ſi quas ruinas. Cod. de ſacroſanct. eccleſ.*
f *Conſi. 35. vi ſa.*
g *In le. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de cond.*
h *Lib. 3. 16. reſpon.*
i *§. ecõtra.*
k *De conceſſ. præb. lib. 6.*
l *Conſil. 18.*
m *In deciſ. 3. de præbend.*

n *In l. apud Iulianum. §. ſi cui. ff. de le. 1.*
o *In l. 1. C. per quæ perſ. no. ſub finem.*
p *In §. cæterũ. Inſtit. de legi. agnat. ſuc. col. 7. verſi. eodem modo.*
q *Conſil. 89. verum. col. 3.*
r *ff. de publi. & vectigal.*
s *Deciſ. 18.*
t *Quæſt. 1. vlt. ſ. col. ſi. de conſtitut.*

x *Lib. 6.*

a *In c. 2. de cõſtitutionib. in c. antiqua de priuileg. c. renouantes. 21. diſtinct.*
b *In cap. per principalem. 9. quæſt. 3.*
c *In l. ſerui. C. quibus ex cauſſis ſer. pro pret. li. accip.*
d *In cõſil. 190. matur. li. 2. in reſponſ. ad 3. argumẽtũ.*
e *Conſil. 18.*
f *In l. totius. ff. de pollicitation.*
g *§ ſi conſtat. ff. communia prædior.*
h *ff. de priuileg. creditor.*
i *§ ff. ad municipal. & de incolis.*
k *In c. qua in Eccleſiarum. de conſtitutionib. num. 48.*

l *Ca. decet. de regu. iur. li. 6.*
m *In d. c. qua in Eccleſiarũ. n. 26. ſubſinẽ.*

n *Seſſ. 25. c. 15.*

o *De prab. li. 6.*
p *De rerum permut.*

q *In ea fin. de conſtit. col. 4.*
r *Conſil. 84. col. penult. li. 1.*

quæ in ſolutione ad primum argumentum, & in præced. exceptione in reſponſion. ad quintum ſupra diximus, vnde multiplex reſponſio colligi poteſt.

EPILOGVS.

ECce candide lector, articulum bona fide diſputatum, quem quando viua voce coram auditorio vndecunque doctiſsimo diſputaui, anceps quidem remanſi, præmiſsis fundamentis, animum volentem nolentem in diuerſa trahentibus: at nunc omnibus ad viuum diſcuſsis in fauorem clementinæ contra præfati C. acceſſum pronunciandum eſſe tenuitati noſtræ videtur, ſalua quæ iuſtior fuerit ſententia, Summi præſertim illius Rotæ Prætorij, cuius ego ſemper auctoritatem primam ſecundum ipſam ſedis Apoſtolicæ & duxi, & ſuſpexi.

Cæterum interpretatio huius cap. *Si quando* hic nos admonebat primo, vt paucis breuiter monſtraremus, quot & quæ cauſſæ de his exceptionibus colligi poſſunt, ob quas iuſtè ac ſanctè liceat ab exequendis ſedis Apoſtolicę mandatis abſtinere, donec illa denuo cauſſa cognita reſcribat. Admonebat nos, & ſecundo poſtrema hęc exceptio diſcutere: An liceat preſbytero, etiam Papa cõſentiente, filium ſuum in beneficio ſuo ſibi ſubſtituere. Admonebat & tertio eadem exceptio tractare: An epiſcopus vigilem ſuper ſuum gregem curam gerens, teneatur ſuperſedere prouiſioni Apoſtolicę, per quam filius in beneficio patris, etiam expreſsis verbis ſubſtituitur. Et quando non teneretur: An ſaltem id ei res veluti digniſſima liceret. Admonebat & quarto diſputare: An epiſcopis hæc diſſimulantibus reges penes quos Eccleſiarum protectio eſt, ob tales cauſſas opponere ſe aliquo modo poſſent: & an id eſſet regia dignitate ſe maiores Deóque gratiores facere. multa item alia monebat: quę tamen omnia in præſentia omitto. Quia licet interpretationi cap. accommodatiſsima ſint: extraria tamen ſunt cauſſę, ob quam prælectio hęc ſuſcepta fuit. Primum autem horum ordinario commẽto huius cap. Deo dante, inſeram. Alia alibi, & fortè in cap. *cùm adeo*.[a] tractabo. Quędam autem alia multo germanius ad hanc prælectionem, quam ad illam habitam ſuper cap. *cum contingat*. pertinentia, quę addideramus fini illius transferimus huc.

a *Infra eod.*

AVCTARIVM HVIVS PRAELECTIONIS.

SVMMARIVM.

1 *Filius clerici nothus incapax beneficij patris & omnium, quæ ſita ſunt vbi patres fuerunt beneficiarij.*
2 *Clement. Clementis vij. extenſa per Concil. Trident.*
3 *Filij illegitimi an perdiderint acceſſus, regreſſus, & coadiutorias ante Concil. Trid. habitas.*
4 *Acceſſus & regreſſus non prębent ius in re, ſed ad rem tantum. & num. 5.*
5 *Regreſſus, acceſſus & coadiutoriæ omnes ante Concil. Trid. habitæ, an per illud perierint.*
6 *Concordanda iura, & coreordantur duo cap. Concil. Trident. & num. 7.*
7 *Lex poſterior limitatur nonnunquam per priorem.*
8 *Negatiua regulæ, quando affirmatiua cedit.*
9 *Quæſita facilius conſeruari quam quærenda.*
10 *Regreſſus & acceſſus habentibus conſulitur.*
11 *Filij nothi an teneantur relinquere beneficia paterna habita ante concilium, patribus iam mortuis.*
12 *Cauſſam finalem prooemia docent.*
13 *Expectatiuæ quæ exploſæ per Concil. Trident.*
14 *Reſeruationes quæ ſublatæ.*
15 *Parochialium Eccleſiarum reſeruatio ſublata.*
16 *Reſeruatio, par mandatis de prouidendo ſublata.*
17 *Gratiæ ad vacatura conceſſas expiraſſe.*
18 *Regreſſus non reuocari, gratijs generatim reuocatis.*
19 *Regreſſus transferri, concedi, & extendi, diuerſa.*
20 *Data picola quid Romanis.*
21 *Gratia conceſſæ per datas picolas an ſint perfectæ.*
22 *Beneficium datum per datam picolam, an vacet per mortem.*

23 *Fructus beneficij per datam picolam dati cuius.*
24 *Gratiam an ſemper per ſolam ſignaturam perficiatur.*
25 *Renuncianti an ſemper ſit neceſſarius nouus titulus.*
26 *Renuntiationis publicandæ, menſes vnde incipiunt.*
27 *Stylo curiæ, quæ ſuplicatio ſignata habetur pro non ſignata.*

PRimum eſt id quod habetur in Concilio Tridentino cui interfuêre aliquot doctores doctiſsimi, qui has prę lectiones Conimbricę à nobis audierunt;[a] in hęc verba *Vt paternæ incontinentia memoria à locis Deo conſecratis, quos maximè puritas, ſanctitaſque decet longiſsimè arceatur: non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio in Eccleſiis, vbi eorum patres beneficium aliquod Eccleſiaſticum habent, aut habuerunt, quodcumque, etiam diſſimile beneficium obtinere: nec in dictis Eccleſiis quoquo modo miniſtrare, nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt habere.*

2 Quod ſi in præſenti pater, & filius in eadem Eccleſia beneficia obtinere reperiantur: cogatur filius ſuum beneficium reſignare, aut cum alio permutare extra Eccleſiam intra trium menſium ſpatium aliàs ipſo iure eo priuatus exiſtat, & ſuper iis quæcumque diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur. Hęc ibi.

3 Super quo decreto mirabili, aduertendum primò de filiis clericorum legitimis nil penitus ibi edici: & ita illi quemadmodum ante hac poterant eſſe beneficiarij in Eccleſiis, in quibus eorum patres fuerunt: immo & ſuccedere illis mediatè in ſuis beneficiis. iuxta cap. *ad extirpandas*, & cap. *litteras*,[b] ita & nunc.[c]

4 Aduertendum ſecundo, quod quemadmodum clem. illa Clementis vij. cuius tenorem inſeruimus initio exceptionis 21. extendit inhabilitatem filiorum clericorum illegitimorum iure communi antiquo inductam: ita hoc decretum ampliat inhabilitatem per illam clementinam extenſam. Iure namque antiquo vetitum fuit, ne filius beneficiarij etiam legitimus ſuccederet immediatè à patri ſuo in aliquo beneficio, per ca. *ad extirpandas*. ca. *ex tuis*.[d] poterat autem ſuccedere mediatè: clementina verò prędicta ſtatuit, ne filius illegitimus clerici ſuccederet in beneficio patris immediatè, neque mediatè. poterat tamen habere beneficium aliud, ſaltem diſſimile, in Eccleſia in qua pater habebat aliud, licet non poſſet eſſe comprehendatarius, vt ita dixerim, neque concanonicus patri, [e] hoc autem decretum facit eum prorſus inhabilem ad obtinendum aliquod beneficium, in Eccleſia, vbi pater habet vel habuit illud, vel aliud ſimile, aut diſſimile. Inhabilem, inquam, non ſolum ad obtinendum: ſed etiam ad retinẽdum antea obtentum: adeóque cogitur illud aut relinquere aut permutare, ſaltem ſi pater viuit beneficiarius in eadẽ. Quæ res ſatis certè dura fuit, ſed digna tanto Concilio decoris Eccleſię cupientiſsimo.

5 Secundum, eſt quæſtio, quam poſt Concilij publicationem fui ſæpe rogatus: Num filij clericorum illegitimi, qui acceſſus, regreſſus, & de conſenſu coadiutorias habẽt, poſsint per eas aſſequi ea beneficia, quæ mediatè vel immediatè fuerunt patrum eorum: aut ſita ſunt in illis Eccleſiis, in quibus patres eorum habent, vel habuerunt beneficia aliqua. Cui duo reſpondeo. Alterum duram quidem videri partem negatiuam, per quam tot expectãtes ſua ſpe magno labore ac ſumptu quęſita fruſtrantur: iuſtam tamẽ eſſe illã ſolo decreti tenore attento. Primo quidem, quia per illud vetantur obtinere aliqua beneficia in illis Eccleſiis, in quibus patres eorum illa, vel alia obtinent, aut obtinuerunt. At per ſupradicta, [f] conſtat eos qui acceſſus, regreſſus, vel coadiutorias habent, non habere beneficia nec ius vllum in eis: ſed ſolum ad ea. & ita ſi qua beneficia per eos modos conſequantur, dicentur illa quærere, quod palam vetatur per hoc decretum. Deinde faciunt ea omnia, quę in exceptione 10. pro parte præfati C. adduximus. [g]

6 Non obſtat, quod ipſummet Cõciliũ [h] ſtatuit, vt acceſſus, regreſſus, & coadiutorię de cõſenſu ante illud expedita vel ſaltem extenſa durent. Quoniam limitandum eſt illud procedere in omnibus legitimè natis, & etiam illegitimè ex aliis, quàm clericis, & etiam in natis ex clericis, qui per eos non prætendunt adipiſci beneficia in Eccleſiis, in

a *In ſeſſ. 25. c. 15. de refor.*

b *De fil. preſ.*
c *Arg. l. præcipimus. C. de app.*

d *De filijs preſby.*

e *Ca. cum de corem. & ca. ad abolendã. de fil. preſb.*

f *In præludiis num. 7.*

g *à nu. 10. vſque in finem. hîn ea. ſeſſ. c. 7.*

quibus patres eorum habent vel habuerunt beneficia similia, vel dissimilia eis, quæ illi sperant, alioqui duo illa decreta, [a] sibi mutuo contradicerent, quod nullatenus est dicendum, immo sunt concordanda, iuxta ca. *cum expedtat*. [b]

7 Nec obstat dicere, quod concordari possunt, intelligendo illa ita, vt cap. 7. limitet. 15. & non contra, quod 15. limitet septimũ. Sic, vt dicamus, illegitimos filios nõ posse succedere in beneficiis ecclesiarum, in quibus patres fuere beneficiarij, vt habet cap. 15. nisi per accessus, regressus, & coadiutorias, vt habet cap. 7. Non obstat, inquam, hoc. Tum quia satius est legem priorem posteriorem limitare, quam contra, posteriorem per priorem, quamuis nonnumquam contra fiat, iuxta l. *sed & posteriores*. [c] cuius exemplũ celeberrimũ habemus in authent. *offeratur*, [d] quæ est posterior quam l. *sciendum*, [e] attamen iuxta glossas earũ ab omnib. receptas præd. l. *sciendum*, limitat præfat. authen. *offeratur*. Tum quia eadem ratio, quæ persuasit, vt illegitimis prohiberentur prædicta beneficia per alios modos quærere, persuadet etiam vt prohibeatur idem facere per prædictos tres modos & tanto magis, quo ij tres modi solent esse plus procurati, quàm alij, & plus carnis & sanguinis olere.

8 Tertio, quod regula affirmatiua cedit negatiuæ, quando cum illa concurrit, l. 3. §. *libertii*. [f] per quem hoc ibi adnotauit Bartholus. At dictum ca. 7. continet regulam affirmatiuam, saltem effectu, videlicet accessus, regressus, & coaiutorias iam datas & extensas valere: prædictum verò cap. 15. negatiuam, videlicet quod filij clericorum illegitimi non obtineant beneficia in ecclesiis, in quibus patres eorum sunt, vel fuerunt beneficiarij. Nec obstat, quod Iason, [g] contradicit Bartholo in illa theoria, quia Decius, [h] eam probat: & est vera saltem quãdo negatiua est specialior, argumen. cap. *generiper speciem*, [i] & in casu nostro negatiua est specialior. Quoniam lex, quæ respicit personas specialior est, quam quę respicit casus secũdum Baldum [k] quem sequitur Decius, illa etiam est specialior, quæ vtilitatem euidentiorem cõtinet. secundum Bartholum, [m] illa item in qua est maior ratio specialitatis secũdum Baldũ, [n] quos sequitur Decius, [o] at regula dict. cap. 15. est negatiua, euidentiorem vtilitatem & decorem, & maiorem specialitatis rationem continere videtur.

9 Postremo facit, quod turpius eiicitur, quam non admittatur hospes, [p] at illegitimos prædictos oporteret renunciare illa beneficia, etiam si ea iam quæsiissent per dict. cap. 15. ergo à fortiori debent repelli ab eisdem non quæsitis. Alterum, quod respondeo est, æquum nobis videri, vt sanctissima D. N. Papæ benignitas dispenset cum eis, qui tales accessus, regressus, & coadiutorias habent, vt possint per ea consequi beneficia illa, ad quæ ius habent, cum eo saltem moderamine, vt intra certum tempus teneantur permutare vel dimittere.

10 Quare consulendum serio arbitror omnibus, qui habent eiusmodi iura, vt saragant impetrare dispensationẽ Papæ fundatam in illa æquitate, quam magnæ, quas super eis fecerunt impensæ deposcũt, immo & si opus esset nitantur obtinere regium in id consensum prædicta æquitate nixum, ne procurator fisci obuiet supplicando, tamquam rei Concilio Tridentino contrariæ.

11 Tertio est altera quæstio, super qua etiam frequenter fuimus rogati: An illegitimi, qui ante Concilij publicationem habuerunt beneficia in Ecclesiis, in quibus patres eorum fuêre beneficiarij: sed nunc non sunt, quia mortui sunt, vel renunciarunt, possint ea retinere. Nam pro parte affirmatiua facit, quod rem, quę culpa caret in dãnum vocari non conuenit. [q] Deinde, quod prædicti cap. 15. contextus solum præcipit filium dimittere suum beneficium, si tempore Concilij pater & filius haberent beneficia in eadem Ecclesia, & nihil ait de filio, cuius pater iam erat mortuus, vel reliquit beneficium, & casus omissus habetur pro omisso. [r] Tertio, quod durissima res videtur, vt tot viri præstantes, qui magnis impensis per regressus, & coadiutorias magna beneficia sunt assecuti mortuis iam patribus vel absentibus ab Ecclesiis, teneantur dimittere illa, è quibus eorum honor & victus pendet.

12 Negatiua verò pars validissimè fundatur, primò in proœmio ex quo colligitur caussa finalis vt habet l. fi. [a] cap. *quia propter*. [b] *Vt paterne incontinentiæ memoria & locis consecratis longissimè arceatur*. At constat memoriam illam refricari, quoties cernitur filius esse beneficiarius in illa Ecclesia, vbi pater habuit beneficium, etiam si iam ille mortem obisset. Secundo fundantur in illis verbis *nec in illis Ecclesiis*, scilicet, in quibus patres eorum fuerunt beneficiarij, *quoquomodo ministrare*, & ita verat eos etiam in habitis iam beneficiis ministrare: nã quod obtinere nequirent, prius dixit, & ita illa verba essent superflua, nisi hoc significarent. quod non est dicendum, [c] & pondera quod in illis verbis non disponit de re præterita: sed de vsu rei præteritę, qui est futurus, & ita possunt hanc partem fundare omnia argumenta, quæ supra in exceptione postrema pro parte E. fuere adducta.

Tertio, quod illegitimus non potest obtinere posthac beneficium in Ecclesia, in qua pater habuit, etiam post 20. & 30. annos à morte illius elapsos: at ratio proœmij, per quam ibi hoc disponitur, magis concludit in casu nostro, quam in illo. Quarto quod illius capituli contextus significare videtur, non satisfieri ei, si pater relinqueret, vel permutaret beneficiũ suum, vt filius retineret suum, quoniam incontinentiæ paternæ memoria remanet. Ergo non sufficit etiam patrem esse mortuum. Et quamquam hæc pars grauioribus fulcris nitatur, & de rigore iuris sit verior: æquum tamen videtur, vt S. D. N. dispensaret expressè, vel dissimulando cum eis ob multitudinem, quę solet esse caussa relaxandi rigorem, [d] id quod audio cœptum fuisse à Pio IIII. erga nonnullos.

13 Quartum est explosa esse hodie per Concilium Tridentinum omnia mandata de prouidendo expectatiuas, reseruationes mentales, & omnes alias gratias ad vacaturas, & indulta ad alienas Ecclesias, sess. 24. cap. 19. de reformat. in hæc verba: *Decernit sancta Synodus, mandata de prouidendo, & gratias, quæ expectatiuæ dicuntur, nemini amplius, etiam Collegiis, Vniuersitatibus, Senatibus, & aliis singularibus personis, etiam sub nomine indulti, aut ad certam summam, vel alio quouis colore concedi, nec hactenus concessũ cuiquam vti licere. Sed nec reseruationes mentales, nec aliæ quæcumque gratiæ ad vacaturas, nec indulta ad alienas Ecclesias, vel monasteria alicui, etiam ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, concedantur, & hactenus concessa abrogata esse censeantur*. Hæc ibi.

14 Ex quibus verbis in primis colligo, non esse sublatas omnes reseruationes: sed solas mentales. & ita etiam nunc durare reseruationem cap. 2. [e] & alias in corpore iuris clausas. Immo & alias, quas per regulas cancellariæ, vel alias dispositiones ipse Summus Pontifex pro summa sua potestate fecerit: quia, qui vnum negat, aliud concedere videtur. [f] at Consilium solum vetuit reseruationes mentales. Ergo alias permisse videntur.

15 Addo tamen videri, quod omnes Ecclesię parochiales sint ab omni reseruatione exemptę per alterum decretum eiusdem Concilij Tridentini, [g] per quod statutum est, vt omnis ecclesia parochialis per viam oppositionis, conferatur quomodocumque vacet, siue vt habet littera dicti cap. 18. *(per obitum vel resignationem, etiam in curia, seu aliter quomodocumque contigerit, etiam si ipsa parochialis Ecclesia reseruata, vel affecta fuerit, generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu priuilegij in fauorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium seu abbatum vel capitulorum)* Hęc ibi.

16 Arbitror etiam esse sublatas omnes reseruationes illas quę fieri solent de beneficij vacaturis in fauorem aliquorum particularium: præsertim cum clausa. *Vt ex nunc pro tunc conferatur*. Quoniam & si verbum reseruationes mentales positum in illo cap. nõ comprehendat eas, comprehendit tamen verbum gratię ad vacatura. Et constat eiusmodi reseruationem esse tantam, vel maiorem gratiam ad vacatura, quàm mandata de prouidendo, vel expectatiuas. per ea quæ vtiliter scribit Ludouicus Gomesius. [h]

17 Quintum est ex eisdem verbis eiusdem Concilij, [i] colligi. quod per decretum illud, [k] non solùm impediuntur futuræ gratię, sed etiam iam factę, ac præsentes tolluntur, cuius iustitia fundari potest validè, per ea, quę supra [l] tractata sunt, & contra, plurimum illa per hocroborari.

Videlicet c. 7. & 15.
b De elect. li. 6. & l. 1. C. de inoffi. dot.
c ff. de legib.
d Co. de iure constella.
e ff. qui satisdare cogan.
f ff. de suspec. tut.
g In l. 1. § veteres. ff. de adquirend. poss.
h In c. postoralis. num. 5.
i De reg. iur. lib. 6.
k In l. 1. qu. 3. ff. de offic. consul.
l In regula. in toto. ff. de regul. iuris. num. 5. & in c. at si clerici. de iud. in. 15. col. 3.
m In extrau. ad reprimendam. verſ. nõ obſtantibus. col. 2.
n In l. hac cõsultiſſima. col. 1. C. qui teſta. fac poſſ.
o In dict. l. in toto.
p Cap. quem admodum. de iureiur.
q Ca. 2. de eõ ſti. c. propoſuiſti. 82. diſt.
r. Leg. commodiſſime. ff. de liber. & poſt.
2 ff. de hæ. inſtit.
b De elect. in illis verbis.
c Ca. ſi Papa. de priuil. li. 6. & l. ſi quando C. de inoffic. teſta.
d Ca. vt conſtituetur. 50. diſt. & ca. commeſſationes. 44. diſt.
e De prab. li. 6.
f Leg. eũ prætor. ff. de iud. c. qualis. 15. d.
g Seſſ. 24. ca. 18. de reform.
h Que. 4. ſuper regulã de impet. benefi. vtion.
i Cap. 19.
k Cap. 19. l. 13. excep.

18 Sextum principale est ex prædicto Concilio, [a] colligi argumentum validum ad probandum, quod per sublationem quorumcumque mandatorum de prouidendo, expectatiuarum, & omnium aliarum gratiarum ad vacatura beneficia, non videntur reuocari regressus, accessus, & de consensu coadiutoriæ, saltem de stilo curiæ, nisi id exprimatur expresè in eiusmodi reuocatione. Quoniam post prædictum decretum, quod plenissimè prohibuit mandata de prouidendo, & omnes alias gratias ad vacatura, [b] postea, [c] speciatim prohibuit concesionem accessuum, regressuum & de consensu coadiutoriarum, per illa verba, quæ fini exceptionis 8. attexuimus, quod non fecisset, si prior illa prohibitio ad id suffecisset. Deinde, quod prædictum Concilium non solùm vetuit dari mandata de prouidendo, & alias gratias ad futura: sed etiam antea data reuocauit, vt patet per fragmentum supra proximè in hoc auctario scriptum, accessus autem, regressus, & coadiutorias de consensu ante datas non reuocauit, sed tantum vetuit ea in futurum concedi, quod palam est ex illis verbis: *Nec hactenus concessi suspendantur:* quæ videas in fragmento, quod supra inseruimus.

19 Neque obstat, quod ibi dicitur, *quod non transferantur*. Quoniam aliud est translatio, per quam alteri ius nouum quæritur, aliud conseruatio iuris iam quæsiti, quod per hoc decretum non tollitur. Non obstant etiam illa verba: *Nec extendantur*, quoniam illa non reuocant iam concessa, & expedita, nec etiam concessa, & acceptata per consensum apud notarium Cancellariæ, vel Cameræ prestitum, & extensum, sed solùm concessa, quibus consensum quidem fuit in dorso supplicationis signatæ: sed breuiter, sic: *N. tali die consensit*, quam supplicationem cum consensu breuiter in tergo posito, appellant Romani datam picolam, seu paruam. Ex quo sequitur periisse omnes accessus, regressus & coadiutorias: quæ concessa quidem erant per huiusmodi concesiones, siue datas picolas seu paruas, in quarum dorso, vt prędixi, scribitur breuiter consensus eius ad quem res pertinet: nondum tamen est datus, & extensus coram notario Cancellariæ vel Cameræ, quę res multas, quas multi ordiebantur telas, reordita est. Verbum enim illud: *Non extendantur*, in dict. Concilio, [d] positum significat, quod consensus illi breuiter in dorsis supplicationum signatarum præstiti & scripti, nequeant extendi coram prędictis notariis, nec per consequens, expediri, quia sine illa extensione id nequit fieri, & ita illæ gratiæ perierunt.

Admoneo tamen lectorem, quòd licet hæc prædicta vera essent tempore, quo scribebantur, quia nondum erat edita extrauagans Pij V. * quę incipit, *Romani Pontificis prouidentia*. post eam tamen non sunt vera. Quoniam illa reuocauit omnes regressus, accessus, & coadiutorias etiam de consensu, quę non essent integraliter expedita, etiam si consensus eorum esset extensus: immo etiamsi litteræ iam essent deductę in Plumbariam, vel ad Summatorem, quod didicimus posteaquam ad curiam venimus & vidimus deductum in praxim in coadiutoria data de consensu ad prioratum Pampilonensem, cui non fuit datus locus, quamuis repetta fuerit plumbata in Plumbaria: & quia Papa prouidit vni, & Ordinarius alteri magna lis agitur super valore prouisionis illius.

* Quæ incipit Romani Pontificis prouidentia. *Multæ sunt pij V. constitutiones quæ sic incipiunt, hæc autem tertia est inter eas quæ id principium fortiuntur, & in numero constitutionum ipsius est 136.*

20 Septimum est, ex his inferri ad illas graues quęstiones, quæ me frequenter, ac grauiter torserunt, quarum prima & radicalis est: An gratię illæ concesse per prędictas signaturas picolas, seu paruas, sint gratię perfectæ antequam extendatur ille consensus breuiter prestitus.

21 Secunda, An si Ioannes misit mandatum Romam ad renunciandum beneficium suum apud Sedem Apost. in fauorem Petri, & procurator super ea re impetrauit signaturam, & datam picolam, & antequam extendatur consensus coram aliquo ex notariis prefatis moriatur Petrus, beneficium vacet per mortem Petri.

22 Tertia: An hoc proximo casu fructus beneficij pertineant ad hæredes Petri, an cedant Ioanni. Quarta: An prędictus Ioannes possit hoc casu iustè tenere ac administrare beneficiũ post mortem Petri, sine alio nouo titulo.

23 Et pro altera quidem parte, nempe gratiam esse perfectam, & vacare beneficium per mortem Petri, & fructus ad eius hęredes pertinere, & eum, qui dedit mandatum, non posse illud beneficium tamquam suum possidere, facit, quòd gratia per solam signaturam perficitur, iuxta dictum originale Archidiaconi, [a] adeo quod mortuo imperrante post gratiam signatam, dicitur beneficium vacare per eius mortem. argument. cap. *si super gratia*. [b] & ca. *si cui*. [c] & tradit Bisnetus sequutus Archidiaconum, [d] & Rota, [e] per prędictum originale dictum Archidiaconi, [f] quod Felinus & Decius allegantes alios sequuntur, [g] at in prędictis quæstionibus presupponitur gratiam fuisse signatam, & consensum saltem breuiter præstitum. Ergo. Secundo facit, quod licet hominibus constare non possit consensum à procuratore fuisse prestitum, verè tamen prestitus fuit, & scriptus, licet breuiter in tergo supplicationis signatæ: ergo pro vacanti habendum erit: saltem quoad forum conscientiæ, & quoad Deum, qui omnia nouit, [h] & ita necessarius est nouus titulus, quo redire valeat ad illud, quia per renunciationem perditur titulus, [i] & sine titulo beneficium ecclesiasticum teneri non potest. [k]

24 Pro altera vero parte facit primo prefatum Concilium, [l] quod adeo grandem differentiam ponit inter gratiam, quibus nondum est prestitus consensus extensus, licet sit præstitus breuis, & inter eam quibus est præstitus extensus, vt has non reuocauerit, & illas sic,

25 Secundo, facit quod stylus curiæ vt audio seruat, ne post tot menses lapsos ab habita signatura illa picola, seu parua, possit extendi consensus ille breuiter præstitus: & ita post eos non prodest quidquam, nec consensus ille in dorso supplicationis breuiter prestitus extendi potest, adeo quod oportet procuratorem iterum consentire, quo res expediatur, quod signum est, eam esse mentem Papę, ac officiarij eius, vt in eum statum res redeat, in quo ante illam signaturam paruam erat.

26 Tertio facit, quod sex illi mẽses Regulę de publicanda resignatione non currunt à tempore signatę supplicationis; sed solùm à tempore consensus extensi: vt per multa concludit Comesius. [m] Quarto, quod prędictus Gomes. vir cum primis in hac re doctus & practicus, [n] ait hęc verba: *Resignatio ante consensum præstitum per resignantem, & resignatarium est informis, & sine effectu, & ab ea quilibet ante consensum præstitum, recedere potest*. Et quod vir ille loquatur de supplicatione signata, habente consensum breuiter in dorso prestitum, patet per illa verba, paullo inferius posita: *Et licet supplicatio resignationis consensum à tergo contineret: nihilominus per illum publicatio firmiter fieri non potest*, &c.

27 Quinto, quod vsus eorum, qui negotia Romana tractant, habet id, quod supra dixi, dicere Gomesius nempe, quod putant pœnitere posse illos, qui habent signaturas, siue supplicationis signatas post consensum breuiter prestitum, & scriptum in dorsis earum, donec consensus coram notario Cancellariæ, vel Cameræ extendatur. Qui vsus scitus & diu à S. Sede Apost. toleratus pro lege debet seruari, iuxta cap. *quam grauis*. de crimi. & cap. *ex litteris*. [o] cum eis adnotatis. Contra quod scio fuisse pronunciatum in Hispania, posteaquam ego veni Romam, anno 1567. quia pauci prædicta ibi antea sciebant.

a In prooem. lib. 6. super verb. per apoſtolica ſcripe.
b De offi. de-leg. lib. 6.
c De præben. eod lib.
d In deciſ. 9. de præb.
e In 87. deciſ. in antiq. mi-ti. de præb. in no-uiſſime rubricatis, quæ in alijs eſt 882.
f In proœm. lib. 6.
g In rub. de eõ ſtit.
h Ad Hebræos 4. & cap. Deus omnipotens. 2. qu. 1.
i Cap. quam periculoſum. 7. q. 1. l. quæritur. § ſi venditor. ff. de edi. edict.
k Ca. 2. de regul. iur. lib. 6. c. 1. de eo qui mit. in poſſe.
l Cap. 7.
m In d. regula. quæſt. 1.
n In dic. q. 7.
o De conſtit.

RELECTIO IN CAP. CVM CONTINGAT. DE RESCRIPTIS.

PRAELECTVRI, & tractaturi in hoc cap. *Cum contingat*, secundum quæsitum elicitum ex argumento in casu proposito in principio prælectionis cap. *si quando.* * vt ibidem promisimus scilicet: an causæ nullitatis, quæ opponebantur ab E. contra exequutoris censuras, essent efficaces: & alia quædam valde quotidiana in censurarum, & exequutorum materia: & circa remedia, quæ aduersus exequutiones inordinatas adhiberi possunt, dicimus, nomine Iesu inuocato.

* Supra eod.

PRIMA CAVSSA NVLLITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Executorum deputatio gratiæ nulla, vt nulla, latè.*
2 *Exceptio peremptoria, quæ non solum gratiam, sed etiam litteras perimit ante litem contestatam opponi potest.*
3 *Rescriptum surreptitium ad litteras regulariter valet.*
4 *Sigillorum gratiæ, & iustitiæ chordæ sic differunt.*
5 *Felinum in intelligendo Ludou. Rom. lapsum.*
6 *Exceptio in vim dilatoriæ opposita, quæ post in vim peremptoriæ opponi potest, non admittitur, nisi, &c.*
7 *Rescriptum ipso iure à principio nullum, vel post tale factum, pœna esse quoad facienda.*

VOD autem hæc causa nullitatis, prima scilicet, quod gratia aecessus C. inutilis, & nulla fuit à principio ipso iure, vel saltem postea ipso iure euanuit: licet à principio valuisset, sit efficax, probatur ea firma ratione, quod latissimè probauimus in multis exceptionibus prefatę relectionis cap. *si quando*, gratiam prætexti accessus fuisse ipso iure nullam: & in exceptione 17. & 18. quod effecta fuisset nulla ante præfati executoris processum, etiamsi à principio fuisset valida. At quando gratia est nulla ipso iure, ipso quoque iure datio executoris, & eorum iurisdictio nulla, & inutilis est, primo quidem per selectissimum in hoc textum in cap. *constitutus.* [a] quod habet, irritum decernendum esse quidquid factum est per litteras executorias gratiæ subreptitiæ, Similis fere textus in cap. *ad audientiam.* [b] Secundo per cap. *si super gratia.* [c] quod habet, deputationem executorum, & iudicum gratiæ Apostolicæ esse illi accessoriam: & ideo illorum iurisdictionem morte concedentis, etiam re integra, non reuocari: sicut nec ipsam gratiam, cui consequens videtur, quod ea existente nulla, vel reuocata, ipsa quoq; iurisdictio reuocata videatur, vel nulla. Tertio facit, quod accessorium sequitur naturam sui principalis iuxta l. *cum principalis.* [d] & cap. *accessorium.* [e] cum similibus. Specialius facit aptus in hoc textus quod & ait ibi Dominicus per illum, [f] cap. *super eodem.* [g] & clementina, *per litteras.* [h] coniuncta ei glossa. [i] Et hanc conclusionem tenet in specie Panormitanus, [k] quem sequitur Decius. [l] Et idem tenet vterque, [m] idem & Romanus, [n] allegans inter alia, cap. *cum dilecta.* [o] & Innocentius, [p] quæ non tam apta sunt, sicut superiora. Quoniam illa nō agunt de executoribus gratiarū: sed de alijs iudicibus delegatis.

2 Idem tenet Oldradus. [q] Idem late Panormitanus, [r] quem sequitur Felinus. [s] Facit & memorabilis glossa, [t] quę recepta dixit exceptionem peremptoriam, quæ petimit gratiam & litteras, ante litem contestatam opponi posse. quam glossam Perusinus & communis intelligit de exceptione subreptionis gratiæ, per quam illa corruit, & cum ea litteræ delegatoriæ ad eam exequendam datæ.

3 Non obstat primo, quod regulariter rescriptum ad lites subreptitium ipso iure valet, per cap. *si autem.* & ca. *plerumque.* [a] & cōmunis affirmat. [b] Quoniam illa regula fallit in multis casibus, relatis per Felinum, [c] quibus nos addidimus vnum in ca. *cum ordine.* [d] quod eū probat secundum Baldum quod satis sentit Panormit. [e] Et horū de numero est is, de quo loquimur casus, secūdum prædictos omnes.

4 Non obstat secūdo, dicere, quod in casu nostro in alijs litteris continetur gratia, in illis nempe, quarū plumbeum sigillum de chordulis sericis pendet, in alijs autem executores, in illis videlicet, quarum plumbeū sigillum de chordulis canabęis pendet. & ob id in hoc casu iudicium datio non videtur accessoria gratiæ, sicut quando in eisdem litteris fit gratia, & deputatio iudicum, quod etiam est frequens. Non, inquam, hoc obstat: Quoniam idem est dicendum, quādo gratia & iudicum deputatio separatim fiunt in duabus chartis: quod dicimus quādo fiunt coniunctim in vna. Quia primo eadem est ratio: non enim definit esse accessoria exequutorū deputatio ipsi gratiæ, eo quod fiat in alia papyro, vel membrana. quod euidenter apparet ex illo ca. *si super gratia.* [f] quod certum est habere locū etiam, quando iudices separatim in alijs dantur litteris, tam propter verba ipsius generalia, quàm propter rationem in eo expressam, quæ vtrique casui æquè apta est. Cui tamen cā. nō esset locus in eiusmodi litteris exequutorijs, nisi essent gratiæ accessoriæ. Secundo, quia etiam in hoc casu, quando exequutores separatim dantur, eorum deputationem esse nullā, si gratia est nulla tenet Cardinalis. [g] Nā, vt ille inquit, etiam si dentur separatim à gratia: sunt tamē quasi preparatoriæ gratię, & sic de eis idē iuris, q̄ de gratia est. [h]

Non obstat tertio, determinatio Cōpostellani, [i] dicentis processum factum per litteras super beneficio subreptitię impetratas validū esse, nisi opponatur exceptio. Quoniam non loquitur de litteris gratiæ exequutorijs, de quibus agimus: sed de litteris ad lites impetratas super beneficio. Hæc enim sunt verba Compostellani. *Vt si ego dicam Papæ me canonicè electum in præpositum: Impetrauit iudices contra M. tacita priori commissione M. valebit processus per meas litteras habitus, si contra eas non excipiat, quia meæ litteræ non erant beneficiales.* Hactenus Cōpostellanus quē sic etiā intelligit Cardin. in loco præcitato. Et hoc ipsum ait Ludoui. Roman. [k]

5 Et demitor, Felinum virū alioqui diligentem, [l] dixisse non satis aperire Romanum an loquatur de subreptione commissa in litteris exequutorijs, an gratiosis. Quoniam Romanus in hæc verba loquitur: *Cum index seu exequutor deputatur vna cum concessione gratiæ subreptitiæ, quemadmodum subreptio ipsa facto vitiat gratiam.* [m] *ita etiam vitiat iudicis, seu executoris dationem sibi annexam.* Hæc ille. Fateor autem, verum esse quod Felinus ait: scilicet litteras executorias gratiæ accessorias, etiam si sint subreptitiæ valere: modo gratia ipsa nō fuerit subreptitia. Sed hæc decisio non conuenit nostro proposito, in quo dicimus gratiā ipsam, qua cōcedebatur accessus, fuisse subreptitiā, & ipso iure nullā, & per cōsecutionē, litteras executorias etiā separatim datas.

6 Non obstat quarto, quod litteræ delegatorię ex interuallo post gratiam ad eius executionem datæ ob gratiæ subreptionem ipso facto non vitiantur, secundum Ludo-

a Supra eod. b In d. c. cæterum. & in d. c. ad audientiam. c In d. ca. ad audientiam. col. 11. & duabus sequent. d Supra eod. e Nu. 2. & 3. ibidem.

f De offi. deleg.

g In dict. c. ad audientiam. col. 6. vers. septima est opinio. h Arg. c. quāto. de iudic. In ca. super litteris. col. 3. vers. quæritur primo.

k In cōsil. 330. circa primū. col. 3. l In illo cap. ad audientiam. col. fin.

m Dict. c. ad audientiam. 2. & ca. a de fil. presb. li. 6. cum simil.

a Sup. eo. b 2. eod. tit. c De offic. delog. lib. 6. dff. de reg. iu. c Eod. tit. li. 6. f Col. 1. vers. sed pone. g De præb. lib. 6. h De præb. i In verbo, ecclesias. k In c. cæterū. col. 2. l Ibi col. 3. de rescript. m In dict. ca. constitutus. in vltimo notabili. n In cōsil. 330. circa primam col. 3. o De rescrip. p In c. ex litterū. de offic. deleg. q Consil. 81. quod procef. fees. num. 2. r In c. ad audientiam. in fra eod. n. 14. s Ibi col. 12. & 16. t In c. 1. verbo, obtentū. de litis cōtest. lib. 6.

a In illo cōsil. 330. b In c. 1. de li. contest. lib. 6.

ç In l. pactā conuenta. ff. de contrab. empt. verbo, postea. d In singul. in eodem verb. postea. e In illo ca. 1. de litis cōtest. lib. 6. f De offi. dele. li. 6. g De fid. inst. ca. inter dilectos. §. cæterum.

h Consi. 372. pro declaratione. col. 1.

i De offi. deleg. k In c. audita. col. pen. de restit. spoli. l In d. c. cæterum. col. 18. vers. septima restri. m In Concordatis in forma litterarū executor. verb. in omnibus & per omnia. n In vltima parte facie 7. o Verb. extincta, depra. lib. 6.

Romanum, [a] quia, vt ille ait, possent dici litteræ ad lites, quo casu procedit secundum eum determinatio Innocentij, [b] scilicet quod cum quis impetrat gratiam subreptitiam, & postea executorem, vt in possessionem inducat, tunc non impeditur litis ingressus per oppositionem subreptionis. Non, inquam, hoc obstat: quia primo eodem die in nostro casu executores fuerunt deputati, quo gratia facta fuit, vt litterę ipsæ clamant, & Ludouicus Romanus de executoribus alio die datis agit, similiter & Innocentius. Audisti enim in verbis eius proximè citatis, verbum, *Postea*, quod interuallum denotat secundum glossam memorabilem, [c] & alia multa quę citat Corsetus. [d] Secundo non obstat, eo quòd etiam quando postea ex interuallo deputantur, idem esse dicendū dixit Hostiensis, [e] quoniā, vt ille inquit, ex quo gratia prima principalis fuit subreptitia, litteræ executoriæ, quæ sunt illi accessoriæ, c. *si super*, [f] debēt subreptitię iudicari: vt accessoriū sequatur naturam principalis, [g] & Hostiensem sequitur Archidiaconus, quorum opinionem approbant Ioannes Monachus, Ioannes Andreas, Petrus ab Ancharano, Dominicus, Perusinus, & Probus ibidem, & aiunt esse tenendam, quando statim potest de exceptione liquere, quorum si consideratio satis expendatur, facile videbuntur cuiuis erudito approbare dictum Hostiensis simpliciter, quoniam neque hęc exceptio, neq; alia quę libet, quæ in vim dilatorię proponitur, & est eius naturę, vt postea iterum in vim peremptoriæ ad merita causę opponi possit est admittenda in vim dilatorię: nisi opponens se offerat eam incontinenti probaturum, videlicet intra modicū tempus arbitrarium: & intra illud eam probet clarè & liquidè secundum Petrum ab Ancharano. [h] At contra litteras prefati C. allegatur subreptio, quę per litteras ipsas fundatur, allegatur item litterarum renunciatio ex acceptatione Archidiaconatus alterius Ecclesię notoria resultans. Et ideo non solum hęc exceptio cōcludit nullitatem litterarū: sed etiam ante litis ingressum admittenda est: & in casu proposito nullatenus potest hęc causa nullitatis euitari.

7 Non obstat quinto dicere, quod hęc causa non haberet locum, si accessus is à principio valuisset, quamuis postea modo aliquo periisset. Quoniā primo negamus, eum à principio valuisse. Deinde paria esse rescriptū, per quod proceditur, à principio fuisse ipso iure nullum, vel postea ipso iure expirasse, vel reuocatū fuisse quo ad ea, quæ post illam reuocationem & exceptionem fiunt. Quia primo eadem est omnino ratio. Secundo, casus, videtur esse in cap. *ex litteris.* cum eo, quod ibi ait Innocentius, [i] quod satis colligitur ex his, quæ ait Panormitanus, [k] & clarius ex his, quę Felinus scripsit, [l] vbi agit de reuocatione rescripti per mortem concedentis, re integra, facta quæ ipso iure fit, & ver. *octaua restrictio.* vbi agit de reuocatione iurisdictionis per sententiam, quæ etiam ipso iure fit. Et quod, gratia perempta, executorum quoque illius datio peremptа sit; in specie tenet Petrus Rebuffus. [m] Facit quod glossa regulæ Cancell. Iulij ij. [n] dixit, finita prerogatiua descriptorum, censeri quoque finitam prerogatiuam eorum, qui eam instar descriptorum habebant. Est denique glossa expressa & memorabilis, quam ipsi non meminerunt: & quæ ibi recepta est in cap. *si clericus.* [o]

Hanc autem primam nullitatis causam contra censuras pro E. latas allegari non posse, palam est cum in confesso sit indultum Reginale validum esse, magnoque iam partus aliis peperisse.

SECVNDA CAVSSA NVLLITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Exequutor mixtus sedis Apostolicæ debet esse canonicus.*
2 *Accessorij vt non licet quod principali vetatur.*
3 *Exequutor merus etiam Papæ potest esse non canonicus.*
4 *Exequutorum sedis Apostolicæ insolentia vt dedecus eius.*
5 *Exequutor omnis iudex sit qualificatus: & nu. 6.*
7 *Intellectus clausulæ Cęterum litterarum Apostolicarum.*
7 *Clausula Cęterum ad varia relata varia operatur.*
9 *Verba eadem ad diuersa relata diuerse intelligenda.*
10 *Priuilegium Episcopo, & presbytero datum, vt intelligendum.*
11 *Clausula Cęterum etiam laicos aliquot facit subdelegatos.*
12 *Consuetudo nequit induci contra decretum irritans.*

13 *Notorię igoneus non est examinandus.*
14 *Clausula* Vocatis vocandis *subintelligitur in omnibus commissionibus quæ cū cognitione causæ opertet expedire.*
15 *Renunciari non potest cap. statutum de rescript. lib 6. quoad qualitates personarum delegendarum.*
16 *Exequutorem, qui non habet qualitates cap. statutum. non posse iurisdictione vti, etiam quando illis in actu non est necessaria.*
17 *Actus non necessarię male adhibita non obsunt.*
18 *Exequutoris meri iudicialis actus vt fortior.*
19 *Exequutor omnię gratiæ cur semper qualificatus.*
20 *Exequutori mero non conuenit clausula:* Contradictores.
21 *Exequutor merus nullus potest excommunicare.*
22 *Exequutor nullus apud Francos excommunicat.*
23 *Exequutorem in errando qualitate quæ causa vitiat.*
24 *Articulus causæ, non iurisdictionis cuiuis delegabilis.*
25 *Excommunicatio vt est meri, vel mixti imperij.*
26 *Excommunicare parochus cur iure communi non potest.*
27 *Pœne pecuniariæ impositionem iurisdictionis esse.*
28 *Iurisdictione qui carent non possunt pœnam adicere.*
28 *Pœnam pecuniariam imponere qualis iurisdictionis est.*

QVod prædictus iudex præfati C. asserius suscepit partes mixti executoris, cum non haberet dignitatem, hęc esset canonicus Ecclesię cathedralis, quod facere non potuit. Primo per cap. *statutum.* [a] Nam executor mixtus verus iudex est, secundum glossam, [b] quam omnes ibi sequuntur, & singularem putauit Cardinalis, [c] & ordinariam Panormita. [d] Et idem tenet Bartholus, [e] quæ communis omnium est opinio. Secundo, quod in specie huiusmodi executorem mixtū ad beneficia debere habere qualitates aliorum delegatorum Sedis Apostolicæ, tenet Cardinalis, [f] & est decisio Rotæ, [g] quæ habent facta per eum executorem gratiæ, qui non haberet illas qualitates, ipso iure nulla esse, per clausulam decreti irritantis positam in fine illius cap. *statutum.*

2 Tertio, ratio illa necessaria, quam tangit Aegidius, [h] quod cap. illud, *statutum.* simpliciter loquitur de omnibus causis, & nullus est in corpore iuris textus nec ratio necessaria, quæ contrariū probet. Neque iuuat dicere quod Oldradus, Rota, Guillermus & aliquot alij responderunt, scilicet, quod aliud sit dicendum de causis quando principaliter committuntur, aliud quando accessoriè ad gratiam: eo quod multa per accessionem conceduntur, quæ principaliter non concederētur, [i] & quia accessorium sequitur naturam principalis. Non, inquam, hoc obstat, quoniā primò illud non satis asseuerant prędicti auctores. Secundo, quia tunc licet aliquid per accessionem, quod principaliter vetatur, quando alia ratio militat cum accessoriè conceditur, & alia quando principaliter, at in nostro casu eadem est vtrobique ratio. Quoniam siue per accessionem ad gratiā, siue principaliter de causa auctoritate Apostolica cognoscis, vtrobique; es iudex, vtrobique; Sedem Apostolicā repræsentas, vtrobique quid feceris iniustè, vel indecenter in opprobrium eius cedit, & iniuriam. Tertio, quod & accessorium demum sequitur naturam sui principalis, quando eadem ratio militat in eo, quæ in principali: & alioqui non, [k] quod bellissime Imolensis adnotauit. [l]

3 Quarto principaliter facit decisio Rotæ, [m] quę primo habet stylum Curiæ habere, vt nemo deputetur executor gratię, nisi dignitatem habeat, vel canoniam Ecclesię cathedralis. quæ item habēt secundo, cap. illud *statutum.* non habere locum in subdelegatis, quibus non committitur, nisi nudum ministerium, scilicet collatio, & inductio in possessionem: quoniam illa, vt ibi dicitur, sine vlla causæ cognitione fieri possunt: per quæ verba clarè innuitur, illi cap. *statutum*, locum esse, etiam in subexecutoribus, qui cum causæ cognitione procedunt: etiam si sint subexecutores gratiæ: qui est noster casus.

Quinto facit, quod ait Aegidius, [n] qui determinat esse locum principalem, pro cap. *statutum.* in executore deputato ad confirmationem electionis.

Sexto facit extrauagans *Sedes Apostolica.* Ioannis xxij. [o] quę iuncta glosſa Zenzelini, [p] clere sentit in executoribus & subexecutoribus gratiarū, esse locum dicto ca. *statutum.* alioqui enim superflua erat declaratio illius extrauagantis quoad executores & subexecutores huiusmodi, vt palā est.

a In prine. de reser. lib. 6. b In c. pastoralis. §. quia vero. circa medium. de offi. delegat. c Ibi col. 2. d In c. de cætero. de iudic. col. 2. e In l. à diuo Pio. ante. 4. ff. de re iudic. f Consil. 103. sub finem. g 370. ex hoc. in notis, quæ in nouæ rubricatis est 32. de reser. in antiquis. h In deci. 126. i Cap. super eo. de prab li. 6. ca. dudum. col. 4. dcelest.

k Ca. debitores. & c. cum contingat de iureiu. c. quāuis pactum. de pact. lib. 6. & v. licet. de iureiur. eo. li. l In illo c. debitores. nu. 4. m 360. in nouis, quæ in nouæ rubricatis est 29. de rescript. in notis. sin commun. & in antiquis, est 31. eod. tit. de rescript. n Conclusione 126. in executore. o De concess prab. p Verb. id per timebit.

4 Septimo facit, quod eadem ratio militat in his executoribus cauſſæ cognitionem aſſumentibus, quæ in aliis iudicibus: quoniam nõ minus dedecoris, immo magis eſt Sedi Apoſtolicę per hominem vili habitum, vel futilem eam repreſentari, dũ de eius gratia & beneficio forte maximorum reditũ cognoſcitur, quàm cum de alia cauſſa, quæ fortè ſuper re minoris momenti committitur.

Octauo facit, quod datur occaſio maleuolis detrahendi Papæ per nimium multa, quę aliquot gratiarum beneficialium executores, honoris ſui & mali exempli prodigi cæcis oculis efficiunt, quæ dignitate, vel canonia Eccleſię cathedralis ornati nullatenus facerent. Et ratio principij dicti cap. *ſtatutum.* eſt ſecundum Hoſtienſem, quem ſequitur ibi Archidiaconus, [a] & poſt eum alij, ne Sedes Apoſtolica notetur, dum delegatus eius aliquod iniuſtum agit.

Nono facit illa Rotæ deciſio raro citata, [b] quę habet eum executorem merum qui non habet canoniam, vel dignitatem & ſententiam eſt executus, non poſſe liquidationem fructuum facere; quoniam illa ſine iuriſdictione fieri non poteſt.

5 Decimo facit, quod Curia Romana quoad perſonas ſeruat cap. *ſtatutum.* in executoribus gratiarum, ſecundum Ioannem Andream, [c] & collectoꝛ deciſionum Rotę antiquarum, [d] teſtatur pœnitentiarium, & omnes de Cancellaria reſpondiſſe ſibi, quod non deputarent executores ſuper gratiis, niſi perſonas tales, quales requirit ca. *ſtatutum.* At ſtylus Cancellariæ ius facit, [e] & nulla huius ſtyli ratio idonea reddi poteſt, niſi quod executores gratiarum poſſunt ſibi aſſumere partes iudicis, & habẽt iuriſdictionem, & poſſunt fulminare ſentẽtias, &c. iuxta gloſſam clementinæ, *iudices,* [f] cum notatis per Innocentium. [g] Eadem ergo ratione oportebit ſubexecutorem mixtum, qui iuriſdictione vtitur eccleſiaſtica, habere qualitates, quas cap. *ſtatutum.* requirit.

6 Vndecimo facit ſpeciatim quoad noſtrum caſum, quod licet res controuertatur quando executor voluntariè partes iudicis aſſumit: tamen omnium ferè vna ſententia, quam tenent Dominicus Ancharanus & Peruſinus, [h] habet eſſe neceſſarium, quod in executore gratiarum, prędictæ qualitates concurrant, quoties ille in ſuo proceſſu tenetur aſſumere partes iudicis, at in caſu noſtro is executor tenebatur illas aſſumere, vt in cauſſa ſequenti apparebit. Ergo ſaltem in caſu propoſito, non poterit is ſubexecutor ſine qualitatibus prędictis procedere.

Neque obſtat, ſi dicas illam communem opinionem procedere, quando ex forma mandati tenetur partes iudicis aſſumere: vt quia ponitur clauſula, *Vocatis vocandis.* Quia primo eadem eſt ratio, quando alio ex capite ad id arctatur. Secundo, quia illa clauſula tacitè intelligitur quoad illos caſus, in quibus oporteꝛet cum cauſſę cognitione procedere. Tertio, quod hoc expreſsè ſentit Rota, [i] quam Stephanus ſequitur, [k] quę vt ſupra dictũ eſt, habet, eum, qui ſententiam eſt ſubexecutus, non poſſe liquidare fructus, niſi habeat qualitates dicti cap. *ſtatutum.* & non alia ratione, niſi quia licet non ſit ibi poſita clauſula. *Vocatis vocandis:* tamen tacitè intelligitur quoad hunc articulum, ergo propoſitum.

Duodecimo facit, quod Collectarius, vir vtique doctiſſimus & expertiſſimus, qui materiam hanc attentius perpendit, quàm alij, pro noſtra concluſione ſimpliciter eſt, [l] deciſio item Capellæ Toloſanę, [m] vbi ſatis etiam additio eius id ſentit,

Decimotertio facit, quòd Rota, [n] hęc ferè verba habet: *Executor gratię non poteſt mandare ſubexecutoribus, niſi ſit perſona habilis, iuxta cap. ſtatutum.* [o] *poteſtatem cognoſcendi, ſeu aſſumendi iudicis officium: quamuis nudum miniſterium ſimplici presbytero, ſeu curato demandare valeat.*

Decimoquarto ad redundantiam addeꝛ, quod Gomeſius vir eruditiſsimus, quod ipſius opera teſtantur, [p] ait, quod quando beneficium eſt plenum, & ab alio occupatur, non poteſt ſine cauſſæ cognitione procedi: & in executoribus, qui eo caſu procedunt, habet locum cap. *ſtatutum.* tam quoad perſonas, quàm quo ad loca, & mox hæc verba ſubiicit: *Et idem eſt in ſubexecutore, cui non poteſt committi aliquid, quod requirat cauſſæ cognitionem cum poteſtate aſſumendi officium iudicis, niſi ſit qualificatus, & ita concluſit Rota de menſe Nouemb. 1537. in vna Abulenſi coram R. P. D. Ioanne Mohedano.* Hactenus Gomeſius.

7 Non obſtat ſtylus Curiæ, ſecundum quem in proceſſibus, quos fulminatos appellant, tam ſententiarum, quam gratiarum per clauſulam. *Cæterum* in eis contentam deputantur ſubexecutores, non ſolùm conſtituti in dignitate & canonici: ſed etiam omnes alij clerici, etiam primę tonſuræ; immo & notarij & tabelliones quicumque. Non, inquam, is ſtylus obſtat, immo potius pro nobis facit. Primo in quantum ex eo colligitur nullam eſſe in hoc differentiam inter ſubexecutores gratiarum & ſententiarum: quandoquidem in omnibus eundem habet tenorem illa clauſula. At omnium conſenſu conſtat, per illam quoad ea, quæ iuriſdictionis ſunt, non poſſe deputari ſubexecutores ſententiarum, niſi qualificatos: quoad alia tamen ſic: cui conſequens eſt idem etiam dicendum eſſe in ſubexecutoribus gratiarum.

8 Secundo reſpondeo, quod in illa deputatione deputantur habentes dignitates & canonias cum non habentibus: & ideo ita debet intelligi, vt ea, quibus expediendis nudum miniſterium ſufficit, poſſint expediri, tam à qualificatis: quàm ab alijs: qualis eſt collatio & inductio in poſſeſsionem nullo contradicente. Ea verò, quibus expediendis neceſſaria eſt cauſſæ cognitio, vel iuriſdictionis exercitium, per qualificatos tantùm: qualia ſunt exceptionum admiſsio cum ſuper illis pronunciatione: qualis item monitio & excommunicationis prolatio.

9 Pro qua declaratione facit primo textus ille celebris in l. *plenum.* [a] qui probat, eadem verba ad diuerſos relata diuerſo modo ſecundum diuerſam eorum conditionem intelligenda. Probat enim quod legato equitij vſu duobus, quorum alter auriga eſt, & alter ſolitus certare in ludis Circenſibus, hic poterit equis vti in ludis: ille verò non, niſi in rebus aurigæ aptis. Facit ſecundo, quod ibi dicit Baldus legato lecto vxori intelligi de viduali ſecundum qualitatem ſuæ perſonæ. Ex quo ſequitur, quod legatis duobus lectis vxori & alteri alterius conditionis diuerſos eis lectos eſſe tradendos.

10 Facit tertio l. *ex militari.* [b] Per quam & quod ibi Baldus ait, probatur, quod ſi Papa concedat priuilegium Epiſcopo & alteri presbytero, vt tempore interdicti miſſare valeant, poterit Epiſcopus cum inſignibus pontificalibus: non autem alius presbyter. Faciunt quæ ſcribit Felinus, [c] & Andreas Siculus. [d] Facit 4. clementi. *exiui.* [e] quæ habet fratres Minores iurantes ſeruare regulã beati Franciſci teneri ſeruare conſilia pro conſilijs, & præcepta pro præceptis. Facit quinto, quod niſi ſic illam clauſulam interpretemur, oportebit concedere tabellionem laicum poſſe aſſumere iuriſdictionis articulum: quoniam quibuſcumque notarijs & tabellionibus ſit ſubcommiſsio, per quæ verba etiam tabelliones laicos intelligi tenet Felinus, [f] Guillermus, [g] & ſatis ſentit Rota. [h]

11 Et ne reſpondeas debiliter me inferre: quoniam laicus incapax eſt iuriſdictionis eccleſiaſticæ, cõſidera etiam clericum ſimplicem inhabilem eſſe delegationis Apoſtolicæ: quamuis non tantùm ac laicus. Facit ſexto pro hac neceſſaria & iuri conſonantiſsima interpretatione deciſio Rotæ, [i] quæ habet executionem quidem executorialium Romæ latarum quoad ea, quæ ſunt nudi miniſterij, poſſe fieri per quemcumque in illa clauſula: *Cæterum,* contentum: liquidationem tamen fructuum, & ea, quæ ſine cauſſæ cognitione fieri nequeunt non poſſe: quæ clarior interpretatio poteſt eſſe? Et hoc ipſum ſenſit Rota, ſi ſatis perpendatur in deciſione 369. [k] Rota itẽ in deciſione 99. [l] cuius verba ſupra retulimus, hoc expreſsius tenet.

12 Non obſtat ſecundo principaliter concluſioni noſtræ, conſuetudo, quam aliqui dicunt alicubi vigere: quoniam cap. *ſtatutum.* continet decretum irritans, vt patet in §. fin. contra quod nulla conſuetudo induci poteſt, per illud dictum Archidiaconi à Ioanne Andrea Dominico Peruſino & omnibus recepti. [m] Facit & Rochus [n] tradit. [o]

13 Non obſtat tertio deciſio Rotæ 7. [p] quæ habet omnes, vel maiorem partem dominorum Rotæ iudicaſſe proceſſum cuiuſdam executoris carentis qualitatibus cap. *ſtatutum.* valuiſſe. Nam, vt collector ibi ait in fine, Domini

a *Col. 2.*

b *Quæ in notis eſt 403. dubitatum. quæ in nouę rubricatis eſt 31. in nouis de reſcript.*

c *In d. e. ſtatutum. §. ita nullo. ſuper verſicul. in fin.*
d *In dec. 505.*
e *Cap. ex literis. de cõſtit. & c. in conſtit. de reiudic. & cap. quam grauẽ. de crimine fal.*
f *De offic. dele c*
g *Inſt. dudũ. de præſumpt.*

h *In dict. cap. ſtatutum. §. ita nullo.*

i *In illa deciſio. 403. in notis.*
k *Inq. 11. Caſtella Toloſ. an vnum.*

l *In ca. propoſuit. de conceſſ. præb. & latius in cap. quod de his. de ſent. excõ. in 203. an. c.*
m *In dec. 99. nota quod executor in antiquis, quæ in nõue rubricatis eſt 1. de offic. deleg. in antiquis.*
o *De reſcrip. lib. 6.*
p *In libr. de mand. de proui. nu. 136.*

officium iudicis, niſi ſit qualificatus, & ita concluſit Rota de menſe Nouemb. 1537. in vna Abulenſi coram R. P. D. Ioanne Mohedano. Hactenus Gomeſius.

7 Non obſtat ſtylus Curiæ, ſecundum quem in proceſſibus, quos fulminatos appellant, tam ſententiarum, quam gratiarum per clauſulam. *Cæterum* in eis contentam deputantur ſubexecutores, non ſolùm conſtituti in dignitate & canonici: ſed etiam omnes alij clerici, etiam primę tonſuræ; immo & notarij & tabelliones quicumque. Non, inquam, is ſtylus obſtat, immo potius pro nobis facit. Primo in quantum ex eo colligitur nullam eſſe in hoc differentiam inter ſubexecutores gratiarum & ſententiarum: quandoquidem in omnibus eundem habet tenorem illa clauſula. At omnium conſenſu conſtat, per illam quoad ea, quæ iuriſdictionis ſunt, non poſſe deputari ſubexecutores ſententiarum, niſi qualificatos: quoad alia tamen ſic: cui conſequens eſt idem etiam dicendum eſſe in ſubexecutoribus gratiarum.

8 Secundo reſpondeo, quod in illa deputatione deputantur habentes dignitates & canonias cum non habentibus: & ideo ita debet intelligi, vt ea, quibus expediendis nudum miniſterium ſufficit, poſſint expediri, tam à qualificatis: quàm ab alijs: qualis eſt collatio & inductio in poſſeſsionem nullo contradicente. Ea verò, quibus expediendis neceſſaria eſt cauſſæ cognitio, vel iuriſdictionis exercitium, per qualificatos tantùm: qualia ſunt exceptionum admiſsio cum ſuper illis pronunciatione: qualis item monitio & excommunicationis prolatio.

9 Pro qua declaratione facit primo textus ille celebris in l. *plenum.* [a] qui probat, eadem verba ad diuerſos relata diuerſo modo ſecundum diuerſam eorum conditionem intelligenda. Probat enim quod legato equitij vſu duobus, quorum alter auriga eſt, & alter ſolitus certare in ludis Circenſibus, hic poterit equis vti in ludis: ille verò non, niſi in rebus aurigæ aptis. Facit ſecundo, quod ibi dicit Baldus legato lecto vxori intelligi de viduali ſecundum qualitatem ſuæ perſonæ. Ex quo ſequitur, quod legatis duobus lectis vxori & alteri alterius conditionis diuerſos eis lectos eſſe tradendos.

10 Facit tertio l. *ex militari.* [b] Per quam & quod ibi Baldus ait, probatur, quod ſi Papa concedat priuilegium Epiſcopo & alteri presbytero, vt tempore interdicti miſſare valeant, poterit Epiſcopus cum inſignibus pontificalibus: non autem alius presbyter. Faciunt quæ ſcribit Felinus, [c] & Andreas Siculus. [d] Facit 4. clementi. *exiui.* [e] quæ habet fratres Minores iurantes ſeruare regulã beati Franciſci teneri ſeruare conſilia pro conſilijs, & præcepta pro præceptis. Facit quinto, quod niſi ſic illam clauſulam interpretemur, oportebit concedere tabellionem laicum poſſe aſſumere iuriſdictionis articulum: quoniam quibuſcumque notarijs & tabellionibus ſit ſubcommiſsio, per quæ verba etiam tabelliones laicos intelligi tenet Felinus, [f] Guillermus, [g] & ſatis ſentit Rota. [h]

11 Et ne reſpondeas debiliter me inferre: quoniam laicus incapax eſt iuriſdictionis eccleſiaſticæ, cõſidera etiam clericum ſimplicem inhabilem eſſe delegationis Apoſtolicæ: quamuis non tantùm ac laicus. Facit ſexto pro hac neceſſaria & iuri conſonantiſsima interpretatione deciſio Rotæ, [i] quæ habet executionem quidem executorialium Romæ latarum quoad ea, quæ ſunt nudi miniſterij, poſſe fieri per quemcumque in illa clauſula: *Cæterum,* contentum: liquidationem tamen fructuum, & ea, quæ ſine cauſſæ cognitione fieri nequeunt non poſſe: quæ clarior interpretatio poteſt eſſe? Et hoc ipſum ſenſit Rota, ſi ſatis perpendatur in deciſione 369. [k] Rota itẽ in deciſione 99. [l] cuius verba ſupra retulimus, hoc expreſsius tenet.

12 Non obſtat ſecundo principaliter concluſioni noſtræ, conſuetudo, quam aliqui dicunt alicubi vigere: quoniam cap. *ſtatutum.* continet decretum irritans, vt patet in §. fin. contra quod nulla conſuetudo induci poteſt, per illud dictum Archidiaconi à Ioanne Andrea Dominico Peruſino & omnibus recepti. [m] Facit & Rochus [n] tradit. [o]

13 Non obſtat tertio deciſio Rotæ 7. [p] quæ habet omnes, vel maiorem partem dominorum Rotæ iudicaſſe proceſſum cuiuſdam executoris carentis qualitatibus cap. *ſtatutum.* valuiſſe. Nam, vt collector ibi ait in fine, Domini

a *§. equitij. ff. de vſu & habit.*
b *ff. de milit. teſta.*
c *In cap. cum omnes. de conſtit. col. 17.*
d *In conſil. 5. clementiſſimi. n. 3. & conſil. 17. præclarè. n. 5. & conſil. 30. ſcribitur n. 5. in conſil. 39. clementiſſime. n. 9. pri. lib.*
e *Col. 3. de verbor. ſignific.*
f *In ca. fin. de præſumpt. col. penult.*
g *In gloſſ. extrauag. ſedes Apoſtolica. verbo, executores inter cõmunes. de offic. delegat.*
h *In deciſione 369. in nouis quæ in nouã rubricatis eſt 29. de reſcrip. in nouis.*
i *403. in notis, quæ in nouã rubricatis eſt 3. de reſcript. in nouis.*
k *In nouis quæ in nouã rubr. eſt 29. de reſcrip. & 302. in antiq. quæ eſt 31. de reſcr.*
l *Quæ nunc eſt 1. de offic. dele. nota quod exec. in antiq.*
m *In ca. cum de beneficio. de præb. lib. 6.*
n *In c. fin. de conſuetud.*
o *Col. 2.*
p *De reſcr. vtrum. in antiquior.*

Rotæ moti fuerunt quadam æquitate, quia primo notoria erat idoneitas, ſuper qua fuit proceſſus factus: neque pars eam negabat, vt collector ibi teſtatur, [a] & qui notoriè dignus eſt non debet examinari. [b] Secundo, Cancellaria dedit executorem, quem imperrans putabat eſſe idoneum. Tertio erat clericus pauper, neque vllus fuit contradictor: quæ in aliis caſibus, vt plurimum, non concurrunt: in noſtro autem nullatenus. Secundo reſpondeo contra illam deciſionem Rotæ, ſex alias eſſe, quas ſupra citaui: tres quidem in nouis, & tres in antiquis. Tertio, reſpondeo eandem deciſionem ſentire contrarium eſſe ſeruandum, quando æquitas prædicta ceſſaret: quoniam in poſtremis verbis, ad deciſiones alias duas ſe remittit, quæ contrarium tenent. Eodem modo reſponderi poteſt ad deciſionem 7. [c] quæ de eodem negotio per eadem ferè verba loquitur.

14 Non obſtat quarto, quod recentior quidam vir alioqui doctiſsimus in illo cap. *ſtatutum.* [d] ait, illam deciſionem Rotæ, [e] procedere, quando à principio executores gratiæ non deputantur cum clauſula: *Vocatis vocandis,* quia primo ibi cogitandum ait ſuper ſuis dictis. Secundo, quod in omnibus executorum deputationibus ſubintelligitur clauſula: *Vocatis vocandis,* quoad ea, in quibus cum cauſſæ cognitione procedere, vel debent, vel volent, iuxta ea, quæ in ſequenti nullitatis cauſſa dicemus: & iuxta ea, quæ ipſemet dixit in tractat. de mandat. de proui. [f] & ita omnes tacitè vel expreſsè cum illa clauſula dari videntur iuxta l. 3. [g] Tertio reſpondeo, quod trepidatio illius viri docti & aliorum, qui clauſulam illam: *Cæterum,* inſpiciunt, manat ex eo fortè, quod non ſatis aduertunt, quod nos aduertimus: ſcilicet verba eadem ad diuerſos diuerſæ conditionis homines relata diuerſo modo intelligenda eſſe. Quarto reſpondeo ipſummet in tractat. de mandat. de proui. [h] pro nobis determinaſſe, quod cogitandum in illo cap. *ſtatutum.* reliquerat, vt ſuperius eſt dictum.

Non obſtat quinto auctoritas aliquot ſcriptorum. Nam Oldradus, [i] licet attenta priori ſolutione, quam dat obiectioni ſecundæ, id videatur ſentire: attenta tamen poſteriori ſolutione eadẽmque vltima, contrarium videtur tenere. Sed neque contra nos eſt Petrus Rebuffus, [k] qui ait ſtylum Curiæ pro nobis eſſe. Sed etiam dictum Felini, [l] ad meros executores referri poteſt: ne contradicat his, quę dixit in cap. *de cætero.* [m] Sed & illa gloſſa Guillermi de Monte Lauduno, [n] quæ dedit occaſionem tenendi contrariam partem aliquibus, nõ obſtat. Quoniam primo ait, ſe quidem cernere id fieri, at quo iure fiat, non videre. Secundo, quod ratio principalis, qua nititur vir alioqui doctiſsimus, falſa eſt, ait enim ideo executorum non habentium qualitates d. c. *ſtatutum.* proceſſum valere: quia pars contra quam proceditur, conſentit: & pars, contra quam impetratur reſcriptum, renunciare poteſt, cap. *ſtatutum.*

15 Hoc enim falſum eſt, quoad qualitates perſonarum delegandarum: licet verum ſit, quoad loca in quibus eſt cognoſcendum, quod expreſsè affirmat gloſſa recepta omnibus, [o] quia illud principium non tam in partium fauorem, quàm ſedis Apoſtolicæ honorem conſtitutum fuit.

16 Non obſtat ſexto illa Petri, Dominici & Peruſini opinio, quam ſequuntur Stephanus, [p] & aliquot alij, ſcilicet quod quamuis executores gratiarum debeant habere qualitates cap. *ſtatutum.* aut ſuperſedere negotio, quando partes iudicis aſſumere tenentur: non tamen quando ſponte ac voluntariè aſſumunt. Pro quibus facit illa theoria, quæ habet: Quę non ſunt actui neceſſaria, ſi adhibeantur inutiliter, regulariter eum non vitiare.

17 Inter cuius theoriæ multa exempla, hoc quoque poſuit Felinus, [q] pro qua eſt textus in l. 1. in princip. [r] & ca. *bonæ. 2.* de electio, & clementina *Sæpe.* [s] Facit gloſſa magna ſub finem, [t] vnde Innocentius, [v] dixit inſtrumentum habens alioqui neceſſaria, quo ſit authenticum, non vitiari ex eo, quod ſigillum, habeat corruptum, vel illud amiſerit. Facit item, quod eorum propoſitum non eſt negare, quod malè facit executor qualitatibus illis carens, vtendo iuriſdictione etiam eo caſu, quo illa non eſt neceſſaria: ſed quo actus ſic perfectus valeat per theoriam ſupradictam. Non, inquam, opinio prædicta obſtat

a *Col 2.*
b *Ca. nullus. 24. diſtin.*

c *Tit. de reſcrip. in antiquioribus.*
d *De reſcrip. lib. 6. nu. 77.*
e *305.*

f *Nume. 136.*

g *ff de log. 1. cap ſignificaſti. de elect.*

h *Num. 136.*

i *In cõſil. 295. Orta.*

k *In Cõcord. ſuper forma litterarum executor. in princip.*
l *In ca. poſtulaſti. col. 2. de reſcriptis.*
m *Col. 3. de reiudic.*
n *In extrauag. ſedes Apoſtolica. de offic. deleg. inter cõmunes, verbo, executores. poſt medium,*
o *In princip. illius ca. uerũ. cõmittantur.*

p *Ad Capel. Tholo. deciſ. 103.*

q *In cap. cum ordinem. nu. 3. ſupra eod.*
r *C. de rei vxor. actio. & l. 3 ff. de milit. teſt.*
s *De verb. ſignific.*
t *In l. vinum ff. ſi cert. pet.*
v *In ca. inter dilectos. de fid. inſtrum. in verb. publ.*

nobis. Quia primo in noſtro caſu neceſſarium erat partes iudicis aſſumere, vt in ſequenti nullitatis cauſsa oſtendam. Secundo, quod nos non diſputamus hic, an actus, qui ſine vllo iuriſdictionis vſu factus valeret, pereat & mutilis omnino fiat, ſi per iuriſdictionis vſurpationem illiciter conficiatur: ſed ſolùm contendimus, actum illum, qui ſine iuriſdictione confici non poteſt, fieri non poſſe à commiſſario Papæ non habente qualitates, cap. *ſtatutum.* Tertio ideo non obſtat: quia illa theoria Felini, qua videtur opinio prędicta probari, malè huic propoſito applicatur: quoniam proceſsus iudicialis licet frequenter non ſit neceſſarius in executore: non tamen eſt ſuperfluus & inutilis. Quoniam, vt eleganter ait Innocentius, [a] actus, quem executor iudicialiter facit, niſi appelletur intra decem dies, præiudicat: non autem actus extraiudicialis, quem ſequitur etiam Cardinalis. [b] Quarto ideo non obſtat illa opinio: quia neceſsariò reſtringenda eſt, procedere tantum in eo actu, qui valuiſset etiam ſine vllo iuriſdictionis vſu, qualis eſt collatio, vel in poſſeſsionem rei vacuæ miſsio, citata parte aduerſa ex ſuperabundanti: non autem procedit in actu, qui ex iuriſdictionis vſu pendet: qualis eſt excommunicatio, vel pœnæ impoſitio, quæ ſine iuriſdictione fieri non poſſe efficaciter probabitur infra. [c]

19 Ex his infertur primo ratio ſtyli Curiæ, quæ habet quidem, vt executores gratiarum non deputentur, niſi qui habent qualitates per cap. *ſtatutum.* requiſitas: ſubexecutores verò ſic. Quoniam idem ſtylus habet, vt executores ſtatim faciant proceſſum, quem vocant fulminatum, in quo quia excommunicationes, ſuſpenſiones, & interdicta proferuntur, & hæc fieri non poſſunt ſine iuriſdictione, & ea vti nequeunt, niſi qui habet illas qualitates: ideo tales deputantur executores. At quia proceſsus fulminati multa, & ferè omnia ſunt talia, quæ iuriſdictionem non exigunt: & quandoque mora multum poſſet obeſse ad acquirendam poſſeſsionem, ſi oporteret adire habentes Canonias vel dignitates, ideo tam eis, quàm alijs quibuſcumque etiam laicis rabellionibus executio committitur: ſic tamen intelligenda, vt vnicuique videantur commiſsa, quorum ille fuerit capax: non autem alia.

20 Secundo infertur eum, qui non habet dignitatem vel canoniam non poſſe vti clauſula illa: *Contradictores eccleſiaſtica cenſura compellendo*: quamuis notam facere, & intimare poſsit excommunicationem in proceſſu fulminato contentam ſub eadem dilatione, quę in eo continetur: quia hoc eſt meræ ſubexequi vices executoris principalis: illud autem agere iudicem, & vti iuriſdictione.

21 Et quod excommunicare non poſsit executor Apoſtolicus, ſaltem in ſpecie ac nominatim, ſi non habet illas qualitates, affirmat Collectarius, [d] qui rem hanc alijs omnibus perpendiſſe videtur, & inueſtigaſſe, vt ex ipſius ſcriptis ibi apparet.

22 Facit, quod ideo in regno Franciæ non excommunicant meri executores: quia non permittuntur aſsumere partes iudicis: etiam ſi ſint in dignitate conſtituti: vt teſtatur Petrus Rebuffus, [e] quod tamen an iure fiat, non dicitur in præſenti.

23 Tertio infertur ratio, quare Archidiaconus dixit, [f] non eſſe locum illi cap. in executoribus gratiarum: quoniam id ſolùm de meris intelligebat, & illi qui non aſſumunt partes iudicis. ait enim ad eos non pertinere citare, ſed ſolum inſinuare, & notificare: ex qua facilè colligas, cum ſi fuiſſet interrogatus, quid de executoribus, qui vel debent, vel volunt iuriſdictionem aſſumere, reſponſurum fuiſſe in eis locum ſibi vendicare. Hanc Archidiaconi ſententiam malè intellectam & clauſulam, *Cæterum* peius perpenſam in cauſſa fuiſſe arbitror, quare aliquot Doctores in hac materia, vel erraruntt, vel ſe confuderunt.

24 Quarto infertur manifeſta ratio, quare articulus cauſſæ, qui ſine iuriſdictione poteſt expediri, delegatur non habenti qualitates d. cap. *ſtatutum.* iuxta gloſſam. [g]

Quinto infertur, hunc, de quo loquimur, ſubexecutorem non potuiſſe partes iudicis in caſu propoſito, in quo maximè id erat neceſſum, aſſumere, quas tamen aſſumpſit. Quia primo is iudici præfati E. iuſsit, vt à cauſſæ huius cognitione ſe abſtineret intra tres dies ſub excommunicationis & quingentorum ducatorum pœna, ferendo illam

a *In cap. fin. de præſumpt. nu. 2.*
b *Conſil. 140. reidem pleris. col. 2.*

c *Coroll. 5. & in quarta nullitatis cauſſa.*

d *In ca. quod dubis. de ſenten. excom.*

c *In Cõcord. ti. de form. liter. exec. uer. cõtradictores.*
f *In cap. ſtatutum. col. 10.*

g *In princip. illius verb. cauſſæ, & in § nullo. verb. vices omnib⁹ receptas.*

in scriptis, si non pareret, sub qua etiam pœna tam capitulo, quam præfato E. quædam alia iussit. Ar constat ea non posse fieri, nisi per iudicem, vt mox, [a] ac postea in quarta nullitatis causla dicam. Ergo qui hæc fecit executor, partes iudicis assumere tentauit.

25 Sexto infertur, hunc subexecutorem non potuisse ferre excommunicationem, & alias censuras, quas parum modestè tulit, quia ipse non erat capax iurisdictionis contentiosæ: per prædicta, & excommunicare, ad iurisdictionem pertinet contentiosam, quia primo non debet sine causlæ cognitione ferri: & fertur in inuitum, [b] immo est meri imperij, secundum Innocentium, [c] & Speculatorem, [d] & Panormitanum. [e]

26 Neque obstat, quod Iason, [f] dixerit, eam esse simplicis iurisdictionis, quando fertur ad partis instantiam: tum quia id primo nil nobis obstat, quia satis est proposito nostro excommunicationem ad iurisdictionem saltem simplicem pertinere: tum quia magnis viribus coputat Iasonem ibi doctissimus Gaspar. [g] concludens tunc esse saltem mixti imperij. Secundo quod excommunicatio ad iurisdictionem pertineat contentiosam, facit quod ipsa dicunt tantùm à iudicibus excommunicationem esse ferendam, vt in cap. 1. [h] vbi textus reperit verbum *iudex*, ad idem cap. *quæsenti*. [i] & in c. *Archidiaconus*. [k]

27 Tertio facit, quod Panormitanus, [l] concludit non posse parochum simplicem excommunicare, nisi consuetudine quæsisset iurisdictionem ad id faciendum; quod etiam tenuit glossa memorabilis, [m] vbi eum vterque Cardinalis probat, & idem tenet S. Thomas cum communi, & præsertim Paludanus, [n] & hoc non alia ratione: nisi quia iure communi nullam habet iurisdictionem parochus.

28 Septimo infertur hunc subexecutorem non potuisse iubere alicui quidquam sub quingentorum ducatorum fisco Apostolico applicandorum pœna: quia is non poterat assumere iudicis partes: at pœnæ pecuniariæ impositio ad iurisdictionem pertinet. Quoniam primo licet controuertatur, * an illa sit meri, an mixti imperij, vel simplicis iurisdictionis: omnium tamen vna est conclusio, eam ad iurisdictionem pertinere, & non posse imponi, nisi ab illam habente, iuxta illud Innocentij, [o] in hæc verba loquentis: *Aliæ vniuersitates non possunt pœnam adiicere suo statuto, cum nullam iurisdictionem habeant ipsæ vniuersitates, & pœnas imponere pertineat ad iurisdictionem.* Innocentium autem sequuntur omnes, [p] teste Felino, [q] & Iasone, [r] Quia pœnæ pecuniariæ impositio propter delictum ad eum tantùm pertinet, qui habet iurisdictionem, quoniam pertinet ad merum imperium sexti gradus, vt luculenter resolut prædictus dominus Gaspar. [s] quamuis, vt is subdit, cum pœna est applicanda parti, officio nobili, ad mixtum imperium pertineat, & quando est applicanda parti officio mercenario, ad simplicem iurisdictionem. Cum igitur merus executor nullum habeat imperium, nullam habeat iurisdictionem, sed nudam facti executionem: consequens est, cum posse quidem pœnas illius iudicis, qui cum deputauit notas facere, ac impositas esse intimare: nouas autem nõ adiicere. Vnde si eam adiicit, aut nil agit, aut partes iudicis assumere conuincitur. Cùm igitur is partes iudicis assumere nequeat propter defectum qualitatum cap. *statutum*. consequens est in omnem euentum eius censuras, & pœnas, & totum processum, quatenus illas tulit, esse ipso iure nulla.

* An illa sit meri aut mixti imperij. *Merum & mixtum imperium quid sit apud iurisconsultos non satis conuenit sed ex Vlpiano in l. Imperium ff. de iur. dict. omnium iud. imperium merum dicitur habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines ex quo colligitur imperium merum esse in sola animaduersione mixtum autem imperium ex ea animaduersione & iurisdictione componatur, quando scilicet seruata dictione iuris, seu ex legum tenore, & ordine iudiciorum sit animaduersio. Alij dicunt merum imperium versari circa negotia quæ versantur circa personas, mixtam circa alia. Hac Petrus Gregorius lib. 47. syntag. cap. 13. qui sic concludit. Arbitror merum imperium quod est habere gladij potestatem à mixto differre vel maxime, quia sine iurisdictione possit merum dari, at mixtum non sit nisi cum ea: & quod non competat merum imperium nisi ex concessione speciali, à lege vel principe facta & ita mandata iurisdictione imperium quod est merum non videtur mandari.*

Hanc autem secundam nullitatis causlam non obesse censuris pro præfato C. latis, palam est, quoniam qui eas tulit, & si non habet quantùm sui generis splendor & animi candor meretur dignitatem: habet tamen decanatum, quæ prima est post pontificalem dignitas in Ecclesia Silucnsi, & alium Archidiaconatum: quæ satis superque sunt per d. cap. *statutum*.

Hanc nullitatis causlam ideo tam latè, & minutatim in honorem & decus sanctæ sedis Apostolicæ discussi, quod toto tempore, quo Salmanticæ prælegi, & quo etiam Conimbricæ, donec præfata causla occuuisset grauissimè, & in magnum dedecus eiusdem sanctæ Sedis in tota ferè Hispania, & maximè in Lusitania, circa hoc errabatur, & magna scandala oriebantur. quæ, gratia Dei, post hanc prælectionem à multis auidè lectam cessare cœperunt, intellecta germanè ac plenè clausula præfata, clausulæ, *Cæterum*, quæ litteris executorialibus, & processibus gratiarum fulminatis passim apponitur: & à nullis vel paucis, neque à meipso ante hanc prælectionem satis intelligebatur.

TERTIA CAVSSA NVLLITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Executor gratiæ quando tenetur agere iudicem.*
2 *Beneficium possessum confertur, sed non traditur sine cognitione.*
3 *Possessor bis vocandus antequam expellatur.*
4 *Executor vt non potest tradere beneficium possessum.*
5 *Excommunicatio lata in possessorem ab executore quæ nulla.*
6 *Executionem per abruptam sine cognitione contra possessorem factam, perdit ius eius pro quo facta fuit.*

1 TErtia nullitatis causla est, quod is assertus iudex processit, vt merus executor, contra eum qui possidebat, sine vlla causlæ cognitione, quod non potuit facere. Quoniam licet executores & subexecutores gratiarum Apostolicarum, possint plurimum, si velint, sine causlæ cognitione procedere, secundum glossam magnam circa medium clement. 1. [a] & glossam Zenzelini in extrauagantem *sedes Apostolica*. Ioannis xxij. [b] & glossam quæ latius loquitur Guillermi in eamdem extrauagantem, [c] quod est originale dictum Innocentij, [d] quando tamen exequi volunt contra eum, qui est in possessione, tenentur assumere partes iudicis, & procedere cum causlæ cognitione.

2 Pro qua exceptione primo videtur texrus ille celebris in cap. *licet episcopus*. [e] quod habet beneficium vacans ab aliquo possessum, posse quidem conferri ab ordinario, non vocato possessore possessionem tamen non posse tolli ab eo, antequam audiatur. Si ergo ordinarius, cuius potestas fauorabilis est & amplianda, iuxta glossam solemnem & receptam, hoc non potest facere, multo minus delegatus, cuius potestas odiosa est & restringenda. [g] Quæ ratio est Cardinalis. [h]

3 Secundo facit, quod non est principis propositum, vt quis à sua possessione amoueatur sine causlæ cognitione. [i]

4 Tertio facit, quod hæc conclusio in specie est Innocentij, [k] qui hæc, quæ sequuntur, ait: *Executorem quidem non solum de beneficio iure ac facto vacante prouidere posse, vel prouidere mandare: sed etiam de vacante iure tantùm, sed antequam possessionem tradat, debere summatim possessorem audire. Et si inuenerit eum malè tenere, iubebit & coget eum facto dimittere, si-*

a *De offi. delleg.*
b *De concess. prab. in verb. executores.*
c *Eod. verb. de offic. deleg. inter commu nes.*
d *In ea. fin. de præsumpt. in ea. propositi. de concess. præbend.*
e *De præb. li. 6.*
f *Clem. 2. de offic. ordin.*
g *Ca. ad hæc. cap. nonnulli. in princip. §. 1. de rescript. & cap. P. & G. de offic. deleg.*
h *Consil. 103. casus super quo. num. 21.*
i *Leg. fin. Co. si per vim, vel alio modo. capit. 1. de caussa poss. & propriet.*
k *In c. propositi. col. 2. de concess. præb.*
l *De concess. præb.*
m *§. fin super.*

præbendam

præbendam conferre non vocatis his, quorum interest: tamen nullo modo debet auferre possessionem alicui, nisi vocato & conuicto possessore: nec etiam aliàs statum possessionis mutare. C. si per vim vel alio modo. l. fin. nisi primo collationem fecisset partibus vocatis, & cum caussæ cognitione: quia tunc non esset opus magna caussæ cognitione in danda possessione. Hactenus Innocentius quem audis dicere executorem non solùm non posse tollere possessionem: sed neque illius statum mutare. Audis item eum dicere, etiam post latam sententiam citandum esse possessorem, antequam illa executioni mandetur. Audi nunc eundem Innocentium, [a] in hæc verba loquentem: *Executor Papæ merus sine vlla cognitione non posset alicui, etiam partibus, vim inferre, nec de possessione aliquã partium extrahere.* Et paulo inferius subdit: *Immo plus videtur, quod si viator, siue merus executor inueniat rem, vel Ecclesiam, cuius possessionem dare debet, sine vllo præsente possessore, ita quod sine vlla violentia dare potest possessionem: tamen eam dare non debet, nisi ille, qui eam tenet de facto primo eam resignet, vel verbo, vel auctoritate iudicis inde pellatur: & sic intelliguntur decreta præallegata.* [b]

5 Quam conclusionem Innocentij sequitur Oldradus, [c] qui prædictis ea verba addit: *Et ideo sententia excommunicationis etiam nominatim in eum, qui est in possessione lata non tenuit: cum executores non habuerint in eum potestatẽ, nisi indebitè contradiceret. Ipse autem nolens possessionem sine cognitione dimittere, non indebitè contradixit, vt notant Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, Calderinus, & Archidiaconus.* [d] Hæc Oldradus quem audis dicere censuras etiam nominatim in possidentem latas non tenere.

6 Idem tenet ipsemet Oldradus, [e] cuius verba sunt: *Quamuis merus executor posit ad collationem procedere parte non vocata, tamen ad missionem in possessionem non procederet, nisi parte vocata, vt extra de præben. cap. licet. lib. 6.* Et paulo inferius. *Nunquam autem siue possessor colorem habeat possidendi, siue non, amouebitur à sua possessione, sine caussa cognitione, vt 16. q. 4. volumus.* Idem consuluit Cardinalis. [f] Cui consentit etiam Imolensis, [g] dicens glossam clementinæ illius, quæ habet executorem non teneri ad partes iudicis assumendas, procedere quando possessio est vacua, vel tantùm ad collationem vult procedere: secus autem si etiam possessionem ab alio occuparam velit tradere. Idem Petrus ab Ancharano, [h] qui prædictis addit, eum in cuius fauorem talis executio sine causlæ cognitione fieret, priuati omni iure suo, per l. *meminerint*, [i] idem sentit alibi. [k] Hoc tenet & Felinus, [l] affirmans executorẽ gratiæ debere assumere partes iudicis, & prætermittere meram executionẽ, quoties alius est in possessione: etiamsi sit iniustus detentor, vel intrusus, vel etiam priuatus ipso iure, vbi allegat etiã Calderinum, quod [m] affirmat hoc de illicito possessore & intruso: nec conclusio hæc habet, vllum contradictorem. Nam & Vitalis, [n] pulcherrimè sic loquitur: *Executor in conferendo non tenetur citare partem, vt dicit Archidiaconus,* [o] *sed in amouendo à possessione sic, vt in cap.* licet, [p] *sicut prætor non citato possessore confert bonorum possessionem decretalem, vt notatur in l. 4.* [q] *tamen bonorũ possessionem corporalem non dat, nisi citato bonorum possessore, vt plene notatur in l. 1. C. quorum bonorum.* Facit l. *edicto*. [r] Denique hanc conclusionem in specie tenuerunt Hostiensis, Archidiaconus, Ioannes Andreas, Dominicus, & Perusinus, Innocentium ibi secuti. [s]

a *Ca. cum olim. 2. de priuileg. num. 2.*
b *Cap. quia diuersitatẽ. c. cum nostris. & c. litteras.*
c *Consil. 81. quod processum. num. 7.*
d *De concess. præb. ea. quia in ciuitate. li. 6.*
e *Consil. 227. de toto nu. 3.*
f *Consil. 63. n. 2. & expressius in consil. 75. Reuerendo de pæter. & in consil. 54. li. 2. n. 4. & in consil. 20. idem tenet etiam in consil. 103. casus super quo. n. 21. & in clem. 1. q. 9. de offic. deleg.*
g *Ibi. n. 38. & fusius. n. 47.*
h *Consil. 240. per prædicta. num. 3.*
i *C. unde vi.*
k *Consil. 274. ad declarationem.*
l *In c. fin. col. 7. de præsum. in 6. consil. 4. de dilat.*
m *In lib. claus solarii, clausula 31. si tibi constiterit. col. 2.*
n *In c. ordinarij. de offic. ordin.*
o *De præb. li. 6.*
p *§. penult. ff. de bonor. possess.*
q *§. 1. C. de edicto Diui Adr. tollend.*
r *In c. 1. de cõcess. præb. li. 6.*

QVARTA CAVSSA NVLLITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Executor merus terminum figere non potest ad excommunicandum nouæ excommunicatione eum, qui non paruerit.*
2 *Dilatio citatoria & deliberatoria non requirunt cognitionem.*
3 *Ordinarius in casu huius cap. cum contingat, terminum præfigit ad sibi parendũ: non autem ad pumendũ nec parentem.*

1 QVarta nullitatis causla est, quod prædictus subexecutor assertus excesit fines executionis suæ, dum terminum, siue dilationem quindecim horarum præfixit, excommunicando ex tunc non parentem. Quia is merus executor erat, & vt talis procedebat ipse id protestans ac dicens, se vim meræ executionis eligere, vt ex eius iniustis præceptis appareret: at huiusmodi terminum præfigere non ad meram, sed ad mixtam executionem. quę cum iurisdictione fieri debet, pertinet. quia concessio vel denegatio dilationis cum causlæ cognitione debet fieri, iuxta l. 1. [a] Aptior textus in l. *à procedente*. [b]

2 Scio præfatum C. respondere posse iura hęc intelligenda esse de dilatione, quę datur ad testes producendos & alia, quę ad causlam pertinent instruenda: non autem de citatoria secundum Innocentium hic [c] quem Ioannes Andreas, Imolensis & communis sequuntur. Et glossa, [d] commendata per Felinum, [e] sentit nonnũquam terminum præfigi, etiam ab eo, qui nulla iurisdictione vtitur, & Innocentius, [f] ait dilationes citatorias, & deliberatorias sine causlę cognitione dari posse: & hęc dilatio quindecim horarum deliberatoria posse dici videtur. Sed ne videatur præfatus C. per hanc responsionem satisfaceresse: considera aduersarium eius E. nõ agere de simplici huius termini præfixione, sed de illa, qua præfigitur ad effectum excommunicandi, & alia pœna graui pecuniaria multandi non parentem, ex tempore dilationis concessłæ excommunicando, & condemnando illum, si non pareret intra illam dilationem: quod si cõsideres, facilè dices eum iurisdictione vti voluisse. Quando quidem sententia excommunicationis sine iurisdictione ferri non potest, vt tenet Panormitanus; [g] & supra in secunda causla nullitatis. [h] latè comprobatum est.

3 Ex quo infertur, quod licet quoad alios effectus alij, qui non sunt iudices, terminum præfigere possint ad effectum tamen infligendi nouã excommunicationem, nemo potest terminũ præfigere, nisi iudex. Pro quo facit quod Hostiensis, [i] quem Ioannes Andreas Imolensis & communis sequuntur, air, quòd licet in casu nostri cap. ordinarius iubere possit iudicibus delegaris & partibus, vt ei exhibeant litteras, super quibus concertatur: & licet illi, si non paruerint, inobedientię crimen incurrant: non tamen eos ob hoc poterit excommunicare, vel aliter castigare; quia extraiudicialiter procedit, & sine iurisdictione. Facit ad hoc, quod merus executor in quantũ huiusmodi, eriã de facto contradicentem non excommunicat. secundũ Petrũ Rebuffum. [k]

a *C. de dilat.*
b *C. eod. l. q. 3. ea. inducitur. §. spatium.*
c *Num. 4. din verb. præ ceptum.*
d *In c. fin. col. 2. de dilat. in prine.*
e *In c. præterea. de dilat.*
f *In c. præterea. de dilat. in prine.*
g *In c. si sacerdos nu. 10. de offic. ordin.*
h *Covell. 6.*
i *In præsenti.*
k *In Concordat. sit. de forma litterar. execut. in glo. contradicentes.*

QVINTA CAVSSA NVLLITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio nimium brevis grauat, quis autem sit eiusmodi arbitrio iudicis relinquitur.*
2 *Executor nimium festinans grauat, etiamsi sit merus.*
3 *Excommunicationẽ præcedat canonica monitio, & ea qualis est.*
4 *Excommunicatio, pro futura culpa non requirit monitionem, quæ vero pro præterita sic, etiam si ea fuerit notoria.*
5 *Excommunicatio quæ pro culpa futura fieri dicitur.*
6 *Excommunicatio sine monitione lata iniusta quidem est: sed valida, etiamsi à delegato feratur.*
7 *Sententia delegati non ideo nulla, quia iniusta.*
8 *Excommunicatio delegati sine monitione lata, nulla, cum potestas excommunicandi, cum ea restrictione delegata fuit.*
9 *Executorium mandatum in vim citationis resolui tunc, quando in eo permittitur parti delegatio & defensio.*

1 QVinta nullitatis caussa est, quod is subexecutor quando notificauit E. litteras suas asserras nimis breuem terminum præfixit. Quoniam solas quindecim horas pro termino peremptorio præstituit, & non cuiuscumque diei, sed Dominici. Nam licet monitio antea fuisset facta: litterarum tamen copia & exemplar, quæ cum monitione subexecutor tradi iubebat die dominico fuerunt tradita; neque quacumque hora illius: sed ante meridiem, instante decima, posteaquam præfatus E. non solùm missauit, sed eriam sacrosanctissimum altaris sacramẽtum licet indignis manibus de more societatis, siue confratriæ ipsius in publica supplicatione, siue processione portauit, neque quocumque loco: sed prope chorum Ecclesiæ, cum descenderet ad concionem publicam & missam maiorem audiendam.

2 Quis te rogo adeo ferus, vel ferreus est, & ab humanitate alienus, qui non arbitretur, hunc terminum homini

seni, & lasso nimis breuem esse, ad legendas litteras Apostolicas, tam gratiosas, quàm executorias, & processum super his fulminatum, & eorum omnium exemplar siue copiam cum exemplari conferendum: & deinde deliberandum, an relinquere debeat nec ne possessionem talis Cantoriæ, viginti & eo amplius diebus pacificè continuatam? Cùm interim oporteret eum prandere, & paru quiescere, & doctum aliquem in propria causa consulere, quamuis ipse pro mediocriter docto haberetur, ne quid temere, vel contra se, vel contra præfatum C. ageret. At quæ dilatio sit nimis breuis arbitrio boni viri relinquitur, secundum Innocentium receptū per omnes. [a] Facit quòd executor principalis præstituit spatium sex dierum in clausula, *Caterum*, processus fulminati ad ea, quæ sunt multo minora, vt palam est eam legenti.

3 Tertio facit, quòd executor etiam merus nimium festinans grauat, secundum Innocentium. [b] Quarto facit, quod excommunicationem debet canonica monitio præcedere. [c] Canonicam vero monitionem, quæ excommunicationem præcedere debet, interuallum aliquot dierum continere oportet. cap. *constitutionem*. [d] vbi Ioannes, Andreas Dominicus Perusinus addunt, illud deberi esse sistrem duorum, argum. regulæ, *pluralis*, [e] & l. *vbi numerus*. [f]

Non obstat primo dicere, quod illud fallit, quando facti necessitas aliter illud suadet moderandum, vt finis illius cap. *continet*. Nam tunc etiam sine vlla monitione præcedente excommunicatio ferri posset, secundum Hostiensem, [g] quem sequitur Dominicus, [h] & est glossa memorabilis, quam sequitur Ioannes Andreas, Dominicus & Perusinus. [i] Non, inquam, iuuat hoc dicere, quoniam hic nullū periculū erat in mora. iam enim præfatus E. prædictā Cantoriā multo tēpore continuo possedit, siue bene siue male. vnde duorū dierū possessio vlterior nihil iuris deme bat præfato C. neq; addebat præfato E. quocūq; interdicto agendū esset, vt palā est cuiq; vel mediocriter docto.

4 Non obstat secundo, respondere quod capitula illa, *sacro*, & *constitutionem*, [k] qua parte monitionem exigunt, non habēt locum quando excommunicatio pro futuris culpis profertur, secundum Innocentium, [l] quem nescio, quare non citauit ibi Felinus qui hoc tenet, [m] cum tamen ad hoc nō sine laude citet Ioannē Andreā. [n] Non, inquam, hoc obstat. Quoniam in casu proposito pro præterita culpa excommunicatio ferebatur, ea scilicet de causa, quod præfatus E. possidendo Cantoriam molestabat præfatum C. & ita monebat, vt desisteret à culpa præterita. Et si vrgeas non desistere à molestatione præterita quiddam futurum esse, respondeo, quod si hoc modo culpam futuram consideres, oportebit, te dicere omnem excommunicationem pro futura culpa ferri. Nemo enim pro delicto præterito debet excommunicari, nisi moneatur prius desistere & non desistat, secundum glossam memorabilem & receptam, [o] etiam si delictum notorium esset. quod eleganter concludit Panormitanus, [p] quem Perusinus & Præpositus cum Decio pulcherrimè respondente illi textui sequuntur.

5 Tunc ergo dicitur ferri excommunicatio pro culpa futura, quando nondum illa præcessit, & quando non monetur quis desistere ab ea culpa, quam iam admisit, vel admittit; sed fertur ob eam, quæ omnino futura est, culpam. Vt quando qui aliquod debitum contrahit, consentit, vt eum iudex ab eo tempore excommunicet, nisi intra illum vel illum terminum soluerit, iuxta mentem Innocentij & Hostiensis quam pulchrè ibi declarat Imolensis, [q] Aliud exemplum quotidianum ponit Lapus. [r]

6 Ex quibus omnibus colligitur nimis breuem terminū præfixum fuisse præfato E. à subexecutore præfati C. fateor tamen ex hoc solo capite censuras ab eo latas non posse iudicari nullas. Quoniam licet excommunicatio ferri non debeat, nisi canonica & competente monitione præmissa: si tamē ferantur tener, licet iniusta sit, vt est in d. cap. *sacro*. [s] & glossa 2, illius cap. & glossa 2. q. 1. [t] & in cap. 1. [v] & in c. *Romana*. [x] & Panormit. [y] & latè in ca. *illud*. [z]

7 Neque obstat primo dicere, quod licet regulariter sententia excommunicationis siue competēti monitione lata teneat: tamen fallit, quando illa fertur à delegato, secundum decisionem Rotæ, [a] quam sequitur Felinus, [b] & ante illum Nicolaus Milliis. [a] Non inquam hoc obstat, quoniam illa opinio Domini Felini non videtur tenenda: quia primo nullum habet firmum fundamentum. Nam si quod haberet, maximè esset illud Cardinalis Ottonis, quod Hostiensis & aliquot alij approbant, [b] scilicet sententiam omnis iudicis delegati, aut iustam esse, aut nullā, eo quod intētio delegantis sit, vt rectè ac rite procedatur: illud autem Ottonis dictū ab omnibus ferè iam explosum est, vt post Cardinalem Panormitanum & Imolensem nos quoque anno superiore tradidimus, [c] vt ibi potest videre, qui volet. Et ita cōtrariā sententiam decisioni Rotæ prædictæ affirmat collector decisionū antiq. [d] Et tenet Panormitanus post Innocent. [e] & Ludouicus Romanus, [f] quod ipsum etiā sibi cōtrarius tenet Felinus, [g] & Decius. [h]

8 Non obstat secundo dicere, quod opinio illa Rotę, i vera videtur, quando delegata fuisset potestas excommunicandi sic restricta, vt monitione prœuia id faceret. Quia tunc nulla esset, tanquam contra formam delegationis lata, arg. *cum dilecta*. [k] & cap. *Pisanis*. [l] iuxta declarationem Dominici, [m] non inquam, hoc obstat. Quoniam neque executoribus gratiæ huius Papa, neque executor subexecutoribus eam clausulam & restrictionem adiecit, vt literis desuper confectis pateat, quibus consequens est hanc solam nullitatis causam non sufficere, quò excommunicatio & censuræ ab hoc subexecutore latę sint nullę. Quāquam si ei adiunxeris illam fuisse latam in monitorio executorio sine causæ cognitione, & sine clausula iustificatiua. *Si te senseris grauatum*, &c. satis superque sufficit, vt infra in octaua nullitatis causa probabitur. Quamuis item hæc sola quinta nullitatis causa non sufficiat ad concludendum censuras has esse nullas: sufficit tamen ad probandū, quod per eiusmodi monitionis canonicæ commissionem, & termini breuissimi oppositionem præfatus E. fuit grauatus, & per consecutionem iustè ab eo potuit appellare. Cùm ergo vt sequenti causa dicemus, appellauerit ante excommunicationem & alias censuras, consequitur irrefragabiliter eas esse inutiles & nullas.

9 Hæc autem nullitas non potest allegari contra censuras pro præfato E. latas, quoniam & si iudex ipsius eūdem terminum 15. horarum præfixit: tamen primo iustam causam id faciendi habuit, cum prius subexecutor præfati C. id ad eius instantiā fecisset, & quodquisque iuris in alium statuit, ipse eodem iure vti debet. [n] & iuxta illud sapientis: *Patere legem, quam tuleris*. [o] Secundo, quod suum monitorium pœnale iudex præfati E. temperauit, dicens in fine se partes mixti executoris suscepturum, si quam iustam defensionem intra illū terminū allegare vellet. Per quod in vim simplicis citationis resoluebatur, iuxta glossas illas duas receptas; quarum vtraque multis putatur singularis, & altera est glossa fin. [p] altera est tertia. §. *de pupillo*. [q] Facit tertia, quæ est postrema l. *ea quidem*. [r] quam dixit singularem Angelus, [s] & eam appellauit optimam Panormitanus, [t] quæ conclusio communis est. Nam, & vltra alios, illam tenent Bartholus, [v] Baldus, [x] Angelus & Ioannes Imolensis, [y] Innocentius, [z] sentit Baldus, [a] Salycetus, [b] quod tamen temperamentum is subexecutor suo monitorio pœnali minimè adiecit.

Tertio ideo non potest allegari hęc nullitas contra censuras pro præfato E. latas, quia à monitorio iudicis præfati C. prædictus E. nō appellauit, vt in sequēti causa dicemus.

SEXTA CAVSSA NVLLITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio post appellationem iustā latā ipso iure nulla.*
2 *Executor gratiarum Apostō. quamuis in contradictores appellatione remota procedat: non tamen eius subexecutor.*
3 *Delegatus cum clausula*: Appellatione remota, *non potest subdelegare cum illa: & quædam ratio germana.*
4 *Abbreuiatio termini citatorij, non est iusta causa appellandi ei, qui intra terminum coram iudice comparere potest.*
5 *Monitorium pœnale non grauat, si cum audientia detur, donec exceptiones oppositæ reiiciantur, cum exemplo.*
6 *Citatus exceptionem declinatoriam alleget, nisi sit notoria.*
7 *Appellatio scripta debet offerri, vt in scripto dicatur facta.*
8 *Sententia quæ in scriptis dicitur ferri.*
9 *Appellatio coram iudice facienda, aut ei legitime intimanda.*
10 *Appellationis intimatio per quem fieri possit.*

a *In c. 1. de dil. lati.*
b *In c. propositi. de cōcess. præb. num. 5.*
c *Cap. sacrosā. de sent. excō.*
d *De sent. ex comman. lib. 6.*
e *Lib. 6. Essentiib.*
g *In cap. vt. de iudic. deleg. li. 6.*
h *vbi anno. 4.*
i *In 2. primo. verbo, temerarium. de sen. excom. lib. 6.*
k *De sen. excom.*
l *In prine. d. c. sacro.*
m *Num. 5.*
n *In ca. P. & G. de offi. deleg. & idem faciat in c. cū sit Romana. de appell.*
o *In c. episcopi. 11. qu. 3.*
p *In d. c. cum sit Romana. sub finem.*
q *Col. 3. in d. c. P. & G.*
r *Alleg. 73. prælatus.*
s *Versū si vero. ibi, renouare.*
t *In summa.*
v *De excess. prælatorum.*
x *In versū. iniustas. de sententen. excomm. lib. 6.*
y *In 1. ab excommunicat. infra eod.*
z *In 3. col. de clerico. excōmunicat. ministrant.*
a *119. nota quod excōm. quæ in nouo rubricatis est 10. de sent. ex commun. in anti 3.*
b *In illo c. sacro. collā. 1. versicu. fallit vno casu.*

a *In reperi. verb. custo. col. penult.*
b *In cap fi. de præbend.*
c *In illo c. fin. de præbend.*
d *In decisio. 559. quæ in no ue rubric. est 24. de sentē. excommuni. vtrum excōmunicatio. & in decisio. 3. in ātiquioribus, tit. de sen. ex com.*
e *In ca. illud. de cleric. excō munic. mini. col. 3.*
f *Consil. 34. circa propositam. col. 2.*
g *In c. cum sit Romana. col. 5. de appella.*
h *In c. reprehensibilia. col. 2. eod. tit.*
i *In decis. 139.*
k *De rescrip.*
l *De restit. spol.*
m *In c. Romana. §. sed nec. n. 3. de sen. ex commū. li. 6.*

uff. quod quis que iuris in rub. & nigro.
o *Cap. cum omnes. de cōstit.*
p *Ca. ex parte. 1. de verb. significat.*
q *Leg. memisse. ff. de operis noui nunt.*
r *C. si manci. cia fue. alienа, vt nē mā.*
s *In illo §. me minisse.*
t *In c. exhibita. de iudic.*
v *In l. 1. C. de execu. reiiud.*
x *In l. 2. C. de epi. aud. in verſic. venio ad verbalem & in l. actione C. de trāsact. in verb. quærit. dominus Iacobus.*
y *In d. §. meminisse.*
z *In c. si. de cō hab. cler. & mul.*
a *In rubrica C. comminationes & epistola.*
b *In l. 1. eo. tit.*

11 Appellatio intimata per partem, in quo fortior alia.
12 Appellationis intimatio facienda intra tempus appellandi, & num. 13.
14 Appellatio ab excommunicatione vt deuoluit, sed non suspendit.

1 SExta nullitatis caussa est, quod intra illas quindecim horas præfatus E. appellauit ab illo pœnali monitorio in scriptis, expressis caussis aliquot iustis, & in his, quod nimium breuem terminum præfixerat. Cùm igitur ex his, quæ superius in proxima caussa scripsimus, constet per illam nimium breuis dilationis præfixionem fuisse præfatum E. grauatum, constabit etiam illum iustè appellasse. Ergo censuræ postea latæ ipso iure sunt nullæ. [a]

2 Non obstat id, quod audio dixisse aliquos sciolos hunc subexecutorem cum clausula: *Appellatione remota*, procedere. Quia in litteris executoriis dicitur: *Contradictores appellatione postposita compellendo*, & ideo non potuisse ab illo appellari, nec eum de appellatione curare debuisse. Non, inquam, hoc obstat, quia primo casus error est putare hunc subexecutorē appellatione remota procedere, quoniam licet clausula prædicta: *Contradictores appell. postpo. &c.* in litteris executorijs Papæ ponatur, & ideo executores ipsi principales in litteris nominati quibus caussa immediatè à Papa delegatur, possint appellatione remota procedere: non tamen ponitur illa clausula in litteris subdelegatoriis ipsius executoris principalis, vt palam est processum fulminatum introspicienti: & meritò: quia neque iustè poni potuit.

3 Quoniam is cui à principe caussa delegatur, appellatione remota, licet illam possit alteri subdelegare, non tamen potest cum clausula appellatione remota. Casus est putatus singularis in cap. *super quæstionum*, [b] qui tamen similem habet in eodem cap. in §. *si verò*. vbi post alios Panormitanus, [c] ab omnibus receptus id adnotauit. Et hæc est ratio memorabilis, quare in dict. clausula, *Cæterùm*, solùm dicitur subexecutoribus, ne permittant præfatum C. per aliquem indebitè molestari, nulla facta mentione de appellatione postposita, vel remota.

4 Hæc autem caussa non potest allegari contra censuras pro præfato E. latas. Quia in primis præfatus C. non habuit hanc iustam appellandi caussam, tum quia, vt in quinta caussa dicebam, iudex præfati E. iustè abbreuiauit terminum suæ monitionis pœnalis, tum quia dato quod non abbreuiasset iustè: tamen per clausulam, qua pollicebatur se auditurum iustas exceptiones resoluebatur in vim simplicis citationis, vt ibi est dictum. Et abbreuiatio quamlibet breuis termini, & peremptorij, si est citatorius, non est iusta caussa appellandi: quando saltem intra illum citatus commodè comparere potest coram citante: secundum Antonium, Panormitanum & Imolensem. [d] Et præfatus C. potuit commodissimè in casu nostro comparere corā iudice præfati E. citante intra quindecim horas.

5 Quoniam vterque in eodem loco morabatur, & iudex copiam sui faciebat continuam, Tum quod per monitorium pœnale: cum audientia & facultate allegandi quæ volet non dicitur quis grauari secundum Panormitanum, [e] & ideo non potest immediatè appellari; sed prius debent exceptiones opponi, & illæ reiici, secundum Probum, [f] quæ omnia sentit latius Ioannes Lupus. [g]

Ex quo infertur verum esse id, quod aliàs sæpe Salmanticæ respondi, nempe miserè peccare ac in excommunicationem incidere, qui à monitoriis illius Academiæ Conseruatoris per eiusmodi clausulas iustificatis appellant, simul ac eis notificantur: & deinde mittunt appellationem ad eum dicentes se non subesse illius iurisdictioni. Errant enim, quia per solam citationem nemo grauatur.

6 Immo licet habeat exceptiones fori declinatorias, comparere tamen debet ad allegandum eas per se, vel procuratorem, [h] nisi notorium sit citatum non subesse citanti, vel aliàs citationem esse nullam, iuxta glossam receptam & memorabilem, & alias quinque, quas in cap. *cum ordinem*, [k] allegaui.

7 Hæc autem nullitatis caussa non potest contra censuras pro præfato E. latas allegari, quia præfatus C. non appellauit eum debita forma, solùm enim verbo dixit se ante omnia sedem Apostolicam appellare. Quod cum legissem, fateor me non potuisse tūm cōtinere, considerans primò, quod à citatione iudicis sic appellabat contra prædicta. Deinde quod sine vlla caussæ insertione id faciebat, cum appellaret ab interlocutoria contra cap. *vt debitus* [a] & clementinam, *appellanti*. [b] Tertio, quod verbo sine scriptis appellabat contra cap. 1, [c]

8 Putauit enim, vt arbitror, eius patronus, in quo etiam alios etiam doctos vidi errantes, appellationēm in scriptis censeri factam, si quis coram notario dicat se appellare & roget eum vt id scribat: cum tamen id longè alienissimum à vero sit, iuxta sententiam Angeli communiter receptam: [d] vbi concludit, quod vt quis dicatur appellare in scriptis, debet offerre libellum continentē appellationē scriptam nec sufficit, quod quis viua voce appellet: licet in continenti faciat eam scribi per notarium, etiam cum expressione caussarum grauaminum. Immo secundum eum oportet addere verba: *In his scriptis*, quod tamen non esse necessarium affirmat Imolensis ibi communiter in hoc contra Angelum receptus.

9 Facit, quod sententiam definitiuam non dicitur in scriptis ferre, qui eam verbo fert, & latam statim scribit, vel, dum eam fert facit in scriptis per notarium redigi secundum omnes. [e] Aliud enim est aliquid in scriptis fieri, aliud factum in scriptis redigi, secundum glossam receptam, quę secunda est. [f]

10 Quinto ideo hæc nullitatis caussa contra censuras pro præfato E. latas non potest allegari: quia si qua præfati C. in scriptis reperiatur appellatio, non reperietur tamen facta coram iudice, quod tamen est necessarium, quando copia iudicis haberi potest, vt habet clem. [g] ibi, *Coram ipsis*. vbi glossa hoc adnotauit, & affirmant Domini Rotę [h] quę communis opinio est, quam tenet Innocentius relatus ibi à Baldo. [i] Innocentius, Imolensis, Perusinus & Decius [k] pro qua est textus ibi. & in cap. *appellatio*. [l] & in l. 1, [m] Arbitror tamen cum Decio, [n] valere appellationem sine presentia iudicis, si postmodum ipsi iudici notificetur; modo illa notificatio fiat intra tempus debitū, per ea quę Speculator scribit, [o] at C. neque appellauit in presentia iudicis prefati E. neque appellationem in absentia eius interpositam intimauit ei intra terminum præfixum per monitorium pœnale ad incurrendas censuras. Ergo inexcusabiliter incidit in eas.

11 Non obstat his, quod appellatio prefati C. ad notitiam iudicis aliquo modo venisset intra decendium à die notificationis monitorij, post lapsum termini in eo præfixi. Quoniam primo illa non inuenietur iudici notificata. Secundo, quod quando inueniretur ab aliquo intimata, non tamen à parte, neque ab vllo ipsius procuratore, quod tamen videtur necessarium. Quia protestatio etiam denunciatiua regulariter per partem vel procuratorem facienda est, secundum Bartholum, [p] & Felinum, [q] & in specie Rota [r] habet non valere intimationem appellationis ab alio, quam à procuratore factam: licet contrarium ei tribuat Ripa, [s] & idem tenet Archidiaconus in cap. si quis prepostera. 50. distinct.

12 Quę responsio licet sustentabilis sit: tamen contraria opinio consonantior est illi, quam paulo ante cum Speculatore, & Decio tenebam, quæque singulariter per hoc ampliatur, vt scilicet non solum sufficiat appellare in iudicis absentia modo notificatio fiat ei tempore debito: sed quod etiam sufficiat eam notificationem fieri iudici per quemcumque, siue per partem, siue per procuratorē, siue per negotiorum gestorem, siue per quemuis alium. Pro qua videtur glossa singularis, [t] recepta ibi per omnes, [v] quæ habet sufficere notitiam appellationis fieri parti appellatę per amicum ipsius. Quod ipsum tenet per illam commendatam Andreas Siculus. [x] Est & pro eadem opinione decisio Rotę, [y] & eadem tenet Ripa, [z] & Alciatus, [a] & ante illos Cardinalis Alexandrinus profundius certe, quā illi, [b] quāquam omnia quæ glossa, Rota & Cardinalis citant, in extraiudiciali appellatione loquuntur, quod nemo recentiorum animadu errit.

a *De appella.*
b *Eod. tit.*
c *De appella. lib. 6.*
d *In l. 1. sententia. §. 1. ff. de appella.*
e *In c. si. de vero iudic. lib. 6.*
f *In illo c. si.*
g *De appella.*
h *Decis. 306. si appellerur. in nouis. qua in nouę rubri catis est 2. de appella. in nouis.*
i *In c. cum olim. col. 1. de del. & contu.*
k *In c. si. col. 3. de appella.*
l *Eod. tit. lib. 6.*
m *Si quis ipsum ff. quando de appell. sit.*
n *In c. suggestum. de appella.*
o *In tit. de appella. §. quaeriter. col. 1. versū. hoc etiam.*
p *In leg. non solum. §. morte. n. 32. ff. de oper. nou nunc.*
q *In cap. cum M. de constit. 43.*
r *Decis. 12. nota quod vbi. inantiq. quæ in nouę rubricatis est 29. de appell. in antiquis.*
s *In c. cum M. de constit. nu. 133.*
t *In cle. caussam. de elect.*
v *In verbo, plena, sub finem.*
x *In hoc c. n. 26. & in cap. mandatum. nu. 19. infra eod.*
y *127. valet. in nouis quę in nouis rubricatis est 12. de appell. in nouis.*
z *In d. c. cum M. nuem. 133.*
a *In l. de tollatio. sub finem pag. 15. ff. de verb. sig nifi.*
b *In d. cap. ff quis præpostera.*

maduertit. Teneri tamen posse videtur idem esse in iudiciali, tum ob eandem rationem, tum ob cap. *si duobus*,[a] quod nemo in hoc allegat, quodque probare videtur etiam tum sufficere illius scientiam ad iudicem peruenisse quomodolibet, quamuis aliter non intimetur ei.

13 Quare hac responsione omissa secundo respondeo quod licet ad valorem appellationis sufficiat eius interpositę scientiam intra decendium ad iudicem peruenisse: iudex tamen non tenetur à procedendo desistere, donec pars id petierit, quod eleganter determinare videtur Decius,[b] quod tamen videtur saltem tacitè petere is, qui per se vel procuratorem intimat appellationem: non autem is qui hoc negligit facere. Cùm ergo iudici præfati E. neque ante decendium, neque post illud appellatio illa fuerit vllatenus à præfato C. per se vel suum procuratorem intimata, potuit iudex non obstante scientia illius aliunde habita procedere. Tertio respondeo, quod sicut secundum opinionem minus communem præfato C. fauorabiliorem, quam supra in gratiam veritatis contra præfatum E. tenuimus, licet sufficiat appellare in absentia iudicis: tamen notificatio fieri debet intra tempus debitum, scilicet intra decendium vt valeat: ita etiam oportet fateri huius suæ appellationis notitiam venire debuisse ad iudicis E. notitiam intra tempus illud, in quo appellare oportebat ad euitandas censuras.

14 Cum ergo ad euitandas illas oportuit ante lapsum termini monitorij appellare, ita etiam probare oportet appellationis in absentia eius interpositæ notitiam, ad eum intra idem tempus peruenisse, nec sufficiet probare illius notitiam intra decendium ad eum peruenisse. Quare licet reperiatur appellatio intimata intra decendium, & ita valida esset censenda, quo ad iurisdictionis deuolutionem, si legitima foret, non tamen suspendet censuras. Quia non reperitur intimata, & per consecutionem nec facta ante eas incursas: sed postea: sicut appellatio interposita à sententia excommunicationis, deuoluit quidem iurisdictionem si est legitima: non tamen suspendit excommunicationem, quæ post lapsum terminum, conditione iam adimpleta reperitur lata ante appellationem, per ea quæ leguntur & colliguntur in cap. *præterea*, [c] & in cap. *ad reprimendam*, [d] & in cap. *cum contingat*, [e] & cap. *is cui*, [f] ex quibus perspicuum est multis nominibus hanc nullitatis causam censuris à iudice E. latis nil nocere.

a *De appell.*
b *Ita illo ca. si duobus. n. 14.*
c *2. De appellat.*
d *De offi. or.*
e *De offi. delog.*
f *§. fi. de sent. excom. li. 6.*

SEPTIMA CAVSSA NVLLITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus in quos solos expressos iudicat.*
2 *Clausula*, Contradictores, &c. *quos comprehendat.*
3 *Contradictor an dicatur possessor iure se defendens.*
4 *Executor per clausulam* Contradictores, *quos iudicare potest.*
5 *Excommunicatio executoris in contradictorem iuris lata, nulla.*
6 *Possessor non tenetur relinquere possessum indiscusse.*
7 *Ius suum indiscussum nullus possessor relinquere tenetur.*
8 *Iure suo vtens nemini est iniurius.*
9 *Iudex, qui extraiudicialiter procedit, quo casu iudicialiter procedere debet, facto videtur partem expoliare.*
10 *Iudici non procedenti rite, resisti potest perinde ac parti.*
11 *Iudex incompetens etiam rite procedens, vt spoliat.*
12 *Iudicis ob processum indebitum, vt pars teneatur.*
13 *Iudex cum molestat, pars instans molestare videtur.*

1 SEptima nullitatis causa est, quod is subexecutor nullam iurisdictionem habebat super præfatum E. neque habere potuit: etiam si partes iudicis assumere voluisset, & qualitatis necessarias ad eas assumendas habuisset. Quoniam delegatus in nullos alios habet iurisdictionem, quàm in delegatorio rescripto expressos nominatim, vel per clausulam generalem. 2 At præfatus E. non exprimitur nominatim in litteris exequutorijs, neque in subexecutorijs, vt palam est eas inspicienti, neque generatim per aliquam clausulam in eis contentam.

g *Cap. P. & C. de offi. deleg. & ca. sedes Apostolica. & c. pastoralis. §. quoniam. supra. eod.*

2 Si enim per aliquã exprimeretur, maximè esset, in clausula: *Contradictores auctoritate Apostolica compescendo* posita in litteris exequutorijs: vel illa: *Non permittentes eum ab aliquo indebitè molestari*, posita in litteris subexequutoriis. at facile monstrabimus per illas prædictum E. non comprehendi. Quoniam is nil aliud fecit, neque facit quam possessionem huius Cantoriæ per titulum verè canonicum, vel certe ab eo pro tali non immerito habitum, & vt aiunt, coloratum apprehendare, & illam 20. & amplius diebus, sine vlla interruptione continuare, cantando, missando, procedendo, capitulis interessendo, & nonnumquam vt Cator illis præsidendo: sine vlla vllius contradictione verbali, vel reali, episcopo, clero, & populo omnibus consentientibus: & illi (quæ illorum humanitas fuit (congratulantibus semper priuatim, ac publicè, pollicitus, quod & nunc facit, cedere penitus & omnino gratuito huic Cantoriæ, quum primum præfatus C. ostenderet pro se talia, quibus vir bonus, eruditus, & æquus moueri debeat ad credẽdum ius ei esse in illa. Immo & semper est pollicitus consentire, vt aliquam annuam pensionem constituat ei Papa casu, quo nil iuris habuerit ad Christianam inter ipsos ambos, & amborum amicos caritatem putriendam & conseruandam: interim tamen dicit, se nolle iuri suo, neque possessioni, quam sic continuauit cedere sine causse cognitione. Petit item, vt discernatur vtrum iudex præfati C. an suus debeat cognoscere de causa, cum vterque se gerat pro sub delegato in illa. Allegat item possessionem suam multis de causis possessioni præfati C. præferendam.

3 Videamus ergo nunc, an is, qui hæc facit, & dicit, & petit, dicatur contradictor, prout illud verbum accipitur in illa clausula: *Contradictores*, &c. in rescriptis apponi solita, vel dicatur indebitè molestare, in hoc enim puncto est tota vis huius causse nullitatis sita. Et quod is non debeat dici talis contradictor, probatur primo per glosam ab omnibus laudatam, & multis putatam singularem,[a] quæ habet per verbum, *contradictor*, in hac clausula poni cõsuetum, illum tantum intelligi, qui de facto solum contradicit: non autem de iure. quæ simplem videtur habere in l. *si seruum*.[b] Cuius glosse conclusioné possem cõfirmare multis aliis decisionibus similibus, quas anno proxime lapso in cõmentario illius cap. scripsimus: & quas scribunt Panormitanus: [c] & Antonius Corsetus, [d] Felinus & Decius, [e] Felinus, [f] Andreas Siculus. [g] Quę tamen ne rem claram allegationum turba turbemus, omitto: sed adduco in specie aliqua, quæ tam conclusioni illius glossæ, quam toti huic nullitatis causse opitulentur.

a *In c. pro illorum verbo, contradictores, de prab.*
b *§. hoc verbo. ff. de adquir. hare. in verbo, abstineat.*
c *In c. audita. de resti. spol.*
d *In sing. verbo molestia.*
e *In c. in presentia. de proba. col. 1.*
f *In c. caussa quæ col. 11. & sequenti. vers. non obstante. de rescrip.*
g *In ca. Raynaldus. col. 123. de test. & conf. 12. scribitur. col. 7. & cessil. 59. clem. col. 5. & seq. 1. volum. & consil. 38. præclare. col. 5. in 2. vol. ac consil. 44. illud asseram. col. 2. & consil. 50. 2. tome. col. 5. lib. 3. & consil. 4. illud col. 10. & consil. 40. clem. col. 17. 4. volum.*

4 Et primum verba ipsius Innocentij [h] *Credimus, inquit, quod executores per hanc clausulam*, Contradictores, *& c. omnes contradictores possunt compescere, etiam quoscumque extraneos, dummodo de facto contradicant, non de iure: quia sententia lata in illos, qui de iure contradicunt non tenet cum nullam habeant in eos iurisdictionem.* Hactenus Innocentius quem sequitur Petrus, [i] sed latius Imolensis, [k] qui secutus Antonium declarat Cardinalẽ, quatenus ibi sensit, non debere quidem executorem virtute illius clausulæ aliquem contradicentem iure excommunicare, attamen si quem excommunicaret nominatim excommunicationem ipso iure valituram esse.

h *De restitu. spoli.*
i *Col. 2.*
k *In l. sequitur. §. si fundum. ff. de vsu.*

5 Ait enim Imolensis post Antoniũ, *Hoc dictum intelligendum esse de executore, qui excommunicauit nominatim aliquam partium in rescripto expressarum speciatim: vel per clausulam generalem, de qua in cap. pastoralis.* [l] *Nam si non comprehenditur per aliam, quam ipsam*, Contradictores, *& c. nullam esse ipso iure sententiam, si talis iure contradicat: quia in talem non habet iurisdictionem: & per consequutionem sententia tũc lata ex defectu iurisdictionis non valet, argumento eorũ, quæ habentur supra de offic. delega.* [m] *& de officio vica.* [n] *& in l. fin.* [o] Hęc Imolensis. Audi nunc Innocentium [p] doctè ac vtiliter de more [q] in hęc verba loquentem.

l *§. 1. supra eo.*
m *Cap. significantibus.*
n *Cap. sua.*
o *C. si à non competenti iudice.*
p *In c. 1. de cõsuet. prab. li. 6.*
q *Num. 5.*

6 *Per hunc autẽ modum prouidetur cõtra executores plurimum, quorũ quilibet fulminat sententiam excommunicationis, quia iustè ab eis appellari potest, nisi primo quisque probet de iure suo, vel coram ordinario, vel coram delegato executore: vel forte non tenet sententia excommunicationis. Quia cum executor, de quo actum est, non habeat iurisdictionem super hunc possessorem, nisi indebite contradicat, quia in ipsum non habet expressam iurisdictionem, & ipse non indebitè contradicit, nolendo dare possessionem sine cognitione. Ergo nec excommunicare potest eum.* Hactenus Innocẽtius quem ibi sequuntur Hostiensis, Archidiaconus, Ioannes Andreas, Petrus Dominicus & Perusinus. Verba Dominici, cum quo alij conueniunt, hæc sunt: *Vnde possessor, nolendo sine causse cognitione possessionem dimittere, non indebitè contradicit.* Et paulo post allegat Archidiaconum dicentem, *quod executor primo debet intentionẽ suam fundare, nec in contradictorem etiam facti pœnam inferre, antequam appareat ipsum contradictorem esse in culpa turbando suam potestatem,* [a] *contradictorem autem iuris punire non potest.* Hactenus Dominicus. Neque grauabor iterũ hic scribere verba Oldradi, [b] quæ supra [c] ad aliud propositum retuli, ea sunt: *Et ideo sententia excõmunicationis etiam nominatim in possessorem lata, non tenuit, cùm executores non habuerint in eum potestatem, nisi indebitè contradiceret. Ipse autem nolens possessionem sine cognitione dimittere, non indebitè contradixit, vt Innocentius, Hostiensis, Ioannes Calderinus & Archidiaconus extra de concess. præb, cap. quia in cunctis lib. 6.* Hæc Oldradus.

a *De offi. delega. cap. 1.*
b *Consil. 81. processus. n. 7.*
c *In 3. caussa nullitatis.*

7 Pro his omnibus facit, quod nullus possessor tenetur ius suum indefensum temerè relinquere. Verba sunt l. *illud*, vbi hoc glossa & Bartholus adnotarunt, [d] quam ad hoc commendat ibidem bis Baldus & menti figendam ait Angelus, inferens ex ea, non dici possessorem temerarium, eo quod possessionem ante liquidationem nolit relinquere: quod ipsum etiam dixit antea Albericus ibi, ex ea inferens, eum, qui iustam caussam litigandi habet, non esse in impensis condemnandum.

d *ff. de peti. haredit.*

8 Et nullus videtur dolo facere, qui iure suo vtitur. [e] Nemini enim facit iniuriam, qui suo iure vtitur. [f] Cùm igitur præfatus E. multis diebus hanc Cantoriam possederit, cùm iustam habeat caussam credendi, eam nullatenus ad præfatum E. pertinere, cùm multas exceptiones habeat tam aduersus possessionem pro illo apprehensam, quàm aduersus ius eius, cum se paratum præbeat ad discutiendum illa siue in iudicio, siue extra illud virorum doctorum arbitrio: quare, te rogo, cõtradictor facto tantùm, non iure, & indebitè molestans dicetur.

e *Leg. nullus. ff. de reg. iur.*
f *Ca. cum ecclesia. de elocatione. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniurijs.*

9 Hæc autem caussa nullitatis non obest censuris pro præfato E. latis. Quoniam licet in litteris subexecutoriis iudicis non cõprehendantur præfatus C. & eius subexecutor nominatim: neque per clausulam illam generalem: *Quosdam alios* de qua in cap. *pastoralis*, [g] comprehenduntur tamen, quia factis contradicunt, & indebitè præfatum E. molestant. quibus enim casibus extraiudicialiter iudex procedit, debens procedere iudicialiter, & cum caussæ cognitione, de facto & indebitè procedit, & de facto, & indebitè partem molestat. Casus est memorabilis in cap. *conquerente*, [h] quòd habet eum, qui per iudicem sine iuris ordine spoliatur, perinde posse de spolio agere, ac si per partem fuisset spoliatus. Quod ibi adnotauit Panormitanus, [i] & per illud cap. affirmauit Bartholus. [k]

g *In §. quoniam. & in ca. sedes, sup. eo.*
h *De restitu. spoli.*
i *Col. 2.*
k *In l. sequitur. §. si fundum. ff. de vsu.*

10 Vnde Panormitanus receptus ab aliis, [l] in hæc verba colligit. [m] *Tene menti, quod factum iudicis non rite procedentis æquiparatur facto priuati. Vnde sicut potest peti restitutio, & agi possessio contra spoliationem factam per priuatum: ita etiam contra spoliationem factam auctoritate iudicum rite non procedentium. Vnde posset iudici hoc casu de facto resisti, sicut & priuato.* Hæc Panormitanus.

l *In cap. cum caussa. de offi. deleg.*
m *In 4. notabil.*

11 Facit, quod glossa illa [n] multis putata singularis quæ habet spoliatum à iudice non posse agere de spolio, limitatur procedere, quãdo iudex ordine iuris seruato id facit, secundum Panormitanum, Felinum, & Decium, [o] & Felinum, [p] qui alios citat. [q] Facit, quod iudex incompetens, qui etiam ordine iuris seruato aufert possessionem alicui, videtur ipsum spoliare, & perinde acq; pars ipsa spolians tenetur, vt clarè sentit [r] Panormitanus & clarius post glossam posttremam in cap. *causam matrimonij*, [s] & clarius Petrus ab Ancharano [t] Cùm igitur is subexecutor sine vllo iuris ordine extraiudicialiter tamquam merus executor conatus fuerit, & conetur auferre possessionẽ præfato E. antequam audiret eum, cùm item, vt per superiora patet, neque sit, neque possit esse iudex competens, consequitur ipsum de facto contradicere, ac indebitè molestare præfatum E.

n *Ca. præsentium. 7. qu. 1.*
o *In d. c. cum caussa.*
p *In cap. dilectus. col. 1.*
q *De rescrip.*
r *In illo 4. notabili.*
s *De offi. deleg.*
t *Consil. 148. ad prædicta.*

12 Et ne dicas, hanc rationem concludere quidem contra subexecutorem, non autem contra præfatum C. considera primo facientes & consentientes eadem pœna dignos esse. [a] considera secundo, quod subexecutor hoc facere conabatur, & conatur ad instantiam præfati C. & ideo factum iudicis pro facto partis habetur. Vnde in specie & doctissimè Petr⁹ ab Ancharano, [b] determinauit spoliatum per iudicem incompetentem ad instantiam partis posse agere de spolio contra ipsam partem. Sed & Bartholus ab aliis receptus dicebat, [c] neque iudicem, neque illius præceptum iniustum excusare partẽ à violentia. quod multis ibi confirmat Iason [d] & sequentibus.

a *Cap. 1. de offic. delega. 1. q. 1. c. notum.*
b *In consil. 240. ad prad.*
c *In leg. iuste possidet. ff. de adqui. posse. f.*
d *Num. 22.*

13 Facit, quod [e] dixit Petrus ab Ancharano paria esse petere à iudice incompetenti, vt mander alicui possessori, quod soluat: ac si vnus priuatus præcepisset procuratori meo, in quem non habet ius imperandi, quod non traderet mihi rem, quam possidet nomine meo. Cùm igitur præfatus C., peteret à iudice incompetẽti, vt sub grauibus pœnis iuberet dicto Capitulo, ne præfatum E. in possessione admitteret, & sub eisdem ipsi E. vt ab ea exiret, sequitur eum facto contradixisse, & indebitè molestasse, ac per consecutionem comprehendi sub clausula exequutoris induti, Cõtradictores, &c, & sub clausula subexecutoris, non permittentes eum indebitè molestari.

e *In 1. nec quidquam.*

OCTAVA CAVSSA NVLLITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis præceptum sine clausula iustificante vt nullum.*
2 *Excommunicatio monitorij sine clausula iustificante vt nulla.*
3 *Citatio iure naturali facienda, & eam nec princeps tollit.*
4 *Executio cum clausula iustificante incipitur.*

1 OCtaua causa est, quod is subexecutor incepit ab executione. Dedit enim monitorium pœnale grauissimum cõtra capitulum, vt intra quindecim horas traderet præfato C. possessionem, quã prædictus E. tenebat: & vt ab illa desisteret sine vlla clausula iustificatiua & audientiæ permissiua: & processus iudicis incipientis ab executione ipso iure nullus est, vt habetur l. 1. [f] Vbi expressè Bartholus adnotat, præceptũ de faciẽdo aliquid à iudice factum ante latã sententiã sine clausula iustificatiua. *Si te senseris grauatũ.* & c. esse ipso iure nullum. Facit totus titulus C. communiter. epist. & maxime l. *index.* per quam Bartholus ibi ait, mandatum iudicis de mittendo aliquem in possessionem non præcedente causse cognitione, non valere.

f *C. de executi. rei iudic.*
g *In l. 1. Cod. quemodo, & quãdo iudex.*
h *In c. propositit. de concessio. præb. col. 2. & in c. 1. cod. tit. li. 6. col. 1.*
i *Consil. 81. n. 7.*
k *Consil. 124. num. 3.*
l *In l. 1. sub finem præallega.*
m *In ca. tua. de cohabi. cleri. in fine. num. 7. & 8.*
n *In lib. de benefic. vacan. in Curia. §. fi.*
o *In ca. 2. de constitutionib. lib. 6. col. 4.*
p *§. vbi decretum. ff. de offic. proconsul.*
q *Col. 2.*
r *§. fi. institutionib. de prætemere litig. cap. 1. de causs. possess. & proprieta.*

2 Et Baldus [g] dixit, excommunicationem latam contra non parentem eiusmodi mandato esse nullam. Ante quos Innocentius, [h] & Oldradus [i] quorum & Dominici verba, in proxima nullitatis causa rerulimus, id expresse dicunt. Decium item [k] secutus in hoc Baldum: [l] nam Innocentius [m] clare ait eiusmodi monitiones per clausulam audientiæ promissiuam non iustificatas contra eum, qui excusationem habet, iniustas & nullas esse: neque vim citationis habere, & in cap. *cum venissent*. de in integr. resti. num. 8. verba hæc scripsit; *Vel dic melius talia mandata, quæ non fiunt cum causse cognitione, sed ex abrupto, non tenere vim sententiæ definitiuæ, vel interlocutoriæ: & ideo non transire in rem iudicatam, etiam si non appelletur, argum. C. commina. epist. l. 3. & penult.* quam conclusionem tenuit Ioannes Lupus vir doctissimus, & Hispaniæ rarum decus; [n] Probus item; [o] & pro hac conclusione textus est in l. *nec quidquam*. [p] Secundum intellectum Iacobi communiter ibi receptum. Per quem, & aliquot alia dixit ibi Iason, [q] vt plurimum teneri præceptum exequutiuum factum sine causse cognitione, ac sine clausula iustificatiua esse ipso iure nullum, & posse sperni: nec eum, qui non paret illi in pœnam vllam incidere præcepti.

3 Denique facit ratio illa, quam nescio quare nemo prædictorum tetigit, scilicet, quod fundamentum totius iudicij est citatio. [r] Adeo, vt iure naturæ facienda sit, &

ideo neque à principe tolli possit. [a] Quod omnium præstantissimè probat Ioannes Monachus, [b] & sine fundamento nihil cõsistere potest, [c] at qui ab executorio mandato sine clausula illa iustificatiua. *Si te censeris grauatum, &c.* incipit, sine citatione procedit. Ergo ipsius processus est nullus, & omnino inutilis.

4 Ex quibus infertur, quod supra, [d] insinuauimus, scilicet, quòd licet excommunicatio sine monitione lata regulariter valeat: fallit tamen id, quando illa fertur in monitorio aliquo executorio sine causæ cognitione, ac sine clausula iustificatiua, *Si te senseris, &c.* lato. Quoniam tunc sicut ipsum monitorium est ipso iure nullum: ita eius accessoria excommunicatio erit nulla, argum. l. *non dubium,* [e] & regulæ, *accessorium,* [f] cum aliis quæ supra 6 citauimus.

Cum igitur is subexequutor ab executione inceperit, cùm monitorium pœnale grauissimum fecerit cùm nullam audientiæ permissiuam promisiuamve clausulã illi adiecerit, cùm denique nulla citatio, quæ iure natus fieri præcipitur, præcesserit, consequitur tam illud, quàm censuras omnes, in eo contentas, esse ipso iure nulla.

Hæc tamen nullitatis causa non potest contra censuras pro præfato E. latas allegari. Quoniã licet iudex eius, qui eas tulit à præcepto exequutorio incepisset, addidit clausulam iustificatiuam, per quam, vt supra [h] dicebam, resoluitur in vim simplicis citationis. Et quia recepta conclusio habet posse iudicem incipere à præcepto exequutorio, per illam clausulam temperato, secundum illas tres glossas receptas, & alia, quæ super eis omnes Doctores allegant, & per ea, quæ Bartholus, [i] & Iason, Ioannes Lupus, & Probus vbi supra tradunt.

NONA CAVSSA NVLLITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Scandalum nemini dandum.*
2 *Exequutor merus multa debet audire: & hæc facere.*

NOna caussa nullitatis est, quod is exequutor clanculum processit, neque nocte, neque interdiu sui vllam copiam faciens: fugiens à ciuitate simulac mandata dabat; absconditque se in villa, ne quidquam coram se diceretur, quod nullatenus ei facere licuit. Tum quia id, in quoddam Sedis Apostolicæ, ac Regiæ protectionis dedecus redundabat: immo & in iniuriam ordinis sacri presbyteratus, quo se insignitũ aiebat. Tum quia exequutor, etiam merus, licet non debeat vti iurisdictione: debet tamen extraiudicialiter informationem exequutioni suæ conuenientẽ à partibus & ab aliis assumere, vt dominus Antonius dicit in hæc verba: *Licet à mero exequutore excludatur iurisdictio, quãdo nõ assumit partes iudicis: nõ tamen excluditur ab eo extraiudicialis informatio. Debet ergo à partibus se super illo dubio informare, & exceptiones subreptionẽ continentes admittere: & tunc aut ex informatione redditur certus per literas & debet exequi; aut redditur dubius, & tunc habet duplicem viam: vel quod supersedeat, & intimet superiori, vt cognoscat, vel quod iudicis partes in hoc assumat; Sed hodie habet practica pessima, quod si nullæ essent clausulæ: Si est ita: Si est dignus, procedunt velo leuato: & non audiunt aliquid à partibus: nec se informam cum partibus.* Hæc Antonius. Tum quia, vt habetur apud Euangelistam. [k] *Qui male agit odit lucem, & non venit ad lucem, vt manifestentur opera eius: quia in Deo non sunt facta.*

1 Quod etiam insinuatur in sententia in cap. *consuluit,* [l] & in cap. *quia propter,* [m] & in cap. 1. [n] & l. fin. [o] quæ habet male agentem odisse lucem: clandestinas electiones reprobari: & noctu & clandestinè facta de malo suspecta esse. Tum quia prædicto modo procedere non solũ erat peccare simpliciter; sed quia id fiebat in insigni ciuitate, insigni Academia ornata, omnibus scholasticis, præsertim iuri operam dantibus, partim ridentibus, partim execrantibus, erat scandalizare populum contra illud cap. *nil cum scandalo* [p] & contra illud: *Væ illi, per quem scandalum venit.* [q]

2 Tum quia multa possunt allegari, quæ ipse tenetur audire, iuxta ea, quę colligit Felinus. [r] Et præfatus subexequutor fugiens, & se abscondens, neque vsquam sui copiam faciens facultatem allegandi ea parti contra iustitiam abstulit: At omnis iniustitiæ actus peccatum mortale est, secundum S. Thomam receptum: [s]

Hanc tamen sola nullitatis causſam, si nil aliud interuenisset nõ arbitror reddidisse acta, & censuras huius subexequutoris ipso iure nullas, quamuis planè concludat, eum grauasse præfatum E. offendisse Deum illum, quem manibus tractat, dignum esse qui castigaretur. Concludit item appellationem, quæ propter hoc ab eo interponeretur, iustam esse. Cùm ergo illa interposita fuerit ante lapsum termini monitorio inserti, vt postea dicam, consequens est ipsius censuras esse nullas.

DECIMA CAVSSA NVLLITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Recusatio in scriptis, & causſa expressa non qualiquali, sed iusta, est faciendа iure Pontificio.*
2 *Recusandi causſa immediata vna, nempe suspicio.*
3 *Amicitia recusandi causſa arbitraria.*
4 *Recusandi iusta causſa quando patria communis.*
5 *Recusandi causſa iusta est alienigenæ quando delegatus, & altera pars sunt indigenæ.*
6 *Exequutorem, qui modum excedit recusari posse.*
7 *Recusari posse in vna causſa, qui grauauit in alia.*
8 *Iudex accipiens plus ab vna parte, quàm altera reuocabilis.*
9 *Exequutor merus, qui recusari potest, & qui non.*
10 *Recusatio proposita vt annullat processum.*

DEcima causſa illa est, quod is subexecutor post iustã, & iuste interpositam recusationem processit: cùm tamen omnia, quæ oportuit, in recusando eo fuerint obseruata. Nam primo, eum recusauit præfatus E. non verbo tãtũ m, sed scriptis, eo nempe libello, in quo etiam appellauit, quod requiritur l. *apertissimi,* coniuncta glosa, [a] & glosſa in verb. *recusationes.* & Hostiensis, Panormitanus, & omnes. [b] Secundo, recusauit eum causſa recusandi expressa. Quoniam licet iure Cæsareo id nõ sit necessarium, sed sufficiat dicere iudicem esse recusanti suspectum secundum glosſam, [c] dummodo iuret se calumniæ causſa nõ recusare secundum glosſam receptam, [d] vbi post alios hoc tradit Iason: iure tamen Pontificio recusans tenetur causſam recusandi exprimere, vt est in cap. *inter monasterium,* [e] & cap. *cum speciali,* & cap. *secundo requiris.* [f] & vtrobique Doctores, & Speculator, [g] & ibi Ioannes Andreas & Dominicus, cap. *ab arbitris.* [h] & ibi Ioannes Andreas & Dominicus.

2 Tertio, quod eũ nõ ex quali quali sed iusta causſa recusauit. Quia primo recusauit eum ex eo, quod comitatus fuit præfatum C. venientem à patria sua huc quindecim fere diebus in itinere, vti eius capellanus, illius impensis victitans, & tum quod hic intra ipsius hospitium diuersatus fuit. Immo & intra illud partem suorũ monitoriorum decreuit: quin & cum actis hic factis in villam quamdam hospitis sui se, vt in ea lateret, reciperet, victus ei à domo præfati C. quotidie mittebatur: quę omnia iustã recusãdi causſã præbere cõstat ex eo, quòd recusandi causſa immediata est suspicio, quod non recte iudicabit iudex, secundũ Speculatorem receptũ: [k] at constat merito, præfatũ E. suspicari potuisse huiusmodi iudicẽ nõ esse rectè iudicaturũ.

3 Secundo ideo recusauit eũ iusta de causſa ex eo, quod is nimium familiaris, & amicus erat præfati C. quę iusta est causſa recusandi, per cap. *ad hæc.* [l] ibi: *Delegatos sibi propitios, &c.* cap. cum R. [m] cap. *accusatores.* [n] ibi. *Amor carnalis,* &c. Tradunt Ioannes Andreas, Dominic, & Perusinus. [o] Amicitiam enim quantam esse in hoc oporteat, arbitrio iudicis relinquendum videtur. argument. l. 1. [p] & cap. *de causſis.* [q] & eorum, quę post glosſam Panormitanus & cõmunis tradũt [r] & Alexander. [s] Nam & arbitrio iudicis relinquitur, quę amicitia repellat testem, secundum Petrum [t] quem Bartholus ibi refert, sequitur, & pulcherrimè defendit Salicetus ab argumentis Baldi, & à l. *scicndum.* [v]

4 Tertio, recusauit eũ iustè eo quod C, & ipse eiusdem patrię atque ciuitatis sunt, & in eadẽ patria ambo longè ab hac ciuitate tempore huius processſus morabãtur, quod sufficit ad recusationem: quia extra patriam conterranei plus debito se diligere solent, secundũ Ioannem Andream & Dominicum, [x] & Speculatorem, [y] & Panormitanum cum Felino & communi. [z] Præsertim in hoc casu, in quo ambo vt comites; immo quod pei⁹ est vt her⁹ & familiaris

simul,

simul, vt dictum est, à patria sua huc quindecim fere diebus iter producentes ad hoc ipsum negotium venerunt.

5 Quarto ideo recusauit eum iuste, quod processus contra exterum fiebat, & origine quidem alienigenam, quod etiam amici præfati C. inconsideratè ei exprobrarunt quod ad recusationem sufficere ait Antonius. [a] Quod verum esse in iudice delegato, affirmat ibi Panormitanus, [b] dicens id probari per cap. *statutum.* [c] quod habet actorem, quando ipse & reus sunt diuersarum diœceseon, non posse impetrare iudicem in sua diœcesi, vel ciuitate. Quinto facit, quod iudex nimium alteri parti fauens recusari potest vt est in cap. *accedens.* [d] vbi Antonius & Panormitanus quod quando sit, iudex arbitretur, secundum Antonium & Imolensem. [e] At quis, te rogo, iudex eum, qui latet, & sui copiam nusquam præstat alteri parti; quo magis alteri faueat, non arbitretur, eum nimium alteri fauere, & personam accipere contra iura diuina, & humana contenta in cap. *in iudiciis.* [f] cap. *nouit.* [g]

6 Sexto, recusauit eum iustè: eo quod excedebat iustum modum exequendi, & ait Stephanus, [h] exequutorem, qui modum excedit in exequendo, etiam si esset datus de consensu partium posse recusari, [i] qui tamen textus mihi conclusionem illam non probat. Aliud enim est posse appellare ab exequutore, etiam consensu ambarum partium dato, si modum excedat, quod ille §. probat: aliud eum posse recusare, quod Stephanus dicebat.

7 Cuius tamen conclusio ratione alia fundatur, nempe quòd qui me grauauit in vno, meritò dici potest suspectus in alio. Casus est in cap. *ad hæc.* 1. & cap. *proposuit.* [k] quæ habent, eum, qui appellauit à iudice in vna causſa, posse illum in alia recusare. Fundatur & per cap. *conquerente.* [l] quod habet posse quem recusare iudicem, qui extraiudicialiter grauauit, si postea iudicialiter procedere voluerit. Cùm igitur is subexequutor extraiudicialiter procedendo, vt merus exequutor eo casu, quo vt iudex procedere debebat. in primo ipso monitorio iudici præfati E. misso grauauerit eum, consequens est potuisse ab eo recusari postea, quando Capitulo ac ipsi E. præcepta fecit, iuri non partum contraria. Septimo, potuit iuste recusari ex eo, quod is subexequutor non solum conuixit suo exequutori: sed & eius impensis venit ex patria sua, & mansit hic, & rediit iterum in patriam suam nil ab E. recepto, neque vero sui etiam videndi copia ei vel vlli eius procuratori facta, & ita plus ab vna parte, quàm ab alia suscepit, contra cap. *statutum.* [m]

9 Non obstat huic causſæ nullitatis dicere, quod merus exequutor recusari non possit, vt est in cap. *nouit.* [n] & facit cap. *super eo.* [o] quoniam illud verum est de exequutore illo, qui grauare non potest, nisi manifestè de grauamine appareat, eo quòd ei merum committitur: non autem de illo, qui grauare potest, & cui aliquid arbitrij vltra nudum factum mandatur, secundum Perusinum Præpositum, & Decium & communem, [p] & Panormitanum. [q] Vnde & exequutor testamentarius recusatur, secundum Speculatorem. [r] Pro qua responsione casus est, quem ibi magnopere commendat Antonius in illo cap. *super quæstionum.* [s] Vbi colligit exequutorem purum sine vlla iurisdictione datum recusari posse: nisi de partium detur consensu. Et subiicit quemdam canonistam in allegationibus contra illum casum scripsisse, qui tamen quieuit cum Antonius ei illum §. obiecisset. Cùm ergo is subexequutor non esset de consensu E. acceptus, cùm pergeret facere talia, in quibus magnopere eum grauare posset, cùm excommunicandi potestatem sibi exequutionis meræ fines excedentem vsurparet, cùm tot iustæ recusandi causſæ adessent, nonne iure merito potuit recusari. Immo ni me veritatis amor fallit, castigari, qui vtinam cordis contritione ac famæ aliorum, quam læsit, restitutione ita sese castiget, ne tanto grauius diuino iudicio puniatur, quanto minus illi, quos læsit, apud homines eum accusabunt.

10 Constat ergo ex prædictis processum huius subexequutoris post iustam recusationem, iustè interpositam esse factum: cui consequens est omnino, illum esse nullum: etiam si ab eo non fuisset appellatum, quoniam frequentior videtur sententia Doctorum dicentium, processum post recusationem factum, etiam iure Canonico esse ipso iure nullum, quod tenet glosſa, [a] & Hostiensis, [b] cum quo videtur transire Ioannes Andreas & Bartholus, [c] & Baldus, [d] & Petrus cum Dominico, [e] & Dominicus rursus, [f] & ibi Cardinalis Alexandrinus, [g] & Salicetus, [h] ponderans in hoc ibi glosſam, [i] & Lapus, [k] & Alexander: [l] Panormitanus item & Præpositus in hanc opinionem inclinant: dummodo recusatio non sit manifestè friuola, & recusans non compareat amplius coram recusato. Hanc opinionem Panormitani nos quoque cum tertio & postremo illum titulum de appell. Salmanticæ interpretaremur, tenuimus cum alia limitatione, scilicet quod non procedat quando probabilis esset coniectura malitiæ recusantis, argu. glosſæ cap. *post electionem.* [m] Quam pridem ibi ponderabamus satis sentire illud singulare, quod ab omnibus ibi tribuitur Innocentio, scilicet non esse admittendam exceptionem, quando est coniectura, quod malitiosè proponitur, cum multis aliis, quibus id ibi confirmamus. Pro qua opinione (vt mihi videtur communi) maximè facit cap. *iudex.* [n] secundum Alexandrum & Cardinalem Alexandrinum vbi supra, facit & quod iure Cæsareo id esse clarum fere omnes fatentur. Facit & quod consuetudo huius regni illi videatur consentire iuxta constitutionem Regiam, [o] quamuis olim Tolosæ cum primo illum interpretari fuimus, Antonio, Cardinali, Imolensi & Decio ibi subscripsimus, qui cum aliquot aliis contrarium tenent, [p] quorum opinionem sequitur, & ait communem ibi Perusinus. [q] Et verum quidem ait, si solos eos, qui in illud cap. scribunt numeres: non tamen si alios omnes recenseas. Cum igitur præfatus E. post illam recusationem numquam coram illo subexequutore ad litigandum comparuerit, cum recusatio neque manifestè friuola, neque malitiosè proposita sit, constat post eam acta corruere, præsertim quod appellatio quoque adiecta fuit, quo facto vna est omnium sententia, processum postea factum nullum esse.

Hæc autem nullitatis causſa processui iudicis E. nil nocet, quia siue præfato C. fuisset, siue non fuisset causa recusandi iusta: eum tamen non recusauit aliquatenus, & iudex etiam recusabilis, antequam recuseretur, valide procedit. [r]

VNDECIMA CAVSSA NVLLITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Processus etiam contumaciæ punitiuus iudicis scientis, vel dubitantis se non habere iurisdictionem nullus: quamuis non scientis eam elidibilem esse.*
2 *Scire & scire debere paria: scire item, & scire posse.*
3 *Habere & habere debere paria, item habere, & habere posse.*
4 *Dubitare, vel dubitare debere paria.*

1 VNdecima causſa nullitatis illa est, quod is exequutor sciens se non habere iurisdictionem super E. in eum tulit prædictas censuras, quoniam cuiuslibet iudicis scientis se non habere iurisdictionem, processus, etiam ad contumaciam puniendam, & censurarum ad puniendum latio sunt ipso iure nulla, etiam si alicuius iurisdictionis color adsit, quamuis alias regulariter sit validus. Casus est multis putatus singularis in cap. *si duobus.* [s] vbi hoc Panormitanus receptus à posterioribus omnibus, tam in notabilibus, quam postea, [t] commendat. Et facit l. 2. [v] vt ponderat Panormitanus, sed in princip. ibi. *Vt hoc ipsum sciatur.* Quo fit, vt licèt verum sit id, quod ait Stephanus Tolosanus Doctor vtique doctissimus, [x] scilicet eum, de quo notum est, iurisdictionem non habere, vel ipse scit illud, non posse iudicare: tamen ineptè id pro causſa recusationis ponit. Secundo facit, quod Panormitanus ibidem vtrobique tenet idem in iudice, qui habet quidem iurisdictionem, sed scit illam facile esse elidibilem. Qui tamen fundamento minimè nitor, quoniam illam ampliationem, ne quid præfatum C. iuuans taceam, ter ibi reiecimus, secuti Perusinum, Præpositum

& Decium per eorum fundamenta: & quod alioqui proceſſus cuiuſlibet iudicis, qui ſcit ſe recuſari poſſe, nullus eſſet, etiam ante recuſationem propoſitam, quod contra omnes eſt.

Nec ei prodeſſet dicere, aliud eſſe iudicem recuſari poſſe, aliud iuriſdictionem elidibilem habere: quoniam primo quo ad propoſitum parum differunt. Immo potentior videtur recuſatio quàm exceptio, quia vt in præcedenti cauſſa dicebam, proceſſus factus poſt recuſationem probabiliter factam nullus eſt, etiam ſi non appelletur, ſecundum communem: cùm tamen ſecundum eandem proceſſus factus poſt exceptionem declinatoriam valeat, niſi appelletur, vt habetur in cap. *ſuper litteris.* [a] & per Innocentium, [b] & Bartholum. [c] Secundo, quod conſequeretur, proceſſum cuiuſlibet iudicis delegati, qui ſciret antea datum alium, de quo in ſuo reſcripto nulla fit mentio: vel datum alium poſt eum in reſcripto, quod de ſuo mentionem facit ſufficientem, futurum nullum ante vllam exceptionem oppoſitam, quod etiam eſt contra ſententias receptas in cap. *ceterum.* & alibi, vt ibi tradit poſt alios Felinus. [d]

Quare tertio, pro præfata cauſſa nullitatis facit, quod proceſſus iudicis non ſolùm ſcientis ſe non habere iuriſdictionem: ſed etiam dubitantis, an habeat, nec ne, eſt nullus, & inutilis, iuxta doctrinam Bartholi receptam in l. *nullum.* [e] pro qua facit cap. *ſciſcitatus,* [f] & cap. *prudentiam.* [g] & l. *quæro.* [h] Tradit Præpoſitus poſt Baldum, [i] Perrus ab Anchatano, [k] Alexander, [l] at is ſubexequutor ſciebat ſe non habere iuriſdictionem vllam in vllum, præſertim in E. qui nec in reſcripto erat nominatus, neque facto contradicebat, vt in 2. cauſſa monſtratum fuit. Præterea poſt libellum appellationis ab E. illi oblatum, non potuit ſaltem non dubitare de illa. Ergo proceſſus eius etiam ſi fuiſſet contumaciæ punitiuus non valuiſſet. Quarto facit, quod paria ſunt, quem ſcire, vel ſcire debere, quo ad ea ſaltem, quæ ſibi nocent, per textum memorabilem, vbi Bartholus & omnes poſteriores hoc adnotarunt in l. *quod te.* [m] ſicut & etiam paria ſunt ſcire, & ſcire poſſe de facili, ſecundum Baldum per illum textum in l. *ſi duo.* [n]

3 Facit textus in l. *qui contra.* vbi Baldus, [o] & in cap. 2. cum gloſſa. [p] Sicut & paria ſunt habere, & habere debere, vt in notabili quæſt. Bartholus dicit, [q] ſicut, & paria ſunt habere, & habere poſſe, vt in notabili quæſtione tradit Angelus. [r] Vbi ait Bartholus ipſo audiente hoc dixiſſe, & ita iudicatum fuiſſe.

4 Quibus conſequens eſt paria eſſe dubitare, vel dubitare debere, argumento eorum, quæ notantur & leguntur in l. *ventre.* [s] & cap. *illud.* [t] Cum igitur ſubexequutor vel ſciret, vel deberet ſcire: aut certè dubitaret, vel dubitare deberet, an vllam ſuper E. iuriſdictionem haberet: & non modo ad puniendam contumaciam non comparentis: ſed in cauſſa principali iubendo E. vt poſſeſsionem relinqueret, clauſis, quod aiunt, oculis proceſſerit; conſequens eſt eius proceſſum, & cenſuras eſſe inutiles.

Quinto facit, quod proceſſus ignorantis omnino ſe non habere iuriſdictionem, licet qua parte punitiuus eſt contumaciæ, valeat, per illud cap. *ſi duobus.* & alia multa ibi citata, per recentiores præſertim: qua tamen parte ſit ſuper principali, non valet, ceſſante prorogatione, ſaltem ſecundum Panormitanum, [v] communiter receptum, poſt Innocentium, [x] quem ab aliquot oppoſitionibus defendit Decius. [y]

Hanc autem nullitatis cauſſam contra cenſuras pro E. latas non habere locum, ex eo primo conſtat, quod nulla prædictarum rationum tangit eius iudicem. Secundo, quod cenſuræ ipſius contumaciæ præfati C. punitionem principaliter reſpiciunt, non cauſſam principalem. Quoniam, vt ſupra in ſexta cauſſa eſt dictum, in monitorio cum clauſula iuſtificatiua decreto fuerût latæ. Tertio, quod licet ſciret, vel ſcire deberet, ſuam iuriſdictionē elidi poſſe: quod tamen profecto negamus, vel recuſari poſſe, quod non determinamus: tamen donec exceptio opponeretur, vel appellaretur, vel recuſatio probabilis proponeretur, procedere potuit, vt patet per ea, quæ in 2. fundamento pro præfato C. contra Panormitanum & præfatum E. allegabamus.

a *Supra eod.*
b *In c. i. de dilat.*
c *In l. 2. ff. ſi quis in ius voc.*
d *Nuzz. 17.*
e *ff de conditionib. & demonſtrationi.*
f *Supra eod.*
g *In princip. de offi. deleg.*
h *In fin. ff. de eo, qui pro tu. l. hoc autē. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.*
i *In c. cum ſpeciali. de appel. col. 13.*
k *In ca. fana. 1. de offic. delegat.*
l *In l. ſi finita. §. Italianus. ff. de damno infect.*
m *ff. ſi tert. pet.*
n *De ad quirend. haredit.*
o *C. de inceſt. nupt.*
p *De temp. ordin. lib. 6.*
q *In l. penul. §. cum ita. ff. de aur. & argent. lega.*
r *In l. item ve niunt. §. petitam. de petit. haredit.*
s *ff. de adqui. hared.*
t *De clerie. excommuni. min.*
v *Ibid. n. 14.*
x *In c. 2. de dilat. & in reg. ſcienti, lib. 6.*
y *Num. 11.*

DVODECIMA CAVSSA NVLLITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Feriato die in honorem Dei factus proceſſus, etiam parte conſentiente, etiam ſuper beneficiis regulariter nullus. num. 2.*
3 *Intellectus gloſſ. Summa. 15. quæſt. 4.*

1 DVodecima cauſſa eſt quod is ſubexequutor ſententiam, qua E. fuit que iudicem declarauit excommunicatos, in diem ad honorem Dei feriato tulit, at omnis proceſſus die in honorem Dei feriato factus, etiam ex vtriuſque partis conſenſu, præterquam quod capitalem offenſam inuoluit, ipſo iure nullus eſt, [a] niſi neceſsitas, vel pietas aliud ſuadeat. In caſu autem noſtro impietas ei hoc, non pietas ſuaſit, & neceſsitas non procedendi: ſed abſtinendi, & ſuperſedendi ei omnino inerat, vt per ſuperiores omnes cauſſas palam eſt.

2 Neque obſtat, quod ſcioli quidam, vt audio, reſponderunt illi cap. fi. [b] non eſſe locum in cauſsis beneficiariis ſpiritualibus, moti forteſsis per gloſsam in Summa, [c] quæ habet, in cauſsis matrimonialibus, & electionibus poſſe illis diebus procedi. Sed contrarium eſt verum, primo per clement. *ſepe.* [d] adiuncta clement. *diſpendioſam.* [e] in clem. enim. *diſpendioſam.* habetur in cauſsis matrimonialibus & beneficiariis poſſe procedi ſummariè. Et in clem. illa, *ſepe,* ſtatuitur poſſe procedi in diebus ob neceſsitates hominum feriatis, clare innuens feriatis ad honorem Dei non poſſe. Quæ inductio efficax eſt, præſupponendo ſaltem id, quod omnes fatentur, clementinæ, *ſepe,* locum eſſe in cauſsis contentis in cle. *diſpendioſam.* Secundo per gloſsam memorabilem illius clem. *ſepe.* [f] quæ per illam clem. clare ita decidit, & illam gloſsam ſequuntur ibi Paulus, Cardinalis, Imolenſis, & Georgius. [g] Tertio facit, quod totius orbis Chriſtiani conſuetudo, quæ optima legum interpres eſt, id habet.

3 Neque obſtat prædicta gloſsa Summæ. [h] Quoniam primo reſponderi poteſt, illam procedere in electionis cauſsa, quando nondum eſt beneficio prouiſum: in caſu autem noſtro iam erat prouiſio facta. Et quamuis E. minus quam par dicto beneficio adminiſtrando idoneus eſſet: non ſperabatur tamen longe melius par præfatum C. regendum, vt in prælectione cap. *ſi quando.* [i] deduximus copioſè. Secundo reſpondeo, quod illa gloſsa limitanda eſt procedere in feriis, ob hominum neceſsitarem inductis, vt eam intelligit Speculator. [k] Cum igitur is ſubexecutor illam declaratoriam die feriato, & neruis animi omnibus colendo, tulerit, conſequitur eam nullam eſse.

a *Cap. fin. de feriis.*
b *De feriis.*
c *15. quæſt. 4.*
d *De verb. ſig niſi.*
e *De iudic.*
f *In princip. ver. neceſsitates hominū.*
g *Col. 70.*
h *15. quæſt. 4.*
i *Exceptione 10. & 11.*
k *Tit. de ſent. §. 2. num. 9.*

DECIMATERTIA CAVSSA NVLLITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum ſecundum præſtat priori tribus concurrentibus.*
2 *Reſcriptum ipſo iure reuocatum interdum reuiuere.*
3 *Penitus & nullatenus priuant ipſo iure.*
4 *Nullatenus & penitus ipſo iure diſponent.*
5 *Nullum à principio vt interdum viuificatur.*
6 *Penitus & nullatenus quando non diſponunt ipſo iure.*
7 *Nihil & inutile aquari eodem ratio id ſuadet.*

1 DEcimatertia cauſa eſt, quod C. citatus à iudice E. prius excepit contra illum, allegando ſe habere aliud reſcriptum, quàm illud ſuo iudici præſentarer. Nam monitorium iudicis E. clauſula iuſtificatiua, & audientia permiſsiua temperatum fuit, & ideo vim citationis habebat, ſecundum ea, quæ late in cauſsa 5. prædiximus. Et præfatus C. per illud monitus reſpondit, non eſse iudicem eum, qui citabat: immo ſe habere alium delegatum, quo tempore, nondum ſuo iudici ſuum præſentauit reſcriptum, at communis concluſio eſt, quod ſecundum reſcriptum etiam de priori non faciens mentionem præualet illi, quando tria concurrunt, ſcilicet prior præſentatio, prior citatio, & prior citati exceptio, quàm fiat

præſentatio prioris reſcripti, per cap. *vt debitus honor.* [a] ſecundum communem intelligendi modum, quem ſequuntur ibi Panormitanus, Imolenſis, Perufinus, Præpoſitus & Decius, quem etiam probant Panormitanus, Imolenſis, Felinus, Decius & Ripa in cap. i. [b]

2 Et ne dicas, illam concluſionem procedere, quando vtrumque reſcriptum eſt ſpeciale, conſidera, quod concluſio procedit, etiam quando reſcriptum primo præſentatum erat generale, licet ſecundo præſentatum eſſet ſpeciale, per gloſſam receptam communiter, vt Imolenſis ibi teſtatur, multiſque putatam ſingularem. [c] Ex qua inferebam primo, aliud ſublimius hodie, cùm illam prælectione primaria interpretarer, nempe per huiuſmodi præſentationem priorē ſubexequutis aliis duobus ſupraſcriptis, etiam reſcriptum ipſo iure reuocatum, & extinctum reuiuiſcere.

3 Siquidem reſcriptum generale reuocatur ipſo iure per ſpeciale poſterius: quod probat ille §. in verb. *penitus eneruatur.* adiuncta gloſſa, [d] quæ putatur ſingularis ab Antonio Corſeto, [e] quæque ſimilem habet in cap. *Romana.* in gloſſa antepen. [f] & eſt alia tertia in cap. 1. in gloſſa final. [g] quam in hoc ponderauit Dominicus, [h] & facit gloſſa putata ſingularis in eadem. *ſi qua mulier.* [i] quæ de verbo, *nullatenus,* agit, & alia etiam putata ſingularis in clement. 1. [k] Facit & alia putata ſingularis in clemen. *vt hi qui* ver. *nullo modo.* [l] attamen, vt dixi, communis habet etiam illud reuiuiſcere per preſentationem priorem conſequutis aliis, de quibus in illo cap. *vt debitus.*

4 Ex quo rurſus inferebam, æquè fere difficile eſſe hoc defendere, ac illud Andreæ Siculi & Compoſtellani, [m] ſcilicet reſcriptum ſubreptitium ipſo quidem iure nullum eſſe, attamen per negligentiam, aut dolum alterius, iuxta cap. *ſi autem.* & cap. *plerumque.* [n] reuiuiſcere. Ex quo tertio inferebam, dignum eſſe, quod memoria tenearur illud Imolenſis, [o] nempe quod ab initio eſt nullum, aliquando reuiuiſcere, non quidem tractu temporis, non item ſolo priuati hominis facto: ſed principe id per ſuam legem in cuentum aliquem viuificante, vel ſuſcitante, iuxta cap. *ſi qua de rebus.* [p] Quandoquidem Princeps, & præſertim Eccleſiæ vniuerſæ, in his, quæ iuris ſunt, de nihilo aliquid efficere poteſt, & quod extinctum eſt ſuſcitare. iuxta l. 1. [q] & cap. *tanta.* [r] & gloſſam, [s] cum ſex centis aliis, quæ de ipſius poteſtate Felinus & Decius, [t] citarunt. Per quæ vides eruditè confutari reſponſiones aliquot, quæ pro præfato C. penitus poterant ad argumentum dari: quamuis etiam reſponderi poſſet per illa verba, *penitus eneruari,* non induci reuocationem generalem ipſo iure propter alia iura, quæ aliud declarant, quod ſentire voluit Felinus. [v]

Ex quibus quarto infero, quod quamuis reſcriptum præfati C. prius impetratum, & ſpecialius eſſet quàm reſcriptum E. & quamuis in reſcripto E. nulla de reſcripto præfati C. mentio haberetur: cum tamen illud prius iudici fuerit præſentatum, & prius ille citarit: & C. prius contra illud exceperit, quam ſuum iudici ſuo præſentaret, conſequens eſt ſuum iudicem virtute illius procedere non poſſe.

7 Sed neque negare poteſt reſcriptum E. prius fuiſſe præſentatum: tum quia ex actis vtriuſque id apparebit: tum quia is cui præſentatum fuit, non habebat qualitates cap. *ſtatutum.* [x] & ita non poterat eſſe iudex delegatus Sedis Apoſtolicæ, per latiſsimè adducta in ſecunda cauſſa: & ideo par fuit illi, & nulli præſentaſſe. Paria enim ſunt nihil, & inutile, quando ſaltem eadem eſt ratio, vt in propoſito cap. 2. [y] & l. 1. [z] & gloſſa memorabilis vbi plurima ſuo more congerit Felinus, [a] & Iaſon. [b]

Hanc autem cauſſam nihil officere cenſuris pro E. latis ipſemet palam facit.

a *De appella.*
b *Supra eod.*
c *In c. paſtoralis. §. quoniā. verb. eneruatur. ſupra eo.*
d *In l. ſi qui aduocatorū verb. penitus arcētur. C. de poſtulan.*
e *In ſingular. ver. penitus.*
f *De ſent. ex communic. lib. 6.*
g *De poſtul. pralat. lib. 6.*
h *In illo c. Romana. ſub fi.*
i *C. ad Velleian.*
k *Verb. nulla tenus. de ſequeſtr. poſ. & fruct.*
l *De stat. & qualitat.*
m *In c. ceterum. de reſcr.*
n *Supra eod.*
o *In cap. 3. de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſ. capituli. col. penul.*
p *12. quæſt. 2.*
q *C. de rei vxor. actio.*
r *Qui fil. ſint legitim. cap. quamuis. hoc tit. li. 6. c. ſi be neficia. de pr. eodem lib.*
s *In cap. cum ad monaſt. de ſtat. monach.*
t *In cap. 1 de cōſtitutionib.*
v *Ibidē co. 1.*
x *hoc tit. li. 6.*
y *de trāſlat. prælat. col. 3. 2. § penult. ff. quod cuiuſque vniuerſ. no.*
a *In c. ex teno re. ſupr. eod.*
b *In l. quotes. ff. qui ſatisd. cogan. & l. ſi duos. ff. de verbor. obligatio.*

DECIMAQVARTA CAVSSA NVLLITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ab interlocutoria in ſcriptis, & cauſſa ſpeciatim inſerta facienda eſt, nec ſufficit per relationem ad acta, quamuis ſic per relationem ad certam actorum partem, præſertim ad aliam appellationem.*
2 *Terminus notificationis alicuius ſcripturæ non currit donec copia illius authenticatradatur, ſi fuerit petita.*
3 *Notificaturus alicui ſcripturam aliquam referat ſecum illius copiam, quam illico tradat ei: ſi quod prudentis eſt facere, illam petat.*
4 *Appellari poteſt ab actu nullo, quem tamen appellatio non confirmat. num. 6. & 7.*
5 *Excommunicationis à ſententia purè lata, quæ appellatio interponitur, non ſuſpendit illam, quam autem in diem, vel ſub conditione fertur ſic.*

1 DEcimaquarta cauſſa eſt, quæ ſola ſatis, ſuperque ſufficit, quo cenſuræ prædictæ inutiles ſint omnino & inanes, ſcilicet, quòd excommunicatio, & aliæ cenſuræ poſt appellationem latæ, ſunt ipſo iure nullæ. [a] Et has cenſuras is ſubexequutor tulit poſt duas appellationes legitimas, legitimè interpoſitas. Nam primo illæ fuerunt in ſcriptis factæ, iuxta id, quod requiritur in appellatione à grauamine, vel ab interlocutoria. [b] Secundo, cauſſa probabilis fuit in eis expreſſa, iuxta id, quod in appellatione ab interlocutoria requirit, cap. *vt debitus.* [c] Et non tantum vna fuit expreſſa: ſed multæ. Nam, prior bonam partem omnium cauſſarum prædictarum continet. Poſterior quintam, quæ illi deerat, & omnes prioris, ſaltem per relationē ad illam, quod ſufficit: quoniam licet expreſsio cauſſæ per relationem ad acta generatim non ſufficiat in appellatione ab interlocutoria, ſecundum Cardinalem, [d] & Rotam. [e] Per relationem tamen ad certam partem actorum facta ſufficit, quod Baldus communiter receptus ſingulariter ait, [f] quem ſequitur Perufinus. [g]

2 Neque obſtat, quod Decius, [h] contrarium tenuerit. Nam primo ad eius argumenta reſponderi facile poteſt, argumento l. *certum.* [i] & l. *nominatim.* [k] & cap. *conſtitutionem.* adiuncta gloſſa, [l] ſed non eſt neceſſe, quo ad caſum noſtrum: quoniam primo præfatus E. in appellatione poſteriore non ſe retulit ad acta, neque ad certam actorum partem, vnde grauamen erat, colligendum: ſed ad ſuum appellationis prioris libellum, vbi nominatim grauamina exprimebantur, quod neque Decius negaſſet ſufficere: quia id fuit appellationem appellationi cumulare, nec refert, in qua illarum cauſſæ exprimantur, neque oportet omnes eſſe veras, & legitimas: ſed ſufficit vna ſecundum illam deciſionē 7. Tertio, appellatio fuit intra terminum appoſita. quoniam terminus notificationis alicuius monitorij non currit, donec copia illius detur authentica, ſi petatur, vt per præfatum E. fuit petita vt habet clement. *cauſſam.* [m] adiuncta gloſſa, [n] quod quilibet prudens facere debet, dum ei quidquā tale intimatur, ſecundum gloſſam, [o] ſicut & prudentis eſt, cum aliquam ſcripturam alicui eſt notificaturus, portare ſecum copiam, quam illico petenti tradat.

3 Quod quia præfatus C. vel procurator ipſius non præuiderat, parum hac parte ſuam cauſſam prouexit: & vt ex actis patet prior appellatio ante copiæ traditionem facta fuit: & poſterior ante tres horas poſt illius traditionem.

4 Non obſtat dicere quod non fuit coram iudice appellatum. Nam primo licet coram iudice appellandum ſit, vt ſupra dicebam, [p] id tamen fallit quando copia illius haberi nequit, [q] & tradit Aegidius, [r] in hæc verba: *Si poſt ſententiam iudex ſe abſentet à loco iudicij, ſufficit appellare coram perſona authentica: nec tenetur alibi iudicem quærere ad appellationem intimandam, & ad apoſtolos petendos. ff. quand. appell. ſit. l. §. dies. Sed ſufficit adire iudicem ad quem.* Idem ait Rota, [s] quæ addit ſufficere corā Notario cauſſæ appellare, quando iudex abeſt, adeo vt nō oporteat eum adire abſentem: etiam ſi poſsit & ſciat, vbi ſit intra decendium ad appellandum, neque ad petendum apoſtolos intra 30. iuxta cap. *ab eo.* [t] Caſſadorus item, [v] teſtatur anno 1519. fuiſſe in prætorio Rotæ iudicatum, nil nocuiſſe cuidā, qui appellauerat biduo ante curſum decendij coram honeſta perſona, quæſito iudice à quo, & non inuento, nec curauerat poſtea redire ad ipſum pro apoſtolis. nec probare quod fuiſſet in momento impeditus: quod eſt ſingulariſsimum & quotidianum, quod & vir doctus, [x] diligenter & eruditè confirmat, contraria confutando, quod ipſum etiam repetit in decis. 3. [y] Cum igitur is ſubexequutor diligentiſsimè quæſitus fuiſſet, cum lateret ipſe, cùm nuſquam ſui

a *Ca. cum cōtingat. de offic. deleg. c. ad præſentium. de appell. ca. per tuas. de appell. ea per tuas. de ſent. excom. cap. ſecut. eo. tit. lib. 6.*
b *Ca. 1. de appell. lib. 6.*
c *De appell.*
d *In cle. appellantes. q. 4. de appell.*
e *Decis. 7. ſi appellatur. in nouæ rubricæ tit eſt 2. de appell. in decis. 470. qua in nouæ rubricæ tit eſt 44. de app. in antiq.*
f *In l. nominatim de ſententia excommunic. lib. 6.*
g *In c. conſtituit. 2. de appell. num. 1.*
h *Ibi col. 1.*
i *ff. ſi cert. pet. ff. de lib. & poſtum.*
l *Verb. nominatim de ſententia excommunic. lib. 6.*
m *De eis cc.*
n *Verb. conſimili. & verb. petita.*
o *In illo verbo, petita.*
p *In 6. cauſſa q Leg. 1 § di ez. ff. quando appell. ſit. & c. biduum. §. §. 1. 2. q. 6.*
r *In dec. 181.*
s *In nouis, de cis. 206. ſi appellatur. quæ in nouè rubricatis eſt 2. de appell. in notis.*
t *De appel. li. 6.*
v *In decis. 8. tit. de appeil.*
x *à n. 6. in fi. vſque.*
y *Eiusdem tit.*

copiam faceret, cùm non solùm coram Notario causse, & in domo, in qua ille diuersatus fuit; sed etiam coram vicario Episcopi præfatus E. appellauerit, protestatus se illum inuenire non posse, vt acta testantur, consequens est, coram quibus oportebat appellatum fuisse.

5 Non obstat primo, quod à mero executore non appellatur. [a] Non, inquam, hoc obstat, quoniam licet id verum sit regulariter: fallit tamen si exequutor modum excedat canonicum, vt illud cap. *quod ad consitationem*, [b] & cap. *super quæstionum*. [c] aperiunt, sicut etiam à correctione quidem non appellatur, [d] à correctione tamen excessiua sic, vt aliàs latè in dict. cap. *ad nostram*. & cap. *reprehensibilis*. & cap. *de priore*. [e] post Panormitanum & Decium diximus. Immo nulla causa est in mundo, in qua non possit appellari ab excessu modi, secundum Baldum, [f] addentem, ideo vbicumque proceditur inepte appellari posse. Cum ergo is exequutor non tantùm vno modo excessisset: sed mille à modo discessisset canonico, vt per superiora patet, appellari potuit ab eo.

6 Non obstat secundo, quod acta per ipsum absque appellatione vlla plurimis de causis supra relatis inutilia erant, & vana: quoniam constat ab actu nullo appellari posse, vt est in cap. *dilecto*. vbi Innocentius, Panormitanus & alij, [g] & in cap. *exhibita*. vbi Panormitanus, [h] & l. *si expressim*, [i] quod prosequitur Perusinus. [k] Et non solum expressè à sententia, quæ nulla est, appellatur: sed etiam, si appellatio simpliciter interposita sit, nullitas includitur. vt est in l. *quædam mulier*. vbi Baldus & Florianus, [l] & l. *Carmelia pia*. vbi Bartholus. [m] Per appellationem tamen quæ interponitur à sententia nulla, actus non confirmatur, vt est in l. *si expressim*. [n] & glossa Bartholi & Baldi. [o] C. quando prouoc. non est necess. & prosequitur Perusinus. [p]

Non obstat tertio dicere, quod is subexequutor appellatione remota procederet: quoniam id falsum esse, ac crassum iuris ignorantiam id allegantium arguere; supra in sexta caussa latè monstratum est.

7 Non obstat quarto, quod ab excommunicationis sententia non potest appellari, saltem quo ad effectum suspendendi, [q] quoniam id verum est, quando illa fertur purè: secus autem quando in diem, vel sub conditione: *nisi hoc, vel illud fecerit*. secundum Paludanum, [r] & ante illum Ioannem Andream, quem sequuntur omnes, [s] vbi Perusinus addit, ab excommunicatione huiusmodi conditionali posse appellari semper ante diei, vel cõditionis euentum: etiam post decendium à lata sententia, quod ipsum communis opinio, quam Decius ibi contra Panormitanum defendit, affirmat, [t] & præfatus E. intra quindecim horas, in monitorio contentas, & ante adimpletam conditionem bis appellauit in forma debita.

Hanc autem caussam nil nocere censuris pro E. latis, in prædicta sexta caussa latè monstratum est.

DECIMAQVINTA CAVSSA
NVLLITATIS.
SVMMARIVM.

1 *Appellatio non suspendit excommunicationem: sed sic declarationem.*
2 *Appellari à pœna legis non potest, à declaratione verò sic.*
3 *Appellatio non suspendit denunciationem futuram.*
4 *Appellatio à declaratoria excommunicationis incursa, non efficit illam nullam, at denunciationem, aggrauationem simul & interdictum, sequentia sic.*

DEcimaquinta caussa est, quod à sententia declaratoria illa, qua is subexequutor declarauit E. cum iudice suo incurrisse excommunicationem illico fuit appellatum: ea de caussa, quod non solùm die in honorem Dei feriato, in irreuerentiam Virginis Matris, cui sacra erat, fuisset lata: sed etiam post duas appellationes legitimas, legitimè interpositas, vt ex actis palam est: at constat, quod licèt appellatio ab excommunicatione interposita non suspendat eam, [v] Immo ea non obstante potest denunciari populo excommunicatus, [x] appellatio tamen interposita declaratione, qua quis declaratur excommunicatus, illius declaratoriæ sententiæ effectum suspendit.

2 Quoniam primo licet à pœna legis non possit appellari, [y] à declaratione tamen, quod quis in eam inciderit, appellari potest per glossam putatam singularem, [z] quam omnes sequuntur ibidem, & commendat Ludouicus Romanus, [a] & Felinus, [b] & Cardinalis, [c] & Panormitanus cum Perusino & Decio, [d] & Panormitanus rursus in cap. *super iis*. [e]

3 Secundo, quod expressè Cardinalis post Lapum, [f] nostram conclusionem ex proximo argumento in specie infert dicens, sententiam declaratoriam, qua quis declaratur excommunicationem incurrisse, suspendi per appellationem interpositam à tali declaratione: adeo vt non debeat vitari, quod dictum tribuit Lapo & putat singulare ac vtile praxi: quod etiam plurimũ commendat Felinus, [g] & Decius, [h] & ante omnes sensit Ioannes Andreas. [i]

Tertio facit specialius, quòd quo ad positum nostrum, in quo de declaratione incursionis pœnæ excommunicationis agitur, Cardinalis, [k] expressè tam de declaratione pœnæ ab homine, quàm à lege inflictæ agit. Et Perusinus, [l] in hæc verba loquitur: *Si appelletur à declaratoria: vel pronunciatione iudicis, qua pronunciat: vel declarat, aliquem incurrisse excommunicationem latam ab homine, vel à iure: talis sententia declaratoria bene suspenditur per appellationem.* Felinus itẽ id expressè habet. [m] Et facit, quod eadem, immo maior ratio militat in declaratione incursionis pœnæ ab homine inflictæ, à qua ipsa posset appellari, quam in declaratione incursionis pœnæ legis, à qua ipsa non posset appellari per dictam l. *si qua pœna*. [n]

4 Quarto facit, quod licet appellatio interposita ab excommunicatione non impediat denunciationem, [o] appellatio tamen à declaratoria excommunicationis incursæ impedit denunciationem faciendam, secundum Lapum Cardinalem Felinum Decium & Perusinum in locis præcitatis.

Quinto facit conclusio illa longè pulcherrima, quam nemo recentiorum animaduertit, quam tamen Cardinalis, [p] & Bonifacius, [q] post Lapum asseuerat, nempe maioris virtutis esse appellationem à declaratoria quo ad vitandam euitationem eius, qui declaratus est excommunicatus, quàm appellationem præcedentem excommunicationem, quoniam hæc solum efficit, vt non debeat vitari in extraiudicialibus: appellatio verò à declaratione interposita efficit, vt non viteur appellãs, etiam in iudicialibus. Rationem diuersitatis ponit ibi Bonifacius concludentem, quam hic breuitatis caussa non explico.

Fateor autem, quod hæc caussa non concludit quidem excommunicationem in E. ab hoc subexecutore latam esse nullam, concludit tamen illam non fuisse populo denunciandam, neque per consequutionem E. vitandum. Concludit item reaggrauationem simul & interdictum ecclesiasticum post illam latum esse inutilia, quod proposito E. in præsentia sufficit, quoniam solùm contenditur, an vitari debeat E. & an interdictum hoc, cui certè aqua, & igni interdicendum erat, seruandũ sit. Hæc autem caussa non potest contra censuras pro E. latas allegari. Quandoquidem nulla huiusmodi appellatio à declaratione facta per iudicem E. interposita fuit à præfato C.

REMEDIVM PRIMVM.
SVMMARIVM.

1 *Brachium sæculare inuocant delegatus & subdelegatus Papæ, etiam non requisito Ordinario. & num. 4.*
2 *Clausula*: Inuocato si opus fuerit brachio sæculari, *tacite ineſt litteris Papæ.*
3 *Brachium sæculare inuocat Inquisitor iure communi.*
5 *Brachium sæculare contra quem appellantem dandum.*
6 *Iudex ecclesiasticus aliter iuuat sæcularem, quàm contra sæcularis ecclesiasticum.*
7 *Intellectus cap. pastoralis §. quia vero. de offic. delegati.*
8 *Brachium sæculare imperiturus de nullitate sententiæ cognoscit: sicut exequutor mixtus.*
9 *Brachium sæculare, cum ab vtraque parte petitur, quid fieret.*
10 *Intellectus cap. cum contingat, singulariter ampliatur.*

PRimum remedium, quod ex præcedentibus infertur est, quod iudex præfatus brachij auxilium, tam contra præfatum C. quam iudicem eius imploret: quoniam communis est sententia, delegatum à Papa id implorare posse: quam tenet Innocentius, [r] receptus ibi à communi, in qua sunt Panormitanus, Imolensis, Felinus, & Decius, [s] vbi eam tenet etiam Archidiaconus & Fredericus, [t] &

a Capit. quod ad consultationem. de re iudic. c. nouit. de appell. l. ab exequutore. C. quor appe. non recipi. l. ab exequutore ff. de appel. §. sunt quorum. 2. qu. 7.
b Sub. fin.
c §. nos autẽ. de offi. deleg.
d Ca. ad nostram. de appel. c. licet. de offic. ordin.
e De appell. f Cap. licet. de offi. ord.
g De appell.
h In 4. nota. de iudic.
i ff. de appell.
k In illo c. dilecto. 7. quæſt. l. ff. famil. herciſc.
m ff. de iure patro.
n Verſ. vnde ſi quis. ff. de appel.
o Ibi, n. 12. in leg. 1.
p In illo c. dilecto. quæſt. 8.
q Ca. paſtoralis. §. verum. de appell. c. in cui. §. fi. de sẽtent. excommunic. lib. 6.
r In 4. d. 18. q. 1. col. 3. verſ. 6. concluſio.
s In illo ca. in cui §. final.
t In ca. præterea. 2. de appe.

v Ca. cum cõtingat. de offi. deleg. c. in cui. §. fin. de ſent. excommunic. lib. 6.
x Cap. paſtoralis. §. verũ. de appell.
y Leg. ſi qua pœna. ff. de verbor. obligationib. & c. quia nos. cõ ibi glo. recepta, de appell. gl. item c. ſuper iis. de accuſat. verbo. arbitrarium.
z In c. cupientes. §. inſuper. verb. priuatos. de electi. li. 6.

a Singul. 213. à pœna.
b Ca. Rodulphus. colump. penult. de reſcript.
c In cle. 1. §. ſi quis. q. 11. de ſequeſtr. poſſ.
d In c. pertuliſtis. 1. de app.
e De accuſ. col. fin.
f In d. q. 11.
g In illa col. penult.
h In illo c. 1 uenit. col. 2.
i In illo §. verum. verbo. denunciare.
k In illa q. 11. l. In c. is cui. §. ſi. de ſent. excommunic. li 6.
l In cap. fi. de ſent. excommunic.
m In illa cõtum petitur. ff. de verb. obligationib.
o C. 2. paſtora lis. §. verum. de appell.

p In illa qu. 11. per verbis, fortè.
q In eadem clem. & eo. §. ſi quis de ſequeſtrat. poſſeſſ.

r In c. ſignifi. caſti. nu. 3. de offi. deleg.
s Per c. adminiſtratores. 23. quæſt. 5.
t In conſ. 163. ſuper innocatione. in primo dub.

a In c. vt officium. §. denique. verſ. all. delegatus. de hæret. lib. 6.
b Conſil. 89. Epiſcopus innocent. circa finem.
c In cle. 1. §. ſi quis. q. 11. de ſequeſtr. poſſ.
d In c. pertuliſtis. 1. de app.
e De accuſ. col. fin.
f In d. q. 11.
g In illa col. penult.
h In illo c. 1 uenit. col. 2.
i In illo §. verum. verbo. denunciare.
k In illa q. 11. l. In c. is cui. §. ſi. de ſent. excommunic. li 6.
l In illa cõtum petitur. ff. de verb. obligationib.
o C. 2. paſtoralis. §. verum. de appell.

p In illa qu. 11. per verbis, fortè.
q In eadem clem. & eo. §. ſi quis de ſequeſtrat. poſſeſſ.

o In prad. conſil. 163. col. 2.

p In l. epiſcopale. verſ. ſed circa hoc quæro.
q Ibi in fi. C. de epiſcopali audient.
r In conſil. 89. ſupra alleg.
s L. 1. in prin. ff. nil innouat. appell. pend.
t In illo c. ſignifi. caſti colli. 2.

v §. quia vero. de offi. dele.
x In c. 1. de of. ord.
y In illo cap.
z Ibid. col. 5.

Dominicus poſt Lapus, [a] & Oldradus, [b] & Panormitanus, [c] Paulus Castrensis poſt Alber. [d] quod etiam in exequutore procedere expresit Oldradus. [e] Nam vt Imolensis ait. [f] *Si hoc ordinarius poteſt, vt patet in cap. 1. de offic. ordinar. multo fortius delegatus, qui eſt illo maior. in cauſſa ſibi delegata: cap. ſane. 2. infra de offic. delega. Et licet quandoque in reſcripto adsit clauſula, inuocato ad hoc auxilio brachij ſæcularis, ſi opus fuerit, illud eſt ad ſuperabundantem cautelam. Sicut in materia cap. mandatum. infra eod. de ſtylo curiæ interdum exprimuntur clauſulæ, quæ ſuapte natura inſunt.* Hæc Imolensis.

2 Non obstat primo, illud cap. *vt officium*. [g] cui non respondit Panormitanus, [h] qua parte ibi specialiter conceditur inquisitoribus hæreseos, vt brachium sæculare implorare possint. Et ita videtur ius regulare esse in contrarium. Non, inquam, hoc obstat, quoniam subtiliter de more Decius respondet, textum ibi non fundari in ratione speciali, sed in regula communi: scilicet vt habeat potestatem exequendi ea, quæ sibi committa sunt. Et ista ratio generaliter habet locum in quolibet delegato. [i] Et hoc etiam patet ibi: quia conceditur facultas cõpescendi contradictores censura ecclesiastica, quod etiam conceditur aliis delegatis, vt notatur cap. 1. [k]

3 Non obstat secundo, delegatum debere prius ad ordinarium ecclesiasticum, quàm ad brachium sæcularе recurrere, secũdum Cardinalem, [l] quem sequitur Decius, [m] & fidelius Felinus ab eo non relatus. [n] Cardinalis enim non ait simpliciter quod ei tribuit Decius, sed quod aut exequutio est facienda in possessionibus laicorum, & tunc debet requirere auxilium sæcularis per viam simplicis requisitionis, hoc est, quod exequutio committatur simpliciter eis: si verò in rebus ecclesiasticis est facienda exequutio, tunc si per se non potest, inuocet ecclesiasticum Ordinarium, & si nec ille potens, inuocet brachium sæculare, & sic tres sunt gradus. Primus per seipsum. Secundus per ordinarium Ecclesiasticum. Tertius per brachium sæculare. Non, inquam, hoc obstat: quoniam primo, quod illi non aduertunt, Fredericus, [o] per pulchras rationes contrarium tenet, dicens posse quidem, si vult delegatum Papæ prius ad ecclesiasticum Ordinarium, quam ad sæcularem recurrere: non tamen teneri si voluerit. Secundo, non obstat hæc oppositio, quoniam iudex E. Ordinarium requisiuit ad abundantem cautelam.

4 Non obstat tertio, quod iudex, à quo appellatum est, non potest brachium sæculare, inuocare, appellatione pendente, secũdum Albertum, [p] & Paulum Castrensem, [q] & Oldradum, [r] propter illam regulam, quæ habet pendente appellatione nihil innouandum, [s] & idem Decius. [t] Non, inquam, hoc obstat: quoniam id limitãdum est procedere, quando appellatur à definitiua, vel ab interlocutoria cum caussa probabili, de qua non constaret esse falsam, & appellatur in forma & tempore debitis: at C. neque appellauit à definitiua, neque cum caussa probabili, neque vera, neque intra debitum tempus, quod ex actis apparet.

5 Non obstat quarto, quod ipse quoque C. contra E. idem auxilium implorare poterit, quoniam ostenderur, eius inuocationem cum censuris antea latis, & toto processu nulla esse ac inutilia: inuocationem verò iudicis E. cum toto processu validam fuisse.

6 Neque obstat huic responsioni replicatio, quod non est regis cognoscere, an inuocatio huius auxilij sit iusta, nec ne, arg. cap. *pastoralis*. [v] quod singulariter habet, exequutorem teneri ad exequendam sententiam, quam scit esse iniustam. Argumento item eius quod singulariter ait Innocentius, [x] receptus ibi communiter, scilicet inter iudicem ecclesiasticum, & sæcularem illã esse differentiam, quod sæcularis tenetur iuuare ecclesiasticum, non ostensa illi sententiæ iustitia: ecclesiasticus autem non tenetur suis censuris iuuare sæcularem, nisi præmissa prius canonica monitione, secundum Innocentium receptum, [y] & monita & audita parte, si quid allegare voluerit, secundum Imolensem, [z] quamuis aliud, tutius tribuat ei Panormitanus.

7 Non obstat, inquam, horum prius. Ad quod respondeo primo, quod licet exequutor non possit cognoscere de iustitia, vel iniustitia sententiæ: potest tamen de nullitate, vt glossa ipsius, [a] ait, quam ad id notat Imolensis qui nu. 4. & Panormitanus, [b] cum communi hoc tenet, & ab omnibus esse receptum testatur Felinus, [c] at E. non solùm allegat, inuocationem brachij sæcularis, si eam fecerit is exequutor, fore iniustam: sed etiam omnino nullam.

Secundo respondeo, quod ille §. *quia vero*. loquitur de exequutore: at iudex à quo petitur auxilium à iudice ecclesiastico non est ipsius exequutor: sed par eius, secundum Innocentium ab omnibus receptum, [d] par inquam, quo ad hoc: quamuis simpliciter iudex ecclesiasticus sit maior, secundum Imolensem, [e] quamuis verius videatur, neque quo ad hoc esse omnino par: sed quodammodo.

Tertio respondeo, quod ille §. loquitur, de mandato facto cum caussæ cognitione & sententia præcedente, vt clarè colligitur ex illis verbis: *Exequutio sententiæ ordinario demandatur*. Et ita intelligit glossa 1. [f] quæ rationem decidendi attingit, cum qua omnes tráseunt, at is subexequutor extraiudicialiter tamquam merus exequutor processit, nulla prius per eum, vel alium super hoc sententia lata, vel caussæ cognitione habita. Et in specie, quod iudex sæcularis non teneatur obedire ecclesiastico, quando mandat ei extraiudicialiter aliquid, quod ipse scit esse iniustum, affirmat Innocentius [g] receptus ab omnibus præfertim ab Antonio, Cardinale, Panormitano, & Imolensi: at is subexequutor, vt iam dicebam, extraiudicialiter processit. Ergo princeps, qui videret eius mandatum esse iniustum, non tenetur ei parere.

Quarto respondeo, quod iudex sæcularis non tenetur impartiri suum auxilium ad exequendam sententiam, etiam interlocutoriam, à qua est appellatum in forma, & tempore debitis, nisi forte per processum, vel saltẽ aliunde ostenderetur appellãdi caussam esse falsam, per ea, quæ alibi diximus. Vltra quæ facit, quod in specie ac fortiore casu Ioannes Andreas, Antonius Cardinalis, Panormitanus & Imolensis determinant, [h] scilicet non teneri iudicem sæcularem ad impartiendum brachium suum ecclesiastico contra illum, qui prætendens se exemptum appellauit ab episcopi visitatione ex caussa probabili: qui casus ideo fortior est, quoniam in eo ius commune contra caussam appellantis erat: adeo vt huiusmodi exemptus non deberet absolui ad cautelam, nisi aliqualiter probata prius exemptione, secundum Innocentium, [i] quem sequitur Rota, [k] & Dominicus quem sequitur Perusinus. [l]

8 Ad posterius respondeo, verum esse regulariter illud Innocentij in argumento assumptum, scilicet iudicem sæcularem teneri ecclesiasticum iuuare, quando cum caussæ cognitione procedit, nulla illi facta fide de iustitia sententiæ, vel processus ecclesiastici: sed fallere id in aliquot casibus: quorum vnus est, quando nullitas opponitur, vt pulchrè Imolensis dixit, [m] quoniam, vt ipsemet paulo ante affirmauit, iudex sæcularis cognoscere potest de sententia iudicis, brachium sæculare petentis, tantùm saltem quantùm alius exequutor, quoniam eius auxilium non vt inferioris, qualis exequutor: sed quodammodo, paris petitur, vt in argumenti prioris solutione dicebam. Verùm in eadem solutione dictum est exequutorem posse de sententiæ nullitate cognoscere, exequutorem inquam, mixtum, de quo loquimur in solutione horum, quorum argumentorum: & de quo loquitur §. *quia vero*. cum glosis, [n] supra citatus & declaratus.

9 Ex prædictis infertur primo, quod cum iudex E. petierit auxilium à Rege regale, & præfatus C. idem fecerit, allegabit E. coram Rege inuocationem pro C. factam, non solum iniustam: sed nullam multis nominibus esse, cumque præfatus C. idem contra processum iudicis E. fecerit, Regia maiestas, quo suum animũ ea de re informet, faciet præsentari vtriusque iudicis processum. Et quia factum pro C. reperiet clarè iniustum, & nullũ esse: factum verò pro E. validũ, adiuuabit partes E. fauore regio, iubẽdo talia legitimè, quæ sufficiat, vt C. cum suo iudice ab hac molestatione cesset, argumẽto huius capituli, *cum cõtingat*: & eorum, quæ Imolensis ait, [o] scilicet iudicẽ sæcularem, à quo petitur auxiliũ ab ecclesiastico, non posse quidem cognoscere de sententia illius ad effectum eam infringendi: posse tamen ad finẽ se informãdi, an impartiri debeat, necne suum auxilium, quæ singularis ampliatio est huius cap.

a §. quia vero post principium. Col. 2. In c. de causa. colli. 1. de re iudic.
b In c. 1. de of ordi.
c ibid. nu. 6.
d In verſ. ité not.
e In illo ca. 1. de offic. ordi.
f In illo ca. 1. col. 6. dixi drata.
g In illo cap. 1. de offic. ordi.
h In illo ca. 1. de offi. ordin.
i In ca. ſolet. de ſent. excõ. lib. 6.
k Deci. 234. ſi Rector. & 308. ſi quis. qui. in nou. è rub. eſt. 6. de ſent. excommun. in nouis.
l Num. 10. in d. c. ſolet.
m In illo ca. 1. colum. 6. dixi drata.
n Ca. paſtoralis. de offic. deleg.

REMEDIVM SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Actum nullum non esse actum.*
2 *Sententiam nullam, non esse sententiam.*
3 *Excommunicatio nulla, non est excommunicatio, nec timenda.*
4 *Excommunicatio nulla, non ligat publicata nullitate.*
5 *Excommunicatus celebrans irregularia, priuandus etiam episcopatu.*
6 *Excommunicatus post appellationem, quam putat iustam celebrans non est irregularis, etiam si postea declaretur iniusta.*
7 *Irregularis sine dolo, & contemptu nemo fit.*
8 *Excommunicatus nulliter, etiam denunciatus non vitandus.*
9 *Excommunicati inualidè electio valida, non fit infirma, licet deferatur appellatio.*
10 *Excommunicatio nulla ob appellationem, ea deserta non reuiuit.*
11 *Excommunicato nulliter collatio facta valida.*
12 *Intellectus cap. solet. §. fin. de sententia excommunicat.*
13 *Excommunicatus nulliter non vitandus, etiam præcipiente prælato.*
14 *Intellectus cap. 1. 11. quæst. 3.*
15 *Excommunicatio iniusta timenda: sed non nulla.*
16 *Scandalum pusillorum vitandum: sed non Phariſæorum.*
17 *Bonæ mentis est agnoscere culpam, vbi non est.*
18 *Conscientiam octo de causis fieri erroneam.*
19 *Tutum, & non tutius tenemur eligere.*
20 *Excommunicatus post appellationem vitare debet, & vitari, si scitur esse iniusta.*
21 *Excommunicatus post appellationem à iudice præcedente appellatione remota, quando vitandus.*
22 *Scandalum ob pusillorum non esse prætermittenda præcepta: ob scandalum de malitia nascens non etiam opera consilij.*
23 *Censuras falsa pro veris colere non esse viri pij, nec docti.*
24 *Conscientiæ puritati discretionis iudicium deesse non debere.*
25 *Excommunicatus nulliter, qui peccat vitando.*
25 *Excommunicatus vitari non debet, licet excommunicatio non sit notoriè nulla, si putatur talis.*
26 *Notorium & manifestum diuersa iurisperitis.*
27 *Excommunicatus magis debet vitare, quam vitari.*
28 *Excommunicatus nulliter non vitandus ante iudicium.*
29 *Excommunicatum nulliter qui vitantes peccant.*
30 *Doctoris insignis scientia, & conscientia dictum.*
31 *Excommunicato & denunciato, etiam Episcopo quis iustè communicat.*
32 *Excommunicato nulliter nullos fructus subtrahi: iniustè autem excommunicato subtractos, non restitui aperta iniustitia.*
33 *Excommunicare qui non potest principalem, minus participantem cum eo poterit.*
34 *Excommunicatio in participantes, quæ nulla.*
35 *Excommunicatio quæ fundatur in alia, cadit ea cadente.*
36 *Excommunicatio exequutoris in participes raro valet.*
37 *Interdictum quoddam pro cessatione vt obseruatum.*
38 *Interdictum quod speciale, vel generale.*
39 *Excommunicatio, & interdictum, vt nonè differunt.*
40 *Interdictum quod matrix Ecclesia seruat, seruandum esse ab omnibus religiosis, etiam si nullum sit, non tamen à sæcularibus.*
41 *Exequutoris censuras nullas posse à valuis refigi.*
42 *Iudicis mandatum nullum neque accusat, neque excusat.*
43 *Iniuriarum & aliis modis teneri excommunicantem iniustè.*
44 *Excommunicatus non est persona honesta.*

a *Lib. 6.*
b *In c. ex tenore. supra eodem.*
c *Le. strut. ff. oper. lib. & l. non dubium. C. de legib.*
d *Le. 2. §. iff. quemad. test. aper.*
e *Leg. non putauit. §. non quauis. ff. de bon. post. contra tabul.*

1 SEcundum remedium, quod auctoritate nititur ordinaria, quodque de prædictis causis colligitur, est, ne prædictus E. & suus iudex timeant censuras in se latas: quas licitè nihil facere possunt. Primo quidem, quia regula iuris est generalis, non præstare impedimentum quod iure non sortitur effectum, reg. *non præstat.* a cum aliis ibi per glossam citatis, & latè per Felinum congestis. b

Secundo specialius facit, quòd actus extraindicialis nullus non dicitur actus, c & testamentum nullum abusiuè testamentum dicitur, d & exhæredatio non rite facta, non est exhæredatio. e

2 Tertio specialius facit, quod sententia nulla, non est appellanda sententia, neque parit effectus sententiæ, a & sicut iuris caret effectu, sic & auctoritate, & nomine rei iudicatæ carere debet: nec nomen sententiæ habere meretur. b Et qui tulit sententiam nullam, non facit litem suam, secundum glossam memorabilem quæ 1 est. c

3 Quarto, in indiuiduo facit, quod sententiam excommunicationis, quæ aliqua de causa est nulla, timendam non esse Gelasius Papa definiebat, d & ante illum Gregorius. e *Non debet* (inquit) *in pœnam sustinere canonicam, in cuius damnatione non est canonica prolata sententia.* Id ipsum etiam in specie tenent ante omnes glossa & Hugutio & post eum Dominicus & vterque Caldinalis, f & Archidiaconus, g Hostiensis item. h S. Thomas item ille omniscius, i quem omnes ad vnum secuti sunt ibi, præsertim Paludanus Theologorum omnium in hac re doctissimus, k & B. Antoninus, quem omnes Rapsodi, & Summistæ sequuntur, l Panormitanus, m quæ omnium vna est opinio.

4 Quinto facit, quod excommunicatus nulliter & denunciatus publicè non tenetur abstinere à diuinis, neque ab alia hominum legitima communione, modo nullitatis causa publicata fuerit, secundum Paludanum, n in hæc verba loquentem: *Qui nulliter excommunicatus publicè excommunicatus denunciatur, ita ex aduerso ipse publicet causam, quando sententia non valet, puta appellationem, vel aliam iustam causam: quo facto amplius non est scandalum pusillorum: sed Phariſæorum, vnde est contemnendum.* Quæ ipsamet verba retulit & probat Beatus Antoninus, o sic & Maior p dicebat. *Quod sicut superiorum oppressiones non sunt leges obligatoriæ: sic nec eorum excommunicationes nullæ.* In specie item, quod excommunicatio lata in eum, qui iure contradicit virtute clausulæ: *Contradictores*, &c. non sit timenda, neque curanda, tradunt Innocentius, Oldradus, Archidiaconus, Ioannes Andreas, Dominicus & Perusinus & alij, quos citauimus supra, q quibus addo Cardinalis Alexãdrinus, r coniunctis, quæ s prius dixit.

5 Sexto, faciunt aliquot aliæ particulares definitiones. Quarum prima sit textus, in cap. *ad præsentiam.* t qui memorabilis est secundum Imolensem, Perusinum, Præpositum & Decium ad hoc, quod licet excommunicatus ingerens se diuinis incurrat ipso facto irregularitatem, à qua solus Papa absoluit, iuxta ca. *clerici.* cum glossa in fi. v & cap. 1. x & licet irregularis possit priuari omnibus beneficiis. y adeo, vt etiam episcopus ratione irregularitatis veniat deponendus ab episcopatu, z tamen quando excommunicatur post appellationem legitimam, non tenetur desistere à diuinis: nec si celebrat diuina, vllam irregularitatem incurrit, nec vllatenus inquietandus est.

6 Habet enim ille textus hæc verba: *Prædictum præsbyterum pro eo, quod post excommunicationem contra appellationem factam diuina cantauit, nullatenus inquietes: sed ad eundem statum reducas omnia, in quo erant tempore appellationis emissæ,* quod locum habere in omnibus casibus, in quibus excommunicatio nulla est, quos scribit glossa singularis, a affirmant omnes prædicti.

7 Secunda decisio sit glossa singularis & penul. b quæ habet, eum, qui appellauit ante excommunicationem, ex quo de sua confidit appellatione, securè celebrare, quam glossam omnes ibi probant, quæ in eis verbis: *Ex quo de sua appellatione confidit,* singulariter sentit, quod clarius Perusinus & Probus explicant, nempe eum, qui bonâ fide credit, suam appellationem valere, & ea fiducia ductus missauit, non esse iudicandum irregularem, licet postea apparuerit, & iudicatum fuerit, eam non fuisse legitimam neque tenuisse. Pro qua singularissima & quotidiana conclusione facit illud memorabile Panormitani, c scilicet, irregularitatem pœnam esse contemptus, & ideo eum, qui nesciens se esse excommunicatum, celebrauit non esse irregularem, quod procul dubio verum est de ignorante probabiliter, & de non contemnente verè, nec interpretatiuè, arg. l. *si ignorans.* d facit & illud singulare Dominici, e scilicet irregularitatem abſque dolo minime contrahi: quod etiam de dolo vero, vel interpretatiuo intelligerem. arg. l. *latæ culpæ.* f & eorum, quæ habentur in l. *quod Nerua.* g & iuribus præcitatis per quæ omnia non semel multos in terris multis consolatus sum sacerdotes, in foro præsertim conscientiæ.

a *Leg. 4. condemnatum. ff. de re iudic.*
b *Clem. pastoralis, §. vt igitur. eod. tit.*
c *Leg. 5. ff. de var. & extraord. cognit.*
d *In ca. cui enim. 11. q. 3.*
e *In c. non debet. ead. caus. & quæst.*
f *In ca. 1. ead. caus. & quæ.*
g *In c. nemo. 1. ibidem.*
h *Summa. de sent. excom. §. quis sit effectus. vers. hæc vera. & de cleric. excommunic. §. qualiter excuse.*
i *In 4. di 18. qu. 2. a. 1. qu. 4.*
k *Qu. 1. col. 3.*
l *In 3. p. a. tit. 24. ca. 73. sub fi.*
m *In capi. per tuas. de sent. excom. & in c. cum contingat. de offic. deleg.*
n *In d. dis. 18. quæst. 1. col. 3.*
o *In illo cap. 73.*
p *In ead. dist. quæst. 2. col. 2.*
q *In 3. causa nullit.*
r *In c. 1. 11. q. 3. col. 3.*
s *In 3. not.*
t *De appell.*
v *De cler. excomm. mi.*
x *De sent. excomm. lib. 6.*
y *Ca. fraternitati. de cler. excom. minis.*
z *Ca. veritatis. de dol. & contu.*
a *In cap. præsenti. de sent. excom. lib. 6.*
b *Ca. solet. de sent. excom. lib. 6.*
c *In c. pastoralis. §. verti, col. 4. de appellat. diff. loc. c. sæuo. de sent. exc. cap. apostolica. de cle. excom. minis.*
c *In c. is cui. §. 1. not. 1. de sent. excom. lib. 6.*
f *ff. de ver b. sig.*
g *ff. depositi.*

Non otiosè autem glossa illa dixit: *Ex quo de sua confidit appellatione:* neque ipse otiosè huic decisioni addidi ea verba *bona fide.* Nam si quis nosset, vel nosse deberet appellationem suam, vel causam minus iustam, vel minimè veram, ac repugnante conscientia, verbo pronunciaret se illi fidere, is profectò irregularitatem coram Deo contraheret: etiam si fortè per falsas probationes, aut malitiâ, vel imperitiam iudicis declararetur appellatio legitima, per eandem glossam & alia supra citata, inductaque à contrario sensu. qua in re bone Deus, quot miserè ac quoties errant? quis efferat, quisve satis defleat?

8 Tertia decisio cap. *dilectis.* a quæ habet, sanius fecisse canonicos Senonenses, qui Decano suo communicarunt in diuinis faciendis, non obstante, quod is denunciatus esset excommunicatus ab Archiepiscopo, quia post appellationem excommunicatus fuerat. Verba textus subiiciam, quia sunt accommodatissima nostro casui: *Senonenses tamen canonicos, qui saniori ducti consilio communicauerunt eidem, vt appellationi ad nos interpositæ magis, quem denunciationi ab archiepiscopo factæ deferent, inculpabiles iudicamus.* Quod in illatione 9. & 10. magis confirmabitur: sed interim perpende, lector, verbum *inculpabiles*, verbum item, *saniori consilio*, perpende, quod excommunicans iudex ordinarius erat, perpende quod ob vnam tantum causam excommunicatio allegabatur nulla: attamen, ait textus. *Sanius fecisse non vitando Decanum, quàm vitando.* quantominus in casu nostro vitandus erat E. ob censuras in eum latas à subdelegato, multis de causis supradictis ipso iure nullas.

9 Quarta decisio est glossæ singularis, b quam ibi communis probat, nempe electionem illius, qui post appellationem legitimam fuit excommunicatus, validam esse, ac canonicam: neque illam vitiari, etiam si appellatio per negligentiam deferatur.

10 Quinta sit textus singularis in cap. *licet.* c quod habet excommunicatum post appellationem tunc denunciari posse, ac in extraiudicialibus vitari quando appellationem per negligentiam intra tempus debitum prosequi neglexit: sed neque tunc in perpetuum vsque ad absolutionem esse vitandum, sed tantùm donec docuerit, quod post appellationem legitimam excommunicatus fuit.

11 Sexta sit Dominico à S. Geminiano, d scilicet collationem beneficij factã ei, qui post appellationem excommunicatus fuerat, validam esse ac canonicam, nisi aliud canonicum obsistat.

12 Pro quo est glossa illa singularis præcitata, e text. item singularis, f quod habet, excommunicatum post appellationem, neque in electionibus, neque postulationibus esse vitandum. vbi verbum *electio*, generaliter sumptum tam actiuè, quam passiuè accipiendum dixit vbi supra Dominicus affirmãs etiam quæ supra de irregularitate diximus.

13 Septima sit Panormitani, g dum col. 4. sic loquitur, *Vltimo nota ex fine litteræ, quod denunciationi superioris denunciantis aliquem excommunicatum & vitandum, non est obtemperandum, si probabiliter constat veritatem esse in contrarium: vt puta quia excommunicatus est, post appellationem legitimam. Ex quo nota, quod non tenentur subditi obtemperare prælato denunciãti excommunicatũ post appellationẽ vitandũ.* Hactenus ille.

Octaua sit Archidiaconi, h cuius verba referam infra. i

OPPOSITIONES CONTRA HOC REMEDIVM.

14 SVnt tamen, vt audio, quidam tametsi pauci, quorum alij trepidant timore, vbi (quod Psaltes ait, k) non est timor. Alij vero, quod ait Dominicus, l decimant rutam & mentam, & deglutiunt camelum, quos leuis scrupulus angit, vel potius se angi simulant. Pro his primo facit, quod sententia pastoris iusta, vel iniusta timenda est, vel tenẽda, secundum aliam litteram, vt Hugutio ibi ait. m Secundo quod nihil cum scandalo est faciendũ. n Tertio, quod in specie Paludanus o dixit, excõmunicationẽ nullam propter pœnam quidem non esse timendam: sed propter culpam sic. & ita in occulto non esse seruandam: in publico autem ratione scãdali esse custodiendam. Quarto, quod bonarum mentium est ibi etiam agnoscere culpam, vbi culpa non est, secundum Gregorium. p Quinto, quod Innocentius, q ait, tutius esse vitare excommunicatum, etiam nulliter in familiari cõuersatione. Sexto facit, quod quando notum est, appellationem, quæ excommunicationem præcesserit illegitimam esse, vitandus est excommunicatus: licèt ille excommunicationem prætẽdat esse nullã. Septimo, quod Panormitanus, a secutus Abbatem determinat, eum, qui post appellationem excommunicatur à iudice, procedente appellatione remota, vitandum esse.

15 Ad horum primum respondeo primo, quod Gregorius, b loquitur de sententia pastoris, vt ibi adnotauit Alexandrinus quia si pastor non esset, qui excommunicat, hoc est, potestatem & iurisdictionem excommunicandi non haberet, eius sententia nullatenus esset tenenda, siue timenda, vt idem Alexandrinus ibidem affirmat: at is subexequutor non erat pastor, nec iudex, quippe cuius rescriptum erat ipso iure nullum, vel ipso iure reuocatum, vt in prima causa nullitatis fuit mõstratum, & incapax alioqui iurisdictionis Sedis Apostolicę delegatę, vt in 2. causa demonstratur, & procedebat contra contradicentẽ iure per clausulam: *indebite molestantes*, &c. Secundo respondeo, illud Gregorij agere de sententia pastoris iniusta, ex animo, iusta vero ex ordine ac causa, sentit Gratianus, c quamuis idem dicendũ sit de omni sentẽtia iniusta ex causa & ordine, quando ita est iniusta, vt tamen nõ sit nulla, secundũ omnes ibi & vbique, in quibus est Hugutio, d sic inquiens: *Hoc capit. intelligitur de sententia iniusta ex animo, vel ex causa, non autẽ ex ordine. Tunc enim non esset timenda, vel tenenda: quia ipso iure nulla esset.* Paludanus autem duas super hoc conclusiones ponit in hæc verba: quoad propositum: *Excommunicatio licet sit iniusta, est tamen timenda, si sic esset iniusta, quod non est nulla: sed solùm annullanda: siue sit iniusta ex parte excommunicati, qui est innocens in illo facto, siue ex parte excommunicantis, qui ex odio, aut per gratiam, vel fordes tulit excommunicationem: siue ex ordine, quia per falsos testes, aut sine monitione, vel scriptis. Si verò sic est iniusta, quia est ipso iure nulla: quamuis aliquando, quod nihil est in se habeat ligamen iuris, vt matrimonium de facto contractum, vel sponsalia causant publicæ honestatis iustitiã, quando fuerunt nulla aliter, quàm per defectum consensus: non tamen in proposito: vnde propter pœnam iuris timẽda non est. quia secundum veritatem nullam pœnam iuris incurrit, qui sententiam, quæ nulla est, non custodit.* Hactenus Paludanus. Aduertendum tamen hoc dictum Paludani quatenus habet impedimentum publicæ honestatis induci ex sponsalibus nullis alia de causa, quam defectus consensus, esse quidem verum iure antiquo, sed esse sublatum per Concilium Tridentinum. e

16 Ad secundum & tertium respondeo, concedendo nihil esse agendum cum scandalo pusillorum: & per consecutionem seruandam esse in publico excommunicationem nullam, si nullitatis illius causa est occulta, donec publicetur: non autem si est publicè nota, vel posteaquam publicata fuerit. Tum enim, vt Paludanus & Antoninus in argu. vltimo pro corollatio facto relati prædixerunt, non est scandalum pusillorum, sed phariſæorum.

Cum igitur E. in cathedra lectione primaria multas prædictarum nullitatis causas disputauerit publicè, cum eadem scriptas episcopo Conimbricensi, ac alijs multis tradiderit, cum appellationem suam coram vicario episcopi intimauerit, multo antequam hæ censuræ ferrentur, cum ea nota fecerit capitulo Ecclesiæ B. cum suus iudex episcopo & capitulo Ecclesiæ B. auctoritate Sedis Apostolicę iusserit, ne censuras has ferrent, neque præfatum E. in diuinis vel alijs vitent: consequens est, eum non seruando illas non præbere scandalum, nisi Phariſæorum. quod Paludanus (cuius auctoritate nititur argumentum) definit non timendum esse, immo fortiter contemnendum. iuxta illud optimi Iesu elogium: *Sinite illos, quia cæci sunt.* Paludanum autem Diuus Antoninus & alij omnes probant.

17 Ad quartum ex his, quæ Salmanticę olim in illo cap. *ad eius.* f diximus: respondeo primo, non sentire Gregorium bonæ mẽtis esse credere aliquid esse peccatum, quod non est: quia immo id stultę mentis esse auctore Diuo Antonino, g quod ante illum sensit Ioannes Gersonus, h quam stultitiam arbitror esse in causa, quare multi graviter peccent, quoniam qui contra conscientiam, etiam erroneam facit, peccat. i quod in cap. *si quis autem.* k latè tractaui.

18 Secundò dico, non sentire illum bonæ mentis esse dicere aliquid peccatum, quod tamen nõ sit. Quia menti-

a *In ca pastoralis, in princ. num. 9.*
b *In illo ca. 1. & 11. q. 3. cel ministerio.*
c *In c. episcopus 9. si ergo 21. quæst. 3.*
d *In illo ca. 1.*
e *Sess. 24. c. 3. de refor. matrimonij.*
f *5. dist.*
g *In 1. p. tit. 3. c. 10. §. 10. col. 5.*
h *Secund. p. a. de nat. & qual. conscit. alphab 29. litera 0.*
i *Capit. per tuas. 2. de simon.*
k *De pœni. d. 7.*

a *Sub finem, de appell.*
b *In c. sæpe. de appell. verb. sentent.*
c *De sent. excomm. lib. 6.*
d *In consil. illo pulcherrimo 99. super primo. col. 2.*
e *In illo c. sæpe.*
f *In illo c. solet. sub finẽ.*
g *In d. c. dilectis.*
h *In cap. cum 11. quæst. 3.*
i *Sub finem illationis 9.*
k *Psal. 13.*
l *Luc. 11.*
m *Ca. 1. 11. q. 3.*
n *Ca. nihil. de præscript. c. 2. de oper. noui nunc.*
o *In 4. dis. 18. quæst. 1. col. 3.*
p *In c. ad eius. 5. dist.*
q *In ca. solet.*
r *Sent. excõmunic. lib. 6.*

retur & peccaret, iuxta cap. *Cum humilitatis cauſſa mentiris, ſi non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris.* [a] Tertio dico, illum ſanctiſsimum virum ſentire potuiſſe bonæ mentis eſſe cognoſcere ſe in genere peccatorem, etiam ſi neſciat quo genere peccati, ſecundum gloſſam. [b] Quarto dico, eum etiam ſentire potuiſſe, quod bonę mentis ſit cognoſcere culpam, id eſt, trepidare ob timorem culpæ incurſæ, vbi ratio trepidandi iuſta eſt: non quidem, vt iudicet peccatum eſſe, quod tale non eſt: ſed virtutis amore, quæ res eſt ſollicita, iuxta illud: * *Res eſt ſolliciti plena timoris amor*, ſecundum Maiorem, [c] quæ tamen expoſitiones, ſalua tantorum auctorum pace, licet ſint veræ, non ſatis videntur germanæ. Quare ſexto dico, Gregorium in illis verbis ſentire, quod quotidie experimur confeſſarij, & alij de dubijs conſcientiæ conſulti: nempe agnoſcere culpam, vbi culpa non eſt, eſſe quidem mentis bonæ, hoc eſt mentis ad bonitatem propenſæ: non tamen in quantum huiuſmodi eſſe bonam, immo malam ob defectum rationis iudicantis bonum eſſe malum, & album nigrum. Sic mihi videtur intellexiſſe Ioannes Gerſonus in loco præcitato, dum inter octo cauſſas, ob quas conſcientia fit erronea, poſtremam facit puritatem cordis, & humilitatem, confirmandum id per hoc Gregorij dictum.

19 Ad quintum reſpondeo primo, illud dictum Innocentij, intelligendum eſſe de illa conuerſatione familiari, quæ non eſt excommunicato præiudicialis, vt ipſemet ibidem cum omnibus affirmat: at præfatus E. non petit, neque contendit, vt prædicti canonici admittant eum ad colloquia familiaria, quæ tamen ſuauia ſint & vtilia: ſuauiora tamen multò, veriora & vtiliora intra ſuum habet muſæum, ſed ſolum petit, & contendit ſe admitti ad diuina obſequia, in Eccleſia omniũ Domino facienda, & iuxta ſuæ Cantoriæ munus regenda à quibus illum vitari, non ſolum eſt honori ſuo, & eccleſiæ auctoritati detrahere: ſed etiam animæ ipſius detrimentum facere. Secundo reſpondeo, Innocentium nõ dicere malum eſſe familiariter conuerſari cum excommunicato nulliter: ſed tutius eſſe non conuerſari. Per quod comparatium præſupponitur tutum eſſe conuerſari. [d] Non enim tenemur eligere tutius: ſed ſatis eſt eligere tutum. quod altius, ni fallor, omnibus, quo ad vtrumque forum tractauimus in cap. *ſi quis autem*. [e] Ego autem addo Innocentio, ætate noſtra, vt colloquia hominum fere ſunt omnia corruptiſsima, tutius eſſe conuerſationes viuorum, etiam non excommunicatorum familiares vitare, & mortuorum quærere, & cum Pſalte ponere ori cuſtodiam, & oſtium circumſtantiæ labijs.

20 Ad ſextum reſpondeo, concedendo vitandum eſſe excommunicatum, quando notum eſt, appellationem eſſe illegitimam: non autem quando conſtat, eam eſſe legitimam, vel dubiam. quod ipſemet Innocentius cum omnibus ibi dixit: At appellationem præfati E. non ſolùm non conſtat eſſe illegitimam, immo conſtat eam multis nominibus eſſe, vt ita dicam, legitimiſsimã: licet quo ad propoſitum præſens ſufficeret eſſe dubiam. & ita fateor, argumentum hoc neruosè vrgere, quod præfatus C. vitari debeat, non obſtante appellatione, quam ſe iactat interpoſuiſſe. quoniam, vix vllum eruditum inuenias, qui iudicet, illam interpoſitam eſſe congruo loco, & tempore, ac in debita forma, vt in 6. cauſſ. nullit. oſtendimus.

21 Ad ſeptimum reſpondeo, primo Abbatem, [f] non dicere id, quod ei Panormitanus imponit, nihil enim ea de re Abbas loquitur vſque ad §. *verum*. ibi autem non agit de illo, qui ante excommunicationem appellauit, ſed de illo, qui poſt eam, vel ab ipſa iam lata. qui caſus longè à noſtro, vt vides differt. Secundo dico, illam concluſionem Panormitani procedere tunc demum, quãdo qui appellauit, non expreſsit cauſam appellandi à iure probatam: licet fortè aliàs legitima eſſet. Alioqui enim appellatio recipienda eſſet ita iure approbata, vt deberet admitti, etiam non obſtante appellationis remotione, ſecundũ eundem, & communem: quidquid ibi Decius cui reſpondemus, [g] ſuper gloſſ. 2. moueat, & ita excommunicatio lata, neque ligat, neque timenda eſſet magis, quaſi non procederet appellatione remota. Vnde illam maximam Cancellariam Pinciensem ſiue Valliſoleti videas, aliquando iubere ſcholaſtico Salmanticenſi, qui appellatione remota procedit abſoluere aliquos à ſe poſt appellationem excommunicatos, aliquando verò minimè: quoniam nonnulli appellãt cum cauſſa iure probata, nonnulli verò ſine tali: ac in caſu noſtro multis de cauſsis expreſsè à iure probatis appellatum fuit, vt ex [a] ſupra ſcriptis palam eſt. Tertio dico, illam concluſionem Panormitani nil noſtrum caſum tangere, quoniam, ille de iudice cum clauſula, appellatione remota procedente loquitur: is autem executor non procedebat, cum illa clauſula: licet executor principalis potuiſſet quod clare ſupra, [b] oſtenſum eſt.

22 Ex prædictis infertur primo, rectè feciſſe præfatum E. non abſtinendo à diuinis audiendis, & faciendis. Quoniam primò nulli, vel certe pauciſsimi, & hi quidem partis aduerſæ vltra aras, quod aiunt, amici crediderunt cenſuras has valuiſſe, poſteaquam præfatus E. publicè eas vanas eſſe, ac nullas diſputando affirmauit. & ita ratio ſcandali, ob quam aliquando cenſura, quæ nulla eſt, ſeruari debet, ceſſabat, & per conſecutionem obſeruantia quoque illarum ceſſare debebat. [c] Secundo, quod nemo debet ea, quę ſunt de neceſsitate ſalutis, opera præcepta omittere propter alterius ſcandalum paſsiuum, iuxta ca. *qui ſcandalizauerit*. [d] tradit S. Thomas, [e] receptus ab omnibus, & in his ab Adriano. [f] Nam indecens eſt, ſuum crimen alienis commodis impendere, [g] ſicut non ſuo, nec vult Deus tali lucro, tale damnum compenſari, [h] & ordinata charitate quiſque tenetur propriam ſalutem præferre ſaluti proximi. i At præfatus E. ad diuina audienda, & aliquando facienda præcepto adſtringitur. [k] Tertio facit, quod neque opera conſilij ſunt prætermittenda propter ſcandalum, quod ex malitia oritur: id enim Phariſæorum appellant, quod contemnendum eſſe habetur apud Euangeliſtam. [l] Neque etiam propter ſcandalum ex ignorantia, vel infirmitate procedens, quod puſillorum vocatur, ſi poſt redditam rationẽ, quare id inſtẽ fiat perduret: quonia iã videtur malitioſum, ſecundũ S. Thomã, [m] ab omnibus receptum.

23 Secundo infertur, præfatum E. non eruditè facturum, ſi ob has cenſuras à diuinis, etiam his, ad quæ conſilio tantùm tenebatur, abſtineret, ſi per abſtinentiam illam crederetur ipſe putare ſe eſſe excommunicatum. Quia Chriſtiani omnes, præſertim Doctores, bono exemplo debent eſſe alijs, [n] iuxta illud Redemptoris. [o] *Exemplum dedi vobis*, &c. At præfatus E. decretorum Doctor & cathedratius perpetuus, & in facultate canonica primarius Academiæ tam florentis, malum de ſe populo exemplum exhibuiſſet, ſi magnificiſſet excommunicationem, quo à diuinis ceſſaret: non autem quo à poſſeſsione, ob quam illa fuit lata, diſcederet id enim fuiſſet reuerendo cenſuras eaſdem maximè contemnere: quod verò fecit, fuit honorem cenſuris veris debitum, falſis non deferre, & honorem lucis angelo debitum, ſathanæ in eum ſe transformanti negare, & Deum falſum pro vero non colere. quæ pia ſunt & neceſſaria, vt habet cap. *presbyteros*. [p] facit cap *ſæpe vitia*. [q] vbi gloſſa ponit verſiculum doctis præſertim memorandum: *Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt*.

24 Tertio infertur quiddam longe alienũ ab opinione quorumdam, qui puras quidem conſcientias habent, ſine tamen iuſto rationis iudicio, contra ca. *non ſolum*. [r] ſcilicet duplici nomine prædictum E. male facturum eſſe nunc, ſi ob has cenſurarum vmbras à ſua poſſeſsione, quod aliquando in mentem ei venit, diſcederet. Primò, quòd contra conſcientiam cum malo exemplo, & ſua iniuſta infamia fateri videretur hactenus ſe fuiſſe excommunicatum: & ita peccaret. [s] Secundo, quod cõſentire videretur, adeptioni poſſeſsionis præfati C. quam ſine peccato adipiſci eum non poſſe, certum eſt, multis de cauſsis in prælectione cap. *ſi quando*. [t] ſupra fuſe ſariſque diſputatis: ac conſentientes peccato peccare Paulus ait, [v] & Pontifex Romanus eum ſecutus. [x]

24 Quarto infertur intellectus verus illius Angeli à Clauſio, [y] qui quindecim cauſibus paullo ante relatis, quibus excommunicatio eſt ipſo iure nulla, quorum vndecim ponit gloſſa ſingularis poſt Ioannem Monachum, [z] ſubijcit hæc verba. *In omnibus prædictis cauſibus ſententia excommunicationis nullo modo eſt timenda, nec quo ad Deum, nec quo ad Eccleſiam, quando notoriè conſtat de aliquo ipſorum: ſed quando non conſtaret, tunc quo ad Eccleſiam eſſet timenda, & ipſam*

contem

a 22.q.2.

b *In illo c. ad eius. & latius in c. cum humilitatis.*

* *Oui. in epiſ.*

c *In 4.diſ.17. 2.col.4.*

d *Leg vlt autem ff. de verb. oblig.*

e *De pæn. di. 1. à n.24. vſq; ad 47.*

f *In illo c. paſtoralis, de appel. in princ.*

g *Ibidem.*

a *4.5.6.7 & aliis cauſsis nullitatis.*

b *In 14. cauſſa nullit.*

c *Arg.e. cum ceſſante. de appellat. & l. digere. §. quã uis. ff. de iur. patro.*

d *De reg. iur. ca. 2. de noui op. nun.*

e *2.2.qu. 43. art. 7.*

f *Quodlib. 1. a. 2. littera j.*

g *40. dist.*

h *33.q.5. ſi di cat.*

i *Leg. præſes. C. de ſeruit. & aqua. ea ji non licet. 23. quæſt. 5.*

k *Ca. miſſas. de conſec. d. 1. e. dolentes. de celeb. miſſ.*

l *Matth. 15.*

m *In d. ar. 7.*

n *Ca. qualis. 8. q. 1. c. nole. 12. q. 1. & ca. præcipue. 11. quæſt. 3.*

o *Ioan. 13.*

contemnens peccaret mortaliter, & poſſet excommunicari. Hoc enim dictum eius, quatenus de notorio loquitur, nõ debet intelligi eo modo, quo notorium capitur in cap. *veſtra*. [a] & vt ibi definit Antonius, [b] nec item, vt accipitur in ca. fin. [c] ſed in genere pro eo, quod eſt manifeſtum, hoc eſt ſecundum Panormitanum, [d] per clamoſam inſinuationem, certo auctore præcedente patefactum: alioqui Angelus contrarius eſſet Paludano, & Beato Antonino immo & Romanis Pontificibus, & alijs ſupra citatis in quarto argumento pro remedio facto, & in ſolutione 2. & 3. argumentorum, quę cõtra illud formaũ. quod non eſt credendum.

25 Quinto infertur pluſculum vigilantiæ deſiderari poſſe in Prierate, viro alioqui mea ſententia vigilantiſsimo, [e] qui relatis & probatis verbis Paludani ſupra in hoc remedio relatis ſubijcit hoc Angeli dictum ad verbum eo non citato, neque aliter verbis eius temperatis: quę tamen erudito & in materia notorij exercitato, contraria meritò videri poſſunt. Diligentior mihi videtur Gabriel vir omnium conſenſu doctiſsimus, qui [f] altius omnibus in hæc verba loquitur.

27 *Si vero excommunicatio fuerit nulla ob defectum iuriſdictionis ſuper excommunicatum ſimpliciter, vel in illo caſu, quo fertur excommunicatio, vel quia fertur poſt appellationem legitimè interpoſitam, vel ob alium defectum, propter quem ipſo iure eſt irrita, tunc non oportet eam timere, nec pro excommunicato gerere, vitando communionem ſacramentorum & hominum: quoniam quod non eſt non oportet timere: ſed dum ſententia eſt nulla, iam non eſt excõmunicatio, neque quo ad Deum, neque quo ad Eccleſiam: & ergo non eſt timenda quo ad Deum, quia nulla culpa: nec quo ad Eccleſiam, quia ſecundum veritatem nullam ſententiam iuris incurrit: qui ſententiam, quæ nulla eſt, non cuſtodit: timenda tamen eſt non ſententia: ſed ſcandalum populi vulgaris neſcientis ſententiam eſſe nullam. Vnde ſi aliquis publicè excommunicatur & denunciatur nulliter ex aduerſo publicet ſufficienter ipſe cauſſam, propter quam ſententia eſt irrita, quo facto non pareat ſententiæ: & ſi aliquis tunc ſcandalizatur, non eſt ſcandalum puſillorum, ſecundum regulam Chriſti, [g] contemnendum. attamen non tenetur eam ſeruare in occulto ante ſcandali ſedationem: ſed neque in occulto neque in publico coram ſapientibus, quibus nota eſt nullitas ſententiæ, tenetur eam obſeruare.* Hactenus ille, cuius & aliorum ſententias eo curioſius retuli, quo res eſt magis quotidiana, & nonnulla conciliatione auctorum indigebat.

28 Sexto infertur, non teneri alios ad vitandum E. immo poſſe cum eo iuſtè ac ſanctè communicare, tam in diuinis, quàm alijs extraiudicialibus: quoniam excommunicatus, quod pauci, proh dolor, ſatis aduertunt, magis peccant non vitando alios, quàm alij, qui ſaltem nondum ſunt participare illi prohibiti, de quibus mox dicam, non vitando ipſum. per textum in cap. *illud*. [h] at ipſe E. communicando alij non peccat. Ergo neque alij communionem ipſius non vitantes. Caſus eſt præterea in cap. *dilectis*. ſub fin. de appell. ſupra ad verbum relatus.

Septimo infertur, eos qui præfatum E. & iudicem ipſius non vitant in extraiudicialibus, neque in iudicialibus, quo ad hunc nullitatis articulum in nullam pœnam incidere. Quoniam primo ſupra probatum eſt, ipſum nullam pœnam incurrere non vitando alios, & maius peccatum eſſe non vitare, quàm non vitari. Secundo, quod res, quæ culpa caret, carere debet & pœna, [i] at nullam contrahit culpam, qui non vitat excommunicatum prærendentem excommunicationem in ſe latam nullam eſſe: ideo quod vel errorem continebat intolerabilem, vel ſit poſt appellationem legitimam lata, in extraiudicialibus per caſum nonum, & luculentiſsimum, ca. *ſolet*. [k] quod procedit etiam antequam cauſſa incipiatur in iudicio tractari, ſi conſtat, appellatum eſſe legitima de cauſſa: quamuis ab alia parte allegetur eſſe falſa, ſecundum Innocentium auctorem illius, cap. *ſolet*. [l] quod etiam, [m] eo non relato affirmat Hoſtien. quod ipſum facit Ioannes Andreas quem referunt & procant Dominicus, & Perufinus ibidem: at præfatus E. & iudex eius, poſt appellationem legitimam prætendunt ſe non eſſe excommunicatos, quod etiam palam conſtat ex actis. Tertio facit, quod excommunicatus, qui etiam alia de cauſſa, quàm appellationis, vel intolerabilis erroris in ſententia expreſsi prętẽdit excommunicationem in ſe latam eſſe nullam, non debet vitari, ſi cauſſa nullitatis notoria eſt, vel ſua intentio iure communi fundatur, ſecundum Innocentium, [a] & Hoſtienſem, [b] quibus non relatis idem ait Ioannes Andreas, [c] quem Dominicus & Perufinus ſequuntur, [d] at excommunicationem hanc prædicti iudex, & E. prætendunt eſſe nullam, etiam ea de cauſſa, quod ipſe neque eſt, neque poteſt eſſe iudex delegatus, vel ſubdelegatus Apoſtolicus, eo quòd ſit presbyter ſimplex. & ita prætendunt, eam eſſe nullam ex cauſſa notoria, vel certè iure communi fundata: ergo propoſitum. Quarto facit, quod communis habet, eſſe locum illi cap. *ſolet*. non ſolùm in illis duobus caſibus expreſsis in eo: ſed etiam in alijs omnibus, quibus excommunicationem eſſe nullam conſtenditur, eo quòd illi duo caſus cauſſa exempli, & tãquam frequentiores & clariores ibi exprimuntur. Et ideo non debet adeo reſtringi, quin extendatur ad alia, in quibus eadem militat ratio, argument. cap. 1. coniuncta gloſſa, [e] & gloſſæ ſingularis, [f] quod expreſſe adnotauit Panormitanus, [g] & Felinus, [h] Paludanus poſt & ante alios Theologos, [i] & clarius Angelus, [k] & Siluеſter. [l]

29 Octauo infertur, peccare illos, qui E. & eius iudicem in eis actibus extraiudicialibus euitant, in quibus vitandos eos, ſi non eſſent hac excommunicatione, quæ nulla eſt excommunicati, peccarent: quoniam primò, ſi quid eos à peccato excuſaret: maximè eſſet hęc excommunicatio, quę illis iuſtam tribueret cauſſam non communicandi ei: at hoc per prædicta falſum eſt. Secundo, quod iniuriam facit, qui excommunicarum prętendentem ſuam excommunicationem nullam eſſe, vitat in his, in quibus vitatio illi eſt præiudicialis, ſecundum Innocentium & omnes alios, [m] adeo, vt ſingulariter affirment, teneri canonicos, occurrente vacatione, & electione, vocare abſentem, quem epiſcopus excommunicaſſet in canonicorum præſentia: quia fortè aliqua de cauſſa prætendere poteſt illam excommunicationem eſſe nullam: quo caſu ſi de illius cauſſæ falſitate non conſtet, debet ad eligendum admitti.

30 Nono infertur, canonicos Eccleſię B. ſecuriſsime potuiſſe ac debuiſſe communicare prefato E. in diuinis ea ratione, quo qui vnius Doctoris eruditione, ac animi pietate celebris auctoritate ductus fecerit aliquid, excuſatur, etiam ſi fortè id non eſſet iuſtum, & alij contrarium tenerent, per textum in ca. *C appellanus*. [n] Cuius gloſſa putatur in hoc ſingularis ab Alexandro, [o] & commendatur ibi à Panormitano & Imolenſi & Felino, [p] quod copioſiſsime confirmat Beatus Antoninus, [q] quod etiam ad excuſationem à violatione cenſurarum procedere, ſpeciatim ſatis fatentur Ioannes Andreas, Dominicus & Perufinus, [r] & conſtanter affirmaſſent, ſi legiſſent quę citat Beatus Antoninus vbi ſupra, & meminiſſent gloſſam prædictam cum adnotatione Imolenſis & Panormitani, [s] & ſatis ponderaſſent gloſſam penult. cap. *ſolet*. [t] cum his, quæ in illius confirmatione adduximus ſupra, [v] pro remedio formato. At non vnum tantum Doctorem: ſed multos, & illuſtres, tam ſacrarum, quàm pontificiarum litterarum peritos ſupra citauimus. Archidiaconus etiam [x] ſic ait.

31 *Quamuis ſit credendum alicui ordinario denuncianti aliquem excommunicatum, vt in hoc cap. cura. & infra, & cap. debent. & extra de treug. & pac. cap. 1. Si autem ſcias pro certo denunciatum ante excomm. unicationem appellaſſe, ſecurè & pro certo potes illi communicare, extra de appell. cap. dilectus in fine. nam ipſe denunciatus poteſt ſe ingerere communioni & diuinis.* Hactenus Archidiaconus ante quem Innocentius, [y] ait, excommunicatum poſt appellationem non eſſe à diuinis ciiciendum: immo poſſe alios canonicos ſecurè cum illo celebrare, per cap. *dilectis*. [z] etiam antequam dict. cap. *ſolet*. ederetur, cuius ſententiam in hæc verba retulit ibi Hoſtienſis col. 6. ſub ſinem: *Si quis primo appellaret, & poſtea excommunicaretur, talis nec denunciandus eſſet, argumento. infra de ſententi. excommunicat. cap. per tuas. nec eſſent ſibi ſua beneficia ſubtrahenda: cùm & ipſe non debeat ſe pro excommunicato gerere, & miniſtri prębendarum tamquam mercenarij poſſint ei communicare. 11. quæſt. 3. quoniam multos. infra de ſententi. excommunic. cap. inter alia. ſecundum* D. N. *quinimo talis hodie, & ſi in iudicio euitetur: in diuinis tamen officijs, & fortius in omnibus alijs, quæ aguntur extra iudicium, non vitatur, vt extra de ſententi. excommunicat. cap. ſolet. §. in ſecunda, lib. 6.* Hactenus Hoſtienſis quem Ioannes Andreas & Dominicus, Antoninus ad

verbum

a *De tohabit. cler. & mul.*

b *Num. 31.*

c *De temp. ord.*

d *In illo c. veſtra. num. 13.*

e *In verb. ex comm. 2. not. 2. verſ. 15.*

f *In 4. d. 18. q. 2. col. 11.*

g *Matth. 15.*

h *De cler. exem. miniſtr.*

i *Cap. 2. de conſtitution.*

k *De ſent. excommunicat. lib. 6.*

l *Verb. art. 6. num. 2. Idem eadẽ col. & eodem verb.*

a *In prædict. verb.*

b *Super eod.*

c *Col. 2.*

d *In eod. c. §. in ſecunda. col. n. 4.*

e *Nec cler. vel monach.*

f *In clem. 2. de reſcrip. verb. præſidentes.*

g *in cap. per tuas, de ſent. excom. col. 2.*

h *Col. 1.*

i *In illa d. 18. queſt. 1.*

k *Ver. excom municatio. 4. §. 19.*

l *Ver. excommunic. 2. vtr. verſ. 15.*

m *In illo c. ſolet.*

n *De ſer*

o *In conſil. 1. col. 4. 2. vol.*

p *In ca. nam. de conſtit. col. 4.*

q *In 1. p. tit. 3. cap. 10.*

r *In ca. alma mater. §. pen. de ſent. excõ. lib. 6.*

s *Illo c. ca pellanus.*

t *De ſent. excommun. li. 6.*

v *In 6. arg. de cif. 2.*

x *In ca. cura. 11. quæſt. 3.*

y *In 1. paſtoralis. §. verũ. de appellat.*

z *Sub finem, de appellat.*

verbum sequuntur. Petrus ité, Cardinalis, Imolensis, Perusinus & Præpositus probant. Canonici ergo prædicti, qui noluerunt communicare præfato E. post tantopere publicatas causas nullitatis præfatarum censurarum, vel aliam sacram scripturam, vel alios sacros canones proferant: aut tot & tantarum scripturarum, & interpretum auctoritatis moli succumbant. Quibus addo, quod E. nec in iudicialibus non debuit vitari propter ea, quæ de declaratione excommunicati, secundum 15. causam nullitatis scripsimus: quod tanquam rem per obliuionem hic in priore editione omissum, sub finem prælectionis monuimus.

32 Decimo infertur, nullos beneficiorum fructus subtrahi præfato E. ob hanc excommunicationem posse, quod Innocentius,[a] ab alijs receptus affirmauit: quinimmo subiecit, etiam cum, qui excommunicatus fuit validè: sed iniustè, constito de iniustitia recuperaturum esse fructus omnes, qui excommunicationis tempore obuenerunt. Ex quibus duobus dictis infertur, verum esse id, quod E. senatui Ecclesiæ B. dicebat: nempe id statutum, quod aliqui eorum allegabant se habere, vt qui Ecclesiæ beneficiarius excommunicaretur, siue bene, siue male, vitaretur à diuinis: ar constito postea, quod malè fuisset excommunicatus, integrè illi sua præberetur præbenda cum omnibus distributionibus quotidianis, intelligendum esse necessario de illo, qui licet iniustè, tamen valide fuisset excommunicatus: non autem de illo, qui nulliter, præsertim post appellationem. Primo, quia hoc iuri communi consonat. Secundo, quod non solum canonici Ecclesiæ B. sed neque tota ecclesia Lusitaniæ, id statuere potuisset: quoniam id esset statuere contra dict. cap. *solet.* quod nemo facere potest præter Romanum Pontificem, vt habetur in cap. *quod super his.*[b] cum ei latè per omnes, præsertim Imolensem, & Felinum adnotatis. Sed neque illi Patres tam crasum statutum monstrare præfato E. potuerunt: immo per ea, quæ tunc exhibita fuerunt, coniectum fuit, canonicos olim Ecclesiæ B. non fuisse prudentia & eruditione inferiore, quàm præsentes: tametsi tempora illa litteris discendis multo, quàm præsentia, infeliciora fuissent.

33 Vndecimo infertur, non esse timendam vllatenus excommunicationem, quam is subexecutor in participantes tulit. Primo, propter omnes fere nullitatis causas supra deductas, & quod is subexecutor nullam vmquam iurisdictionem habuit super E. vt supra in 1. 2. & 3. causis nullitatis demonstrauimus. Ergo minus in participantes cum illo argumento authen. *multo magis.*[c] & clement. *si dominum.*[d] Et vltra omnia præcitata dicebat peritissimus Bonifacius,[e] executorem merum non habere iurisdictionem neque in principales, neque in rebelles. Secundo, quia daro, (quod constanter negamus) quod habuisset ille iurisdictionem vllam super E. tamen per recusationem & appellationes legitimas deuoluta fuit illa ad superiorem, argument. cap. *vt debitus.*[f] & cap. *non solum.*[g]

34 Tertio, quod etiam si iurisdictio non fuisset ab eo in superiorem deuoluta: tamen excommunicatio ab eo lata contra participantes excommunicatis à se nulla erat ipso iure: nisi nominatim prius illi monerentur, pro quo est textus singularis in cap. *statuimus.*[h] & ita his, qui generaliter tantum fuerunt moniti, nil timendum est. Quarto, quod delegatus iudex, quod parum, etiam aliquot docti, aduertunt, non habet potestatem excommunicandi participantes cum excommunicatis à se, secundum Archidiaconum,[i] quia, vt vir doctus ait, delegatus non recipit à delegante iurisdictionem, nisi super expressis in rescripto,[k] at participantes in eo non exprimuntur & quamuis idem Archidiaconus contrarium teneat,[l] tamen Dominicus & Perusinus ibidem priorem opinionem probant, propter eius neruosum fundamentum, nisi quando ex participatione ita indurescret excommunicatus, vt ob id iurisdictio delegati turbaretur, & locus esset, cap. 1.[m] quo casu tenenda est opinio, quam tenet idem Archidiaconus,[n] at in casu proposito, is subexecutor, prius monuit quosdam paucos nominatim, & prius in eos tulit excommunicationem, quam cum E. participarent: immo & prius quam copia esset eis cum eo participandi. Ergo prohibitio illa, & pœna ei apposita à non suo iudice facta fuit, & per consecutionem nulla.

35 Quinto, quod excommunicatio lata in participantes cum E. super excommunicatione ipsius E. & super necessitate illum vitandi fundatur, vt ex litteris patet. At E. nullatenus fuit excommunicatus, neque pro tali habendus, vt per superiora palam est: ergo illa excommunicatio fundamento caruit. ergo & ipsa cadere debet.[a]

Sexto facit, quòd delegatus tunc demum habet iurisdictionem in personas non expressas in rescripto, quando illæ iurisdictionem suam indebitè impediunt, iuxta ea, quæ in cap. 1. & cap. *ex litteris.*[b] traduntur: at qui communicat in extraiudicialibus ei, qui post appellationem probabiliter interpositam, vel aliàs nulliter est excommunicatus, sanctè, ac lege sacra id permittente, communicat, etiam si centies sit denunciatus,[c] quod supra latè monstratum est. Qua via ergo delegatus in participantes contra E. qui post appellationem fuit excommunicatus, & multis alijs de causis prætendit id nulliter fuisse factum, vllam iurisdictionem habet?

Septimo facit, quod licet regulariter excommunicatio sine monitione canonica facta, etiam à delegato, valida sit, licet iniusta, vt latè supra,[d] scripsimus: fallit tamen id, quando quis excommunicat participantes excommunicatis à se: quia tunc oportet, eam esse canonicam, vt in d. cap. *statuimus*: hoc est, vt aliquot dierum continuatorum interualla contineat. quod cap. *constitutionem.*[e] aperit, & adnotauit glossa illius,[f] & clarè colliges id ex forma, quam Perusinus ibi ponit, ad chartas contra participantes dandas, adnotauit & glossa cap. *sacro.* de sentent. excommunicat. & ibi Felinus.[g] Est enim in hoc casu hoc speciale, non solum in hoc, quod excommunicatio sine monitione lata nulla sit: sed etiã in eo, quod lata sine canonica non teneat.

36 Ex quibus infertur primo raras esse executorum excommunicationes contra participantes latas, quæ verè valeant: quoniam rari sunt qui hæc seruent. Infertur secundo, quod pauci aduertût, iniustè, vel certè frustra chartas contra participantes excommunicatis illico post excommunicationem à iudicibus dari, quando re id exigente per horas proceditur ad interdictum ponendum, satisfitque ac iustius esse tunc post interdictum latum, crescente contumacia & excommunicato indurescente, contra participantes canonicè procedere: quæ meo iudicio nouissima sunt, & iuri diuino, & humano consonantissima, grandesque conscientiarum scrupulos adimentia.

Hæc sunt in causa, quare iure demiror quemdam huius Academiæ Doctorem omnium consensu doctum, & amicum E. in communicando ei scrupulum habere, non quidem quod E. esset excommunicatus: sed quod ipse nominatim, ne illi participaret, monitus fuit & iussus: excusat tamen eum, quod in legum Lusitanarum & Cæsarearum arena exercitior est, quàm in sacrorum, præsertim omnino spiritualium canonum, & quod vir Dei timens nimium tribuat illi Gregorij *Bonarum mentium, &c.* supra in confutatione contrariorum huius remedij varie declarato.

37 Duodecimo infertur, interdictum hoc à prædicto sub executore in Conimbricam latum nullum omnino fuisse, ac nullatenus timendum propter omnes illas ferè quindecim nullitatis causas, ob quas diximus excommunicationem in E. latam neque valuisse, neque timeri debere. at nusquam non habent similes, quod aiunt, sua labra lactucas. Nam tanta religione hoc interdictum inualidum receptum fuit, donec aliquot pij, & eruditi huius Academiæ viri, diuino cultui condolentes, non tam rogati, quàm rogantes consilio suo de cessatione interdictum effecerunt generale: & id quidem iure optimo.

38 Nam quamuis Calderinus receptus ab omnibus,[h] dixisset, pro speciali interdicto habendum id, per quod Ecclesiæ omnes alicuius ciuitatis vel prouinciæ interdicũtur: & is subexecutor in omnibus Ecclesijs Conimbricensibus interdictum posuisset: tamen Calderini dictum intelligendum est in dubio, quando simpliciter interdicuntur Ecclesiæ, non exprimendo, quod sit interdictum generale: at is subexecutor clarè dixit, sæpius id repetendo, se generale interdictum in illis Ecclesijs ponere: at in certis non est locus coniecturis,[i] quamuis fatendum sit, hunc subexecutorem ita hoc, sicut & alia omnia confudisse, vt res primo adspectu dubitationem præfetulerit.

a *In d. §. verum sub fin.*

b *De maior.*

c C. *de sacrosan. eccles.*
d *De reliq. & vener.*
e *In cle. Archiepiscopo. de priuil. nu. 37.*

f *De appell.*
g *Eod. tit. lib. 6.*

h *De sen. excom. lib. 6.*

i *In c. rogo. 11. quæst. 3.*
k *Cap. P. & G. de offi. deleg.*
l *In d. ca. statuimus sub fi nem.*
m *De offic. de leg.*
n *In illo cap. Statuimus.*

a *Ca. cùm Paulus. 1. q. 1. cap. veniens. de præscr. non baptiz. l. iuste. ff. de condit. & demonst.*
b *De offi. deleg.*
c *Ca. dilectis. sub fi. de appell. solet. eo tit. lib. 6.*

d *In 5. nullit. cauſ.*

e *Eiusdem ti tul.*
f *Verb. seruatis.*

g *Col. 1. & in e. cum sit Romana. col. penult. de appe.*

h *In lib. de ecclesia. interd. colum. 7.*

i *Leg. continues. §. cum ita ff. de ver. obligatio.*

OPPOSITIO.

1 FVerunt autem, qui demirarentur, quare præfatus E. excommunicationem in se latam nihili pendebat: quippe quę nihili erat: interdictum autem religiosè à monachis obseruandum esse docebat. quibus tamen facilè satisfactum fuit nempe in hac re excommunicationem & interdictum longè differre: quoniam interdictum siue valeat, siue omnino sit nullum, seruandum est ab omnibus religiosis, tam exemptis, quàm non exemptis, quando seruatur ab Ecclesia matrice, per textum singularem,[a] non autem excommunicatio, quæ differentia non videtur in mentem venisse Ioanni Andreę, & Petro, qui nouem alias differentias,[b] diligenter collegerunt, neque Dominico & Perusino qui decimam addiderunt.

40 Non tamen otiosè dixit *religiosis*: alij enim clerici sæculares non tenentur interdictum, quod nullum est seruare, etiam si matrix Ecclesia illud seruet: per eandem clement. 1. coniuncta glossa,[c] quæ hoc expresè adnotauit: & vt ab omnibus recepta est ibi, ita singulariter memoriæ mandanda, secundum Rauennatem, quod docet etiam B. Antoninus,[d] & Prieras,[e] & vna est omnium opinio. Quo fit, vt laude dignus sit quidam huius ciuitatis parochus, vir vita integra, prima iuris pontificij laurea à nobis insignitus: cui diuina facienti parum curæ, vt audio, fuit hoc trimestri à diuinis vllos dimittere, quoniam optimè nouerat hoc interdictum nullum esse, ac ideo neque ab eo seruandum: quamuis à matrice seruaretur Ecclesia: quod tamen multi, & etiam perdocti, vt vsui suo applicarent, non animaduerterunt.

41 Duodecimo infertur, litteras huius subexecutoris valuis affixas impunè refigi, ac lacerari à quoliber potuisse, neque ob id in vllam censuram, vel pœnam casurum fuisse: si saltem id sine vi, ac scandalo clam fecisset. Quoniam primo illę litteræ non erant iudicis alicuius: sed solùm hominis priuati, vt per superiora patet. Secundo, quod extra suam potestatem ius dicenti impunè non paretur.[f]

42 Tertio, quod mandatum iudicis nullum non excusat, secundum Bartholum vt plurimum receptum,[g] ergo à fortiori neminem accusat. argument. l. *fauorabiliores.*[h] & regul. *cum iura.*[i] Postremo, quod is nullam habuit iurisdictionem in eos, quos excommunicauit. ergo minus in eos, qui illas excommunicationes nullas lacerassent.[k]

43 Decimotertio infertur, subexecutorem hunc excommunicando iniustè, etiam si non excommunicasset nulliter in multos laqueos incidisse. Nam primo se potius, quàm in quos eas tulit, ligauit & dehonestauit, iuxta ea, quæ Gratianus ait,[l] & probatur in quatuor capp. seqq. Nã, vt eleganter Hieronymus dicebat,[m] interdum contingit, vt ille, qui foras mittitur, intus sit: & ille foris, qui intus videtur retineri. Secundo, in sacrilegium incidit.[n] Tertio, actione iniuriarum tenetur, secundum glossam,[o] quæ citat textum in cap. *temerarium.*[p] est tamen aptius in hoc ca. *illud.*[q] vbi magnus ille Augustinus ait: *Si quisque fidelium fuerit anathematizatus iniustè, potius ei oberit, qui facit, quàm qui hanc patitur iniuriam*, quod verbum, iniuriam, ponderat ibi glossa & addit ei: *Potest ergo agere contra excommunicatorem actione iniuriarum.* quæ glossæ definitio maximè procedit contra hunc, quem dolo id fecisse conuincunt eius latitatio, & eius copiæ denegatio. de quibus supra,[r] adiuncta l. 1. & quod ibi adnotat Baldus,[s] cum iurisdictionis vsurpatione, de qua in 1. 2. 7. & 10. causis nullitatis, confirmatur hac ratione.

44 Quoniam qui denunciat, aliquem excommunicatum esse, implicitè vocat eum inhonestum: quia excommunicatus non est persona honesta, secundum Socinatem,[t] & sentit Antonius.[v] Quinto incidit in obligationem soluendi omne damnum, & interesse eis, quos excommunicauit, vt habetur, cap. *sacro.*[x] in illis verbis: *Cumque aduersus excommunicatorem de iniusta excommunicatione constiterit, excommunicator condemnetur ad interesse excommunicato: alias nihilominus, si culpa qualitas postulauerit, superioris arbitrio puniendus: cum non sit leuis culpa tantam pœnam infligere insonti.* Hæc ibi. Neque illum error probabilis, qui tam multis modis sine colore errauit, excusare potest. argument. l. *Iatæ culpæ.*[y] & notatorum in regul. *ignorantia.*[z] In eosdem laqueos incidisse præfatum C. ac illius procuratores, & consultores facilè probet, qui huic negotio applicauerit glossam, & quæ ibi Panormitanus & doctores præsertim ipse Imolensis, Felinus & Decius scribunt.[a]

a *In clem. 1. de sen. excommuni.*

b *In cap. 1. de sent. excom. lib. 6.*

c *Religiosis.*

d *In 3. pa. tit. 16. Verb. excõmunicatio. 9. casu 47.*

e *Verb. seruatis.*

f *Leg. si. ff. de iurisd. omn. iud. cap. 2. de constit. lib. 6.*
g *In l. iniste. in fin. de adquir. possess.*
h *ff. de reg. iu.*
i *Lib. 6.*
k *Arg. auth. multo magis. Co. de sacrosan. eccles. clemen. si dominus. de relig. & vener. sanctorum.*
l *In ca. si habes. sub. finẽ. 24. quæst. 3.*
m *In c. si quis non recto. ea. caus. & quæ.*
n *Ca. non in perpetuum. eod. caus. & quæst.*
o *2. illius cap. non in perpetuum.*
p *11. quæst. 3.*
q *Eod. caus. & quæst.*
r *In 9. causse nullitat.*
s *Co. de interd. mat. & l. fin. ff. de ritu nuptiar.*
t *Consil. 45. col 2.*
v *In c. constitutus. col. 2. & c. cum dilectus. de purgcano.*
x *De sent. excommunicat.*
y *ff. de verb. signifie.*
z *Lib. 6.*

a *In c. 1. de offic. deleg.*

REMEDIVM TERTIVM.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti huius tollendi remedium pœnitudo.*
2 *Peccatum mortale esse omnem iniustitiæ actum.*
3 *Excommunicato communicans in crimine, ob quod est excommunicatus in eandem incidit excommunicationem maiorem.*
4 *Pœnitudo remedium suapte natura efficax ad tollendas lites, hominum vitio inefficax.*
5 *Christianos aliquot parum Christianos.*
6 *Confessarios parum doctos & liberos, litium occasiones esse.*

1 TErtium remedium fuerit pœnitudo, quam huic executori, præfato C. simul & procuratoribus ac fautoribus eius quadragesima hæc suadebit sanctissima. Oportebit enim, eos peccatum ire omnium suorum peccatorum capitalium, quò integrè confiteantur: & prouidi ad cœnam agni, & stolis albis candidi accedant,[b] at per prædicta constat, harum lationem iniustam, & nullam fuisse.

2 Omnis autem actus iniustitiæ peccatum est capitale regulariter, secundum S. Thomam receptum.[c] Cum ergo has censuras omnes prædicti, vel tulerint, vel vt ferrentur, petierint, consuluerint, fauerint, vel ministri fuerint: consequens est, eos capitaliter peccasse: immo & censuras à iudice præfati E. in præfatum C. latas incurrisse.

3 Quoniam (quod proh dolor, pauci aduertunt) omnes, qui excommunicato communicant in crimine, propter quod est excommunicatus, consulendo, fauendo, vel aliter adiuuando, in eandem incidunt excommunicationem. vt est in cap. *nuper.*[d] quod in hoc allegauit glossa cap. *si concubinæ,*[e] vbi similis textus. & pulchrè declarat B. Antoninus.[f]

4 Fateor tamen, hoc remedium, quod omnium debebat esse Christiano efficacissimum, fragillimum haberi: dum multi vix videmur credere animæ immortalitatem: dum honorem pro Deo colimus: dum diuitijs velut idolis seruimus: dum temporaria pluris facimus, quàm æterna.

5 Dum solo ferè nomine Christiani sumus, & Christi humilitatem, & modestiam ore pleno laudantes, factis pene omnino negamus: dum denique corporis morbos, & eius mortem exhorrescentes, animæ Christi sanguine hoc passionis tempore redemptæ neque ægritudines sentimus, neque mortem eius omnium pessimam, maximeque tremendam timemus.

6 Cuius rei bonæ partis caussa sunt confessarij parum liberi, minusque docti, quibus persuasa est nimia facilitas absoluendi, & condonandi peccata.

b *Cap. omnis. de pœnit. & remis. & cap. sunt plures. de pœn. dist. 3. facit l. quamdiu. Cod. de dist. ticyn.*
c *2. 2. q. 59. a. 4.*

d *De sent. excommun.*

e *Eod. tit.*
f *3. pa. tit. 24. cap. 31.*

REMEDIVM QVARTVM.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius non tenetur seruare censuras nullas.*
2 *Ordinarius resistit delegato contra dispositionem cap. statutum. procedentissimo & quomodolibet per actum nullum grauati, data ei de facti notorietate informatione.*
3 *Ordinarius multa potest circa appellationem ad sedem Apostolic. interpositam.*
4 *Appellatione de facta ad sedem Apostolic. vt cognoscit ordinarius. & num. 5.*

1 QVartum remedium efficax quidem ac facilè contra harum censurarum, præsertim interdicti, effectum est, vt reuerendissimus D. Episcopus Ecclesiæ B. & Ecclesiæ suæ senatus siue capitulum per quam colendum eas inspicerent, & inspiciendas eruditioribus huius academiæ, ac alijs viris commendarent; & cum viderent nullam eis inesse virtutem nullatenus seruarent: quod facere possunt.

Quoniam primo executor non tenetur exequi sententiam, quam ei constat esse nullam, secundum glossam,[g] & alia, quæ supra in secundo remedio sub finem adduximus.

Secundo, per textum nostrum in hoc clarissimum, qui habet non teneri ordinarium ad parendum censuris, quas viderit latas à delegato, cuius delegationi alia præiudicat.

g *1. versic. ità tamen. ca. postea. §. quia vero. de offic. delegat.*

Tertio, quod qui scit excommunicatum, antequam excommunicaretur, appellasse, non tenetur vitare, iuxta cap. *dilectis*,[a] cap. *solet*.[b] & alia multa quæ supra [c] attulimus.

Quarto facit, quod præfatus E. in quem hæ sententiæ principaliter latæ sunt, non tenetur eas (vt supra latè monstrauimus) seruare. ergo minus tenebitur ordinarius. [d]

2 Quinto quod Ioannes Andreas, Dominicus, & Perusinus aiunt, [e] posse ordinarium resistere delegato contra dispositionem illius cap. grauanti. quod commendat ibi Perusinus ad materiam cap. *studuisti*. [f] at is subexecutor contra decisionem illius cap. electus iudex sine qualitatibus requisitis ab illo grauat E. fexcentis modis: ergo non solum non tenetur ei obedire: sed etiam poterit obuiare ordinarius.

Sexto, quod determinatio hæc prægedens Ioannis Andreæ extendenda videtur etiam ad quemcumque alium casum, in quo delegatus per actum nullum aliquem grauat, si de facti notorietate informatio ei detur: ratio enim, qua ille fundatur, nullitas actus ex notorietate facti resultans, est, vt ibidem exprimit, & clarè significat, dum allegat cap. *sollicitudinem*. g

Septimo facit ille versic. *si vero*. qui habet, Archiepiscopum declarare posse, non esse excommunicatum eum suffraganei subditum, de quo notoriè constat, antequam excommunicaretur appellasse ad Papam.

Octauo facit cap. *significauit*, cum ei adnotatis, [h] & glossa singularis, [i] & quod ibi Ioannes Andreas cum alijs omnibus determinat.

3 Nono facit, quod ordinarius potest cognoscere de appellatione ad Papam interposita, non solum incidenter, quo ad reuocationem eorum, quæ post appellationem attentata fuerunt, [k] & quo ad faciliorem exitum, [l] sed etiam principaliter, quando scandalum aliquod imminet, & non facilis est ad Papam recursus ad effectum ei obuiandi: iuxta cap. *constitutus*. [m] secundum intellectum Hostiensis quem sequitur Aretinus, [n] quem licet communis ibi dicat, non esse nimium litteræ germanum: tamen non negat in se verum: immo Panormitanus (quidquid ei Præpositus imponat) eum ad vsum commendat. Pro quo facit lex illa singularis, *si hominem*. [o] & glossa singularis. [p] Immo etiam non existente scandalo ad effectum instruendi causam, & eam instructam remittendi; posset ordinarius saltem alius à iudice à quo, cognoscere de appellatione ad Papam interposita per illud cap. *constitutus*. secundum intellectum Antonij qui licet Panormitano displiceat, defenditur tamen à Decio.

4 Cum ergo in casu proposito notoriè constet ex processu, & euidentia etiam facti, præfatum C. Archidiaconatum quemdam incompatibilem post assertum accessum adeptum esse, ac per consecutionem accessui renunciasse: cum constet, hunc subexecutorem presbyterum simplicem esse, qualitatibusque ad delegationem Apostolicam necessarijs carere, ac sine causæ cognitione contra possidentem processisse, ac post & contra recusationem, & appellationes legitimas excommunicasse, denunciasse, contra participantes processisse, ac interdixisse: cum hæc non paruo omni scandalo sint populo, & damno, cum ob bella hoc tempore difficillimus sit ad sedem Apostolic. recursus, cumque assumptio cognitionis, & absolutionis ad cautelam ad faciliorem expeditionem causæ tenderent: consequitur, ordinarium multo plura posse, quàm ea, quę præfatus E. perit, cuius modestæ petitioni sufficisset, ne tam vanis censuris, tam stolidè obediretur, & ne non vitandus euitaretur: quo fit, vt merito præfatus E. conqueri possit non de ipso præsule integerrimo, qui rem ad suos relegauit officiarios: sed de alijs, qui in causa fuerunt, ne id fieret: non quod ipsi E. de illis benemerito malè velit: sed vel quod alij magis prosint, vel nimium sint scrupulosi, vel quod in rem non satis penetrare voluerint: quoniam etiam iuris informationem & verbo & scripto ab E. oblatam parui fecerint, magni facere alias soliti, etiam in grauissimis rebus, eius sententiam & iuris allegationes.

5 Quæstionis tamen quotidianæ fuerit: An ordinarius, cui diuersi delegati contraria exequenda præcipiunt, nec de præceptorum nullitate ex rescriptorum tenore satis clarè colligitur: quia fortè de subreptione quæ aduersus rescripta obiicitur, vel de alia nullitate non potest non visis processibus satis constare, ad quemadmodum ordinarius præcipere potest delegatis, vt sibi exhibeant rescripta per hoc cap. sic etiam posit præcipere illis, vt exhibeant processus.

Et verius videtur posse. Primo, quia eadem in hoc casu ratio militat. Secundo, quod id consuetudo, quæ legum est optima interpres, habet.

Non obstat, quod huius cap. decisio à iure communi exorbitat, & ideo non sit extendenda: [a] quia primo negari potest hoc cap. exorbitare à iure communi; quoniam antiqua iuris ratione & non noua niti videtur. Secundo, quod etiam exorbitantia extenduntur ad similes casus. per textum in cap. *cum dilectus*. [b] cum multis per Decium ibi adductis, & l. *bis solis*. [c] adiuncta glossa.

a *Regula. quæ à iure. lib. 6.*

b *De constit. vtili.*
c *C. de reuo. donat.*

REMEDIVM QVINTVM.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere de appellatione ad Papam vt cognoscit.*
2 *Legati potestas ordinaria partim, & partim extraordinaria.*

1 QVintum remedium, quod auctoritate nititur ordinaria, & extraordinaria, est, vt Reuerendissim. Dominus D. Aloysius Lippomanus sedis Apostol. in vniuersam Lusitaniam cum potestate legati de Latere illustrissimus legatus appellationem ad sedem Apostol. interpositam recipiat, & de illa cognoscat: quod facere potest etiam iure communi, licet aliqui facilè, vt audio, contradixerint. Primo tamquam quiuis alius ordinarius, iuxta ea, quæ sub finem remedij præcedentis diximus. Secundo, tamquam legatus à Latere, cui ex priuilegio competit speciali, vt de appellatione ad sedem Apostol. interposita cognoscere possit, quo eam instruat, & instructam ad Papam remittat. Casus est memorabilis & singularis in cap. *constitutus*. [d] secundum communem, quam ibi Panormitanus, Imolensis, Perusinus, & Præpositus sequuntur, & ante illos affirmauit Speculator, [e] quod non solùm potest per se facere: sed etiam faciendum alij committere, vt est ad litteram textus in illo cap. constitutus.

2 Et ne dicas, D. Aloysium non esse legatum à latere, quia soli Cardinales sunt legati à latere, quorum de numero non est ille, considera, quod paria sunt, quem esse legatum Cardinalem, & legatum à latere, ac legatum cum potestate legati de latere datum, vt pulchrè determinauit Decius, [f] & facit l. *in testamento*. [g] Tertio, quod Sanctissim. D. N. D. Paulus Papa huius nominis III. ob eius illustria ornamenta potestatem ei augustiorem multo dedit in multis, quam sit legatorum à latere: in quibus est, vt audio, potestas cognoscendi & finiendi causas ad sedem Apostol. per appellationem, vel alias delatas. Potestatem autem eius partim ordinariam esse, ac partim extraordinariam constat ex cap. 1. [h] iuncto cap. 2. & fin. [i] & clemen. 2. [k] vbi glossa penult. putata singularis ibi à Cardinale, [l] & Panormitano, [m] sentit, illius iurisdictionem, licet ordinaria sit, extraordinario tamen modo inductam esse: quam tamen magis extraordinariam faciunt clausulæ de more multæ, quæ ipsum maiorem legato efficiunt.

d *De appell.*

e *De legato. §. nunc ostendendum. nu. 30. versic. 33.*

f *Consil. 149. colum. fin.*
g *ff. de condition. & demonst.*

h *De offi. legat.*
i *Eod. tit. li. 6.*
k *De offic. ord.*
l *Quæst. 17.*
m *In c. ceterum. de iudic. colli.*

REMEDIVM SEXTVM.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ad cautelam non impeditur propter exceptionem manifestæ offensæ, quando excommunicatio allegatur nulla ob iurisdictionis defectum, siue manifestum, siue dubium.*
2 *Interdictum speciale tollitur ad cautelam.*
3 *Interdictum generale non relaxatur ad cautelam, sed simpliciter sic, data cautione de parendo iuri, etiam antequam de caussa nullitatis constet.*
4 *Vna de re qui dicit, de alia negat, si est dissimilis: non si similis.*
5 *Huiusmodi, dictio dispositionem ad omnia præcedentia refert.*

a *De offic. de leg. c. Apostolica. de excep. c. ad præsentiam. de appell. c. cum de fideres. §. 1. & c. per tuas. c. venerabili. de sent. excom. c. venerabilibus. §. fin.*
b *De sent. excom. lib. 6.*
c *In decis. 327. si contra quæ in nouæ rubricatis est 1. de exceptio in nouis.*
d *In illo capi. solet. num. 11.*
e *In 4. nulli. cauf. & in fine illat. 11.*
f *In 2. nullita. caussa.*

g *In d. capit. solet. nu. 10.*
h *Quæst. 11.*

i *Supra eod.*
k *De sent. excommunic. li. 6.*
l *Decis. 430. verum interdictum. quæ in nouæ rubricat. est 9. de sent. excom. in nouis.*
m *In c. Apostolica. de excapt. num. 3.*
n *De eccles. interdicto pa. 8.*

6 *Censuras tolli, vel non tolli parum refert partis, pro qua latæ sunt, si appellatio pendet.*
7 *Excommunicationem aliquando reddit fortiorem denunciatio: quo casu appellatio ab excommunicatione lata denunciationem suspendit.*
8 *Appellationem ab excommunicatione lata suspendere hodie potestatem denunciandi in his, quæ non sunt notoria saltem probabilissimum.*
9 *Libello in eodem nullitatem & iniquitatem sententia accumulari.*
10 *Excommunicatio vt nulla, & iniusta simpliciter declaretur, peti posse.*
11 *Appellatio per nullitatem sententiæ iustificatur, quando ab habente vim definitiuæ: & etiam quando ab interlocutoria, si ex caussa illam annullante expressa fiat.*
12 *Auctor correctionis sedis Apost. legati eius, & cuiusuis rectius eo sentienti omnia subiicit.*

SExtum remedium est iudicis delegati particularis super hoc à sede Apost. imperatio, vel in illo summæ auctoritatis prætorio Rotæ, vel extra illud in partibus: de quo nemini est dubium.

MODVS MEDENDI.

1 MOdus medendi his duobus remediis huic vulneri tam iniustè illato, vel tentato duplex esse videtur. Alter est, vt statim citato præfato C. ante omnia petat præfatus E. absolutionem ad cautelam ab excommunicatione hac inutili, iuxta formam cap. *cum contingat*, [a] & cap. *solet*, & ibi adnotata per Ioannem Andream ab omnibus ibidem relatum & receptum [b] allegando prædictas omnes, & singulas nullitatis caussas.

Non obstat primo, quod poterit præfatus C. obiicere manifestam offensam, iuxta illud cap. *solet*. quoniam primò illud non est verum, quando allegatur excommunicatio nulla ex iurisdictionis defectu, de quo manifestè constat, secundùm Rotam, [c] immo eo casu absolutio simpliciter est facienda, vt ibi ait Rota, & antea Innocentius, [d] probatur ibi per omnes: ar de iurisdictionis defectu huius subexecutoris manifestè cõstat. Tũ quia ipse protestat' fuit procedere vt merus executor, quẽ nulla iurisdictione vti posse, probatum est supra. [e] Tũ quia carebat qualitatibus requisitis ad iurisdictionis delegatæ capacitatem, iuxta illa, quæ latè supra [f] deduximus. Secundo, ideo non est locus exceptioni manifestæ offensæ in hoc casu, quia ea non recipitur, etiam quando allegatur excommunicatio nulla, ex iurisdictionis defectu dubio, vt eadem decisio Rotæ, in hæc verba dixit: *Si contra petentem absolutionem ad cautelem opponatur exceptio rei iudicatæ, vel manifestæ offensæ ex sola non paritione rei iudicatæ, talis exceptio nullo modo admittenda est, si allegetur nullitas sententiæ excommunicationis ex defectu iurisdictionis: aut enim constat manifestè de iurisdictione: aut cõstat de non iurisdictione manifestè: aut est dubium. Primo casu, non potest peti huiusmodi absolutio ex defectu iurisdictionis, cùm de ea constet manifestè. Nec secundo, cùm tunc de nullitate excommunicationis constet manifestè. Tertio, solo casu est locus huiusmodi petitioni.* Hæc Rota, antequam idem tenet Innocentius, [g] quem sequitur Ioannes Andreas, [h] ab omnibus aliis probatus: at in casu nostro licet quis proteruus neget, manifestè constare de huius subexecutoris iurisdictionis defectu: negare tamen non poterit, saltem dubium esse primo aspectu: ergo non est locus exceptioni manifestæ offensæ. Tertio, ideo non est locus huic exceptioni: quia nulla hic fuit offensa manifesta: immo nec dubia, vt patet per exceptiones in cap. *si quando*, [i] disputatas, & est deductum in 3. caussa nullit.

2 Non obstat secundo, quod interdictum generale non potest ad cautelam relaxari, per textum singulatè in cap. *præsenti*. [k] Et per consecutionem licet præfatus E. ad cautelam absoluatur: non tamen ob id interdictum tolletur. Non, inquam, hoc obstat, quoniam primò, si diceretur hoc esse interdictum speciale, non esset locus illi cap. secundum Ioannem Monachum, quem Ioannes Andreas, Dominicus & Perusinus cum communi contra Archidiaconum sequũtur, & Rota, [l] & Felinus, [m] & Calderinus, [n] sed non est speciale: quia similitudinem potius, quàm specialitatem habet.

3 Ideo secundo respondeo, concedendo generale interdictum regulariter non esse quidem relaxandum ad cautelam, sed fallere quando petitur, simpliciter ad instantiam partis, ob cuius culpam positum dicitur, præstita cautione de parendo iuri: quia tunc datur, etiam antequam de iustitia vel nullitate constet secundum Rotam, [a] quæ habet hoc casu locum esse cap. *cum contingat*, [b] idem etiam habet decisio Rotę, [c] & idẽ tenuit Dominicus, [d] & Perusinus. [e] Pro quibus videtur casus in c. *qua fronte*, [f] inducendo eo modo quo Rota in prædicta decisione, [g] inducebat, scilicet quod ibi fuit quæsitum de absolutione excommunicationis & interdicti: & licet de absolutione sola excommunicationis respondeat, ex sufficienti rationis paritate videtur etiam de interdicto respondisse. [h]

4 Per quam inductionem respondetur eidem cap. contra hanc conclusionem aliter inducto, scilicet quod qui de vno dicit, de alio negare videtur, [i] & ibi de absolutione interdicti & excommunicationis interrogatus Papa, solum de absolutione excommunicationis respondit. Nam responderi potest, eum, qui de vno dicit, tunc de alio negare videri, quando illud aliud est dissimile, non quando simile, secundum Dominicum, [k] & glossam. [l] Secundo facit, illud idem c. *qua fronte*, inductum, vt per Felinum, [m] vbi etiam hanc nostram conclusionem asseuerat post Dominicum, [n] cui tribuit illam inductionem.

5 Ponderat enim verba illa: *Huiusmodi sententia*, in fine illius cap. *qua fronte*, posita, attento, quod dictio, *huiusmodi*, refert dispositionem ad omnia præcedentia, secundum glossam, [o] & quod illud cap. tam de interdicto, quam de excommunicatione prius agit. Tertio facit quòd excommunicatio & interdictum quo ad ferendi modum æquiparantur, [p] & etiam quo ad modum tollendi, [q] & specialiter diuersificantur in modo tollendi ad cautelam, per illud cap. *præsenti*. Ergo quo ad simplicem relaxationem non est ponenda differentia.

6 Quarto facit, quod parum, vel nil refert eius pro quo censuræ feruntur eas tolli, vel non tolli, quando appellatio, de qua est cognoscendum, est interposita, secundum Innocentium, [r] affirmãtem, eum, pro quo aliquis excommunicatus fuit; & ab excommunicatione iam lata appellauit, non posse iustè appellare à iudice, si is nollet eum denunciare: cuius rationem in hæc verba subiicit vir eruditissimus: *Non interest, inquit, eius pro quo excommunicatus est, quod denuncietur, cùm certum sit, quod hic excommunicatus non est cogendus, pendente appellatione, nec consulendus, vt soluat.* quam determinationem omnes ibi sequuntur: expressius autem Hostiẽsis, Ioannes Andreas, Antonius, & Imolensis, quàm Perusinus & Præpositus licet illi etiam expressius, quàm Panormitanus cui sub finem in meo libro, pro *non denuncier est denunciet.*

7 Et ne demireris hoc Innocentij dictum, considera illud singulare scilicet eum, qui post excommunicationem appellauit, non posse denunciari, quando per denunciationem excommunicatio fortior redditur, vt contingit in casu cap. *tua* [s] in quo absolutio, quæ ante denunciationem ordinario competit, post eam Papæ reseruatur, secundum Perusinum, [t] qui hanc determinationem tribuit Imolensi nulli alteri eam tribuenti: cum tamen originaria fuerit D. Antonij. [v] Nam licet ille pro sua modestia eam Ioanni Andreæ tribuat: ille tamen id non dixit, sed rationẽ illud affirmãdi posteris præbuit, dum animaduertit in casu illius cap. *tua*. denunciationem augere ligamentum excommunicationis: & ita rationem propter quam in §. *verum*. statutum fuit, vt non obstante appellatione consecuta, excommunicatus denunciaretur, cessat.

8 Ex quibus inferri videtur quiddam nouissimum: nempè hodie post illam extrauagantem, *ad euitanda*, quę habet, neminem vitandum, nisi denunciatum, cuius tenorem, & alia quædam grauia super ea dubia in cap. 1. [x] tractauimus, non posse denunciari eum, qui ante denunciationem, & post excommunicationem saltem in his, quæ non sunt notoria appellauit, quandoquidem hodie maximas vires recipit excommunicationem per denunciationem.

9 Alter autem his remediis medendi modus fuerit, vt

a *Decis. 77. nota quod scitidam. quæ in nouæ rubr. est 19. de sent. excommu. in anti.*
b *De offi. de legat. c. 433. nota vtrum. quæ in nouæ rubric. est 18. de sen. excom. mu. in ciuile antiq.*
d *In illo cap. præsenti sub finem.*
e *In princip.*
f *De appell. §. 433.*
h *Arg. c. 2. de transl. at. prælat. d. illud. ad l Aquil.*
i *Cap. penne. de præsumpt. & l. cum prætor. ff. de iudicijs.*
k *Ducu. quæstio. 25. dist. Vn e stibi ab senti de præb. lib. 6.*
m *In d. c. Apostolice. m. 2. de except.*
n *In c. cum contingat. de offi. delegat.*
o *Verb. huius modi, in proœmio sexti, & in c. nemo. de elect. eod. lib.*
p *Ca. 1. de sententia. excom. li. 6.*
q *Ca. 1. de his quæ vi. eo. li.*
r *In v. pastoralis. n. 1. de appel.*

s *De sen. excom.*
t *In illo §. verum. sub finem.*
v *Num. 11.*

x *§. Isha-et. depæn. dist. 2.*

a *Reg. nemo ff. eodem lib. li. 6.*
b *In c. 1. 13. q. 2.*
c *ff. de excep.*
d *Leg. 1 ff. de appell & ca. significaueruit. de excep.*
e *De restit. in integr.*
f *Col. 2. de priuileg.*
g *In illo c. dilecto. num. 2.*
h *In c. auditis. de præs. n. 2.*
i *Ibid. n. 24.*
k *In L. 1. C. de fil. causf. adie. lib. 2. oppo.*
l *In 14. can. nullit.*
m *Quæst. 7.*
n *In c. dilecto. n. 7. de appel.*
o *In l. 1 C. de sent. ex peri. recit.*
p *In l fin. expressim, in 3. q. & in l. si vt proponis. 1. C. quomodo & quando ind.*
q *Alleg. 107. a libro 116 appe. à nullitate.*

dictus E. declarati, appellationes à se factas legitimas esse ac iustas: has autem huius subexecutoris censuras nullas esse, iniustas & iniquas, quæ accumulatio licet contraria implicare videatur, fieri tamen potest: quia nemo prohibetur vti pluribus defensionibus,[a] etiam contrariis, secundum glossam ibi per textum, [b] & l. *nemo ex his*, [c] at appellatio defensio est,[d] poterit ergo peti censuras declarari nullas & iniustas: nam & admittitur libellus, in quo quis dicit, sententiam nullam, vel petit restitutionem in integrum, vt habet c. *constitutus*, vbi Panormitanus, [e] per illum textum & idem Panormitanus in cap. *cum olim.* [f]

10 Et non solum conditionaliter: sed etiam simpliciter peti potest declarari eas nullas & iniustas, secundum Innocentium expressè, [g] sicut & exceptiones contrariæ simpliciter opponi possunt. Et in dubio oppositæ videntur disiunctiuè, vt Innocentius,[h] ait, vt si vnú non poterit probare, aliud probet, quod maximè ait Panormitanus memorandum. [i] Nam & reus excipere potest, quod soluit, & quod in testamento liberatus sit, vt notat Bartholus.[k]

11 Ad hoc autem, vt appellatio præfati E. iudicetur legitima, & iusta, sufficiet probare monitoria pœnalia huius subexecutoris fuisse nulla: quia primò à sententia nulla appellari potest iuxta ea multa, quæ adduximus supra. [l] Nam licet non sit necessarium, tamen est vtile: quia saltem causam ad superiorem deuoluit, secundum Panormitanú communiter receptum ibi à Perusino,[m] & aliis,[n] & Baldum,[o] & Bartholum, [p] Lapum. [q] Secundo, quia ad iustificandam appellationem à definitiua interpositam sufficit probare sententiam esse nullam, secundum Innocentium,[a] ab omnibus receptum: at mandata illa pœnalia de relinquenda possessione vim habebant definitiuæ super possessorio latæ, vt supra est dictum.

a *In illo c. dilecto.*

Secundo, quod ad iustificandam appellationem, etiam ab interlocutoria, satis est probare illam esse nullam ex causis, in appellatione expressis, secundum quod satis sensit Innocentius, [b] & expressè affirmauit Panormitanus, [c] Perusinus, [d] cum omnibus aliis.

b *Num. 3. in illo c. dilecto.*
c *Num. 7.*
d *Quæst. 19.*

12 Ne autem res diutius differatur, præsententur statim processus à subexecutore factus, vna cum prælectione præsenti cum ea, quam super negotio principali in cap. *si quando*, [e] habuimus quo promptius: ea, quæ ad occurrentium dubiorum dissolutionem pertinent, inueniantur ab illustrissimo & reuerendiss. D. Legato. Cuius candidæ limæ omnia in his duabus prælectionibus dicta subiicio, non solùm qua parte sedis Apostolicæ (quæ vna est omnium magistra veracissima) personam agit: sed etiam qua parte recondita eruditione, quam mox commétatij ipsius in Genesim iamiam edendi palam facient, aliis eminet, subiicio item cuiusuis, quæ iustior fuerit, sententiæ: protestatus nulla mihi parte illa placitura, nisi qua veritati, & bonitati consonuerint. Dixi.

c *Supra eod.*

Excidit à memoria admonere in corollario nono 2. remedij: ea, quæ in causa 15. scripsimus de appellatione à declaratione pœnæ censurarum incursæ interposita, per quæ palam est præfatum E. neque in iudicialibus neque extraiudicialibus vitari posse: quoniam, vt ibi probatum est, quo ad dubitationem impediendam maioris virtutis est appellatio à declaratione censuræ incursæ, quam à censura ferenda.

COMMENTARIVS VTILIS IN RVBRICAM DE IVDICIIS.

Ad S. D. N. Gregorium XIII. Pont. Opt. Max.

SVMMARIVM.

1 *Auctor quid nouè addit repetitioni cap. nouit. de iudic.*
2 *Iudicialis strepitus aliquantula cælestium memoria saliendus.*
3 *Continuationis huius tituli ratio multiplex, & quæ vilior.*
4 *Argumentum de præparatorio ad præparatum non valere simpliciter, & vt potest valere. num. 7.*
5 *Matrimonia quæ non valeant, & sponsalia sic hodie.*
6 *Adulterio vxor perdit dotem, sed non eius præparatoriis, quæ licèt sint peccata mortifera, non æquantur illi. num. 8. licet ex eis cum aliis circumstantiis præsumatur illud. num. 9.*
10 *Dos proprior vxori, quàm feudum vassallo.*
11 *Iudex præparatorij quis sit iudex causæ præparatæ.*
12 *Iuramenti ratione quando quis nouum sortitur forum. & 13.*

1 a *De iudic.*

VLTORVM rogatu edituro mihi nouè hic in Vrbe an. 1575. repetitionem in ca. *nouit.*[a] iam pridem anno 1548. editam Conimbricæ, visum fuit sequi morem Antiquiorum, qui cum repetebant aliquod c. cuiusmodi tituli præmittebãt nonnulla super ipsius rubrica ad eiusdem declarationem pertinentia: & ideò præludimus aliqua super hanc rubricam, sub qua situm est præfatum cap. *nouit.* desumpta ex illis multis, quæ disputaueram personam Gymnasiæ, qualis tunc eram, agendo, prælegendo illam in prædicta Conimbrica anno 1538. quæ nemini dicaui. Nunc autè recognitur tam ea, quæ tunc prælusimus, quàm præfatam totam repetitionẽ multa emendando, addendo, demendo, & mutando redigimus primo in epilogum, & súmam ea; quæ de iudicio prout sumitur pro processu iudiciali post alios in eadem rubricam fusius eodem anno scripsimus, quæ nondum sunt edita: adiectis tamẽ aliquot, quibus mens quadantenus cælestia moneatur pro persona censoris, siue pœnitentiarij minimi, quam præfato anno 1575. agebamus, & nunc agimus.

2 Secundo addemus multa de iudicio, prout sumitur pro actu iudicandi, quibus pius lector præmoneatur ea, quæ de iudiciis est, doctrina non solùm doceri qualis debeat esse ordo processus iudicialis externi, sed etiam qualis esse debeat tranquilla animi cuiuslibet determinatio, & definitio, quod est auctarium dignum, ni fallor, quod omnes tam interni, quàm externi fori Iudices, & tam priuata, quàm publica auctoritate iudicantes semper præ oculis habeamus.

3 Primùm igitur redigendum est in epilogum, quod Decius in vtraque lectura, & Ripa eruditè, subtiliter, & laboriosè quidem, sed parum vtiliter videntur de ratione continuandi, & subordinandi hunc titulum præcedentibus disputare, & planius, ac vtilius tyronibus præsertim est dicere, quòd ratio, qua Gregorius motus fuit ponere hunc titulum in principio huius libri, est, quòd totum hoc volumen Decretalium digesserit in quinque libros: quorum materias designant illa quinque verba illius Senarij antiqui.

Iudex, iudicium, clerus, sponsalia, crimen.

Quorum primum, scilicet Iudex designat, quòd in primo principaliter tractatur de personis Iudicũ, & de pertinentibus ad eos, & secundum, scilicet *Iudicium*, quòd tractatur principaliter in secundo de iudiciis, siue processibus Iudicum, siue pertinentibus ad ea. Tertium vero scilicet, *clerus*, quòd in tertio principaliter agitur de clericis, & ad eos pertinentibus. Quartum autem, scilicet, *Sponsalia*, quòd in quarto tractatur principaliter de sponsalibus, & matrimoniis, & ad ea pertinentibus. Quintum denique, scilicet, *Crimen*, significat, quòd in quinto principaliter agitur de criminibus, & ea tangentibus: & ita in principio secundi libri præmittit titulum generalem de Iudiciis.

4 Secundum quòd illatio illa Panormitani & omnium posteriorum, quòd valet argumentum de præparatoriis ad præparata, quam excerpunt ex illa continuatione Ioãnis Andreæ, videlicet, *Supra dictum est de præparatoriis Iudiciorum nunc de ipsis Iudiciis est videndum.* non est efficax: quãdoquidem innumera sunt præparatoria, de quibus non dicuntur verè illa, quæ de præparatis.

a *De iureiur.*

5 Nam sponsalia præparant ad matrimonium, sed non sunt indissolubilia, vt illud per cap. *quemadmodum.*[a] & qui contrahit illa cum consanguinea, vel religiosa, non excõmunicatur, vt qui contrahit illud,[b] & hodie valent sponsalia absente Parocho contracta, non tamen matrimoniũ, iuxta [c] Concilium Tridentinum,[d] adiunctis, quæ nos addimus in Manua [e]. Confess. [e] Et probatio est præparatoria ad sententiã, non tamen transit in rem iudicatã, sicut illa, & non est necesse appellare ab illa, sicut à sententia: nec est exequenda sicut sententia, vt palam est. [f] Prima item tõsura præparat ad ordines maiores, sed nõ est ordo sacer, sicut illi. [g] Ius item patronatus non est beneficium ecclesiasticum, potestque cadere in laicum, & potest donari, & legari. [h] non autem beneficium. [i] Quare illud Bartholi. [k] quòd procurator constitutus ad præparatoria, tenetur defendere dominum in præparatis, alio quidem textu, vel alia ratione est verum, non tamen illa, quòd idem sit iudicandum de præparatoriis & præparatis, vnde & ipse ibidem asserit, procuratorem primæ causæ non teneri ad defendendum causam appellationis, licèt prima sit præparatoria ad secundam.

b *Clr. 1. cum glos. de cõiug.*
c *Cap. 1.*
d *Sess. 24. de reform. matr.*
e *Ca. 22. nu. 25. & melius c. 25. nu. 144.*
f *Tuto tit. de prob. de sess. & de re iud. & appella.*
g *Cap. à malis. de ætat. & qualit.*
h *Ca. cum autem. c. cum secundum. de iure patron.*
i *Ca. 1. de reg. iur. li. 6. & alia innumera.*
k *In l. qui pro prio. §. item quæritur, ff. de procurat.*
l *In ca. tua, de procurat. in vers. quid si absque carnali copula.*

6 Tertium, quòd minus infertur illud Baldi, [l] nempe, quòd sicut mulier priuatur dote propter adulterium, [m] ita etiam debeat priuari propterea quòd passa sit manus alterius ad mammillam, argum. à præparatoriis ad præparatum.

m *Ca. plerũque inf. de donat. inter virum & vxo.*

7 Tum, quia licèt inter præparatoria & præparata debeat, aut possit esse aliqua subordinatio, conuenientia, aut coharentia, non tamen tanta, vt de vtrisque eadem dici queant, præsertim quando necessariò non sese infecunt, vt in casu proposito, non enim necessariò infertur, retigit mammillas, igitur habuit rem cum illa.

n *2. 2. qu. 151. art. 4.*

8 Tum, quia longè maius est peccatum adulteriũ, quàm passio manus in mãmillas, vt colligitur ex S. Thoma, [n] dum ponit differentiam inter castitatem, quæ est circa ipsum actum carnalem, & inter pudicitiam, quæ versatur circa alloquia, tactus, & oscula turpia, & melius alibi, [o] quatenus air, alloquia, tactus, & oscula, sua natura, siue absolutè considerata, vt ait ibi Caietanus non esse peccata mortalia: Tum, quia alioqui etiam propter visum, alioquium, vel solus manus tactum libidinosum, deberet perdere, quia etiam hæc sunt peccata mortalia, & præparatoria adulterij, vt est in cap. *nec solo*, [p] tradit S. Thomas, [q] quòd tamen nemo dicat.

o *Qu. 154. art. 4.*
p *32. qu. est. 5.*
q *In 4. 3. 124. art. 4.*

9 Tum, quia pœna non debet extendi de vno casu ad alium, [a] præsertim ipso iure imposita vt habet glossa ſonis, [b] saltem quando non est eadem ratio, vt hic per præfata, imò neque quando est eadem ratio, nisi interuenerit aliquid aliud de illis, quę Dominicus & Francus ponunt, [c] & nos nuper posuimus clarius cap. *interpretatione*, [d] per quod soluuntur rationes, quibus Ripa hic adhæret Baldo. Tum, quia §.1. [e] qui loquitur de feudatario ponente manus ad mammillas vxoris domini, non rectè arguitur ad vxorem, quæ paritur illam impositionem.

10 Partim, quòd reuerentia feudatarij maior debeat esse ad dominum, cui vasallus est per iuramentum solenne astrictus, & dono feudi obstrictus, quàm vxoris ad maritum, quæ creata est ei socia. [f] Partim, quòd feudum quod perditur, minùs sit illius, quàm dos vxoris: quia nó est nisi quoad vtile dominium. Tum, quia si excommunicatio ferretur ipso iure in eum, qui adulteraretur, qui prædicta impudica faceret abstinédo se à copula, non esset excommunicatus. Tum, quia licèt ex his actibus impudicis colligatur aliqua præsumptio, non tamen illa est præsumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio, & ita probato contrario non iudicaretur adultera, nec consequenter priuata dote. Quare resoluendum est primo, dicto Baldi non esse locum in foro conscientiæ. Secundo neque in foro exteriori probato contrario, quòd cessat præsumptio. Tertio, quòd neque esset locus illi etiam non probato contrario in solo tactu mammillarum, immò nec in solo osculo, nisi probarentur aliquæ aliæ circunstantiæ loci, temporis, vel personarum, ex quibus præsumenda esset adulterij rea, quo casu non perderet dotem ex eo solo, quòd passa est tangi, vel osculari: sed quia probatur, & iudicatur esse adultera.

11 Quartum, quòd non infertur etiam ex prædicta continuatione, quòd iudex Ecclesiasticus aditus ab aliquo pro absolutione à iuramento à se præstito, ad effectum agendi aduersus contractũ, quem iurauit, fiat Iudex super ipso contractu, si aliàs non erat competens ad cognoscendum de illo: quia, vt prædixi, cohærentia præparatorij ad præparatum, non est tanta, vt quicquid dicitur de altero, sit de altero dicendũ: nec cõsequenter efficit, vt iudex ecclesiasticus ex eo solo quòd est Iudex præparatorij, fiat Iudex præparati, vt contra Baldum tenuit Castrensis, [g] quem sequitur & confirmat Decius hic, quem in prædicto anno 1548. sequti confutauimus Baldum ea ratione, qua Ripa hic defendit communem. Tum quia, illud Baldi, [h] scilicet, Iudex causæ præparatoriæ debet esse præparatæ, restringendum est, quando esset competens præparatæ, etiamsi non cognouisset de præparatoria, de tali enim loquitur illa lex *ordinarij*, in qua ipse se fundat.

12 Tum, quia cap.fi. [i] quod habet cognitionem de iuramento spectare ad iudicem ecclesiasticum, etiam inter laicos, restringendum est, ad casus, in quibus agitur de obseruantia iuramenti, & ad cogendum iurantem seruare illud: non autem cum prætenditur contrarium. Procederet etiam dictum Baldi, cum iudex absoluës esset competens in materia, in qua Ecclesiasticus esset competens alia ratione quàm iuramenti, qualis est vsurarum, sacrilegij, &c. Tum, quia Alexander III. [k] noluit cognoscere de spolio partis in præiudicium iurisdictionis regis Angliæ, licèt cognoscereet de legitimitate eius. Tum denique, quòd nullo iure, neque vlla efficaci ratione probatur, quòd iudex incompetens super vna causa, fiat competens in illa eo solo quòd cognouit de præparatoria ad illam, imò videtur casus in contrarium in l.1. [l]

13 Et hanc partem seruat vsus & praxis Hispaniæ, & etiam Galliæ, & decisio Tolosana, [m] definit iudicem ecclesiasticum, qui cognouit de legato pio, non posse cognoscere de interesse, & quòd multi auctores classici citati per Decium & Ripam id tenent, quod ipsum etiam nos tenuit eruditissimus iuxta ac piissimus Didacus à Leyua siue Couarruuias, [n] tamen si plus rationibus præfatis, quàm auctoritati omnium præfatorum fidam.

SVMMARIVM.

14 Iudicium significat quindecim, sed nullum eorum originario significatu.

15 Iudicium pro discussione, siue processu iudiciali desinitur sic paulò cautiùs.

16 Iudicium inquisitionis propriè dicitur iudicium, & quodlibet aliud etiam ante litem contestatam.

17 Iudicium est duplex, ordinarium, & extraordinarium, quorum vtrumque hactenus non definitum sic definiri potest.

18 Iudiciorum inquisitionis absolutè extraordinarium, secundum quid ordinarium.

19 Iudicium aliud spirituale, aliud temporale, & vtriusque definitio.

20 Ius patronatus est spirituale, & annexum spirituali.

20 Annexum alicui non est idem, quod illud in specie, sed potest esse in genere.

22 Disputatur male, an hoc sit illud, priusquam sciatur quid sit illud.

24 Spiritus multa significat, & ideo spiritualia multigena.

25 Spirituale definire non facile, sed definitur sic quoad propositum.

26 Dona Dei non omnia esse spiritualia: & quæ talia.

27 Sacramentalia & beneficia, quæ ratione sunt spiritualia, eadem est & ius patronatus.

28 Spiritualia quædam aliis spiritualibus spiritualiora, & ideò aliis alia annexa.

29 Sacra non omnia spiritualia.

30 Spiritualibus cur dicantur annexa beneficia: & ius patronatus.

31 Iudiciorum aliud criminale, aliud ciuile, aliud mixtum, & omnium definitio. & nu.34.

32 Iudicium ad remouendum quem ab officio criminale est.

33 Intellectus cap. per tuas, de simon.

34 Crimina non semper omnino extinguuntur morte.

36 Causa criminalis quare interdum vocatur pecuniaria.

37 Pœna criminalis quare interdum vocatur ciuilis.

38 Pœna pecuniaria legalis, vel conuentionalis cui applicanda.

14 QVintum quod hæc vox, iudicium, quindecim Iurisperitis significat, secundum Ioannem Monachum, [o] contenta iis tribus senariis.

Actio, lis, auctor, forus, arbiter, vltima velle,
Quæstio, discre, sent, instan. discussio, posse,
Pernicies, pœna, processus iudicialis.

hoc est, significat; *Actionem*, vt ff. de iudic. l. in tribus inf. de procur. cap. ex litteris, *Litem*, vt ff. de pecul. l. quod debetur. ff. ad Trebel. l. 1. 2. respon. *Auctoritatem*, vt infra eod. cap. decernimus. *Forum*, vt infrà eod. cap. *quanto Arbitrium*, vt 2. q. 6. ca. *à iudicibus*, & ff. qui satisd. cog. l. *arbitro*, de offi. deleg. lib. 6. cap. *ab arbitris*, ibi enim arbiter dicitur Iudex, ergo & Arbitrium dicetur iudicium, *Vltimam voluntatem*, vt C. de sacrosan. eccles. l. 1. & cap. *licet*, de sepult. lib. 6. *Quæstionem*, vt C. de ordin. iudic. l. *quæstionum*, infra qui fil. sint legit. cap. *per venerabilem*. §. *rationibus*. *Discretionem*, vt ff. de iudic. l. *cum prætor*, infra de præb. cap. *graue*. *Sententiam*, vt de offi. deleg. cap. *de causis*, de appell. cap. *si duobus*, circa fi. de præscrip. cap. fi. ff. de legat. 3. l. *qui concubinam*. §. *si heres*, & Ecclesiast. [b] ibi, *Ante iudicium iustitiam tibi para*. *Instantiam*, vt C. de iudic. l. *properandum*. §. 1. cap. *venerabilis*, inf. eod. *Discussionem*, vt hic & C. & ff. eod. tit. & infra. de verb. sign. cap. *forus*, in princ. *Posse*, vel *potentiam*, vt ff. de iudic. l. *iudicium soluitur*, id est potestas iudicandi, *Perniciem*, 1. ad Corinth. 11. ibi. *Iudicium* id est perniciem *sibi manducat & bibit*, sic exponitur 4. sent. [c] *Pœnam*, vt Matth. 5. *Qui occideris reus erit iudicio*, id est pœna, sicut Ioan. 5. ibi, *In resurrectionem iudicij*, hoc est pœnæ æternæ, *Processum iudicialem*, vt infra eod. cap. 1. & cap. 1. de except. lib. 6. in princ.

Addo tamen omnibus, quòd verbum, *iudicium*, nihil horum significat secundum suam propriissimam & originariam significationem, vt infra, [d] monstrabitur. Dixi *originariam*, quia secundum propriam etiam illa satis propriè significat.

15 Porro iudicium prout significat discussionem, vel processum iudicialem, vt hic sumitur, definitur esse *actus trium personarum, iudicis, actoris, & rei in discutiendo contendentium vel contendere parantium*, in qua definitione verbum, *actus*, videtur accipi singulariter vel collectiuè pro vno, vel multis actis momentaneis, vel successiuis præfatarum trium personarum, vt accipi potest iuxta doctrinam Bartholi in l. *si pluribus*, [e] & verbũ, *trium*, pro triplicis generis,

& verbum, *personarum*, vt comprehendat etiam personas fictas: quoniã in iudiciis inquisitionis, & denunciationis, & aliis, quæ ex officio fiunt, pro actore vel accusatore, interuenit fama vel notorietas, aut Reipub. vtilitas, vt colligitur ex cap. *super iis*, & cap. *inquisitionis*, [a] imò & pro reo interuenit damnum publicum, sicut & pro actore vtilitas publica in iudicio inquisitionis generalis, quæ fit iuxta l. *congruit*. [b] Dixi, *in discutiendo*, pro, in iudicio, quod ponit communis, & pro in loco Iudicij quod ponit Decius & Ripa, ne definitum in definitione repetatur. Addidi, *vel contendere parantium*, ad comprehendendum principium iudicij, quod est citatio, [c] & libelli oblationem, recusationes, interrogationes, confessiones, probationes, & alia quæ passim fiunt ante litem contestatam.

16 Per quas expositiones longè planiùs, breuiùs, & vtiliùs, quàm ab aliis potest defendi definitio communis, ex qua infertur, quòd iudicium inquisitionis, vel denunciationis est propriè iudicium, & quod iudicium non solùm inuenitur post litem contestatam, sed etiam ante illam, licèt integriùs post illã, sed integritas & magnitudo non mutant speciem, [d] & licèt multa liceant post litem contestatam, quæ non licent antea, [e] & è contrario, multa licent antea, quæ non licent post, [f] & licèt ob id quoad quædam Iudicium dicatur incipere à litis contestatione, [g] vnde & multæ cautiones, * & prætoriæ stipulationes præstitæ ante litem contestatam, propriè dicuntur iudiciales, [h] & quidem omnia, quæ fiunt corã Iudice ad contendendum, imo & ad concordandum, ad incipiendam litem, vel ad impediendum eius initium dicuntur esse Iudicium, vel aliqua pars eius, vnde rectè Decius, [i] quem sequitur Ripa, discedit à Signor. de Homod, [k] quatenus determinauit, non posse fieri præceptum de soluendo minori 25. annis, tamquam confesso in Iudicio, ante litem contestatam, etiam si illud feciſſet post octodecim annos, & stante statuto, vt minor 25. annis modò sit maior octodecim, habeat legitimam personam stándi in iudicio.

* Et prætoriæ stipulationes præstitæ ante. *Stipulationes prætoriæ sunt, quæ ex mero officio prætoris proficiscuntur, hoc est, quæ prætoris arbitrio & iussu interponuntur, vt stipulatio damni infecti. Stipulationes autem prætoriæ aliæ sunt à iudicialibus. Iudiciales enim sunt quæ præstantur ex aliorum quam prætorum auctoritate, vt Cæsarum vel aliorum nomethetarum, prætoriæ autem quæ ex prætorum auctoritate seu edicto proponebantur, & possunt siue iudicio præcedente peri quales sunt ratum iudicium, haberi, iudicatum solui, & catera. vide Petrum Greg. lib. 24. syntag. cap. 1.*

17 Sextum, quòd diuiditur iudicium primo in ordinarium & extraordinarium. Quoniam autem Innocentius communiter receptus tenuit, [l] iudicium inquisitionis dici extraordinariũ, & alio in loco, [m] à multis etiam receptus tenet esse ordinarium, & super eo relato hic per Panormitanum magna tempestas orta est inter omnes posteriores, non est facile ita definire membra huius diuisionis vt non remaneant aliquot scrupuli, quò factum esse suspicor, vt nemo illorum videatur ausus vllum illorum definire. Arbitror autem posse definiri iudicium ordinarium, *esse iudicium, in quo procedi tur mediante actione, vel accusatione vera*. Dixi, *Iudicium*, pro genere, &, *cum actione*, ad comprehendenda iudicia ordinaria ciuilia, &, *cum accusatione*, ad comprehendenda ordinaria criminalia: actio enim & accusatio propriè sumptæ sic differunt, iuxta glossam receptam. [n] Dixi, *vera*, quia & infamia, vel aliquid ei æquipollens, ob quæ inquiritur, quidam accusatores ficti sunt, vt post S. Thomam, & alios infra [o] traditur. Iudicium autem extraordinarium est, *in quo sine actione, vel accusatione vera procedi tur*. Dixi, *iudicium*, pro genere, reliqua pro differentia, qua differt ab ordinario. Tum, quòd extraordinariũ, illud esse dicitur, quod officio Iudicis expeditur. [p]

18 Tum quia extraordinarium dicitur illud, quod cõtra regulas iuris communis conceditur. [q] Ex quibus definitionibus clarè infertur, iudicium inquisitionis esse simpliciter & absolutè extraordinarium, vt affirmauit Innocentius, [r] pro quo facit etiam, quòd iudicium in tres partes principaliter diuiditur, vt not. Bartholus, [s] nam habet principium, medium, & finem, & in principio inquisitionis sine accusatione vera proceditur, vt est in d. cap. *qualiter*, quod est contra corticem regulæ l. *rescripto*. [a] In secunda parte, scilicet in medio, testes recipiuntur lite non contestata, vt est in cap. *quoniam*, [b] in vltima parte, scilicet in fine, non imponitur pœna determinata à iure, sed condemnatio alteratur, & arbitrio Iudicis pœna imponitur, [c] licèt posit dici secundum quid ordinarium, quatenus etsi non interueniat in eo accusator verus, interuenit tamen fictus, scilicet, infamia vel aliquid ei æquipollens, vt prædictum est, quale dicit esse Innocentius. [d]

Secundo infertur, iudicia super beneficiis, vsuris, matrimonijs, & decimis esse ordinaria, licèt in eis procedatur simpliciter, & de plano, sine figura & strepitu iudicij, [e] & ita in multis contra ordinem causarum vel iudiciorum plenariorum, [f] quia in eis proceditur mediante actione vera nata ex aliquo iusto, vel colorato titulo, vel ex lege diuina, vel canonica.

Tertio, quòd iudicium per viam denunciationis, vel officij Iudicis sine actione, vel accusatione contextum, est extraordinarium: quia proceditur sine actione, vel accusatione vera. Quarto, quòd startutum loquens de iudicio ordinario, non habet locum in iudicio inquisitionis, & aliis præfatis, vt tenuit Panormitanus hic communiter receptus.

19 Septimum principale, quòd iudicium secundò diuidi tur in iudicium spirituale, in quo tractatur de rebus spiritualibus, [g] & in temporale, in quo tractatur de temporalibus. [h]

20 An autem iudicium in quo tractatur de iure patronatus dicatur spirituale, an temporale, an mixtum, videtur pendere ab illa quæstione, An ius patronatus sit spirituale, temporale, an mixtum? in qua post longam eandemque eruditam concertationem Doctorum præsertim Decij & Ripæ, tenui olim communem opinionem, videlicet, non esse spirituale, sed annexum spirituali.

Qua in re nunc addo primo, quòd ratio Decij, quæ olim firma visa fuit, nunc non videtur firma: ratio enim est illa, quòd nullum annexum est idipsum quod id, cui annectitur, sicut nec simile est idem cum eo, cui assimilatur, iuxta l. *quod Neruа*, iuncta glossa, [i] & cap. *capitulum Sanctæ Crucis*, iuncta glossa, [k] & ius patronatus est annexũ spiritualibus. [l]

21 Ratio autem quare non est firma, est, quòd licèt nihil sit idipsum, quod est id cui simile est, in specie, siue in indiuiduo, potest tamen esse idem in genere: si quid enim est simile Ioanni, non est idem quod Ioannes in specie, potest tamen esse idem in genere: vt si quod est simile Ioanni, sit alius homo. Virtutes item infusæ similes sunt septem donis Spiritus sancti, & ita non sunt eædem quæ illa in specie, & indiuiduo, sunt tamen eædem in genere: quia sunt spiritualia vt illa. Sic quamuis ius patronatus sit simile & annexum rei spirituali, & non sit in specie & indiuiduo idem quod illa res spiritualis, potest tamen esse idem in genere scilicet spirituale.

22 Secundo addo, quòd magna incogitantia præfati Doctores, & ego disputauimus, An ius patronatus sit spirituale nec ne? non præmissa & constituta prius definitione rei spiritualis, sicut & eadem incogitantia tractauimus omnes, An iudicium inquisitionis sit ordinarium, vel extraordinarium, non præmissa & constituta prius definitione, vel quidditate iudicij ordinarij vel extraordinarij: quomodo enim quis probare potest aliquid esse, vel non esse tale, vel tale, nisi præsupposito quale sit illud: an sit, an non sit homo, nisi præsupposito quid sit homo? & consequenter, an sit spirituale, nisi præsupposito quid sit spirituale?

23 Tertio, quòd ideò hoc videtur contigisse: quia, vt nuper dixi in nostro Manual. Confess. latinitate donato, [m] post Maiorem, [n] non est facile definire quid sit spirituale, cuius ratio, licèt eam ipse non reddat, potest esse, quòd cum spirituale, siue spiritale dicatur omne quod pertinet ad spiritum, spiritus autem propriè dicatur halitus siue flatus, iuxta illud, [o] *Spiritus meus attenuabitur*.

24 Et per translationem, nunc anima, vt ibid. [p] *Tradidit spiritum*, nunc ventum, vt ibid. [q] *Tamquam aduenientis spiritus vehementis*, nunc omne incorporeũ, iuxta illud, [r] *Spiritus est Deus*, nunc omnis inuisibilis substãtia, vt ait S. Thomas, [s] necesse est, vt spirituale quoque multipliciter dicatur.

---

a *Cap. pœne. de pœnit. dist. 1.*
b *Cap fin. de iure patron.*
c *In cap. 1. de temp. ordin. lib. 6.*
d *De præ. d. 1. à num. 3.*
e *Quib. mod. feud. amitt.*
f *Genes. 2.*
g *In l. ordino rij. Co. de rei vend.*
h *In d. l. ordinarij, Cod. de rei vend.*
i *De foro competent. lib. 6.*
k *In c. causã quæ. qui fil. sint legit.*
l *C. ad exhib.*
m *51.*
n *Lib. 1. var. resolut. ca. 4. num. 8.*
a *In hoc eod. tit. lib. 6.*
b *18. cap.*
c *Dist. 9. in fi.*
d *Num. 39.*
e *Sub. fin. de legat. 2.*
a *De accusat.*
b *ffde off. pra fid. & ca. 1. de offic. iud. ord.*
c *§. fin. Instit. de pœ. tem. litig.*
d *Leg. fi. ff. de fund. infr.*
e *Ca. quoniã frequenter. vt lit. non cõtest.*
f *Leg. post item. ff. de pro cur.*
g *Leg. vbi cognitum ff. de iudic.*
h *Leg. 1. & 2. ff. de pact. stipul.*
i *In 2. lect. n. 3. sub fin.*
k *In cõs. 163. incipit. Statu to ciuitatis M. diolani.*
l *In c. cum oporteat. de accusat.*
m *In c. dilecto de sẽt. excom.*
n *In princ. in fin. de actio. & in rubr. ff. & C. de actio. iunctã. rub. ff. & C. de ac cusat.*
o *Num. seq. p Le. pecunia verbum. §. persecutionis. ff. de ver sig. l. cum filius. ff. si cert. pet. & in l. si cui legatum insi. princ. ff. de ver. sign l. cũ filius ff. si cert. pet. & in l. si cui legatum in fi. princ. ff. de cond. & de monstr. in l. 1. §. si solent. ff. de exerc.*
q *Leg. in causa l. 3. in prin. ff. de minor. 2 in d. cap. cit oporteat.*
s *In l. 2. ff. de furt.*
a *§. si quis accusatorem. ff. de munc. & honor.*
b *§. fin. & alij. inf. vt lit non contest.*
c *Cap. inquisitionis. infra de accus.*
d *In d. ca. dilecto. de sent. excom.*
e *Clem. 2. de iudic.*
f *Clem. sape. de verb. sign.*
g *Cap. exhibita. inf. eod.*
h *Cap. venerabilis infra eodem.*
i *ff. depos.*
k *De rescript.*
l *Cap. quanto. inf. eod. & capit. de iure infra de iur. patron.*
m *Capit. 23. nu. 99.*
n *In 4. distin. 25. q. 1. col. 2.*
o *Iob. 17.*
p *Ioan. 19.*
q *Actu. 1.*
r *Ioan. 4.*
s *1. p. q. 41. ar. 3. ad 4.*

25 Quarto, quòd in d.Manual. vbi supra ea de re in hæc verba scripsimus, *Omisso stylo, quo in vulgari hoc in loco vti fuimus, sequuti Ioan. And. Panor. & communem,* [a] *aduncti quæ S.Thom. & communis ait.* [b] *Spirituale, vt huc pertinet, & communiter accipitur in iure Pontificio, definiri potest esse donum supernaturale à Deo datum ad animarum salutem, vel quid institutum supernaturaliter ad eam efficiendam, vel ab Ecclesia potestate supernaturali sibi data ad conficiendum illa vel annexa eis. Quæ definitio facile colligi potest ex cap.* gratia. *& cap.* qui studet, [c] *& cap.* quam pio, [d] *& Durando,* [e] *& ex S.Thoma.* [f] *Dixi, donum Dei, pro genere: quia omne spirituale est donum Dei non contra omne donum Dei est spirituale: nam omnia bona temporalia sunt dona Dei iuxta illud Apostoli.* [g] *Quid habes quod non accepisti? & illud princ. Authen.* [h] *Maxima dona Dei sunt à superna collata clementia, sacerdotium & Imperium. Dixi, supernaturale, ad includendum spiritualia per essentiam, & excludendum dona naturalia. Dixi, ad salutem animarum, ad excludendum insignia seu arma, dotes, & victorias Regibus & Principibus aliquot, vel aliis in alium finem, quàm salutem animarum supernaturaliter concessa. Dixi, vel aliquid institutum supernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam, ad includendum spirituale per causam: qualia sunt sacramenta, quæ ipse solus instituit, & sola efficiunt instrumentaliter gratiam, vt dictum est.* [i]

27 *Dixi, vel ab Ecclesia potestate supernaturali sibi data, ad includenda spiritualia statuta, vt loquuntur Ioannes Andreas & Panormitanus,* [k] *siue facta & constituta ab Ecclesia: qualia sunt sacramentalia, & eis annexa ab eadem institutа, quibus sacramenta parantur, conficiantur, & conseruantur, vt consecratio & benedictio ecclesiæ, vel altaris, vasorum, ornamentorũ, aquæ baptismalis, vel benedictæ, exorcismus, catechismus, iuspatronatus, beneficia, collationes, præsentationes, renunciationes, & id genus alia.* hæc ibi.

28 Quinto addo ex hac definitione inferri primo, quòd aliqua spiritualia sint aliis spiritualibus spiritualiora: illa enim quæ sunt per essentiam talia, vel à solo Deo immediatè creata, vel institutа, vt sunt gratia gratum faciens, septem dona Spiritus sancti, & gratiæ, quas gratis datas appellant: & potestas Ecclesiastica supernaturaliter primùm à Christo data, vt diximus in cap. *nouit.* [l]

29 Secundo infertur, quòd non omne sacrum est spirituale, vt hic accipitur, bona enim mobilia, & immobilia ecclesiastica, sunt sacra, iuxta S. Thomam receptum, [m] & probatur in cap. *nulli*, & cap. *prædia*, [n] quæ tamen non sunt spiritualia: quia definitio eis non cõuenit: nam licèt dedicentur ad sustentationem spiritualium, vt ait S. Thomas, vbi supra, non tamen per benedictionem sacri constitutiuam, quæ de sola potestate supernaturali, & spirituali fluere potest, vt nouè resoluimus in cap. *nõ liceat*, [o] quamuis dedicatio illa satis possit dici spiritualis.

Tertio infertur, quòd altiùs & rectiùs loquutus est Antonius, quàm Panormitan[p] & nos omnes posteri eius, qui eum sequuti sumus, nempè, quòd iuspatronatus est spirituale originè: quia per prefatam definitionẽ constat, quòd non humana & naturali, sed diuina & supernaturali potestate à Christo, Petro, & Ecclesię tradita, vt in ca. *nouit.* [p] dicetur, innẽtum & creatũ est. Et hac ratione irrefragabili confirmatur, quod nec Panormitanus, nec Aretinus, nec Felinus, nec Decius, nec vlli alij Catholici negare possumus, sacramentalia instituta ab Ecclesia, potestate illa diuinitus ei à Christo data, esse spiritualia: & nulla ratione alia sunt talia, quàm quia in salutem animarum sunt constituta ab Ecclesia potestate præfata supernaturali. Cùm ergo negare non possimus beneficia ecclesiastica, & ius conferendi ista, & eligendi, ac præsentandi, esse ad illa inuenta, & institutа ab Ecclesia, eadem potestate supernaturali, qualia sacramentalia, consequens est nec posse nos inficiari esse spiritualia, sicut illa.

30 Nec quicquam obstat, quòd hæc dicãtur annexa spiritualibus antecedenter, vel dependenter, vt dicit S. Thomas, [q] quia nil repugnat, vt vnum & idem sit spirituale, & annexum alteri spirituali, sicut nec repugnat vnũ & idem esse temporale, & annexum alteri temporali: multæ enim Ecclesiæ spirituales sunt annexæ Ecclesiis cathedralibus, & aliis collegiatis regularibus, & secularibus, [r] & beneficia ecclesiastica secundũ omnes sunt iura spiritualia, imo etiam præbenda, quæ saltem est, Canonicatui annexa, per cap. *dilecto*, [s] quòd in hoc reputat singulare Panormitanus, [a] & Felinus, [b] & alij alibi. At ipsemet S. Thomas receptus ab omnibus, [c] dixit, beneficia ecclesiastica esse annexa spiritualibus dependenter, sicut iuspatronatus est annexum antecedenter, ergo nihil desinit esse spirituale eo solo, quòd sit annexum spirituali, quod supra, [d] clariùs probauimus. Ratio autem quare beneficia Ecclesiastica, monachatus, religiones, & alia sacramẽtalia dicantur annexa spiritualibus, illa est, quòd sunt inuenta, & statuta ab Ecclesia ad paranda, conficienda, conseruanda, & exercenda alia illis spiritualiora, qualia quæ sint supra dictum est. Cum ergo per superiora constet iuspatronatus esse spirituale, licèt sit annexum aliis spiritualibus, consequitur iudicium de illo habẽdum, vel habitum esse spirituale, quæ est solutio quæstionis propositæ.

31 Octauum principale, quòd iudiciũ tertiò diuiditur in criminale & ciuile, quæ eruditè, & curiosè definit hic Ripa, discedens tamen multum à cõmuni modo loquẽdi, à quo non discedẽdo videtur definiri posse, iudicium criminale esse *iudicium, in quo agitur principaliter de crimine, & principaliter ad vtilitatem publicam.* Quæ definitio satis colligitur ex glossa, [e] & Bartholo, Baldo, & aliis in eam scribentibus, ex Panormitano, & omnibus aliis hic, & aliis locis citatis per Decium, & Ripam. Dixi, *principaliter*: ad excludẽda iudicia, in quibus incidenter & obiter tantùm agitur de crimine, vt eum agitur de crimine via exceptionis, [f] & cum fiscus petit aliqua bona sibi competentia ratione alicuius criminis, non tamen agendo principaliter de illo puniẽdo, vt colligitur ex l.1. [g] Per quas duas declarationes cessat necessitas recedendi à communi modo loquendi, vt Ripa recedit. Dixi etiam, *principaliter ad vtilitatem publicam*, ad excludenda iudicia, in quibus de crimine agitur quidem principaliter, sed ad vtilitatem priuatam, vt cum agitur ciuiliter de furto, ad duplum vel quadruplum parti applicandum. Iudicium autem ciuile est, *iudicium in quo non agitur de crimine saltem principaliter, vel saltem agitur principaliter ad vtilitatem priuatam.*

Ex quibus infertur primo id, quòd Antonius à Butrio dixit hic, quòd finis iudicij criminalis est vtilitas publica, finis autem ciuilis vtilitas priuata.

Secundo, quòd glossa l.3. [h] quatenus habet, quòd cùm pœna etiam pecuniaria applicanda est fisco iudicium est criminale, cùm verò parti, ciuile, est intelligenda de iudicio, in quo agitur principaliter de crimine: nam si ageretur ad pœnam ex contractu partium, vel alia de causa, quàm criminis principaliter intenti applicandam fisco, vt frequenter accidit, non esset iudicium criminale: quia non agitur de crimine principaliter.

32 Tertio, quòd iudicium, in quo agitur ad remotionem ab officio publico est criminale: quia agitur de crimine principaliter, & principaliter ad vtilitatem publicam, & efficaciter probat l.3. [i] Nec obstat cap. *per tuas*, [k] quatenus videtur probare, quòd cũ agitur ad remotionẽ Abbatis ab administratione, causa est ciuilis, nõ criminalis: quia verè id ibi non probatur: non enim habet simpliciter, ibi non fuisse actũ criminaliter, sed cũ adiectione, non fuisse actũ criminaliter, ita vt deponeretur ab ordine, qp ideò dicitur ibi ciuiliter agi: quia non agebatur ad pœnam naturalem & summã, ad quã poterat agi, vt ibi dicit Panormitanus.

33 Ex qua tamen expositione non est inferendum, quòd iudiciũ definit esse criminale ex eo solo, quòd nõ agatur in eo ad pœnã naturalẽ, & maximã crimini, de quo agitur debitã: iudicia enim in quibus proceditur per inquisitionem ad castigãda delicta criminalia sunt, in eis tamen regulariter nõ imponitur pœna maxima crimini debita, sed arbitraria, [l] sed solùm infertur, quòd aliquando dicitur ciuiliter agi, eo quòd nõ agatur ad maximã pœnã crimini debitam, licèt propriè criminaliter agatur, quem intellectum omniũ, quos plurimos hic reddit Ripa, arbitror esse germanissimũ. Nec obstat, quòd aliqui sentiant contrarium, & quòd Decius videtur variare, [m] quoniam magis causa disputandi, & ostentandi acumina ingeniorum, quàm solida definitione videntur id facere.

34 Quarto, quòd videtur posse dari iudicium mixtum, id est tale, quod sit criminale & ciuile simul: illud scilicet, in quo agitur de crimine principaliter tam ad priuatã, quàm publicam vtilitatem, exemplum est in l. *lege Cornelia*, §. fin.

quã Decius in hoc citat, [a] de iudicio, in quo quis agit populari actione aduersus eum qui aperuisset testamentum occisi, antequam de familia quæstio haberetur, in quo dimidium pœnæ, quæ est 100. aureorum applicatur parti, dimidium fisco: illi enim iudicio cõuenit vtraque definitio, criminalis quidẽ: quia agitur de crimine principaliter & principaliter ad publicam vtilitatẽ: ciuilis autẽ, quia licet agatur principaliter de crimine, agitur tamen etiam principaliter ad vtilitatem priuatam, quod sufficit.

35 Quinto, quòd nil obstat præfatis l. *Caius*. [b] quatenus vocat causam pecuniariam illam, in qua pœna applicatur fisco, quia aliud est dicere pecuniariam causam non extinguì morte delinquentis, quod ibi probatur, & aliud dicere non esse criminalem: nam licèt regulariter crimina extinguantur morte quoad alias pœnas: quoad tamen pœnam bonorum, quæ ob illud ipso iure confiscantur, non extinguuntur, [c] & ita ibi appellatur causa pecuniaria: quia ad pœnam pecuniariam agebatur: & quia illa erat applicata fisco, dicetur causa criminalis, & non ciuilis, per prædicta.

Sexto infertur verus intellectus cap. *item cum quis*, [d] scilicet, quòd non significat criminaliter agi, eo quod de crimine excipiatur, sed quòd per exceptionem criminis non repellitur agens de spolio.

36 Septimo infertur intellectus verus authen. *sed hodie*. [e] scilicet, quòd per illa verba, *In causa criminali vel pecuniaria*. non significatur causam, in qua pecunia applicatur fisco, esse ciuilem, sed potius, quòd est duplex causa criminalis, altera in qua imponitur sola pœna pecuniaria, altera, in qua etiam pœna corporalis.

37 Octauo infertur id quod pulchrè de more Decius ait Salicetum dicere, [f] quòd glosse & iura abutũtur his vocabulis, secundum diuersam considerationẽ: nã pœna pecuniaria, quę fisco applicatur potest dici ciuilis habito respectu ad pœnam corporalẽ, & remotio ab administratione, respectu depositionis ab ordine, vt in d.cap. *per tuas*.

38 Nonum principale, quòd illa conclusio, quam post Panormitanum & alios late declarat Decius, [g] scilicet, quòd pœna legalis est applicanda fisco, intelligenda est in dubio, quia si lex aliud exprimat, illud est seruandum, quia in certis non est locus coniecturę, [h] exprimere autem potest lex dupliciter, scilicet, expressè, vel tacitè. Expressè quidẽ, cum habet, cui, quomodo, & quota, pars, an tota sit applicanda. Tacitè verò, si lex inducit accusationem, videtur in dubio pœnam applicare fisco: & si inducit actionem vel dicat, *iudicium dabo*, videtur applicare parti: quia cum accusatio tendat ad vtilitatem publicam, & actio ad priuatam, iuxta glossam receptam, [i] inducendo accusationem, videtur tacitè pœnam applicare fisco, & inducendo actionem parti: cum item pœna apponitur ad resarciendum interesse, vel damnum partis, vel per verba multiplicatiua, quę respiciunt acceptum vel damnũ datum, puta, vt soluat duplum, triplũ, quadruplũ, &c. videtur velle applicare parti damnũ passę: quia ex fine prætenso coniicitur mens prętendentis. [k] Dixi, *de pœna legali*: quia pœna conuentionalis in dubio applicanda est parti, secundum Baldum, [l] & meritò: quia contractus principaliter respiciunt cõtrahẽtes, [m] vnde stylus habet, applicare aliquam partem pœnæ fisco, vt contractus firmitati consulatur, quo casu pars illa fisco debetur, quamuis iudicium, in quo illam petierit, non erit criminale per dicta supra. [n]

SVMMARIVM.

- *39 Iudicium originaliter significat actum, quo Iudex ius dicit, & alia figurate.*
- *40 Iudiciũ plus pertinet ad virtutem iustitiæ, quàm prudentiæ.*
- *40 Iustitia est virtus, & habitus ex actibus ius reddendi, vel reddere volendi frequentatis ingenitus.*
- *40 Confessarij quid Iudices, & eos constituentes monere debẽt.*
- *41 Iudices qui dant vel confirmant, quas in eis virtutes requirãt.*
- *42 Iudicare non licere heresis est Waldensium.*
- *42 Iudicare nolite vt intelligatur.*
- *43 Iudex iudicans in mortali, qui mortaliter peccat, & qui venialiter.*
- *43 Iudicium pro actu iudicantis quintuplex scientia. &c. prima quatuor incompatibilia. quintum aliis compatibile.*
- *43 Scientia quid.*
- *43 Fides siue credulitas quid.*
- *43 Opinio siue suspicio quid.*
- *43 Dubitatio quid.*
- *43 Scrupulus quid.*
- *44 Iudicio cuiusuis generis potest peccari & mereri.*
- *44 Iudicium de re à iudicio de persona sic differt.*
- *44 Suspicio sequẽtibus de malo, sed sequẽter etiã de bono habetur.*
- *45 Suspicio leuis, grauis, & vehemens datur.*
- *45 Abiurare de leui, & vehementi vt differunt.*
- *46 Suspicari malè de altero sine vlla causa, vel grauius, quàm ea requirit, peccatum.*
- *46 Suspicantium triplex genus hominum peccare.*
- *46 Suspiciosi cur sint senes.*
- *46 Suspicio sola cur peccatum.*
- *47 Suspicio non omnis mala, nec omnis mala mortifera.*
- *48 Suspicio nulla de malo, qua non firmiter creditur, est mortifera nisi aliud notabile malum efficiat, & quanta firmitas in id requiratur.*
- *49 Credẽtes ea, quæ alij præiudicãtia narrãt nouas res scribentes, siue Menantes, & alij scribẽtes ad vrbẽ an peccẽt mortiferè.*
- *50 Scientia vna certior alia.*
- *50 Fides siue credulitas vna certior alia.*
- *50 Suspicio siue opinio vna maior, & vehementior alia.*
- *50 Fides siue credulitati cui inest virtualiter, licet non actualiter aliqua hæsitatio.*
- *51 Iudicem qui ex suspicione condemnat peccare mortaliter quomodo intelligendum, quoad interlocutorias, præsertim capturæ, tormenta, &c.*
- *52 Iudicandum ad aliquem rectè malum extra iudicialiter, quid requiratur.*
- *52 Credendum non esse vni, etiam legali de malo tertij.*
- *52 Famæ non creditur etiam semiplenè in criminalibus.*
- *52 Historia sacra omnino creditur, aliis non nisi, &c.*

39 HActenus de primo, scilicet epilogo eorũ, quę olim de iudicio sumpto pro processu iudiciali scripseramus. Nunc verò facturus secundum, auctarium scilicet promissum de iudicio sumpto pro actu iudicantis, dico primùm, quòd nescio quare nulli tot in hanc rubricã scribentium venit in mentem, quòd verbum, iudicium, non significat ita propriè, & originaliter discussionẽ, vel processum iudicialem, pro quo hic, vt supra dixi, sumitur, neque aliquid aliud ex quindecim, quę supra, [a] diximus significare: sed figuratè per translationem, synecdochen metonymiam & alias figuras: nam iudicium deducitur à iudico, id est, ius dico, exerceo, vel decerno: & ita propriè & originaliter significat dictionem iuris, id est, actum iudicis, quatenus est iudex, & dicit siue decernit ius inter litigantes, vt colligitur ex cap. *forus*. [b] & ex S. Thoma cõmuniter recepto, [c] & ex aliis Latinè præcellẽter callẽtibus. hinc est, quòd minùs impropriè, quã quindecim prædicta, videtur significare omnẽ existimationẽ & opinionẽ, siue actũ, quo quic quã, eriã ab alio quàm à iudice definitur, vel determinatur: vt in illo. [d] *Iudicium Paridis manet alta mẽte repostũ.* & in illo Cicer. de Claris orat. *Gloriã quã nemo iudicio meo est cõsecutus.*

40 Secundum, quòd iudicium, prout est actus iudicis, potiùs procedit à virtute iustitiæ, quàm à virtute prudẽtię. Nec obstat, quòd secundum Philosophum, [e] vnusquisque bene iudicat, quæ cognoscit: & quòd sic iudicium ad vim cognoscitiuam pertinere videatur: vis autem cognoscitiua per prudentiam perficitur: quia respondet S. Thomas, [f] in hæc verba. *In omnibus ad rectum iudicium duo requiruntur, quorum vnum est ipsa virtus proferens iudicium: & sic iudicium est actus rationis: dicere enim, vel definire aliquid, rationis est: aliud autem est dispositio iudicantis, ex qua habet idoneitatem ad rectè iudicandum: & sic in iis quæ pertinent ad iustitiam, iudicium procedit ex iustitia, sicut & in iis, quæ ad fortitudinem pertinent, ex fortitudine. Sic ergo iudiciũ est quidã actus iustitiæ, sicut inclinãtis ad rectè iudicandum: prudentiæ autẽ sicut iudicium proferentis, vnde & synesis ad prudentiã pertinẽs, dicitur benè iudicativa, vt supra habitũ est.* hęc ille. per (supra) intelligit. q.5. [g] Quò fit primò, vt cõfessarij vehementer debeant exhortari monarchas & iura monarcharũ habẽtes, (qui sunt primi iudices) [h] & alios inferiores eriã pedaneos, tã ecclesiasticos, quàm seculares, vt assuescant vnicuique suum ius seruare, & reddere, aut velle reddere cùm casus occurrerit, cùm S. Thomas à nemine in hoc reprehensus affirmet iudicium rectum magis inniti virtuti iustitiæ, quàm virtuti prudentię: cùmque constet,

quòd iustitia: quia est habitus & veluti consuetudo quædam per frequentiam reddendi, & volendi reddere cuique suum ius, quærantur, vt colligitur ex S. Thoma.

* Et alios inferiores etiam pedaneos. *Pedanei seu pedarij iudices, qui humiliora & viliora iudicant, parui que momenti & qualitatis: sic dicti quod quemadmodum pedes inferiores sunt corporis partes: ita isti inter iudices minimi & vltimi sunt.*

41 Fitque secundo, quòd illi qui nominant, deligunt confirmant, vel constituunt iudices, & magistratus, duas virtutes in primis desiderare debent in illis, nempè, prudẽtiam, & iustitiam, & magis hanc, quàm illam, iuxta illud consiliũ Iethro datũ Moysi, [b] per illa verba, *Prouide vros sapientes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam.* in quibus, verbum, *sapientes.* ad prudẽtiam, & cætera ad iustitiam, & alias virtutes ei contributas, religionem & liberalitatem referuntur, vt latiùs hoc probat authent. [c]

Fitque tertio non abs re difficilè fuisse mihi aliquando respondere viro pio interroganti me, An posset absoluere quemdam dominum, qui constituerat iudices viros, quos nouerat auaros, iniquos, & concutere consuetos, antequam firmiter proponeret cùm primùm posset, reuocare illos? An item posset absoluere tales magistratus sine proposito sua munera relinquendi?

42 Tertium, quòd hæresis Valdensium est, vt latiùs refert Castrẽsis, [d] dicere, non esse licitum aliquem iudicare condemnando saltem ad pœnam, fundantes eam in illo, [e] *Nolite iudicare.* & in illo Pauli, [f] *Tu qui es, qui iudicas seruum alienum?* quibus videntur etiam consentire Lutherani: dicentes non esse puniendos hæreticos, & vnumquemque suæ conscientiæ libertati relinquendum. Quòd autem hoc sit hæresis ex eo paret, quòd est contra illam sacram Scripturam. [g] *Iudices & magistratus constitues, &c.* Et quòd [h] Ananiam & Saphiram Petrus morte damnauit. & quòd Paulus, [i] de potestate sublimiori ait, *Dei minister est, vindex in iram ei, qui malè agit.* Nec quidquam obstant eorum fundamenta: illa enim intelliguntur de eo, qui iudicat sine potestate, vel sine iusta probatione, vel sine iusta lege & ratione: non autem de eo, qui iudicat his tribus interuenientibus, vt colligitur ex S. Thoma, [k] & ex l. *illicitas.* [l] quatenus habet, secundum probata esse iudicandum. An autem omnis, qui mortali peccato infectus iudicat, vel condemnat alium, peccet, & an mortaliter quæstionis quotidianæ est, & quidem S. Thomas, [m] tenet partem affirmatiuam: scilicet, quod peccat etiam mortaliter, sed in 2.2. [n] tenet contrarium. eo quòd, vt Caietanus ibi ait, plenius ibi deliberauit, & resoluendum est, quod iudex etiam ecclesiasticus non peccat saltem mortaliter eo solo, quod infectus mortali iudicat, vel gubernat ea quæ sunt iurisdictionis: peccat autem ministrando ea, quæ sunt ordinis, & sacramentalis actionis, per rationes allatas à Caietano. [o] Vterque tamẽ Thomas innuit peccare saltem venialiter infectum mortali: nisi humiliter id secundum inclinationem virtutis iustitiæ faciat: quæ sunt valde notanda contra eos, qui mortali culpa infecti superbè, iracundè, & quasi vindicantes, & dominantes potiùs quàm iura dicẽtes iudicant.

Quartum, quòd iudicium, qua parte significat generaliter omnem existimationem & determinationem, diuiditur primo in iudicium scientiæ siue euidentiæ, fidei siue credulitatis, opinionis, & dubitationis: imo & secundum aliquos, in scrupulosum, vt colligitur ex iis, quæ definiuimus in c. *si quis autẽ.* [p] & in nostro Manuali Conf. [q] *Scire est veritatem visu perceptam in mẽte retinere, vt habet glossa mihi singularis.* [r] *Per visum autem in hoc proposito intelligendus est omnis sensus, quod sentit Bartholus allegando illam glossam,* [s] *ab omnibus receptus. Ego autem intelligo etiam visum interiorem animæ, siue ille fiat per argumentationem scientificam, & demonstratiuam, quæ scire facit,* [t] *vt docet Aristoteles receptus,* [v] *siue id fiat per notitiam intuitiuam mente sola sine sensu perceptam: qualem beati de Deo suo habent, qualem damnati de sua pœna, qualem & anima carcere hoc inclusa de se, suisque multis actu, secundum ea que omnes tradunt in prologo sententiarum. Credere autem est firmiter adhærere alicui iudicio, non eo quòd vidit, sed ob aliorũ relationem secundum Bartholum ibidem ab omnibus receptum: quod etiam satis sensit glossa,* [x] *cui tamen definitioni addendum est propter proximè dicta. Neque ideo adheret, quòd argumentatione demonstratiua, vel mentis intuitu à visu corporeo, & aliis sensibus semotis percepit. Opinari verò est adhærere vni parti contradictionis, non tamen firmiter, sed cum formidine, ne pars altera sit vera, facit glossa predicta & glossa in l. si duo.* [a] *tradit Bartholus.* [b] *Dubitare verò, est animũ applicare ad vtrum: & nihil inde eligere, vt habet glossa recepta, c quæ dubitationẽ appellauit titubationẽ. Adde, quòd aliud est scrupulus: est enim habere argumentum vel apparentiã aliquã cõtra id quod vel scit, vel credit, opinatur, vel dubitat, secundũ mentẽ Cãcellarij Parisiẽsis,* [d] *& tradit Adrianus,* [e]

Ex quibus infertur primò scientiam, & fidem, siue credulitatem conuenire in eo, quòd vtraque est certa & firma sine vlla vacillatione. [f] *Differunt tamen, quòd scientia est clara, quippè quæ ex visu, vel alio sensu, vel alio mentis intuitu manat, & ita est claritas fidei autem obscura, quippè quæ ex auditu est. quod elegãter explicat S. Paulus,* [g] *cùm ait,* Videmus nunc per speculum, & in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. *quasi diceret vir Spiritu Dei plenus in hoc sæculo fidem siue credulitatem habemus, certã quidem notitiam, sed obscuram: tunc autem in alio sæculo scientiam habebimus eorũ, quæ nunc credimus: quia tunc videbimus, quæ nunc audimus. facit c.* in domo. [h] *iuncta glossa 7. qua citat illud Gregor.* Fides nõ habet meritũ, vbi humana ratio præbet experimẽtũ.

Secundo infertur, quòd credulitas & opinio conueniunt in eo, quòd vtraque obscura est, at differunt: quia fides, siue credulitas certitudinem habet & firmitatem: opinio verò incertitudinem & infirmitatem. quod docet Bartholus, [i] *& probare videtur textus in l. 3. in illis verbis,* Quid cui credas, aut parũ probatũ opineris: *& noster pater Augustinus,* [k] *docet, Opinio verò & dubitatio conueniunt quidẽ in vacillatione & infirmitate: differunt autem, quòd opinio magis adhæret vni parti quã alteri, dubitatio verò minimè.*

Tertio infertur hæc quatuor sibi mutuò esse contraria, neque in eodem posse considere subiecto. Scrupulum autem, quia non est iudicii, sed potius apparentia, & argumenti contra iudicium, vel pro iudicio concurrere posse cum quolibet eorum quatuor, quod magis apparebit ex his, quæ in septimo dicto infra ponentur.

Quarto infertur, quod scitur, vel creditur certum esse, quoad scientẽ vel credentẽ: quod verò in opinione sola est, vel dubitatione, incertum: scrupulum autem neque tollere, neque addere certitudinem, vel incertitudinem, sed solùm sollicitare mentem, quo vel iudicium conceptum exuat, vel nouum mouat.

Quintum principale, quòd circa omne præfatum genus iudicij, siue scientiæ, siue fidei, siue credulitatis, siue suspicionis, siue opinionis, siue dubitationis, siue scrupulositatis potest inueniri culpa, & meritum: circa omnem enim talẽ deliberatè conceptum potest inueniri ordinatio integra, & aliqua inordinatio finis, modi, vel alius circunstantiæ in concipiendo, vel non concipiendo illud, & omnis actus deliberatus in specie, & individuo est bonus aut malus, iuxta sententiam S. Thomæ, [m] quem sequimur, & defendimus in nostro Manual. Confess. prælud. 7. [n] Et consequenter quicunque aliqua lege iusta tenetur aliquod horum quinque aliquo modo concipere de bono, vel malo, & non concipit eo modo, peccat: & contra, quicunque tenetur ad non concipiendum saltem aliquo modo aliquod eorum, & concipit eo modo, peccat. Dixi circa omne iudicium inueniri posse peccatum & meritum, & non omne iudiciũ esse tale: quia cũ peccatũ ad voluntatem referatur, & iudicium ad intellectum & rationem, nullum iudicium propriè est peccatum, saltem elicitũ: sed tantùm imperatũ certo modo, quẽ subtiliter declarat S. Thomas. [o]

Notandum autem, quòd aliud est iudicium de re vel actu per se consideratis, aliud de persona, prout est Auctor eius, secundum vtrũque Thomam, [p] nam aliud est credere aliquid esse malum, aliud credere esse malum eum, qui facit illud: hoc enim dicitur iudicium de persona, illud verò iudicium de re, vel actu, à persona facto, vt vterque Thomas vbi supra distinguit. & quòd nullum horũ quinque cõceptuum de solo actu ipso, est peccatũ saltem mortiferum, nisi cùm est de rebus fidei, vel morum necessariò credendorum & asserendorum: quia tunc potest esse hæresis, vel infidelitas, quæ sunt cum primis magna peccata secundum S. Thomam, [q] quia eiusmodi iudicium saltem per se non est contra charitatem Dei, neque proximi, vt significauit S. Thomas, [r] & exemplificauit Caietanus ibidẽ in eo, qui videt agentem equum, & horam malam illi imprecantem: licèt falsè credat illam imprecationem esse mortalẽ. non tamen ob id peccabit mortaliter, nisi credat imprecantem peccare mortaliter: quia iudicando tantùm

de re

a 1.2.q.51.ar.2.ad.vltũ. q.55.art.1.

b Exod.18.

c Vt iud. sine quoque iuram. §.1.

d In lib. contra omnes hæreses. verbo, iudex.

e Matth.7.

f Ad Ro. 14.

g Deuter.16.

h Act.5.

i Ad Ro. 13.

k In d.q.60.a.2.

l §. veritas. ff. de offi. Præsid.

m In 4. d.19. 2.artic.2.

n Quæst. 60. art.2.ad 3.

o In d.a.2 & in 3.p.qu.64. art.6.

p 2.de pœ.di.2 ãnum.9

q Cap.27.nu.279.

r In l.2.§. an tepenult. ff. de aquæ plu. arcend.

s In l.1.col.2. ff. de interrog. actio.

t Leg. fere ff. de legi.

v In libris Posteriorum.

x In d.§. ante penult.

a §. penult. ff. vti possid.

b In l. admonendi. ff. de iureiur. nu. 11.

c In l. de statu. ff. de testã. & in rubr. ff. de iuris. & facti ignor.

d In tit. de regul. moral. qui est primus secunda partis operũ eius. col. 2.

e Quolibeto 2. fol. 28. p. 2.

f Cap. firmiter. de sum. Trin.

g. ad Cor. 13.

h De pœn. di. 4.

i In illo n. 21.

k §. eius dem. ff. de testib.

l In l. de mendacio. col. 1.

m 1.2.q.18.a. 8. & 9.

n Num. 25.

o 1.2. qu. 17. præsertim ar. 1. & 6.

p 2.2.q.64.a. 4. ad 2.

q 2.2.q.10.a. 3. & q.11.ar. 1.

r In d.qu.60. art.4.

de re, nemini nocet, iudicando tamen de persona sic. Iudicium item scientiæ communiter non est peccatum: quia sufficientem causam habet sic iudicandi. Vnde qui vidit aliquem auctoritate propria occidentem, furantem, vel adulterantem iustè iudicat eũ malè facere: quia videt eum facere illa, quæ sunt mala: & licet nesciat animum malum: tamen iustè potest præsumere illum in dubio in deliciis. [a]

45 Sextum principale, quòd iudicium suspicionis, vt frequentiùs accipitur de mala, est species opinionis, & potest definiri esse opinio, qua quis opinatur aliquid mali citra certitudinem, vt habet l. *absentem.* [b] ibi. *Nemo debet suspicionibus damnari.* & l. fin. [c] ibi, *Nisi aliquibus suspicionibus vrgeãtur.* vt dicit Tullius relati à S. Thoma. [d] Dixi, *vt frequentius accipitur,* quia secundum propriam significationem includit etiam suspicionem de bono. Tum quia etiam datur suspicio boni, vel de bono, vt in illo Cæsaris, [e] *Cum constituum hostium fugæ caussa initum suspicaretur.* & Cicero, [f] pro opinione tam boni quã mali videtur accepisse in illis verbis, *Scribe non modò, si quid scieris aut audieris, sed etiam si quid suspicabere.* Tum quòd suspicio boni, & de bono potest esse peccatum: sicut suspicio mali & de malo: peccaret enim qui iudex, collator, præsentator, vel institutor beneficij iudicaret aliquem dignum beneficio propter suspicionem leuem bonitatis eius ad effectum illud ei adiudicandi: sicut & qui iudicaret aliquem indignum eo propter leuem malitiæ suspicionem, ad effectum illo eum priuandi, arg. cap. 2. & l. *merito.* [h] quamuis fatear frequentius suspicionem mali esse malam, quàm suspicionem boni: quia regulariter quis debet præsumi bonus. [i] Sed quia non debet quis præsumi regulariter ad muneta subeunda idoneus, frequenter etiam suspicio bona de habilitate alicuius ad illa, potest esse mala. Non dixi tamen leuis opinio, vt dixerunt Cicero, & S. Thomas, sed simpliciter *opinio:* quia non solùm est peccatum, vt mox dicetur, iudicare ob opinionem leuem, sed etiam ob opinionem grauem, & vehementem, [k] quæ tamen non pertingit ad iustam certitudinis siue credulitatis metam: varij enim gradus sunt suspicionis, vt mox dicam, & quotidiana inquisitorum fidei praxis non iudicat hæreticos suspectos leuiter de hæresi, neque suspectos vehementer, [l] sed cogit illos ad abiurandum de leui: hos autem ad abiurandũ de vehementi, cùm tam impari exitu, quod suspectus leuiter de hæresi, & abiurans eã, si recidat non habetur pro relapso, licet aliquanto grauiùs puniri debeat: abiurans autem ob vehementem sic. [m]

46 Septimum principale, quòd non solùm est peccatum credere quemquam esse malum absque sufficienti in id probatione, sed etiam suspicari, siue opinari quem esse malum grauiùs, vel vehementiùs quàm argumenta in id habita exigunt: quia quæ ratio est de toto ad totum, eadem est de parte ad partem. [n] Qua ergo ratione peccat qui credit, & damnat ob causſam ad solum suspicãdum sufficientem, etiam peccabit, qui grauiùs vel vehementiùs suspicatur, siue opinatur ob causſam, quæ ad solũ suspicandum leuiter sufficit: & eadem ratione qui suspicatur etiam leuiter sine vlla causſa iusta suspicandi. Quo fit, vt rectè de more dictum sit à S. Thoma, [o] tria genera hominum suspicantium peccare. Primum quidem eorum, qui suspicãtur de quoquam malum, eo solo, quòd ipsi mali sunt, iuxta illud. [p] *In via stultus ambulans, cum ipse sit insipiens, omnes stultos æstimat.* Ij enim sine vlla iusta causſa suspicandi malè suspicantur. Secundum est eorum, qui suspicantur malum ex hoc, quòd aliquis malè afficitur ad alterum: cum enim aliquis contemnit, vel odit aliquem, aut irascitur, vel inuidet ei, ex leuibus signis opinatur mala de ipso: quia vnusquisque faciliter credit, quod appetit: quoniam etiam isti sine iusta causſa suspicantur malum. Tertium autem est eorum, qui ob magnam, quam habent de aliorum defectibus experientiam, faciliùs quàm par sit suspicantur malum: quales sunt senes, quos Philosophus dicit, [q] quòd sunt maximè suspiciosi: quia multotiens experti sunt aliorum defectus: non enim est iusta causſa suspicandi de aliquo malum, eo quòd aliquos eiusdem conditionis experti fuerimus malos, cùm lege naturali, diuina, & humana teneamur credere esse bonum illum, ad quem iudicandum esse malum, vel habendum de malo suspectum, iusta probatione caremus, iuxta illud Euangelij. [r] *Estote misericordes.* expositum in

iuramento

a Cap. 1. de præsumpt.

b ff. de pœn. c ff. de quæst. d In d. q. 60. art. 3.

e lib. 8. belli Gallici.

f Ad At. li. 7.

g De reg. iur. h ff. pro socio. & l. quiescamus. 42. d. & toto ti. de cler. pereg.

i Dist. c. 2. de reg. iur. & d. 8. meritò.

k Dist. l. absentem. ff. de pœn. & d. l. fi. ff. de q. & calumn. de præsumpt.

l Ca. litteras. de præsumpt.

m Ca. accusatus. in princ. de haret. li. 6.

n Leg. quæ de tota. ff. de rei Vend. c. pastoralis. §. item cum totum. de offi. deleg.

o Vbi supra. art. 3.

p Eccles. 10.

q In 2. Rhet.

r Luc. 6.

a In reg. 2. de reg. iuris.

b In d. art. 3

c 3. quæst. 3.

d De reg. c. inquisitor. & c. suspitionis. de offi. deleg.

e In c. postremo. de appel. & in l. de rem. testim.

gr. Corint 4.

iuramento præstito adigit: vel alius, qui non est iudex, ob talem suspicionem malè de proximo conceptam obiicit, vel impedit eum ab officio, vel beneficio, vel aliqua alia vtili conditione, vel etiam obiicit à domo sua dehonestatum: huiusmodi enim siue iudices, siue priuati peccarent mortaliter sic suspicando, vel saltem volendo agere, vel agendo illa mala: quia volunt facere, vel faciunt contra 5. præceptum Decalogi, [a] per quod omnis iniuria personalis prohibetur, [b] iuxta declarationem eius in nostro Manual. Confess. [c] vel contra præceptum 7. eiusdem Decalogi, per quod omnis illicita damnificatio prohibetur, vt habetur in cap. *pœnale*. [d] & latius in præfato Manual. [e]

Decimum, quòd secunda declaratio Caietani est magni momenti, sed dubia. Primo quidem: quia videtur implicare contradictionem, quatenus præsupponit, posse quem credere aliquid, & simul habere hæsitationem, & formidinem de contrario: nam qui credit aliquid, pro certo habet illud: & si quam hęsitationem habet, id non credit, sed solùm opinatur, vt palam est per definitiones credendi & opinandi supra, [f] positas.

Deinde, quòd ex illa sequeretur, quòd non peccaret mortiferè, qui certò aliquod peccatum graue alterius crederet absque sufficienti probatione: nisi adeò firmiter crederet, vt condemnaret, eum si causę illius iudex esset absque vlteriori probatione: requirit eam, quòd ita credat vt nullus vlli dubitationi sit locus: & quòd quoad ipsum sit quædam definitio, & sententia definitiua extra tribunal lata, quod videtur falsum, eo quòd ex eo inferretur quòd vix vllus vnquam mortiferè peccaret credendo crimina proximorũ sine probatione legitima: quia rarò vllus reperitur, qui tam firma fide aliquod graue crimen credit, vt si interrogaretur, an iuberet occidere, vel deponere, vel alia tam grandi pœna plectere illum absque maiore audientia, quanta esset plectendus, si per processum ritè factum inueniretur id feciſſe? responderet affirmatiuè.

Tertio, quòd S. Thomas non videtur requirere tantum certitudinis gradum, ad peccandum mortaliter quàm requirere videtur Caietanus. Verba enim eius sunt, *Qui ex leuibus indicijs malitiam alterius pro certo æstimat in re grauí, peccat mortaliter*. At non solùm dicitur quis certò æstimare aliquid esse verum, qui adeò certò credit, quòd sine vlteriori inquisitione condemnaret illum, si esset iudex: sed etiam qui credit illud absque formidine alterius partis, per supra dictam definitionem fidei, siue credulitatis, & differentiam inter eam, & opinionem.

Quarto, quod S. Antoninus (quem Angelus & Siluester in suis locis sequuntur) ait, [g] declarando præfatum secundum gradum S. Thomę, quod qui videt hominem bonæ famæ, vel quem ignorat cuius conditionis sit, loquentem cum muliere, quam non cognoscit, in loco honesto, & modo modesto, & firmiter in mente æstimat eos loqui de turpibus, vel intentione praua, vt inducat ad malum, cùm hoc agere sit mortale, tale iudicium erit illi peccatũ mortale. Similiter si quis videns hominem comedentem pluries, vel hora prima in die, quo est ieiunium Ecclesiæ, vt in Quadragesima: & cùm non cognoscat eum, nec sciat motiuum eius ad comedendum, firmiter in animo credit, quod peccet mortaliter, & quod transgrediatur præceptum Ecclesiæ, peccaret ipse iudicans mortaliter: quia potest habere legitimam causam non ieiunandi. Similiter, cùm quis ex eo quòd aliquis non confessetur domesticè cum aliquo, vt prius, vel ostendit aliquam iram ad eũ, pro certo credat, quòd habeat odium mortale ad illum, mortaliter peccat: in quibus exẽplis, & aliis, quæ postea subiicit, non requirit aliud, quàm firmam credulitatem. At talis est quæcumque fides siue credulitas concepta sine formidine partis contrariæ. Ergo, &c.

Quinto, quòd (vt per præfata patet) aliud est scire, aliud credere, aliud opinari, siue suspicari, aliud dubitare, aliud scrupulum habere: & si dixerimus secundũ gradum S. Thomæ restringi ad fidem & credulitatem tantę certitudinis, quantam requirere videtur Caietanus consequeretur circumpectissimum virum nihil docuisse de iudicio fidei & credulitatis firmæ generaliter, sed solùm de illo, quod est tantæ certitudinis quòd habens illud, si esset iudex sine vlteriori inquisitione damnaret illum: & ita per eius doctrinam non posset responderi ad quæstionem illam frequentissimam, an qui ob leuia indicia firmiter credit suum proximum adulteratum, vel furatum esse, vel occidisse, peccet mortaliter? Cuius tamen decisio videtur omnium aliarum in hac materia maximè necessaria.

49 [f] Ad quam secundum Caietanum videretur esse respondendum negatiuè: nisi tanta firmitate crederet, quòd si esset iudex, absque inquisitione vlteriori eum damnaret: secundum autem illum qui diceret secundum verba S. Thomæ sufficere, quòd certò credat, contrarium dicendum esse. Pro declaratione tamen Caietani facit, quòd nisi illa esset vera, sequeretur peccare mortaliter omnes, qui credunt esse vera noua, quæ de peccatis mortiferis Regum, Principum, & aliorum summatum, & infimatum referuntur per Nouellatios, quos Menantes vocant, & per alios, qui scribunt epistolas, vel aliàs per se, vel per nuncios referunt tamquam certa audientibus & legentibus, quod etiam consequeretur quamplurimos etiam eruditos, pios, & religiosos, & frequenter confitentes habere multa millia peccatorum mortalium nondum confessa: quorus enim quisque in vrbe degens est, qui sic non credat multa malefacta vel maledicta plurimorum, quæ in dies, hebdomadas, & menses scribuntur ad eam, vel referuntur in ea ex tota Italia, Hispania, Gallia, Germania, & Turcis, imò & qui non referat ea frequentissimè, tamquam certa sociis familiaribus, & amicis, & aliis? quotus item est qui degens extra vrbem non credit, vel pro certis non habet multa, quę sibi ab vrbe scribuntur, vel ab aliis sibi scripta ei referuntur? quæque ipse pro certis non referat aliis; præsertim si bis vel ter confirmentur: ad quę tamen credenda: & pro certis habenda, non præcesserit probatio legitima, qualis non est, nisi quę publicis instrumentis, aut testibus iuratis habetur, [a] & tamen pauci sunt, quos eiusmodi credulitatum ramquam mortalium peccatorum pœniteat, & pauciores, qui eas confiteantur. Nec quicquam prodest respondere, quòd dictum S. Thomę intelligatur de his, qui credunt, & pro certo habent aliqua mala audita ad effectum castigandi, vel volendi castigare illorum auctores, & non de illis, qui credunt, vel habent pro certis ad solum effectum credendi, & discurrendi: & cognoscendi, quę geruntur in vrbe, & orbe, partim ad recreandum animum, partim ad prudentiam sibi quærendam, quod plerique omnes faciunt, vtentes eiusmodi rerum nouarum relationibus, vt aliis historiis non authenticis: in quibus etiam passim legimus multa facta & dicta mortifera, quę passim absque aliis instrumentis, & testibus oculatis creduntur, non quidẽ ad castigandum, vel volendum castigare auctores eorum, sed ad quærendam rerum gestarum notitiam, qua recreamus animos, & nobis prudentiam in tempus opportunum comparemus: non inquam, hoc quicquam prodest defensioni dicti S. Thomæ: quia ipsomet teste, [b] vt malitia huiusmodi credulitatis sit mortifera, non requirit effectũ castigandi, vel volendi castigare: sed sufficit leuitas credendi sine iusta probatione malũ graue proximi. quod solùm faciendo, & habendo illum pro ita malo, est grauiter iniurius illi, & fit transgressor 8. præcepti, quo prohibetur omnis infamatio malè comcepta, vel malè prolata proximi, iuxta declarationem positam in nostro Manual. Confess. [c]

Restat itaque contrarietas inter dictum S. Thomæ, D. Antonini & sequacium ex vna parte, & inter declarationẽ Caietani ex altera, in eo, quòd S. Thomas dicit sufficere: vt quis peccet mortaliter, quo credat pro certo aliquod graue malũ de proximo ex leuibus indicijs, & Caietanus ait non sufficere solã credulitatem: nisi sit tanta, quòd interrogatus à se, vel ab alio responderet, quòd habet pro indubitato: ita quòd putet non esse locũ dubitationi. Restat itẽ contrarietas in ipsomet dicto Caietani, quatenus habet quòd non sufficit credere, nisi habeat pro indubitato, & quòd tũc videtur habere pro indubitato, quando nullã habet hæsitationẽ, neque formidinem de contrario: nam omnis, qui verè credit sine hæsitatione, & incertitudine, putat id esse verum: & si hæsitat, non credit, sed tantùm opinatur, per præfatas definitiones fidei & opinionis.

a *Exod.20. b 23.qu.1.& cau.q.5. in prime. c in prime.ca. 11. d 14 quæst.5. e In prime.cæ. 17.*

f *Num.43.*

g *In 2.p.tit.3. cap.8.§.1.*

h *Capit.2. de probat. cum ei annot.*

Equidem libenter audirẽ aliquem, qui hunc nodum nũquam non se offerentem enodaret, nec video alium foluendi modum, nisi ponẽdo diuersos gradus fidei, siue credulitatis, & certitudinis, quales dari posse probatur. Tum, ex eo, quòd etiam dãtur diuersi gradus suspicionis & opinionis, siue præsumptionis, videlicet leuis, vehemens, maior, minor, vt præfatum est. [a] Tum, quod etiam dantur diuersi gradus scientiæ: quia firmior videtur esse scientia, quam intuitiua notitia animi, vel ratio syllogistica mathematica producit, quàm illa, quæ per intuitiuam notitiam sensus habetur, cùm sæpè per præstigia sensus decipiatur, vt contigit in Magis Pharaonis, [b] & c de Simone Mago. Tum, quòd gradus fidei, siue credulitatis habitus per præsumptiones etiam sufficientes ad damnandum, minor est quàm gradus fidei, siue credulitatis habitus per legitima testium dicta: nam Iudex per præsumptionem de crimine conuictum, credit feciſſe illud, ad eum aliqua pœna extraordinaria condemnandum: non autem ad condemnãdum pœna mortis, auctore Innocentio recepto ab omnibus, [d] facit cap. *afferte*, [e] inducendo eo modo, quo in illo cap. *quia verisimile*. inducebat Innocentius: nam per illam præsumptionem, de qua in illo cap. *afferte*. credidit Salomon filium non esse illius mulieris, quæ petebat eum diuidi: esse autem illius, quæ rogabat eum non diuidi: credidit, inquam hoc, ad effectum alteri ex illis adiudicandi filium, non autem ad damnandum mortis illam, quæ suffurata fuit matri filium. Tum, quòd per summariam informationem credit iudex sententiam super matrimonio latam iniquam fuisse, ad effectum admittendi partem ad agendum: non autem ad effectum pro illo pronunciandi secundum cap. *lator*. & quod ibi ait Innocentius. [f] Tum, quòd interdum fides, siue credulitas vxoris de aliquo impedimento matrimonij alicuius gradus, sufficit ad arcendum eam à debito exigendo, & non à reddendo: & fides maioris gradus sufficit ad vtrumque, per illos textus singulares. cap. fin. & cap. *inquisitiones*. [h] quæ latè per multa in hoc propositum apta declaramus in cap. *si autem*. [i] ante, & post. [k] Tum denique, quòd de hoc est casus in cap. *cum sanctam*. [l] Per quod præsupposítum & probatum possunt hæ antinomiæ in hunc modum conciliari: videlicet, quòd non omnis fides, neque credulitas cuiuscumque gradus certitudinis, etiam hęsitatione carens, & excedens omnem latitudinem opinionis, sufficiat ad efficiendam eam mortiferam, sed aliqua certi gradus sic: & ad definiendum cuius gradus hæc esse debeat, dicamus, quòd duplex est fides seu credulitas sine hæsitatione. Altera, quæ neque actu, siue actualiter, neque virtute, siue virtualiter habet hæsitationem: ita quòd si interrogaretur, an haberet, illud malum pro penitus indubitato? responderet, quòd sic, & hæc sufficit ad eam faciendam mortiferam. Altera, quæ licet non habeat actu siue actualiter: habet tamen virtute siue virtualiter, ita quòd si interrogaretur, an haberet penitus pro indubitato? responderet quòd non: & quòd forte falsum est, & hæc non sufficit, & de hac intelligantur declaratio Caietani, & ea quæ pro illo adducta sunt. Dictum verò S. Thomæ & D. Antonini, & sequacium, ac ea quæ pro illis adducta sunt, de priori.

Ex quibus infertur primo, quòd verbum, *firmiter*, positum supra in tribus primis exemplis S. Antonini intelligendum est de firmitate, quæ nec actualiter, nec actu, neque virtute continet hæsitationem & formidinem: tametsi verba eius solam firmitatem requirant.

Secundo infertur, quòd desiderari potest maior cautela exemplificandi in quarto exemplo S. Antonini, [m] de monacho, qui videns alterum monachum comedere hora tertia, suspicatus fuit eum peccare: non enim debet intelligi de vera suspicione siue opinione, etiam secundum opinionem S. Thomæ neque de credulitate quacumque, secundum Caietanum quem sequimur, sed firma, modo prædicto. Et idem in quinto exemplo de muliere deuotissima, quæ de duobus fratribus, qui eam visitarunt, post eorum abscessum suspicata fuit mala de discursu eorum, eo quòd essent iuuenes: non enim debet intelligi de vera suspicione, etiam secundum S. Thomam nec de qualibet credulitate, sed firma præfato modo, secundum Caietanum, quem defendimus.

51 Vndecimum principale, quòd circa tertium gradum suspicionum S. Thomæ, videlicet, quòd iudex ex suspicione condemnansaliquem, peccat mortaliter: quia id directè ad iniustitiam pertinet, & tertiam declarationem Caietani, quòd in illo gradu est locanda omnis sententia iudicis condemnatoria, quæ per vim coactiuam fit, insurgit dubium quotidianum: quia aut loquuntur de sententia, & condemnatione definitiua tantùm diminutè loquuntur, committendo innumeras interlocutorias, quibus iudices malè iubent rapi ob crimina aliquos, & peius retineri, & interrogari de occultis, & iuramento præstito respondere interrogatis, & pessimè torqueri, & alia id genus iniuriarum pati, contra l. fin. [a] & l. fin. [b] & l. *de minore*. c & l. fin. [d] Si autem intelligantur de omni condemnatione & sententia etiam interlocutoria, videntur falsè loqui: quia frequentissimè iudices iustè coniiciunt in carceres, & detinẽt in eis reos: imò & torquent propter solas suspiciones, & præsumptiones, & semiplenas probationes, vt per eadẽ iura probatur. Ad quod tamen dubium responderi potest, eos loqui de omni sententia tam definitiua, quàm interlocutoria: & quòd mens eorum est dicere, peccare mortaliter omnes iudices, qui citra legitimam probationem definitiuè de malo condemnant: & qui citra sufficientem ad id suspicionem, præsumptionem, vel causam interlocutoriè capi, detineri, interrogari, torqueri, vel id genus alia iniustè in reos pronunciant.

Ex quo infertur primò, multos iudices mortifere peccare leuiter iubentes capi aliquos citra vllã necessitatem, infamiam, & suspicionem legitimam, nunc ob odium, licet veniale, nunc ob vindictam, nunc ob rusticitatem, qua in se, vel suos est vsus, nunc ob subitam iram, nunc ob librum rei responsum, nunc vt illis vel illis placeat: sicut Herodes, [e] apprehendit Petrum, vt placeret Iudęis, non considerantes quanta ignominia inurunt captis: præsertim si sunt viri virtute, eruditione, nobilitate, & etiam diuitiis insignes, præsertim per officium sanctę Inquisitionis, quos quamlibet honorificè solutos semper aliqua infamia facti comitatur, neque perpendentes, quod ad restitutionem famę sic læsę teneantur: quia qui causam damni dat, &c. vt est ca. fin. [f] *l. qui occidit*. & latius tradimus in comment. ca. *inter verba*. [h] & in nostro Manual. Confess. [i]

Secundo è contrario peccare eos, qui prece, vel pretio, amore, vel odio non capiunt, non retinent, non interrogant, aut non torquent habentes indicia in id sufficientia, cum contrariorum eadem sit ratio. [k]

52 Duodecimum, quòd quæstio est frequentissima super omnibus tribus præfatis S. Thomę dictis à nemine, quod sciam, satis resoluta, videlicet, præsupposito, quòd non est peccatum, imò aliquando meritum, suspicio, siue opinio leuis, vel grauis, quæ in primo gradu locatur, quoties probabiliter per argumenta in id sufficientia concipitur, neque credulitas firma quæ in secundo gradu locatur, si per indicia vel probationes in id sufficientia concipiatur, neque condemnatio iudicis definitiua, vel interlocutoria, si per probationes legitimas feratur, vt vterque Thomas vbi supra definiuit, quæstio est inquam grauis, quę argumenta, indicia, & probationes eunt sufficientia ad executandum à malitia suspicionem primi gradus, & credulitatem secundi, & condemnationem iudicialem tertij gradus: Cui tamen respondetur primò faciliter, quoad condemnationem iudicialem tertij gradus: scilicet, quòd requiritur plena probatio iudicialis, quæ autem sit illa colligitur ex Baldo, [l] & aliis relatis ibi per Iasonẽ & per Decium, [m] vbi nos quoque latiùs scripsimus & ita qui condemnat eum, qui non est plenè, & legaliter conuictus, saltem secundum materiam subiectam, peccat mortiferè, [n] sicut & contra, qui absoluit plenè conuictum. Secundo quòd difficilior est responsio, quoad suspiciones extraiudiciales primi gradus quia non est lege definitum: & ideò videtur relinquendum arbitrio boni viri, vel confessarij. [o] Tertio, quòd idem eadem ratione videtur dicendum de credulitate firma secundi gradus.

Suboritur autem quæstio, quam probationem, vel præsumptionem iudicabit vir bonus, & prudens, & confessarius, sufficientem ad iustè concipiendum talem suspicionem,

a *Num.45.*

b *Exod.ca.7. c Actor.8.*

d *In ca. quia verisimile. de præsumpt. e Eod.tit.*

f *De re iudi.*

g *De secund. nupt.* h *De sen. excommun.* i *De pœnit. distinct.7.* k *Num.112.* l *De pœn.di. 2.*

a *C. de exib. & transf.re.* b *C. de custo. reor.* c§ *tormenta. dff. de quæst.*

c *Act.12.*

f *De iniur. g ff. ad leg. Aquil.* h *n.q.3.concil. 6.nu.16.* i *Ca.18 n.42.* k *Ca. sciendũ a qu.1. & si contra tabul. ff. de vsu.*

l *In l. admonendi. in 1.q. ff. de iureiur.* m *In verb. de probat. n. 12.*

n *Arg.c.1. de re iud. lib.6.*

o *Text. 1 ff. de iur delib. c. de causis. de offic. delegat.*

nem, vel crudelitatem firmam? Et certum est non requiri ad suspicionem quamlibet grandem plenã probationem: quia ad minorem effectum minor causa sufficit. [a] At iudicium suspicionis extraiudicialis longè minùs est iudicio condemnationis iudicialis, vt palam est. Idem est dicẽdum de credulitate firma extraiudiciali, tum, ratione præfata. Tum, quia alioqui semper ferè esset peccatũ mortale, cùm rarissimè concipiatur per plenas probationes, puta duos testes legitimos, & citata parte, iuratos, vel per præsumptiones violentas legitimè ac iuridicè probatas: ratò enim qui scribunt ad Vrbem, vel ab Vrbe in alias partes iurati quæ scribunt asserunt, & sæpè sunt singulares, & non semper omni exceptione maiores: historiarum item scriptores non sunt omnes iurati, nec à suspicione alieni, & omni exceptione maiores, & nemo audebit definire peccare mortaliter omnes, qui credunt firmiter malum aliquod factum, vel dictum ab eis scriptum, vel proditũ. Nec prodest respondere, quòd sufficiat relatio, vel epistola, vel historia alicuius viri fide digni, eo quòd dictum vnius talis iustam credulitatem inducit, iuxta glosam receptam & quæ singularis putatur, [b] & vulgaris hominum praxis habet credere epistolę alicuius talis viri ad Vrbem vel ex ea scribentis: adeò quòd qui impetrat beneficium alicuius tamquam vacans per mortem eius, de qua recepit literas à partibus missas, non dicetur impetrator beneficij viuentis, neque incidet in pœnas cap. 1. [c] licet id non fuerit verum, iuxta latè tradita per Gomezium, [d] non inquam hoc prodest: quia illa glosa est limitanda, ne procedat in iis, quæ tertio præiudicant, iuxta aliam glosam memorabilem, [e] pro qua textus aptissimus in cap. *non solum*. [f] ibi: *Non solùm ille reus est, qui falsum de alio profert, sed etiam is, qui aurem citò criminibus præbet*. & S. Thomas, [g] sic ait: *De quolibet præsumendum est bonum, nisi appareat contrarium, dummodò non vergat in periculum alterius: quia tunc adhibenda est cautela, vt non de facili vnicuique credatur*. Non satisfacit etiam secundo dicere, quòd fama sufficiet ad excusandum. Tum, quia fama non probat etiam semiplenè in criminalibus, quamuis sic in ciuilibus, secundum glosam frequentiùs receptam. [h] Tum, quia fama nec in criminalibus, nec in ciuilibus probat, nisi legitimè fuerit probata, vt notat Bartholus, [i] & ratò probatur: quia, vt ipsemet ait, oportet, vt duo testes deponant de illa, & non qualiter qualiter, nec simpliciter, quòd est vox, & fama publica de illa, sed reddita ratione, quòd audierint à maiori parte populi, vel vniuersitatis, vbi fama illa est. quo fit, vt demirer oscitantiam, qua quidam patroni causarum informant Iudices, probatam esse pro sua intentione famam, eo quòd duo testes suæ partis dixerunt esse famam, & publicam vocem in tali loco, nulla, quæ dictũ eorũ concludat, adiecta ratione.

Non etiam satisfacit tertio dicere, quòd vsus communis hominum habet credere huiusmodi rationibus & scriptis: quia vsus vel consuetudo contra legem naturalem, & diuinam, nihil valet, & corruptela quędam est, [k] & credere malum de proximo sine sufficienti probatione contra legem naturalem, & diuinam sub octauo præcepto contentam est, vt colligitur ex declaratione posita in nostro Manuali Confess. [l]

Resoluendo igitur omnia dico primo, quòd fides, siue credulitas, & suspicio, siue opinio de bonitate morum etiam personæ per se non sunt mala, nisi cùm concipiuntur ad conferendum indigno, vel minus digno, quod conferendum esset digno vel digniori, vt dictum est supra. [m] Dixi, *de bonitate morum*: quia frequentiùs possunt esse peccata, dum concipiuntur de bonitate, siue idoneitate scientiæ, artis, & aliorum, quæ munera obeunda requirunt, vt ibidem dictum est.

Secundo dico, quòd præfata duo concepta de malitia personæ proximi sunt bona, si concipiantur ex causis in id sufficientibus, & mala, si concipiantur sine vllis causis, vel ad id non sufficientibus cum hac tamen differentia, quòd suspicio, siue opinio manẽs intra latitudinem suspicionis, siue opinionis, hoc est cum formidine & hæsitatione contrarij, non sunt mortifera, vt dictum est supra, [n] credulitas autem sic, imo de facto est, quoties est tantæ firmitatis, quòd si habens eam à se, vel ab alio interrogaretur, an haberet personam pro indubitato malam, verè responderet quòd sic, non autem si responderet, quòd non, sed quòd forte non est verum, eo quòd talis, etsi non habeat actualiter hæsitationem, & formidinem contrariæ partis, habet tamen virtute, siue virtualiter, & tacitè illam, per supradicta. [a]

Tertio dico, quòd ad habendam præfatę firmitatis credulitatem, non requiritur euidentia siue scientia, quæ clarior, & regulariter certior est illa, imò est contraria illi, & expellit eam, iuxta cap. *in domo*. iuncta glosa. [b] Nec sufficit dictum vnius viri etiam legalis, præsertim non iurati, vel non deponentis de visu, vt probatum est supra. [c] Non sufficit etiam fama, nec vsus communis ita credendi, per dicta supra. [d] Sufficit tamen testimonium historię sacrę: quia in illa nihil est falsum. [e] Sufficeret etiã bulla authẽtica Papæ, vel Cæsaris, & etiam sententia, quę in rem iudicatam transisset, argum. clem. 1. [f] & l. *res iudicata pro veritate habetur*. [g] Sufficeret etiam instrumentum publicum legitimè confectum, originale, vel exemplum cum solennitate debita ex eo transumptum, iuxta capit. 1. 2. & cap. *cũ Ioannes*. & capit. final. [h] Sufficeret item fama in antiquis, hoc est quæ ante centum annos contigerunt, secundum Innocentium, [i] quem post alios declarat Decius. [k] Sufficeret etiã, vt arbitror, testimonium duorum testium communiter pro idoneis habitorum, & iuratorum, [l] licèt non citata parte id fecerit: quia illud magis pertinet ad solennitatem fori exterioris, quàm ad informationem interioris. [m]

Quarto dico, quod Christianæ prudentiæ est audire, legere, & scribere cautè malefacta, & maledicta, & nũquam concipere suspiciones & credulitates maiores, quàm argumenta exigunt, & numquam aut certè rarissimè concipere credulitatem tantæ firmitatis, vt personam habeat pro delinquente indubitatè, ita quòd nec actu, nec virtute de illo hæsiter: quibus multa in duodecimo dicto principali addam.

SVMMARIVM.

53 *Iudices cogentes respondere reos per torturam, vel iuramentum, vel sine illis, absque præuijs & sufficientibus in id indicijs grauiter peccare.*
53 *Reuelare sua mala occulta nemo vllo iure tenetur, sed sic celare.*
54 *Lege naturali, diuina, & humana à scandalizando prohibemur.*
54 *Lege naturali, diuina, & humana à detrahendo prohibemur.*
54 *Detrahit quicunque se vel alium inordinatè infamat, vel est causa vt id fiat.*
55 *Peccat qui peccanti consentit.*
55 *Detrahit vt audiens detrahentem, sic Iudex sine infamia inquirens.*
55 *Lege naturali & diuina potest quis se defendere, & negare arma contra se.*
55 *Accusatore non probante reum absolui debere legis videtur natura.*
56 *Peccatum etiam scitum non obiiciat Episcopus, nisi probet.*
56 *Famæ consetuatio vtilior Reipublicæ, quàm punitio criminis secreti.*
56 *Tortura quædam est iuramentum, & à neutro incipiendum.*
56 *Consuetudo interrogandi sine indicijs vt est corruptela.*
56 *Reum non posse cogi sine indicijs nouem argumenta persuadent, & num. 57.*
58 *Interrogari quare potest reus in notorijs & famosis.*
58 *Infamia qualis ad interrogandum reum requiratur.*
58 *Indicia qualia ad reum interrogandum requisita.*
58 *Indicium facit vnus testis deponens de crimine, sed non de indicijs.*
59 *Indicia, vel infamia intimanda reo, vt teneatur respondere.*
59 *Reum non esse interrogandum ante indicia duplex ratio.*
59 *Obediendum magis Deo, quàm homini.*
60 *Positio, qua crimen concluditur, est criminalis.*
60 *Positioni non respondens quis censetur eam fateri.*

a Ca. 2. de fil. presb. li. 6. ad iuncta cap. de multa. depra.
b In l. Titio fundus. ff. de condit. & demonst.
c De concess. presb.
d In q. 3. reg. de imper. beneficiauimen.
e In ca. si quis præposterа. 50. dist.
f 11. quæst. 3.
g In 2. 2. qu. 70. art. 3. ad 2.
h In ca. fin. de appell.
i In l. de minore. §. pluriumum. ff. de quæst.
k Cap. mala. c. frustra. & c. quoniam. sub fi. 8. distinct.
l Cap. 18. n. 9.
m Num. 45.
a Num. 47.
b De pœn. dis. 4.
c Num. 52.
d Num. 52.
e Cap. ego solus. distin 9.
f De probat.
g ff. de reg. iu.
h De fid. instr.
i In c. venies. de verb. signi.
k In c. 1. de appellat. nu. 18.
l Arg. ca. in omni de testi.
c cũ esses. de testam.
m Arg. cap. in nomine domini. de testib.

61 *Intellectus triplex cap. quidam. 5. quæst. 1.*
61 *Infamans tenetur se infamare, si alias non posset famam restituere.*
61 *Interrogatio non debet præcedere inquisitionem contra Angelum.*
61 *Intellectus §. debet. capit. qualiter & quando. 2. de accusat.*
61 *Indicium de occultis plus vetatur, eo quòd sunt occulta peccata, quàm quòd sint occulti peccatores.*
62 *Religiosum contra infamatum vel confessum de vno crimine inquirens prælatus de alio, cuius non est infamatus, grauiter peccat.*
62 *Regula standum, donec probetur exceptio.*
63 *Peccator in vno defleat, quòd omnium factus est reus, vt intelligendum.*
64 *Interrogari quando quis potest de alio crimine ob aliud confessum.*
64 *Intellectus. §. à Barbaris. l. non omnis. ff. de re milit.*
64 *Peccata suos Authores tenent.*
64 *Charitate sine vera facta nil ad vitam æternam prodesse.*
65 *Constitutio Ecclesiæ vt ligat occulta quoad censuras, & num. 66.*
65 *Argumentum à requisito ad inquirendum, ad requisitum, ad torquendum, vt valet.*
67 *Occultum per se differt in hoc, ab occulto per accidens.*
67 *Hæreticus mente tantùm non est excommunicatus.*

53 DEcimum tertium principale grauiter mea sententia errare Iudices, vt iam pridem scripsi in cap. *inter verba*. [a] qui per torturam, vel iuramentum, quod quædam tortura est præstitum, imo & absque illis, non probatis coram ipsis prius indiciis in id sufficientibus, interrogant, & compellunt partes ad respondendum super criminibus occultis, contra cap. *erubescant*. [b] ibi, *Secretorum autem cognitor Deus, & Iudex est*. [c] & ca. *consuluisti*. [d] ibi, *Occulta & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum*. Vnde in specie tenuerunt Aretinus, [e] & Cardinalis Alexandrinus, [f] Iulius Clarus, [g] Hippolytus, [h] neminem de suis criminibus sine indiciis huiusmodi præuiis interrogari posse, quod infrascriptis argumentis adeò aliàs muniuimus, vt etiam si præfati, & alij plerique contradicerent, à quouis tamen Christiano asserendum esset. Quorum primum est, quòd lege naturali & diuina sumus omnes liberi, & immunes ab onere prodendi crimina nostra secreta in foro exteriori, [i] iuxta illud Ioannis Chrysostomi, [k] *Non dico tibi vt prodas te*. idest peccatum tuum secretum publices, secundum glosam ibi. At priuilegium Dei vt pote superioris non potest tolli ab homine vti inferiori. [l] ergo nemo potest ab vllo Iudice humano cogi ad publicanda sua secreta delicta.

Secundo, quòd non solùm præfata lege naturali & diuina sumus liberi ab hoc onere prodendi nos, & publicandi crimina nostra secreta, sed etiam grauati onere illa tacendi sub pœna peccati, argu. præfati elogij S. Ioannis Chrysostomi secundum alium intelligendi modum, qui confirmatur per cap. *quàm sit graue gloriari, cùm quis male fecerit*. [m] & cap. *non sunt audiendi*. [n] quatenus habet, peccare, qui famam suam negligit, quantò magis, qui dissipat, quod post alios affirmat S. Antoninus, [o] & sentit Caietanus, [p] dicentes peccare eos, qui seipsos infamant, etiam si metu tormentorum id faciant: ita quòd etiam tormenta, & cruciatus non excusant propalantem ob ea sua crimina secreta. Ergo nullus Iudex humanus, cum legi naturali & diuinæ subdatur, [q] potest iustè iubere cuiquam, vt se, siue sua peccata prodat.

54 Tertium, quòd lege naturali & euangelica, [r] veramur scandalizare proximum: & cùm peccare publicè, vel publicare se peccasse sit scandalizare, vt colligitur ex S. Thoma, [s] & efficaciter probatur in cap. *presbyter, si à plebe*, & cap. *si mala*. [t] consequitur euangelica lege nos vetari à publicando peccato secreto, & consequenter neminem posse ab vllo homine ad illud cogi.

Quartum, quòd eadem lege naturali & diuina est vetitum detrahere, & infamare alium: quia præcepta Decalogi sunt leges naturales, & diuinæ, secundum S. Thomam receptum. [v] Et detrahere est contra præceptum octauum Decalogi: nam per illud, vt nos post alios tradimus in nostro Manual. Confessar. [a] ex mente S. Thomæ recepti, [b] & melius Alexandri Halensis, [c] principaliter prohibetur latio falsi testimonij, & veri celatio: & secundariò, omnis significatio inordinata verborum, signorum, & factorum, quæ fit mentiendo, inhonorando, susurrando, detrahendo, maledicendo, & detrahendo. Detrahere autem, vt ibidem probamus, [d] non solùm dicitur, qui falsum crimen imponit, vel est caussa imponendi, sed etiam, qui crimen secretum alterius vel proprium citra ordinem iuris detegit, vel est caussa vt detegatur. Ergò lege naturali & diuina vetantur Iudices infamare, vel præstare caussam infamandi. Cùm ergo interrogare, & cogere reum ad respondẽdum de suis criminibus occultis non seruato iuris ordine sit dare proximo caussam infamandi, imo cogere illum ad se infamandum, consequitur lege naturali, & diuina eos ab hoc faciendo arceri, & consequenter nullatenus posse id iustè facere.

55 Quintum, quòd lex illa naturalis, & diuina, [e] *Digni sunt morte non solùm qui faciunt, sed & qui consentiunt*. relata, [f] & alibi sæpè, vetat, ne curemus, vt alij peccent, imo neque consentiamus illis peccantibus. At qui interrogat reum de crimine secreto, & cogit eum, respondere de illo, non solùm consentit peccato, quod ipse faceret infamando se, præsertim si esset persona publica, sed etiam curat, & procurat, vt peccet, imo cogit peccare. ergo lege naturæ, & diuinæ debent Iudices ab hoc faciendo abstinere.

Sextum, quòd audiens detrahere dicitur detractor & peccat assentiendo, vel non resistendo, vt præfati tradunt, vbi supra, [g] post Bernardum relatum à S. Thoma. [h] Ergo à fortiori qui Iudex cogit proximum ad peccata sua secreta reuelandum per interrogationes citra iuris ordinem factas, dicetur detrahere, & consequenter legi naturali & diuinæ contraire. Vnde, [i] & antea latiùs in repetitione dict. cap. *inter verba*. [k] intulimus, quòd peccat, qui iudex inquirit specialiter, vel per viam inquisitionis specialis procedit contra aliquam nulla præcedente infamia: quia intendit lædere famam illius, aut dat causſam læsioni inordinatæ, contra iura, quæ prohibent specialiter procedi per viam inquisitionis contra aliquem iusta infamia non præuia. [l]

Septimum, quod lex naturalis, & diuina præbet homini facultatem defendendi se non solùm corporaliter, iuxta l. *vt vim*. [m] sed etiam ciuiliter, [n] & consequenter facit ei libertatem, ne teneatur impugnanti se arma sua, vel de domo sua præstare, quod sentit Iurisconsultus in d. l. *de minore*. [o] ibi. *Non debet initium probationum de domo rei sumere accusator*. & Imperator in l. *nimis graue est*. [p] ibi. *Nimis graue est, vt aduersarius vrgeri debeat ad exhibitionem eorum, per quæ ipsi negotium fiat*. Ergo à lege naturali descendit illa lex. *Qui accusare volunt, probationes habere debent*. [q] & illa, *actore non probante absoluitur reus*. [r] & illud l. 1. [s] *Nemo ante iudicium cogitur de suo iure respondere*. & quòd in nulla legum quæ sunt 23. illius tit. fit vlla mentio de interrogatione rei super crimine occulto.

56 Octauum argumentum, quòd adeo veramur lege naturali, & diuina, ne inquiramus iniquitatem in domo alienа, [t] & vt bona fama proximi seruetur, quòd etiam Episcopus non potest obiicere suo clerico crimen, quod scit eum commisisse, si non potest illud probare, per textum singularem, [v] & ca. *si in tantum*. [x] & eruditissimus idemque Pontifex Maximus Innocentius III. [y] expressè ait, non posse à Prælato inquiri contra clericum, etiam si duo, vel tres testes de visu id ei dixerunt, si nulla infamia laboret: longè enim vtilius censet Ecclesia Christiana seruare bonam famam clerici, qui deliquit, quàm punire delictum, dissipando eius famam: plus enim nocet exemplum delinquendi, quod ex delicto reuelato per punitionem præbetur, quàm condonatio delicti secreti præteriti facta pœnitenti, [z] quod multi Iudices parum considerantes, nihil non agunt, quo per fas, vel per nefas crimina vera, vel falsa, iustè vel iniustè sciantur, & puniantur, [a] quò sibi famam crudelis quæstoris acquirant, contra l. *respiciendum* [a] ob quorum fortè peccata permittit Deus, vt in quibusdam terris eò plura delinquantur, quò plura malè puniuntur.

Nonum est, quòd ratio naturalis dictat, ne à tortura

a 11. q. 3. concluſ. 6. nu. 15.
b 32. distinct.
c Cap. Christiana. 32. qu. 1.
d 2. quæst. 4.
e In c. qualiter & quando. 2. §. debet. de accusat.
f In ca. de accusationibus. col. 37. postme dium. 3. qu. 5.
g In prax. criminal. q. 45. vers. sed pone. adiune. vers. aduerte tamen.
h In l. de minore. §. tormẽta. ff. de q. & in præf. §. constante. n. 14. & conſ. 8. nu. 11. & 12. & conſil. 14. num 15.
i Cap. si peccauerit. 2. q. 1.
k In cap. quia aliquando. §. hic authoritatibus. de pœnit. dist. 1.
l Cap. inferior. 21. dist.
m De excess. prælat.
n 11. quæst. 3. 03. §. tit. 8. c. 4. §. 1. vers. primo modo.
p 1. 2. q. 73. a. 2.
q Ca. sunt quidam, 15. q. 1.
r Matth. 18. & cap. nihil, de præscript. & c. 2. de operis nunc.
s 2. 2. qu. 44. art. 2.
t 5. quæst. 4.
v 1. 2. qu. 94. a. 2. & 2. 2. 7. 122. art. 1.
a Cap. 18. nu. 1.
b 2. 2. q. 122. art. 5. ad 2.
c In 3. p. q. 1.
d à Num. 18.
e Ad Rom. 1.
f In c. 1. de offic. deleg.
g Num 93.
h 2. 2. q. 73. a. 4.
i In d. c. 18. n. 38.
k 11. q. 3. concluſ. 6. nu. 15.
l Capit. superbis. & c. qualiter & quando. 2. de accusat.
m ff. de iust. & iur.
n Clem. pastoralis. §. exterũ. de e. ind.
o §. tormentа. ff. de quæs.
p C. de testib.
q C. de eden.
r Ca. fin. §. fi. de iniur.
s §. interrogatoria. ff. de interrogat. act.
t Prouer. 24.
v In c. placuit. x 6. quæst. 2.
y In c. inquisitionis. de accusat.
z Arg. c. magnæ. de voto. & cap. præcipuè. 11. qua. 3. aff. de pœn.

incipiatur. [a] At iuramentum de dicenda veritate, quod Iudex interrogatus reus reum subire cogit, est tortura spiritualis, vt probat Panormitanus, [b] & Marianus, [c] & adeo quidem, quòd multi reperiuntur confessi ob teuerentiam iuramenti, quod non fuerunt ob torméta confessi, vt tradimus in commen. d. cap. *inter verba.* [d] & S. Thomas receptus, [e] ait, non posse quem cogi ad iuramentum dicendi veritatem super occulto crimine. Ergo non debet Iudex interrogare reum iuramento ei delato, antequam habeat plenam, vel saltem semiplenam de culpa notitiam. Per quæ omnia probatur non solùm esse verá præfatam propositionem, sed vsum illi contrarium, sicubi esset meritò dicendum esse corruptelam, ea firma ratione, quòd omnis vsus, & consuetudo contraria legi naturæ, vel diuinæ, vel consequentibus necessariò exillis, est appellanda corruptela. [f] Et per præfata constat talem vsum esse non solùm contra vnam, sed contra multas leges naturales & diuinas, vel contra necessariò ex illis consequentia.

57 Decimumquartum principale, quòd contra omnia præfata faciunt octo argumenta, quæ malè intellecta aliquos parùm præfata perpendentes in contrariam partem inclinarunt. Primum, l. *vbicumque.* [g] quæ habet, Iudicem vbicumque posse interrogare parties. Secundum, quòd Innocentius receptus tenet, [h] quòd reus tenetur respondere, & confiteri veritatem Iudici super crimine notorio, vel famoso interroganti. Et quòd eadem ratio videtur militare in aliis, ratio enim quare tenetur respondere in illis est: quia tenetur parere superiori. [i] At etiam in occultis Iudex interrogans est superior. Brg. &c. Tertium, cap. *dudum.* [k] quatenus significat quemdam fuisse interrogatum, an plura beneficia curata possediset. Quartum, cap. *cùm super.* [l] quatenus habet quemdam fuisse confessum simoniam admisisse, & eius mediatorem fuisse. Quintum, cap. vlt. [m] quatenus significat posse quem cogi ad iurandum super repetita. Sextum, ca. 2. [n] quatenus habet reum iussum à Iudice respondere haberi pro confesso, nisi respondérit. Septimum, cap. *quidam.* [o] quatenus illo Gregorius præcepit, vt qui famoso libello secreto publicato Castorij famam læsit, proderet se ad ei satisfaciendum. Octauum, quòd Angelus Aretinus, [p] sic dicit. *Iudex debet animaduertere, quod antequam faciat inquisitionẽ, interroget reum, super quo intendit inquirere contra eum, alias si primo formaretur inquisitio, & postea interrogaret, non valeret.* vt in cap. *qualiter, & quando.* [q]

Quæ tamen argumenta non obstant, ad primum enim respondetur, quòd d. l. *vbicumque.* [r] non habet locum in criminalibus, vt dixit [s] Baldus, [t] allegans in id Innocentium, [v] qui idem reperit in cap. *cum super.* [x] cuius mentem sequuta glosa celebris & recepta, [y] dixit, non teneri quem ad respondendum positioni criminali, nec alicui ciuili, ex qua necessariò concluderetur crimen, quæ communis est sententia.

58 Ad secundum respondetur, concedendo reum teneri ad respondendum, & confitendum Iudici veritatem in notoriis & famosis, vt dicit Innocentius in locis præcitatis, negando tamen, quòd idem teneatur in aliis facere: & quòd eadem ratio idem suadeat in illis: ratio enim quare in notoriis & famosis tenetur respondere, est, quòd interrogando de illis, interrogat de aliquo modo sibi notis, & secundum ordinem iuris, vt elegáter de more ait S. Thomas, [z] in hæc verba. *Nemo tenetur Iudici omnem veritatem confiteri, sed illam solùm, quam ab eo potest & debet requirere Iudex, secundum ordinem iuris, puta, cùm præcessit infamia super aliquo crimine, vel aliqua expressa iudicia apparuerint, vel etiã cum præcessit probatio semiplena.* Quod ipsum repetit in quæst. 70. [a] quam doctrinam commendans Caietanus, [b] addit primò hæc verba. *Non sufficit qualis qualis infamia, nec frequens vox dyscolorum, sed frequens vox talis, vt apud probos & prouidos viros reddatur persona de tali crimine rationabiliter suspecta,* hæc ille. Pro quo est casus in cap. *qualiter & quando.* [c]

Secundo addit hæc, *Non sufficiunt indicia qualia qualia sed tantùm perfecta: indicium enim dupliciter sumi potest. Primò communiter, vt frequenti vsu, signa indicia vocamus. Alio modo propriè, vt Iuristæ iudicij nomine vtuntur, & sic sumitur in proposito, & distinguitur in indicium perfectum, & imperfectum: adeò*

A *vt multi testes singulares, nisi aliquis eorum sit omni exceptione maior, non faciunt apud eos vnum perfectum indicium, & volunt ad indicium requiri duos testes.* hæc ille. Pro postremo quorum est doctrina Bartholi communiter recepta, [a] in hæc verba, *Illud quod dixi, quòd vnus testis faciat iudicium est verum de vno teste, qui testificatur de maleficio ipso, sed quando non testificatur de maleficio, sed indicio quodam, dicens, Ipse fuit tali nocte repertus in loco ibi vicino, quando fuit factum furtum, istud indicium debet probari per duos testes, nec sufficit probare per vnum, vt notatur in l. fin. C. famil. hercisc. facit ad hoc supr. de testib. l. vbi numerus.* hæc ille.

59 Tertio, addit hæc alia. *Auctor, scilicet S. Thomas dicit indicia non qualiacunque, sed manifesta, quod ad tria referri intelligo. Primò ad factum, cuius est indicium, ita quòd manifestè indicent tale factum. Secundo ad personam, ita quòd manifestent, quòd ipsa perpetrauerit tale facinus: nam sicut præcedens infamia de crimine, intelligitur de crimine huius personæ, ita quòd persona sit diffamata de crimine, ita in indicijs oportet, vt indicia personæ criminose appareant. Tertio ad processum, ita quòd indicia huiusmodi manifestentur reo, vt sciat se esse in tali articulo constitutum, quòd teneatur obedire Iudici præcipienti, & extorquenti veritatẽ.* hæc ibi.

Quartò, addit hæc, *Nec indicia, nec infamia præcedens obligant reum ad respondendum, si quid rationabile contra illa obiiciat.*

Quintò addit in summa ista, ratio iuris naturalis & diuini, qua reus non debet interrogari de occultis, est illa, quòd potestas publica, quæ scientia publica ducitur, non potest duci occulta. Pro quo faciunt omnia iura probantia, quòd Iudices, qui vtuntur publica potestate, nõ debent iudicare secundum suam scientiam priuatam, sed secundũ publicam, quã allegata & probata inducunt. [b] Ergo Iudex non potest interrogare, neque cogere ad respondendum reum, nisi præuia probatione ad id sufficiente, in acta publica validè, & ritè deducta, & ita solùm præcedente notorietate, vel saltem infamia legitima, aut indicijs ei æquipollentibus. Quam rationem priùs tetigit S. Thomas, cibi: *Prælatus non est Iudex iudiciorum occultarum, sed solus Deus. Vnde non habet potestatem præcipiendi aliquid super occultis, nisi inquantum per aliqua indicia manifestantur, puta per infamiam, vel per aliquas suspiciones, in quibus casibus potest Prælatus præcipere eadem modo: sicut & iudex secularis, vel Ecclesiasticus, potest exigere iuramentum de veritate dicenda.* hæc ibi.

Quibus duobus addo, quòd potest reddi & alia ratio non minùs firma, nec minùs apta, desumpta ex eo quòd subditus non tenetur obedire præcepto superioris hominis, contra priuilegium vel præceptum superioris Dei, vt habet cap. *si dominus.* & cap. *Iulianus.* [d] & tradit S. Thomas, [e] at priuilegio Dei, vt supra dictum est, liberamur ab onere detegendi delicta nostra, imo & iubemur tegere illa, nisi ob aliquam iustam vtilitatem. Quæ ratio confirmatur eo, quòd in simili ait S. Thomas receptus ab omnibus, [f] ibi, *Prælato non est obediendum contra præceptum Dominì, secundum illud.* [g] *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus: & ideò quando Prælatus præcipit, vt sibi dicatur, quod quis sciuerit corrigendum, intelligendum est præceptum sanè, saluo ordine fraternæ correctionis, siue præceptum communiter fiat, ad aliquem specialiter: sed si Prælatus expressè præciperet contra hunc ordinem à Domino institutum, & ipse peccaret præcipiens, & ei obediens, quasi contra Domini præceptum agens: vnde non esset ei obediendum.* hæc ille.

Sexto, colligitur ex præfata confirmatione S. Thomæ quòd Iudex non habet potestatem cogendi reum ad iurandum de veritate dicenda: nisi infamia, vel semiplena probatio præcesserit, vt præmissum est in nono fundamento nostræ conclusionis. Per quæ factis factum est secundo.

60 Ad tertium argumentum respondẽt aliqui: quòd tenere duas ecclesias curatas non sonat directè crimen, & ideò interrogatus de illo, non censetur interrogari de crimine: quam ramen solutionẽ efficaciter Innocentius confutat in hæc verba: *Sicut non tenetur respondere, an sit criminosus, sic nec illis positionibus per quas peruenitur ad illud.* Ex quibus clarè colligitur id, quod ait glosa, [h] quòd sicut nemo tenetur respondere positioni criminali, ita nec illi, ex qua infertur crimen. Quare meliùs respondet ibidem ipsemet Innocentius quòd fuit notorium, vel famosum eas tenuisse eum, qui fuit interrogatus, nos autem loquimur de crimine occulto, scilicet non notorio, nec famoso, nec semiplenè probato per proximè dicta.

Ad quar

Ad quartum respondetur, quòd cap. *cum super.* [a] non probat ibi quem fuisse interrogatum, & iussum respondere super simonia, sed aliud, scilicet, fuisse quem eam confessum, & ita non infertur ex hoc illud, cùm à diuersis non fiat illatio. [b]

At quintum respondetur, id quod ad primum, nempe ca. vlt. [c] loqui in ciuilibus, imo & quòd loquitur, quando est præsumptio faciens aliquã semiplenam probationem.

Ad sextum, quòd cap. 2. [d] non loquitur de quolibet, qui iussus respondere positioni, non respondet: sed qui absque rationabili causa respondere recusat, qualis non est qui recusat, eo quòd positio sit criminalis, vt glosa recepta ibidem dicit, & supra latè monstratum est.

61 Ad septimum respondet primo glosa, quòd loquitur de occulto crimineso criminis manifesti, contra quam faciunt deducta in responsione ad secũdum ideò respondetur secundò, quòd Gregorius in d. cap. *quidam.* [e] non præcepit simpliciter alicui, vt reuelaret suum delictum secretum, sed disiunctiuè, vt reuelaret, vel faceret alia, de quibus ibi, vt ait Caietanus. [f]

Tertio respondeti potest germanius, vt olim respondimus in d. cap. 2. [g] illud cap. agere de illo, qui læsit famam alterius, quam non poterat resarcire, nisi reuelando, & infamando se, quo casu tenetur se prodere: quia lædens famam alterius, si non potest resarcire illam, nisi infamando seipsum, & testando se malè illum infamasse, tenetur id facere, secundum Scotum, [h] & secundum doctrinam Caietani, [i] relatam per nos in repetitione d. cap. *inter verba.* [k] & in nostro Manual. Confess. [l]

Ad octauum respondeo, mirari me primùm, quòd Angelus vir alioqui doctissimus dixerit illud. Deinde, quòd nec Augustinus nec Hieronymus in additionibus eius repugnauerint illi ibidem. Tertio, quòd nec Angelus nec ipsi perpenderint, quòd §. *debet.* [m] quem Angelus pro se citat, nihil disponit de interrogatione, sed solùm de facienda copia inquisito capitulorum, de quibus est inquirendum: verba enim eius hæc sunt, *Debet igitur esse præsens is contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absentauerit, & exponenda sunt illi capitula de quibus fuerit inquirendum.* Super quo Panormitanus ibi receptus quærit, An valeat processus capitulis non traditis? Et respondet valere, si non petatur copia: & nec ille, nec vllus alius ait quicquam de interrogatione facienda ibi disponi. Quarto miror, quod dicat, quòd non valet processus si præponat inquisitionem, & postea interroget, cuius contrarium ille §. docet, dicens, ante omnia esse dandam inquisito capitulorum, super quibus contra illum inquirendum est, copiam. Sed de his ampliùs dicemus infra. [n]

62 Decimumquintum principale, quòd ex præfatis omnibus infertur primò falsam esse opinionem, & malam praxim eorum, qui censent interrogati posse quem de crimine, cuius non est infamatus, nec vllis indiciis in id sufficiẽtibus notatus, eo quòd sit de alio crimine infamatus, imo & cõuictus: quæ Cardinalis Caietanus declarando quædam verba S. Thomæ affirmat [o] in hæc verba, *Nec est verum id, quod quidam scripserunt, scilicet, quòd diffamatus de vno crimine possit inquiri de aliis, quia hoc est manifestè contra decretalem extra de accusat. cap. Inquisitionis. vbi habentur hæc verba, Inquisitio debet solummodò fieri super illis, de quibus clamores aliqui præcesserunt, & in tantùm Decretalis illa exigit præcedentem infamiam super aliquo crimine, quòd si duo vel tres iurati affirmant aliquem crimen aliquod eisdem videntibus commisisse, de quo aliqua non labor at infamia, non est contra eum propterea inquirendum.* & paulo inferius. *Nec ratio, quæ illos mouit scilicet: quia non propter occultationem peccati, sed propter occultationem peccatoris prohibetur homo de occultis iudicare, concludit intentum eorum: quia falsum est, quòd iudicium de occultis sit prohibitum non propter occultationem peccati, imo quia peccatum est occultum, ideò exemptum est ab inquisitione humana, & iudicio humano: quoniam omnia iudicia humana ad publicam potestatem, scientiamque spectant.* Et mox subdit, *Caueant ergo sue, & subditorum suorum conscientia Prælati illorum religiosorum, qui diffamato de vno præcipiunt inquirere de aliis, de quibus non tenentur obedire. Nec excusantur Prælati huiusmodi ex eo, quòd inquirunt de aliquo, de quo fuit aliqua suspicio aliquando: oportet enim infamiam, seu clamorosam insinuationem præcedere, & non simplicem*

A *suspicionem, vt dictum est.* Et cõcordat Caietano Angelus, [a] Hippolytus Marsilius, [b] & hoc Alexander pro certo præsupponit, [c] quod nos quoque asseruimus pridem in ca. *inter verba.* [d] & in Manu. nostro Confess. Et meritò quidem: quoniam iura generaliter, & absolutè ponunt pro regula, non esse quem interrogandum, neque torquendum, ob aliquot crimen, nisi præcedant indicia. [e] Ergo stándum est illis. Tum quia nullibi excipitur is casus: & ita stándum est regulæ iuris, vt habet glosa recepta. [g] Tum, quia à separatis non fit illatio, [h] & consequenter, eo quòd quis sit infamatus, immo & cõfessus, & cõuictus de vno crimine, non est infamatus de alio. Ergo si de illo interrogatur sine indicijs præcedentibus malè de illo interrogatur.

B Secundo infertur, quòd ratio, quare quis interrogari potest de crimine, cuius est infamatus, vel vt ita dicam, indiciatus est: quia iam illud aliquo modo est Iudici notum, vt S. Thomas à posteris receptus affirmat. [i] At infamatio, vel confessio de vno crimine, non facit aliud separatum ab illo notum Iudici, imo tanta probatione opus est ei ad condemnandum illum, ac si non esset infamatus de alio: alioquin enim sequeretur, quòd licèt ille interrogatus, vel tortus pernegaret illud condemnandus esset, si superueniret semiplena probatio, puta vnius testis attestatio, coniungendo illam cum probatione resultante ex eo, quod commisit aliud, quòd nemo vmquam dixit, nec vlla ratione dicere potest.

C Tertio, quòd ex contrario sequeretur, quòd peccans vnum peccatum suspectus esset de omni alio peccato mundi. Et quòd qui probatur esse fornicatus, censeretur suspectus de crimine læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ, peccati nefandi, homicidij, blasphemię, furti, rapinę &c. & quòd posset de omnibus illis interrogari & ad torturam poni, quod profectò nullus Iurisconsultus etiam Ethnicus diceret, quantò minùs Christianus id facere debet.

Quartò, quòd etiam ex contraria sequeretur, quòd omnes Christiani possemus iudicare, siue suspicari omnes ferè nostros proximos esse hæreticos, proditores, blasphemos, fures, & latrones, eo quòd probabiliter credimus omnes ferè illos, si iam sunt adulti, aliquod peccatum admisisse, iuxta illud. [k] *Septies in die cadit iustus.* relatum in cap. *septies.* [l] adiuncta glosa, quę illud etiam de peccato mortali certo modo intelligi posse ait, adiuncto illo. [m] *Si simplex fuero, hoc nescit anima mea.* relato in cap. fin. [n] quod neminem puto, ausurum concedere: consequeretur, item rarissimè quemquam præsumendum esse bonum, contra l. *merito.* [o] & cap. 2. [p] quia rarissimus est, quin probabiliter credi possit aliquo genere peccati peccasse: quin & illa lex meritò probat, quòd dominus rei communis, qui vtitur ea in suam propriam vtilitatem, licèt malè faciat, non tamen sit de furto suspectus. Quare procul dubio renenda est hæc opinio ab omni Iudice præsertim Christiano.

63 Neque obstat, quòd aliqui cõtradicant, & in ijs (quod certe doleo) Cardinalis, [q] & Decius. [r] Tum quòd nulla ratione id probant. Tum, quòd non obstat cap. *desiderij.* [s] quatenus habet illud Iacobi. *Qui peccat in vno factus est omnium reus.* quo quidam recentiores mouẽtur: partim, quòd irreuerenter significant Iacobum illum fratrem Domini, & illi carissimum, tam alienum à caritate & humanitate fuisse, vt voluerit docere, iudicare nos posse omnium criminum reum, quemcumque videmus in aliquod eorum incidisse: partim, quòd nec glosa eius etiam in tertio intellectu tale quicquam dicit, asserit enim in effectu, quòd in primo intellectu dixit, nempe, amissa caritate per vnum peccatum mortale, cætera nihil prodesse ad vitã æternam consequendam, [t] non autem quòd iudicare debeamus, vel iustè possimus proximos nostros omnium peccatorum esse reos, eo quòd eos sciamus in aliquod incidisse, contra illud. [v] *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* & illud. [x] *Nolite ante tempus iudicare,* quæ non solùm habent locum in iudicio definitiuè condemnandi, sed etiam in iudicio suspicandi per præfata. [y]

64 Non obstat etiam l. *non omnes.* [z] quatenus habet, Militem restitutum ab hostibus esse præsumendum non fuisse captum ab eis, si antea erat emansor, segnis, negligens eorum, aut extra contubernia agens. Tum quia non loquitur de occulto ipsius facto, sed de manifesto, quamuis

modus faciendi fuisset dubius. Tum, quia crimen, ob quod ibi præsumitur modus faciendi factum notum esse malum, est indicium illius mali modi: emanforem enim, vel negligentem suorum quem fuisse, est indicium ad interpretandum in malam partem eius apud hostes mansionem, & ita §. ille ad summum probat, quod confessus de crimine aliquo, quod est indicium alterius, potest de eo interrogari, quod & verissimum est: nam qui confitetur, vel conuincitur se ingressum alienam domum nocta per tectum, vel fenestram, interrogari potest de furto, quod constat illa nocte in ea factum esse: non quia confessus de vno crimine possit de quolibet alio interrogari: sed quia confessus de vno crimine, quod est præparatorium alius, potest interrogari de illo, eo quòd est indicium ad illud. Non obstat etiam quod Hippolytus vbi supra, & Bosius,[a] & relati ab eis, dicunt contrarium posse defendi in crimine furti propter eius frequentiam, & in hominibus malæ vitæ. Tum, quia omni iusta ratione deficit, nisi cum vnum furtum esset consequens, vel præparatorium alterius, vel vna pars malæ vitæ præparatoria, vel consequens alterius partis malæ vitæ, propter præfatum intellectum præfati §. *à barbaris*. Tum, quia consequeretur presbyterum confessum, vel conuictum de negligentia aliqua in celebrando commissa, posse interrogari, & torqueri super omnibus furtis in ciuitate perpetratis, & furè confessum, vel conuictum de furto, de omnibus blasphemiis, sortilegiis, & iniuriis, quæ frequenter fiunt in illa ciuitate, vel eius territorio, quod profectò non solùm est contra legem humanam, sed etiam naturalem, qua vetatur puniri vnus pro alio, & ne pœna legis suos transgressores egrediatur, vt habetur in l. *Graccus*,[b] & cap. *quæsiuit*.[c] ibi. *Peccata suos auctores tenere debent, nec pœna est vlterius protrahenda, quàm delictum fuerit in excedente repertum, & quæ vetat quærere iniquitatem in domo aliena contra cap.* [d] Non obstat quorumdam Iudicum vsus. Tum, quia irrationabilis, vt auctores etiam contrariæ partis fatentur, licèt illud non probent, sed probatur ea firma ratione, quòd sit contra leges naturales, & diuinas supra tactas, vel necessariò eas cõsequentia, qualem esse corruptelam supra[e] probauimus. Tum, quòd originè trahit à iudicibus gloripetis, & famam benè vel malè puniendi omnia delicta omnibus neruis quærentibus, quo sibi munera committantur criminalia, contra l. *respiciendum*. [f]

65 Decimumsextum principale, posse videri cuipiam quod & mihi aliquando visum fuit, Caietanum in proximo dicto bis fuisse lapsum. Primo quidem inducendo ca. *inquisitionis*,[g] ad probandam præcedentis dicti conclusionem, eo quòd arguit à textu requirente aliquid ad inquirendum, ad requisitionem eiusdem, ad torquendum, & interrogandum: & quòd non aduerterit ibidem probari contrarium: nam, vt ipsemet ait, ille textus probat, quòd nec dictum vnius testis, nec duorum, nec trium sufficit ad inquirendum, & tamen constat dictum vnius testis integri, & omni exceptione maioris sufficere ad torturá, iuxta præfatam glossam receptam & singularem. [h]

Secundo, quòd expresse ait occulta peccata esse exempta ab inquisitione, & iudicio humano, quod videtur contra cap. 1.[i] & l. *congruit*,[k] quæ probant Episcopum & Præsidem posse, & debere inquirere generaliter de criminibus sibi occultis, & cõtra glossam singularem & celebrem,[l] quæ per illum textum & alios plurimos probat, quòd constitutio Ecclesiæ militantis ligat crimen omnino occultum, quo ad pœnas suspensionis, & excommunicationis, & quòd hæreticus occultus est excommunicatus, iuxta glossam,[m] quod & ipsemet Caietanus fatetur,[n] & ita Ecclesia non solùm potest inquirere de occultis, sed & illa punire, & præcipere super illis. Per quod periclitari videtur tota machina eorũ, quæ dicta sunt supra,[o] fundata super exemptione occultorũ à iudicio humano, iuxta cap. *erubescant*. 2 & cap. *consuluisti*. 9 ibidem citata.

Quoad primum tamen lapsum responderi potest, negando, quòd non bene arguat à re quæsito ad inquirendum, ad requisitum ad torquendum, vel interrogandum: & ad argumentum primum respondetur, tum demum sufficere dictum vnius testis ad torquendum cùm illud fuerit legitimè coram Iudice competenti depositum, & intimatum, siue ostensum parti, & ab ea nõ contradictum, vt expresse ait Innocentius,[a] & tale dictum taliter depositum, & taliter intimatum parti, inducit infamiam, vel certè maiorem effectum, quàm illa, & ita sicut ad inquirendum requiritur infamia, ita ad torquendum, vel interrogandum requiritur illa, vel aliquid æquipollens illi, vel maius illa: nec præfata Decretalis *inquisitionis*, obstat: quia illa loquitur de dictis testium priuatis, & extraiudicialibus, & non legitimè parte citata depositis, vel non intimatis parti: quæ non sufficiunt ad inquirendum, nec ad torturam. Per quæ Caietanus excusatur, & nodus valde implicitus, & non ab omnibus iudicibus rectè intellectus explanatur.

Quo ad secundum autem lapsum responderi potest primò, idem ferè quod ipse dixit dixisse S. Thomam,[b] per verba supra,[c] recitata. Dixi, *fecit*, quia Caietanus dicit occulta esse exempta à cognitione, & iudicio humano S. Thomas autem solùm ait, Prælatum non esse Iudicem occultorum, sed solùm Deum, & ita non posse super occultis quicquam præcipere, pro quo sunt capitula præcitata *erubescant*.[d] & *consuluisti*. [e]

66 Secundò, quòd negari non potest Iudicem posse per vias iuridicas peruenire ad eorum cognitionem, quæ à principio sibi fuerunt occulte, vt probant cap. 1.[f] & l. *congruit*.[g] nec hoc volunt negare præfati patres. Tertiò, quòd non potest etiam negari ob occulta peccata incurrere quem pœnas ab Ecclesiastica lege ipso iure impositas, præsertim excommunicationis, suspensionis, interdicti, irregularitatis, & similium, quod etiam ipsemet Caietanus latè fatetur. [h] Quartò, quòd mens eorum est dicere, quòd non potest iudex humanus, specialiter inquirere ex officio contra aliquem, nec specialiter præcipere aliquid super occulto crimine, nisi præuia infamia, vel indicijs illi æquipollentibus, licèt per viam accusationis, vel denunciationis sequuta rebellione possit cognoscere de illo, iuxta cap. *super his*.[i] & ita debent temperari verba illa Caietani. *Occulta sunt exempta ab inquisitione, & iudicio humano*,

67 Quintò, quòd etiam eorum mens est dicere, quòd occultum est duplex, alterum per se, alterum per accidens. Occultum per se est id, *quod suapte natura non est probabile*: qualia sunt omnes interiores hominis actus, quorum solus Deus, qui scrutatur corda, & renes, est cognitor.[k] Alterum est occultum per accidens, & eo quòd accidat illud tam clam fieri, quòd nemo de illo testari possit, & sentiendum est, quòd occultum per se non subiacet vlli cognitioni, neque legi humanæ: & ita nullus eius pœnæ subiicitur, iuxta l. *cogitationis pœnam nemo meretur*. ff. de pœn. translatam in cap. *cogitationis*.[l] quo fit, vt hereticus mente tantùm, quamlibet perfectus, & pertinax fuerit, non est ipso iure excommunicatus: nisi verbo, vel scripto ita illam expresserit, quòd suapte natura probari possit, licèt per accidens contingat, vt à nemine audiatur, vel videatur, vt post & ante alios latè Caietanus,[m] expressit. Per quæ excusatur Caietanus, & declaratur S. Thomas, & fundamentum omnium, quæ dicta sunt,[n] monstratur firmissimum.

SVMMARIVM.

68 *Iudiciorum aliud competens, aliud vsurpatum, & quid vtrumque.*

68 *Iurisdictionis circa vsurpationem varios variè peccare, & varios pœnitere, rariores confiteri, & restituere, & nonnullos censuras Bullæ cœnæ incurrere.*

68 *Iudicium vt vsurpans peccat, ita & pars id procurans.*

69 *Iudices laici olim sententias Episcoporum suis præferebant, nunc contra suas solas laudant.*

69 *Hæresum causas omninò spirituales traxisse ad prætoria profana parum profuisse videtur.*

69 *Principibus laicis consulere, vt extorqueant quantam possunt potestatem super spiritualibus non est tam vile, quàm putatur.*

70 *S. Ludouicus Rex Francorum potestatem super spiritualibus sibi à Papa datam respuit.*

70 *Carolus Magnus, & Ludouicus ius eligendi Papam sibi concessum sponte renunciauerunt.*

70 *Confessarij, consultores, & palpones Principum in hoc sibi prouideant.*

71 *Iudiciorum aliud iustè, aliud iniustum, & vtriusque definitio.*

a *In prax. criti. de indic. n. 137.*

b *Cod. ad leg. Iul. de adult.*

c *De his quæ fiunt à maio. par. cap.*

d *14. Proter.*

e *Num. 56.*

f *ff. de pœn.*

g *De accusa.*

h *Le. 3. C. ad leg. Iul. maie.*

i *De offic. ord. h ff. de offic. præsid.*

l *Cle. 1. §. verum. de hære.*

m *24. q. 1. in summa. & in c. cogitationis de pœn. dis. 1.*

n *In 2. 2. q. 11. art. 3. & qu. 62. art. 3.*

o *à num. 55.*

p *32. distinct. 92. quæst. 4.*

a *In c. 1. de postul. Prælat. n. 5.*

b *2. 2. q. 1. ar. 7. ad 5.*

c *Num. 58.*

d *32. distin. c. 2. quæst. 4.*

f *De offi. ord. ff. de offic. præsid.*

h *2. 2. d. q. 11. arti. 3. & 62. art. 3.*

i *De accusat*

k *Cap. Deus omnipotens. 2. quæst. 1. & cap. si quid in nuentis. 14. quæst. 5.*

l *De pœ. dist. 1.*

m *In d. quæst. 11. art. 3.*

n *à num. 52.*

71 *Aequitas, siue epieicia quid, & an sit circa legem naturalem.*

71 *Iustitia generaliter sumpta est genus, ad iustitiam strictè pro bono & æquo sumptam.*

72 *Aequitas an duplex, limitans & extendens cum nouissima quadam consideratione.*

71 *Aequitas siue epieicia, an excludat omnes casus, in quibus ratio legis deficit, licèt ea in illis absque peccato seruari possit.*

73 *Ratio legis, mens, & anima eius.*

73 *Milites prohibiti emere prædia vbi militant, possunt emere domos.*

74 *Actus agentium non operatur vltra mentem eorum.*

74 *Causa finali tota cessante, cessat lex.*

74 *Ratio tota legislatoris est tota caussa finalis legis.*

74 *Caussa probabiliter putata iusta non ieiunandi excusat à mortali, etiam si verè non sit talis.*

75 *Legem implet, qui mentem eius seruat, & infringit, qui ea omissa, verba illius seruat.*

75 *Lex iuxta limites suæ rationis etiam coniectæ limitanda est.*

76 *Virtutis non cuiuslibet actus necessarius.*

76 *Fornicationis prohibendæ tota ratio non cessat bona prolis educatione.*

a *Num. 39.*

b *ff. de iurisd. omn. iud.* c *2. 2. q. 60. a. 6.* d *In l. eũ qui & l. 5. & tot. tit. ff. & Co. de iurisd. õn. iud. & c. 2. de const. lib. 6. & C. 5. à nõ oport. iud. per totum.* e *In d. art. 6.* f *14. quæst. 5.* g *Cap. 17.*

h *ff. de iurisd. omn. iud.* i *11. quæst. 1.* k *De for. com pet.* l *Ad Rom. 2. & cap. 1. de off. deleg.*

m *Infra ead.*

DEcimumseptimum principale, quòd iudicium propriè sumptum pro dictione iuris, vel determinatione Iudicis, vt supra,[a] diximus sumi, diuiditur secundò in iudicium competens, & in iudicium vsurpatum. Competens est, *quod fertur ab eo, qui potestatem ad id faciendum iuridicam habet*, vt præsupponunt l. 1. & quinque seq.[b] & totus tit. de for. compet. Vsurpatum est, *quod fertur ab eo, cui non est potestas illud ferendi*, secundum mentem S. Thomæ,[c] & nostrorum omnium,[d] in quo non solùm peccat Iudex ea sublimi ratione, quam reddit S. Thomas,[e] sed etiam illa plana: quia vsurpat illicitè officium alienum: & omnis vsurpatio illicita est contra 7. præceptum, iuxta cap. *pœnale*.[f] & nostram eius declarationem in 8 Manual. nostro Confess. qua in re multos mea ætate grauiter peccare intellexi, alios quidem, qui iurisdictionem ciuilem tantùm vsque ad certam summam habebant, ad maiorẽ eam extendere conantes, alios, qui tantùm ciuilem integram habebant ei criminalem adiungere cupientes, alios, qui aliquam istarum habebant ad certum genus hominum, militum, vel laicorum, aut aliorum, & ad certum territorium contractam, ad alia trahentes, alios vigore literarum conseruatoriarum super causis in eis non contentis procedentes, alios autem delegatos ad certum genus causarum, puta hæresum, rapinarum, & latrociniorum, de aliis quoque criminibus cognoscentes, quin & nonnullos vocantes personaliter ad respondendum super genere criminum, de quibus est eis cognitio, nullo eis tali obiecto, interrogantes, super aliis, ne iudicium eorum refugerent, verentes maiorum criminum obiectionem: quorum omnium paucos vidi pœnitere, pauciores confiteri, & paucissimos, vel nullos restituere sine lite, non solùm possessa mala fide tempore ad præscribendum legitimo, sed & nondum possessa dimidio illius temporis. Et non solùm peccat Iudex, sed etiam pars, vel aduocatus, qui scienter ad id prouocant aduersarium nolentem, vel volentem, sed consentire non valentem, argu. l. *si quis per errorem*, & l. *cum quædam puella*. & eis annotatis,[h] cap. *inolita*.[i] & ca. *si diligenti*.[k] & quòd non solùm facientes, sed & consentientes, &c.[l] qua ratione multi tam clerici quàm laici videntur peccare, & aliquando censuras bullæ Cœnæ Domini incurrere, procurantes aliquando per se, vt Iudices sæculares, quibus casibus id eis non licet, cognoscant de literis Apostolicis, & aliquando per suppositas personas, ita vt probari non possit, quasi putantes se non videri à Deo, nec cogitationes, technas, & artes suas Diuinæ maiestati esse notas, contra primum notabile repet. c. *nouit*. & latè illi adiecta.[m] Quò fit, vt confessarij grauiter reprehendere debeant tam ecclesiasticos, quàm laicos, tam ordinarios, quàm delegatos, qui iurisdictionem suam extra suum territorium, & potestatem sibi à lege, vel homine limitatam, ampliare conantur, bis peccantes: & quòd alienum officium vsurpanti & quòd territorium, vel potestatem alterius minuunt cõtra præfatum 7. præceptum.

69 Et quòd nostra ætate Iudices laici plùs quàm ecclesiastici frequentare videntur, imo & aliquando in pœnas bullæ Cœnæ Domini incidere, in eas præsertim, quæ ponuntur in ea parte nouissimæ bullæ, quam transcripsimus in nostro Manuali Confess.[a] in quo, sicut in alijs multis, iure quis miretur tantam in hoc mundo perituro rerum vicissitudinem: cùm enim, vt expresse habet cap. *nouit*,[b] fortissimi iuxta, ac sanctissimi Imperatores Theodosius, & Carolus Magnus olim statuissent, vt quicunque litem habens, siue petitor fuerit, siue reus, siue in initio litis, siue decursis temporum curriculis, siue cùm negotium peroratur, siue cum iam cæperit promi sententia, si iudicium elegerit sacrosanctæ sedis Antistitis, illicò sine aliqua dubitatione (etiam si pars alia refragaretur) ad Episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigeretur, hodie contra nihil non agunt aliqui eorum similes, quo causæ quamlibet ecclesiasticæ in cognitionem eorum veniant, iactantes sua iudicia, & contemnentes ecclesiastica, magno tumore se solos sapere putantes: adeò quidem, vt in aliquot regnis, etiam causas hæresum, quæ omnino spirituales sunt, & à iurisdictione laica omnino exemptæ,[c] quodam subtili colore lesæ maiestatis humanæ ad Iudices laicos traxerint. quod etsi piissima intentione, & ad efficaciorem illarum extirpationem factum fuisse certò credamus, malum tamen exitum habuisse adeò, suspicamur, quòd tantò magis pullularunt in eis hæreses, quò grauiùs & diligentiùs fuerunt à laica potestate punitæ, tam displicere videtur Deo, vt rerum ordo confundatur, dum vnicuique sua iurisdictio non seruatur.[d] Quare non possum mihi omnino persuadere tantùm, quantùm putant, prodesse principibus laicis illos, qui consulunt, vt quantam maximam possunt potestatem in personas spirituales, & spiritualia, quacumque arte, & importunitate quærant, cùm fortè expediret eis aliqua eius, quam habent partem leuari, per ea quæ eleganter dicit Remundus Rufus,[e] grauiter carpens Molinæum ita scribentem. *Ius etiam pleno iure conferendi, vel electionem confirmandi, seu ratam habendi spectat ad politiam, & externam disciplinam Ecclesiasticam, quæ pars est etiam politiæ Regiæ*. Carpit enim sic: *Nõ dubium est, quin pro singularibus in Sedem Apostolicam, totumque sacrum ordinem meritis, ius eligendi, confirmandi, dandique sacerdotia omnia, & quodcumque Molinæus volet, consequi potuissent, scilicet Reges Francorum sed numquam se his rebus immiscere salutiferum putarunt*.

70 Broymardus Diuum Ludouicum Regem Francorum hæc Legato suo Roma reuerso dixisse scribit. *Quod mandata mea diligenter curaueris, rem gratam fecisti, & laudo diligentiam tuam, quòd verò præter mandata diplomata ista à Pontifice deportasti, quibus dandorum Ecclesiis Episcoporum mihi potestas sit, nec agnosco, nec postulo: intelligo enim satis quanto cum salutis discrimine, cui tu parum consulere videris, ego ista susciperem*. eaque diplomata in ignem coniecit. In quod facit & illud confine huic proposito Caroli Magni, & Ludouici, contentum in cap. *sacrorum*.[f] quo renunciauerunt iuri eligendi summum Pontificem concessum præfato Carolo,[g] nescio qui. Regum nunc facile cederent, si eis idem esset concessum. Nec ista, ea mente insinuo, vt non putem multa super spiritualibus sanctè Pontifices summos concessisse, & concedere posse Regibus & Principibus laicis, neque quòd aliquando id Reipub. Christianæ non expediat, modò id in solùm, vel saltem primarium finem pientiùs prouidendi rei ecclesiasticæ procuraretur: sed quia vereor illos non tam in illum finem consulere, quàm vt maiorem copiam habeant ad remunerandas sua, & aliorum obsequia temporalia rebus spiritualibus, ad ampliandam potestatem laicam, minuendamque libertatem Ecclesiasticam, obuiandi reuerenter Laicæ, quoties ei aliquid contra ea minus cautè consulitur.

71 Decimumoctauum principale, quod iudicium, prout sumitur pro actu iudicandi, tertio diuiditur in iudicium iustum, & iniustum, iustum est quod *secundum leges iustas fertur*, iniustum autem, *quod non secundum leges iustas fertur*: intelligendo per leges tam humanas, & consuetudines præscriptas, quàm diuinas, & naturales, iuxta cap. *consuetudo*,[h] & quo ad leges quidem naturales, & diuinas, per se patet; quo ad leges autem humanas probatur ea pulchra ratione, quam decerpit S. Thomas,[i] ex illo B. Augustini, [k] ibi, *In istis temporalibus legibus quamquam homines iudicent, cùm eas instituunt, tamen cum fuerint institutæ, & firmatæ, non licebit*

a *Ca. 27. nu 69.*

b *Infra eod.*

c *Ca. vt inquisitionis. § prohibemus. de hæret. lib. 6.*

d *Cap. pernit. 11. qua. 1.*

e *In li. de Pontifice Maxi. contra Molinæ. pag. 479. § ex his cõstitutionibus. 63. distinct.* gl n c. *Adrianum. eod. dist.*

h *1. d. & c. fi. de consuet. & l. 3. C. quæ sit long. cons. i 2. 2. q. 69. a. 5.* k *In c. in istis. 4. dist.*

iudici de iſtis iudicare, ſed ſecundū ipſas. quod ipſum eadem ratione dicendum eſt de conſuetudine rationabili, & præſcripta. [a] Dixi, *iuſtas.* quia iniuſtæ non ſunt leges, nec conſuetudines, ſed corruptelæ, [b] de quibus ait Iſaias. c *Va qui condunt leges iniuſtas, & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt.* Aduertendum tamen, quòd qui iudicat ſecundum mentem legislatoris, & vt ille iudicaret, ſi ab eo quæſitum fuiſſet, aliter quàm verba legis ſonant, non iudicat iniuſtè, nec peccat, vt egregiè ait S. Thomas; [d] & ante illum gloſſa recepta & reputata ſingularis, [e] in hæc verba. *Id eſt de iure ſeruandum, licèt non ſit ſtatutū, quod veriſimile eſt ſtatutum fuiſſe, ſi hoc quæſitum fuiſſet, vt C. de inofficioſ. dona. l. ſi totas. & inf. de verb. oblig. l. eum.* §. 1. hæc illa, quod ipſum docet S. Thomas etiam, [f] dicens, Id fieri per æquipeiam, vel rectiùs ἐπιείκειαν, quæ latinis eſt æquitas, vt probat l. 1. & l. *placuit.* [h] & appellatur etiam bonum, & æquum in l. 1. [i] imo bonum æquum, & æquum bonum, vt latè docet Budæus ibi poſt Ariſtotelem. [k] Quæ æquitas definiri poteſt eſſe. *iuſtitia reddens ius contra, vel præter verba legis.* Dixi, *iuſtitia.* pro genere: quia accipiendo iuſtitiam generaliter pro virtute, quæ inclinat ad reddendum ius, vel iuſtum abſolutè, eſt genus ad æquitatem, quia omnis æquitas eſt iuſtitia, non contra, omnis iuſtitia, quæ reddit ius, eſt æquitas: illa enim quæ reddit ius ſecundum verba legis eſt iuſtitia, [l] & tamen non eſt æquitas, vt colligitur ex S. Thoma, [m] & probatur per l. 1. [n] Dixi, *præter vel contra verba legis*, pro differentia, qua differt à iuſtitia legali ſtrictè ſumpta, quæ reddit tantùm ius ſecundum verba legis. Exemplum de æquitate, quæ iuſta, cap. *ne quis.* [o] dictat, non reddere gladium deponenti, ſi furens reperat contra, verba legis iubentis reddere depoſitum, [p] Dixi, *legis*, ſine additione ciuilis, vel naturalis: quia quicquid alij dicant, circa vtramque poteſt haberi, nam licèt lex ipſa naturalis, id eſt à natura dictata, in ſe non egeat æquitate, vt eſt lex, tamen verbis humanis concepta per verba generalia, frequenter indiget illa. Ratio enim quare æquitas dirigit circa legem, eſt quòd verba legis aliquando includunt aliquos contra ſententiam, & mentem auctoris, vt explicat S. Thomas, [q] & Budæus poſt alios. [r] At tam verba legis humanæ continentis legem naturalem, quàm verba legis ciuilis, frequenter comprehendunt plures, quàm mens auctoris eius. Exempla legis ciuilis poſſunt eſſe ferè omnes regulæ iuris, quæ præter vnam, de qua in cap. *licet.* [s] omnes patiuntur exceptionem aliquam: exempla verò legis naturalis poſſunt eſſe multæ leges continentes præcepta Decalogi, quæ omnia ſunt naturalia, ſecundum S. Thomam, [t] quale eſt præceptum de nemine occidendo, quod per humana verba generaliter conceptū contra mentem auctoris includit homicidā morte dignum, [v] tale eſt etiam præceptum de honorandis parentibus, quos patriam expugnantes licet filiis occidere. [x] Et licèt poſsit dici, quòd non omnes exceptiones legum ciuilium, & naturalium nitantur bono & æquo, ſiue æquitate, eo reſpectu, quòd etiam per ſe reperiantur ſcriptæ, & ſtatutæ, poſſunt tamen etiam dici bonum & æquum eo reſpectu, quòd per illas ſupplentur aliæ leges generales.

72 An autem æquitas, ſiue bonum & æquum duplex ſit: altera limitans, qua excluduntur caſus incluſi: altera extendens, qua includuntur caſus non incluſi, queſtio pulchra eſt: cuius partem affirmantem quidam recentiores haud vulgari eruditione ſatis nouè tenent, pro quibus facit l. *ſi quis id quod.* [y] quatenus habet, edictum Prætoris imponens pœnam corrumpēti illud in albo propoſitum, ſupplendum eſſe per extenſionem mentis auctoris, licèt verba deficiant, ad corrumpentem, cùm proponeretur vel antequam proponeretur. Facit & l. 1. [z] quatenus habet, legem quæ matrem priuat à ſucceſsione filiorum impuberum inteſtatorum, eo quòd non petiit tutores, ex ſententia auctoris extendi ad matrem, quę non petiit curatores eiſdem, licèt verba deficiant. Adde quòd æquior videtur emendatio per extenſionem, quàm emendatio per reſtitutionem: quia, vt colligitur ex l. *conſtitui.* & 3. ſeq. [a] & meliùs ex Ariſtotele vbi ſupra, legiſlator includens plures verbis, quàm mente, vt plurimùm prudenter, ſiue aduertenter id facit: ſtatuit enim prout pluribus conuenit, ſciens non poſſe conuenire omnibus, includens autem pauciores, imprudenter, & inaduertenter, illud facere videtur, eo quòd tunc non occurrerunt illa mēti. At æquùs eſt ſuccurrere ignoranter, quàm ſcienter deficienti.[a]

Contra quæ tamen facit, quòd Ariſtoteles, [b] ſolū ponit ἐπιείκειαν, ad diligendā legē deficientē propter vniuerſale, & nil meminit de deficiēte propter particulare: nec Tho. [c] nec alibi id videtur meminiſſe, quē tamen cū primis fuiſſe Ariſtotelis ſtudioſum nemo ignorat. Caietan. itē vir maximè Ariſtotelicus definiēs ęquitatē, ait, ꝙ eſt directio legis, vbi deficit propter vniuerſale. & ſubdit quòd cauſa, vt æquitas habeat locū, non eſt quæcūque, ſed ſola illa, ꝙ propter vniuerſale deficit, & videtur nouiſſimum dicere eſſe locum æquitati, quādo propter nimiū particulare deficit.

Nec obſtat, quòd leges, & Doctores multi frequentiſsimè extendunt legem particularem de vno caſu ad aliū ſimilem, iuxta l. *non poſſunt.* [d] quia nulla eſt lex, quæ dicat illam extenſionem fieri ex æquitate, ſiue epiikeia, ſed ex rationis identitate. Non obſtat etiā d. l. *ſi quis id quod*, quia dici poteſt, quòd illa ſuppletio nō fit per ἐπιείκειαν, ſiue ęquitatem, ſed ex rationis identitate, iuxta gloſſam ſingularem, & ei annotata per Dominicum & Francum. [e] Sed quia in ca. *pœnæ.* [f] diſceſsimus à prędi. gloſſa ſingulari, quatenus habet legem pœnalem extendi ad alium caſum ob ſolā identitatem rationis, ſatiùs reſponderi poteſt ad præf. l. *ſi quis id.* quod rationem de rumpente edictū iam fixum ad rumpentem illud, cum figitur, non eſſe, quòd eadem ratio militat in vtroque caſu, ſed quòd veriſimiliter creditur mentem Prętoris illud figere iubentis fuiſſe, vt in vtroque caſu eſſet locus edicto. Ad prædi. §. *ſi mater.* reſponderi poteſt, quòd lex ipſa expreſſo extendit eam per eandem rationem, & Ariſtoteles, [g] qui ad hoc allegatur, non ponit epiikeiam per extenſionem, licèt aſſerat legis latorem interdum volentem, interdum inuitum deficere, quorum vtrumque poteſt contingere deficienti per vniuerſale, vt palam eſt. Quare argumenta, quæ præfatus vir doctiſsimus contra communem adducit, euitari poſſe videntur.

Sed vltra ea vrget primò, quòd ſubtiliter & nouiſsimè dici poſsit, quòd vtraque emendatio fiat propter vniuerſale, altera quidem, quæ excludit incluſum in ſenſu directo verborum, altera verò, quæ includit excluſa in ſenſu contrario verborum, quia legiſlator ferēs aliquam legē, vnum videtur ſtatuere directè, & contrarium indirectè, à contrario ſenſu, ob quod dicitur argumentū à contrario ſenſu in iure fortiſsimum, [h] vt in d. l. *ſi quis id quod.* Prætor ponens certam pœnam corrumpenti edictum in albo propoſitum, videtur à contrario ſenſu ſtatuiſſe, ne illa imponatur alijs. & ita emendatio illa per extenſionem, quòd imponatur corrumpenti, cùm proponeretur, vel antequam proponatur, poteſt dici emendatio legis peccantis per vniuerſale, & lex priuans matrem à ſucceſsione filiorum, ſi non petat tutores filijs impuberibus, per contrarium ſenſum ſtatuere videtur, ne priuetur mater, eo quod non petat aliud, & emendatio, quòd etiam non petens curatores, eiſdem priuetur, poteſt reſpicere defectum per vniuerſale.

Secundo magis vrget ca. *cum dilecta.* [i] quod commendat ibi Panormitanus & mente tenendum eſſe dixit, [k] & ſingulare Andreas Siculus, [l] & meliùs de iure ſecundū eundem, [m] & Antoniū Corſetum, [n] quod probat legē, qua ſtatuitur quòd teſtes, de quorum morte timetur, poſſint accipi lite nō conteſtata, iuxta §. *quoniam multæ.* & §. *hoc verò.* [o] relatum in cap. *quoniam frequenter.* [p] extendi ad renouationem priuilegiorum nimia veruſtate conſumptorum, idque fieri eiuſdē ęquitatis ſimilitudine, & ita per ἐπιείκειαν, cum ἐπιείκεια, & æquitas ſint idem, vt præfatum eſt.

Tertio, quod illudmet ea. & alia citata ibi per Decium probant caſum exceptum à regula extendi ad alium ſimilem per æquitatem, ſiue ἐπιείκειαν, & palam eſt, vt per illam extenſionem non emendari legem deficientē per vniuerſale, ſed deficientem per particulare. ergo ἐπιείκεια, ſiue æquitas inuenitur in emēdatione legis deficiētis per particulare, ſicut in emēdatione legis deficiētis per vniuerſale.

Quarto denique facit & illa neruoſa ratio, quòd vbi eadem eſt ratio idem ius cenſeri debet. [q] At emendatio legis per limitationem, & emendatio legis per extenſionem eadem ratione, ſcilicet mente auctoris nituntur. ergo eodem iure eſt vtraque cenſenda.

a *Arg. l. de quibus. ff. de legib. & d. ea. conſuetudo. 1. diſt.*
b *Cap. mala c. fruſtra cap. quo iure ſub fin. 8. diſt.*
c *Cap. 10.*
d *In d. art. 5.*
e *In l. talepa ctum. § fin. ff. de paēt.*
f *2. 2. qu. 120. articulo 1.*
g *C. de legib.*
h *C. de iudic.*
i *ff. de inſt. & iur.*
k *Lib. 5. Eth. ſub fin.*
l *Ca. iudicet. 3. quæſt. 7.*
m *Di. 9. 120. art. 1.*
n *C. de leg.*
o *22. quæſt. 2.*
p *Leg. 1. & tot. tit. ff. depoſ.*
q *In d. q. 120.*
r *In l. 1. ff. de inſt. & iur.*
s *De regul.*
t *1. 2. q. 99. a. 2. & in 2. 2. q. 122.*
v *Ca. ille gladium portat. 23. quæſt. 5.*
x *Le. minimè. ff. de relig. & ſump. fun.*
y *ff. de iuriſd. omn. iud.*
z *§. ſi mater. ff. ad Tertul.*
a *ff. de legib.*

a *Arg. iuriſti vulgariter in.*
b *Dicto lib. 5. Ethic.*
c *In Comment. eius, ne que in d. qu. 120.*
d *ff. de leg.*
e *In cap. 1. de temp. ord. l. 6.*
f *De pœn. di. 1.*
g *1. Rethor c. 12.*
h *Le. 1. §. qui mandatam. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. & c. A poſtolica de his quæ fiunt à prælat. ſine conſ. cap.*
i *De conſtr. veil.*
k *In c. cum in iure de electi.*
l *In ca. iuratu it. col. 18. de probat.*
m *In c. fi. co. 9. de offic. dele.*
n *In ſig. ver. excluſo.*
o *Authen. de teſtib. coll. 7.*
p *In princ. vt lit. non conte.*
q *Leg. illud. ff. ad leg. Aqui, cum concord.*

73 Duodecimumnonum principale, quòd ſicut proximè præcēdēntia ſunt ſubtilia, ita inſignis & vtilis queſtio eſt, an æquitas, ſiue bonum excludat à lege generaliter ſtatuente omnes caſus, in quibus deficit ratio legis? Ad quā reſpondet Caietanus, [a] quòd non, quem ſequitur Sotus, [b] niſi quando non poteſt ſeruari illa abſque alio peccato. Primò quidem, quòd S. Thomas, [c] videtur ita ſentire. Secundò, quòd æquitas eſt virtus, & cōſequenter actus eius eſt neceſſarius. At non eſt neceſſarium diſcedere à lege, niſi quando peccaretur nō diſcedendo. Ergo æquitas non ſubtrahit à lege, niſi ea quæ nō poſſent rectè fieri ſeruādo legem. Tertiò, quòd alioqui ſequeretur poſſe dari aliquā fornicationem licitam, eo quòd ratio prohibendi eam eſt prolis educatio, quæ ab aliquibus diuitibus fornicarijs æquè bene, imo & meliùs fieri poſſet, quàm ab aliquibus cōiugatis pauperibus, quod tamen eſt falſum poſt S. Thomam. [d] Cōtra quos tamen facit, quòd ratio legis eſt anima legis, ſecundum Dynum, [e] cui tribuunt hoc Baldus, [f] & alij, quos refert & ſequitur Felinus, [g] licèt ille ſolùm dicat, quòd eſt mens: ſed mens & anima eadem res diuerſo nomine dicta eſt, vt ex Iſidoro diximus in [h] Manual. noſtro Confeſſ. pro quo vltra per eum citata facit cap. *Marcion,* [i] ibi, *Euangelium non eſt in verborum foliis, ſed in radice rationis.* At anima animalis deficiente deficit animal. ergo ratione legis deficiente, deficit lex.

Secundo facit, l. *adigere*, [k] quatenus probat, quòd lex imponens pœnam patrono adigenti libertum ad iurandum, quòd non tollet filios, non includit patronum adigentem caſtratum tali iuramento, quia ceſſat in eo ratio legis, ſcilicet, ne impediatur multiplicatio hominum, quæ eſt vtilis Reipub. At patronus poteſt ſeruare legem illam in caſtrato ſine aliquo peccato, & malo, ergo caſus in quo deficit ratio legis eximitur à lege, etiam ſi abſque aliquo peccato, & malo poſsit in eo lex ſeruari.

Tertio facit, l. *milites*, 1. adiunct. l. *milites*, 2. [l] Lex enim *milites*, 1. habet, prohiberi militibus, ne comparent prædia in Prouincia, in qua militāt, & l. *milites*, 2. habet poſſe illos comparare domos, quia ratio prohibendi, ne comparent prædia eſt, ne agrorum colendorum cura eos diſtrahat à curanda militia, quæ ceſſat in comparanda domo. At ſine vllo peccato poteſt ſeruari lex illa de nō emendis prædiis, non emendo domum. Ergo, &c.

74 Quarto, quòd actus agentium non operantur vltra intentionem, & mentem eorum. [m] At mens, & voluntas legis latoris non eſt comprehendere illa, in quæ non extenditur ratio, quæ mouit cum principaliter ad legem faciendam. Ergo etiam lex non extenditur ad illa, etiam ſi ſine peccato in illis lex illa ſeruari poſſet.

Quinto, quòd cauſa ſaltem finali ceſſante ceſſat effectus. [n] At ratio legis videtur cauſſa finalis, cur eam facit legis lator. Ergo intentio eius non eſt comprehendere caſum, in quo illa ceſſat, etiam ſi abſque peccato in eo ſeruari poſsit, facit & l. fin. [o] quatenus habet, eam quam teſtator inſtituerat hæredem ſucceſſuram ei, qui mutato teſtamento inſtituit alium, ea ratione, quòd crediderat eam eſſe mortuam, cùm non eſſet, quia ratio mutationis ceſſauit, & tamen mutatio poterat fieri, & ſeruari abſque peccato. quia inſtituta erat extranea.

Sexto facit cap. *quoniam contra.* [p] quatenus probat, legem factam principaliter ad aliquem finem, illo ceſſante non ligare, quod ibi Panormitanus, [q] cum poſteris omnibus ponderauit, adducendo illud Archidiaconi, [r] ſcilicet, non peccare illum, qui non ſeruat ieiunium ab Eccleſia indictum, ſi ratio indictionis in eo ceſſet. Sed & S. Thomas, [s] affirmat eum, qui habet cauſſam indubitatā nō ieiunandi, excuſari à ieiunando ſine vlla diſpenſatione, vbi etiam ipſemet Caietanus fatetur excuſari à mortali peccato eū, qui putans bona fide habere ſe rationabilem cauſſam non ieiunandi, non ieiunat, etiam ſi verè non eſſet cauſſa ſufficiens. At qui videt clarè ceſſare rationem legis in caſu ſibi occurrente, rationabilem habet cauſſam credēdi, eum in illo ab ea non ligari. Vnde & Decius, [t] poſteaquam aliqua opponit contra determinationem Panormitani reſoluit eius dictum habere locum in foro conſcientiæ, & quando ratio legis exprimitur in ipſa.

75 Sed rogo eum, quare ſit verum in foro conſcientiæ, & nō in exteriori, cùm eius determinatio in hoc caſu non fundetur ſuper præſumptione, ſed ſuper veritate præſuppoſita, quo caſu idem eſt iudicandum in vtroque foro iuxta notata in cap. *is qui.* & in cap. *tua.* [a] Rogo item eum, quare non habebit locum, quando vnica ratione non expreſſa nititur lex, cùm illa habeatur pro expreſſa, iuxta gloſsā ſingularem & receptam. [b] Rogo item eum, & omnes alios, cur non habeat locum, quādo eſſent plures rationes legis, & conſtaret de omnium illarum ceſſatione, quod quæſtio noſtra præſupponit? Quare certò credo legem non ligare ſubditum in foro conſcientiæ, eo caſu, quo conſtaret illi omnem rationem legis illius ceſſare, neque in foro exteriori, ſi in eo foro idem conſtaret, quod multi alij, quos Felinus [c] citat, ſentiunt, & præfatus Dynus, [d] ait, adimplere legem eum, qui adimplet eam ſecūdum ſententiā eius, licèt non adimpleat ſecundum verba, ſicut & contra infringit illam, qui infringit ſecundum ſententiam, licèt non infringat ſecundum verba. Quin & Panormitanus, [e] cōcludit per illum textum & cap. *meminimus.* [f] quod vbicumque ius aliquid ſtatuit, cauſſam non exprimens, ſi poſſumus cōiecturare rationem naturalem illius diſpoſitionis debemus ad limites illius rationis, ſeu cauſſæ diſpoſitionem generalem reſtringere, & illam diſpoſitionē ſeruare, vt ratio naturalis interpretata militer. in quod ipſum citat textum optimum, in l. *ſcire oportet.* [g] & potuiſſet citare textum vulgatum, ſed ad propoſitum aptiſsimum in l. *cum pater.* [h] quatenus probat, legatum generale bonorum, quæ habebat teſtatrix in Syria, & Pamphilia, factum fratribus, ne filius hæres inſtitutus quæſtionem haberet cū eis, reſtringendum eſſe ad illa tantùm bona, quæ haberet tempore mortis communia cum eis, & non ad alia, quę habebat iam diuiſa, etiam ſi antea fuerant communia, eo quòd ratio legandi ceſſabat in eis, licèt verba illius legati includerent omnia bona Pamphiliæ, & Syriæ, & ſine peccato poterant legari etiam bona diuiſa, & legati executio in eis fieri.

76 Non obſtant fundamenta Caietani: ad primū enim reſponderi poteſt, quòd S. Thomas in loco in argumento citato non dicit expreſsè contrarium, imo quatenus ait, præceptum nō ex tendi ad id, quod à fine legis deuiat, concordat noſtræ ſententiæ, quæ habet cauſam in quo tota legis ratio deficit, deuiare à legis fine: quia illam metimur per ipſam totam rationem, quæ principaliter eum mouit ad legem ferendam. Cōcordat item in d. 2. 2. [i] quatenus ait, excludi à lege ieiunij eum, qui manifeſtam cauſſam habet non ieiunandi, licèt eius verbis includatur.

Ad ſecundum reſpondeo, negando illā conſequentiam, æquitas eſt virtus. ergo eius actus eſt neceſſarius: nam virginitas eſt virtus, ſecundum S. Thomam receptum, [k] & tamen eius actus non eſt neceſſarius, ſed voluntarius. [l]

Ad tertium negatur ſequela, quia ratio prohibēdæ fornicationis, non ſolùm eſt euitatio educationis prauæ prolis, ſed etiā abuſus corporis, & ſeminis, iuxta illud Apoſt. [m] *Abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrū vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore, non in paſſione deſiderij.*

Ad alia omnia, quæ poſſunt contra hoc adduci, reſponderi poteſt, quòd loquuntur in caſibus, in quibus ſolùm deficit pars rationis, & non tota, vel tota ratio impulſiua, ſed non finalis, vel apparet alicunde mentem legis latoris fuiſſe ampliorem ratione, quę ad id mouit, quatenus talis ratio impulſiua eſſet, & non finalis, per ea, quæ adduximus in commen. cap. *cum miniſter.* [n]

SVMMARIVM.

77 Iudicium inordinatum eſt iniuſtum, licèt aliàs eſſet æquum.
77 Rite factum eſt rectè factum, & contra.
77 Iudex inquirens ſpecialiter ſine infamia, vt peccat.
77 Infamiæ cauſſam prębens infamare cenſetur, & peccat.
78 Præcepta Decalogi etiam Monarchas ligant.
78 Indicia extraiudicialia non ſufficiunt ad inquirendum.
79 Inquiſitionis à vera doctrina multos in theoria, & praxi aberrare.
79 Inquiſitio regulariter vtroque iure prohibita, & eiſdem caſibus vtroque permiſſa.

a *In d. q. 120.*
b *In libro de inſt. & iur.*
c *In 3. ſent. d. 37. q. 1. art. 4*
d *In 3. contra Gentiles cap. 122.*
e *In cap. ſi. de reg. iur. lib. 6.*
f *In l. ſi quis ſerno. Co. de ſurt.*
g *In c. tua. n. 3. de iureiur.*
h *Prał. 3. n. 2. i 1. quæſt. 1. §. quamuis. ff. de iur patro.*
i *In princ. ff. de re militia.*
m *Leg. non omnis. ff. ſi cert pet. c fin. de prab. & c. cum in illis. 1. eodem. titulo lib. 6.*
n *Ca. cum ceſſante. de appellat. cum ciatis à gloſſ. & omnib. ibi.*
o *ff. de hæred. inſtit.*
p *De probat.*
q *In vlti. not.*
r *In c. vtinā. 70. diſt.*
s *2. 2. qu. 147. art. 3.*
t *In d. c. quoniam.*

a *De ſponſal.*
b *In l. quamuis. Co. de fi dei commiſſ.*
c *In d. c. tua. d in d. reg. vl.*
c *In c. ſuggeſtum. de app.*
f *Eod. tit.*
g *§. ſufficit ff. de excuſat. tut. & in ca. ſecundo requiritur. in fi. de appell.*
h *§. dulciſſimè. ff. dele. 2.*
i *Quæſt. 247. art. 3.*
k *2. 2. q. 152. art. 2.*
l *Ca. integritas. 32. qu. 1.*
m *1. ad Theſſ. 4.*
n *23. q. 1 à n. 37.*

79 *Iudex procedit ex officio ad vtilitatem publicam.*
79 *Crimina puniri interest Reipublicæ.*
80 *Legem contra diuinam & naturæ est damnare, sine accusante vero vel ficto, & nu. 82.*
80 *Iudex est iustitia animata de causa aliorum duorum cognoscens.*
81 *Legem naturalem, & diuinam de non infamando, vel non scandalizando nemo potest tollere, nec Princeps vllus sine iusta causa minuere, vel limitare.*
81 *Criminis occulti dissimulatio vtilior, quàm punitio sine querela.*
81 *Legi naturali, & diuinæ vtrumque ius æquè subiicitur.*
82 *Accusator fictus est infamia, euidentia, &c.*
82 *Intimatio clamorosa, & infamia res diuersæ sunt.*
82 *Infamia, vel suspicio quanta esse quoad hoc debeat, Iudex arbitratur.*
82 *Appellari potest à Iudice male arbitrante aliquid esse infamiam.*
83 *Carceri non facile mancipatos esse omnes, præsertim honoratos.*
83 *Appellatur cur, à mandato de capiendo, etiam post Concil. Trident.*
84 *Lex naturalis immutabilis, limitari tamen potest ex iusta causa, num. 89.*
84 *Inquiri non potest sine infamia de crimine læsæ maiestatis ante extrauag. ad reprimendum.*
85 *Inquisitio quæ sit super electo, postulato vel præsentato ad ordines, vel beneficium, non est exceptio regulæ de non condemnando sine accusatore, nec generalis inquisitio, nec vlla inquisitio, quæ fit ad vilitatem priuatã, & miserabilium personarum, vel piorum operum, nec vlla inquisitio facta ex officio.*
86 *Inquisitio ob quam delicti confessionem fieri possit.*
86 *Confessio delicti iniustè torti non sufficit ad inquirendum, licèt incidentur facta sufficiat.*
86 *Crimen causam principalem contingens aliter quàm non contingens puniri potest.*
87 *Inquiri potest specialiter super crimine occulto per generalem inquisitionem detecto, nisi inquirens sic protestetur. num. 88.*
87 *Inquirenti generaliter, occulta non debent reuelari, sed reuelata castigantur.*
87 *Inquisitionem malè captam confessio inquisiti facit validam.*
88 *Inquisitio specialis criminis occulti non permittitur ob solam eius atrocitatem, nec requirit partium præiudicium.*
88 *Inquisitio criminalis fit de crimine manifesto criminosi occulti, sed generalis de ipso criminoso.*
89 *Inquirendi nouum casum potest inducere Monarcha iusta de causa, & non sine illa.*
90 *Inquisitionis commissio etiam à Principe simpliciter facta nõ tollit necessitatem infamiæ, vel alicuius ei æquipollentis.*
90 *Rescriptum in dubio ita interpretandum, vt consonet iuri communi, etiam transferendo clausulas.*
90 *Principe inferior non potest etiam cum causa limitare legem naturalem.*
90 *Principi committenti inquisitionem, & asserenti sibi constare de infamia, an sit credendum.*
90 *Inquisitionis commissio, an motu proprio, an aliter fiat, nil quoad hoc referre.*
91 *Inquisituru specialiter priusquam procedat de infamia, vel alio ei æquipollenti, debet se informare, alioquin peccat mortiferè coram Deo, licèt processus ob socordiam inquisiti nil opponentis valeat in foro externo.*
91 *Inquiri non potest etiam contra Regulares sine infamia, vel alio ei æquipollenti.*
91 *Crimine in omni atroci non potest sine infamia inquiri.*
91 *Inquirere non potest Iudex eo solo, quòd præsumatur calumniari.*
91 *Infamia orta post capturam non sufficit, licèt antea nata non amittat vim probandi.*

77 VIgesimum principale, quòd non solùm illud iudicium dicitur iniustum, quod est iniquum, siue contra iustitiam & æquitatem, sed etiam quod est inordinatum siue contra iuris ordinẽ datum. Tum quia vtrumq; contra leges fertur, [a] Tum, quia frequentiùs incurritur nullitas iudicij ob omissam formam, vel solennitatem iuris, quàm ob omissam, vel violatam æquitatem, vel iustitiam partibus conuenientem, per notar. in cap. 1. & l. 1. [b] adiuncta l. *prolatam*. Tum quia licèt frequentior sententia sit eorum, qui putant ritè factum à rectè facto eo differre, quòd hoc ad ius & iustitiam referatur, illud verò ad solennitatem, iustè tamen vel bene factum vtrumque includit, secundum eosdem, vt colligitur per tradita à Iasone & citatis ab illo. [d] Tum denique, quòd verior videtur resolutio eruditissimi Alciati probantis, [e] auctoritate doctissimorum Latinorum, differentiam præfatam non esse veram & nimia subtilitate laborare: & consequenter non ritè facta esse non rectè facta, & è contrario.

Ex quibus infertur, esse verum id, quod 48. loco inferebam ex conclus. cap. *inter verba*. [f] nempe mortifere peccare iudices peccatum detractionis, siue infamationis, qui inordinatè sine præuia infamia, vel alio ei æquipollenti inquirunt specialiter contra aliquem. Tum quia per prædicta iniustè faciunt, & omnis iniustitia est peccatũ mortiferum, secundum S. Thomam receptum. [g] Tum quia qui reuelat, vel est causa, vel occasio propinqua reuelãdi peccatum secretum alterius contra iuris ordinem, est detractor, & transgressor octaui præcepti Decalogi, vt cõclus. 6. extracta ex d. cap. *inter verba*. habet, & aliis multis ibi comprobatur, & summatim dixi in [h] Manual. nostro Confess. & præfati Iudices id faciunt.

78 Tum, quia præceptum illud octauum Decalogi omnes etiam summates ligat: quia est lex diuina, quam etiam Papa tenetur vsque ad sanguinem defendere. [i] Tum, quia nec indicia, saltem extraiudicialia sufficiunt ad illud, sicut supra dictum est, [k] vt irrefragabiliter probat cap. *inquisitionis*. [l] quatenus habet, nõ sufficere ad id etiam dictum vnius nec duorum, nec trium testium extraiudicialiter apud Prælatum de crimine testantium, licèt aliquot nostrorum, & Sotus, [m] & Caietanus, [n] contra senserint. Partim eo quòd fragiliter intulerunt illud ex dictis S. Thomæ. [o] quia ille solùm dixit, ad interrogandum reum sufficere infamiam, vel indicia: & cùm longè aliud sit, interrogare inquisitum, vel accusatum, aliud per inquisitionem procedere, parùm caurè hoc ex eo intulerũt: quia à separatis non fit illatio, [p] quia item S. Thomas, si satis perpendatur de indiciis iudicialiter probatis, & parti intimatis loquitur. Partim quòd ipsemet ibidem tenent, quòd duo testes de visu ad id non sufficiunt, cùm tamen constet eos plus probare, quàm indicia. Partim quòd ipsemet Sotus dixit ibidem semiplenam probationem sufficere quidem ad interrogandum, & cogendum reum ad dicendum veritatem, non tamen ad inquirendum. Dixi, *saltem extraiudicialia*, nam indicia iudicialiter probata sufficere possent: quia æquipollerent infamiæ per infra dicenda, [q] in quibus fortè posset saluari Caietanus, sed difficiliùs Sotus, qui negat semiplenam probationem in id sufficere.

79 Vigesimum primum principale, quòd quia multi mea sententia in theoria, & praxi peccant grauiter circa hanc inquisitionis materiam in vtroque foro, subiicio pauca ex multis, quæ scripsi in d. comment. cap. *inter verba*, sermone Hispano compositò. [r]

Primum quidem, quòd quatuor sunt opiniones super illa quæstione, an, & quando liceat per inquisitionem procedere in criminalibus? Prima glossarum, c. *de manifesta*, [s] & l. *tutor*. [t] & l. *rescripto*, [v] quę aiunt, regulariter non licere. Secunda est Bartholi, [x] qui ait regulariter permitti. Tertia, quòd est permissa iure canonico, & prohibita iure ciuili, quæ est Baldi, [y] vt colligitur ex Decio, [z] & Aretino, [a] & multò altius in cap. *qualiter*. [b] & eruditus Alciatus. [c] Quarta, quòd nulla est inter vtrumque ius in hoc differentia, quam tenet Salicetus, [d] quem sequitur Aretinus. [e]

79 Et hæc coniuncta primæ est omnino tenenda, ita vt dicamus, quod inquisitio regulariter est prohibita vtroque iure, & quibus casibus licet iure Pontificio, licet & Cæsareo, & è contrario. Tum quia licèt parum aut nihil referat effectu tenere opinionem glossarum, vel Bartholi, vel communem, eo quòd secundum omnes in eisdem casibus, & non pluribus, vel paucioribus est licita, vel prohibita inquisitio, cogunt tamen recedere ab illa ratio-

nes dubi

a *Ca. cum dilecta. de rescript. c. prudentiam, de offic. deleg.*

a *De re iudic. b ff. de appell. c Co. de sent. & l. 1. & 2. Cod. quando prouoc. non est necess. d In l. iuste. ff. de acq. poss. & in l. lecta. ff. si cert. per. e In l. hæc verba in stipulatione. ff. de verb. sign. fac. quæst. 3. n. 579.*

g *2. 2. q. 59. a. 4.*

h *Cap. 18.*

i *Ca. sunt qui dam. 25. qu. 1.*

k *Num. 56.*

l *De accusat.*

m *De ration. regen. memb. 2. qu. 6. vers. at vero. & clarius paulo post in vers. tertiũ dubium. n 2. 2. qu. 60. art. 4.*

o *In en. 2. 2. q. 69. art. 2.*

p *Le. Papinianus. ff. de minor.*

q *Num. 96.*

r *Præsertim à coroll. 62. conclus. 6.*

s *2. q. 1. c. 1. vt Eccles. benef. Instit. de pub. iud. in princ.*

t *§. præterea. ff. de suspect. tut.*

v *§. si quis. ff. de muner. & honor.*

x *In l. si maritus. § si ante. num. 2. ff. de adult.*

y *In c. 1. de offic. ord. communit. recep.*

z *Hic, nu. 7.*

a *In c. cum oporteat.*

b *2. nu. 52. & seq. de accusat.*

c *In d. c. 1. de offic. ord.*

d *In dict. l. ea quidem. C. de accusat.*

e *In d. c. qualiter. nu. 07.*

a *In d. c. inter verba.*

b *De offi. Præsid.*
c *Et de off. ordin.*
d *In l. 4. § hoc autem. ff. de damn. infec.*
e *Le. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. c. vt fame. de sent. excom.*
f *2. 2. q. 67. a. 3.*
g *In 5. Ethic.*
h *Actuum 25.*
i *In l. respõ. ad ad 3.*
k *Dic. conclu. 6.*
l *Cap. 18.*
m *De ratione tegendi mẽb. 1. quæst. 2.*
n *Cle. ne Romani. de elec.*
o *Ca. 18. Matthæi. cap. 2. de non. ope. nitc.*
p *2. 2. qu. 43. art. 1. & 2.*
q *2. quæst. 4. 2. 2. q. 73. a. 2.*
s *Cap. 41. Eccles. & Prou. & cap. 22.*
t *In 4. Ethic.*
v *Concl. 6. coroll. 50.*

nes dubitandi, & decidendi, cur possit, vel non possit inquiri super criminibus, quas demiror à nemine vsque ad nos, [a] satis fuisse consideratas: ratio enim mouens, quòd in omnibus criminibus etiam occultis possit procedi per inquisitionem, est illa vallidissima, quòd Iudex potest ex officio procedere, siue inquirere in omnibus, quæ respiciunt vtilitatem publicam, secundum omnes, arg. l. *conguit*, [b] & cap. 1. [c] & tradit Bartholus ab omnibus receptus. [d]

80 At criminum punitio principaliter pertinet ad vtilitatem publicam. [e] Ergo, &c. Ratio autem cur in nullis criminibus occultis inquiri possit, est illa, qua glossæ præfatę nituntur, scilicet, quòd nemo sine accusatore est damnandus, cuius rationẽ assignat S. Thomas, [f] in hæc verba, *Iudex est interpres iustitiæ: vnde sicut Philosophus dicit*, [g] *homines ad Iudicem confugiunt, sicut ad quamdam iustitiam animatam: iustitia autem sicut supra dictum est, non est ad seipsam, sed ad alterum, & ideò oportet, quòd Iudex inter aliquos duos diuidcet, quod quidem fit, cùm vnus est actor, & alius est reus: & ideò Iudex de ista diffamatione debet inquirere à vicinis, & aliis inquirentibus, non potest aliquem iudicio condemnare Iudex, nisi habeat accusatorem, secundum illud.* [h] *Non est consuetudo Romanis damnare aliquem hominem, priusquam is, qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obiiciuntur.* hæc ille, qui [i] sentit, quòd lege naturali vetatur, ne qui sine accusatore vero vel ficto, qui est notorietas, infamia, vel aliud ei æquipollens, dãnetur.

81 Ratio autem huius rationis est triplex. Prima illa neuo sissima, quòd lege Dei naturali, & diuina præcepti octaui Decalogi præcipitur, ne quis inordinatè detrahat, siue infamet, vel sit causa propinqua ita detrahendi, vel infamandi proximum, vt in [k] d. cap. *inter verba*, latè tradidimus, & breuiter in [l] Manual. nostri Confess. repetiimus, & multa ratione probat Sotus. [m] Et cùm nullus inferior possit legem superioris tollere, vel minuere, [n] & consequenter nullus Iudex etiam Monarcha possit legem præfatam Dei de non infamando tollere, nec saltem sine iusta causa minuere: cúmque qui inquirit super occulto crimine, infamet, vel det causam infamandi, consequitur nullum hominem posse inquirere, nec saltem sine iusta causa dare facultatem inquirendi super illis.

Secundo, quòd etiam lege Dei scandalizatio prohibetur, [o] & tradit S. Thomas. [p] At publicatio peccati occulti est scandalizatio, arg. capit. *presbyter si à plebe*, & cap. *si mala*, [q] quatenus probant famam peccati scandalizare, & tradit Caiet. [r] Ergo publicatio peccati occulti lege Dei prohibetur. Ergo nullus Deo subiectus potest illam tollere, vel eam saltem sine iusta causa minuere.

Tertiò, quòd licèt regulariter vtilis sit Reipublicæ criminum punitio, fallit tamen, quando sunt occulta, & non est accusator verus vel fictus: túc enim vtilior est Reipub. quieta conseruatio famæ, & honoris suorum subditorum, quàm punitio, qua turbatur Respublica, & illi priuantur bonis suis maximis, quæ sunt fama & honor, iuxta Sapientem, [s] & Philosophum. [t] Dixi, *quando non est accusator verus vel fictus*: quia cum est talis oportet reddere ius verè vel fictè accusanti, vel querelanti, alioqui turbaretur Respublica, quæ est ratio verè germana, cur cum accusatore, notorietate, infamia, vel re illi æquipollenti instante, possit procedi & inquiri sine violatione legis naturalis, & diuinæ, est & solutio argumenti pro cõtraria parte adducti. Per quas rationes palam cõcluditur opinio præfata glossarum, scilicet, quòd regulariter prohibetur inquisitio in criminibus occultis, & quarta opinio, quòd nulla est in hoc differentia inter vtrumque ius, cum vtrumque æquè subiiciatur legi naturali, & diuinæ, cui lex præfata de non inquirendo in occultis nititur, sicut & illa. *Nemo sine accusatore damnetur*, quæ ponitur in legibus & capitulis, quorum sunt præfatæ glossæ.

82 Ex quibus infertur primò, præfatam legem de non damnando sine accusatore vero vel ficto, siue de non inquirendo sine infamia, vel alio ei æquipollenti, esse naturalem, & diuinã, quamuis, vt diximus in d. cap. *inter verba*. [v] Sotus vbi supra, his non perpensis contra tenuerit. Accusator autem fictus est infamia, & à fortiori euidentia, vel notorietas, rebellio item denũciati, qua denunciãtem secretò, & amãter corripientem non vult audire, iuxta cap. *si peccauerit*. [a] & cap. *nouit*. [b] secundum mẽtem S. Thomæ, [c] quibus quoad hoc æquipollent intimatio frequens, & suspicio populi, vel vniuersitatis, quam pro varietate circumstantiarum, variè arbitratus fuerit bonus Iudex, secundum mentem Innocentij, [d] de accusat. communiter recepti, quem non relatum pulchrè declarat Salicetus, [e] ibi, *Diffamatio nõ semper debet esse vniformis, quia quãdoque maior, quandoque minor: nam si periculum sit instans, sine multa diffamatione potest procedi.* vt d. ca. *qualiter*, & ibi notat Ioãnes Andreas, [f] Infinuatio autem clamorosa, & infamia non sunt idem, cùm ponantur pro diuersis in d. cap. *qualiter & quando*. ibi, *Per clamorem & famam*. & in d. cap. *licet Ileli*. ibi. *Per publicam famam, aut intimationem frequentem*. quod ea ratione Alciatus probauit, [h] quòd insinuatio est expositio criminis Iudici facta, iuxta Archidiaconum, [i] licèt contra, quòd idem sint putet Sotus, [k] & ante illum Panormitanus & Anannias, [l] quod vtiliter declarans Salicetus, [m] sic dicit, *Hic aduertendum quòd clamor iste esse debeat de diffamatione. Et ideò Iudex de ista diffamatione debet inquirere à vicinis, & aliis scire debentibus, & diffamatione reperta debet inquisitionem formare, vt extra de accus. cap. inquisitionis.* hæc ille. Cui addo, posse à Iudice malè arbitrante aliquem rumorem esse infamiam, vel æquipollere infamiæ, ad inquirendum iustè appellari. Tum, quia potest famã bonam contrariam probare, & eam quæ ei obiicitur esse à malenolis ortam, vel alia ratione non satis qualificatam, iuxta glossã receptã, [n] Tũ quia à relictis arbitrio Iudicis iustè si malè arbitretur, appellari potest, iuxta glossam à plerisque omnibus receptam, [o] & à multis putatam singularẽ, licèt habeat similem.

Secundo, ex præfatis rationibus decidendi infertur, quanta circumspectione debent vti Iudices etiam supremi in inquirendo, vel mandando inquiri, ne faciant, quo propter propria peccata castigentur, dum aliena castigare nimis anhelant, quandoquidem non lege humana tantũ, sed naturali, & diuina contenta in octauo præcepto Decalogi vetatur, ne quis proximũ infamet, vel sit causa propinqua infamandi. Qua eadem ratione debent abstinere à conniciendo in carcerem, præsertim viros honoratos, & de fuga non suspectos, donec iustam informationem de crimine habeant, quamuis illã eo nescientes suscipere possint, & mandatum de vocando personaliter, vel etiam de capiendo dare, iuxta doctrinam Salic. [p] & latè tradita per Hippolytum, [q] & alibi sæpe, dummodo id eo proposito actuali, vel virtuali faciãt, vt appellationem iusta de causa interpositam admittant, si eam iussus capit, vel iam captus interponat, vt Baldus determinat, [r] quia grauamen illatũ per illam interlocutoriam de capiendo, non potest satis reparari per definitiuam, quo casu etiam iure Cæsareo appellatur, [s] & etiã iure nouo Concilij Tridẽtini, licèt derogauerit antiquis Canonibus permittẽtibus appellare, & in criminalibus ab aliis interlocutoriis, quorũ grauamen per sententiam definitiuam, vel per finẽ causæ reparari potest.

Vigesimum secundum principale, quòd contra præfatas rationes, & illata ex eis præsertim, quòd lex de non dãnando sine accusatore vero vel ficto, quo quarta opinio nititur, est naturalis, facit neuosè primo, quod tot casus excipiuntur ab ea, in quibus licet inquirere, vt Bartholus, [v] fecerit regulã de illis, & casus in quibus non licet posuerit pro exceptionib⁹, vt supra dictũ est. quod nõ videtur posse contingere vlli legi naturali diuinæ, quę immutabilis est. [x]

Secundo, quod nulla lex naturalis, vel supernaturalis Dei, per homines potest tolli, nec limitari siue circa eã dispẽsari ea dispensatione vera, qua quispiã eximitur ab illa, sub qua aliàs includeretur, secundũ S. Thomam [y]. Ergo null⁹ casus potuit excipi ab ea, si esset naturalis diuina per Imperatores, neque per Papas, quãto min⁹ tot, quot videantur Bartholo, & sequacibus eius cõstituere regulã contrariã. Tertio, [z] sequeretur non potuisse * per Fredericũ Imperatorẽ fieri extrauag. *ad reprimendũ*. per quã nouè statuit, posse inquiri super crimine læsæ maiestatis, quæ vt dixit ibi Bartholus est ius adeo nouũ, quod ante illud etiã iure Canonico nõ poterat super eo sine infamia procedi. Quarto, quòd audiimus sæpe monarchas cõmittere causas inquisitionis nulla infamia præcedente, qui peccarent, si præfata lex esset naturalis & diuina, quod dicere videtur absurdum, & quoddam veluti sacrilegij crimen. [z]

* Per

a *Si peccauerit. a. quæst. 1.*
b *De iud.*
c *Vbi supra.*
d *In c. cum oporteat.*
e *In dict. l. ea quidẽ. col. 9.*
f *Ca. licèt Heli. extra de simon.*
g *De simon.*
h *In d. c. 1. de offi. ord. nu. 61.*
i *In cap. quia plerique. de offic. ord. lib. 6.*
k *Vbi supra memb. 2. q. 6.*
l *In d. c. qualiter. col. 2.*
m *Vbi supra.*
n *In d. c. qualiter & quãdo. 2.*
o *In ca. super iis. verb. arbitrio. de accusat.*
p *In l. nullus. C. de exhi. reis.*
q *In praxi crim. in § cõsilium.*
r *In l. si clericos. C. de epis. audien.*
s *Le. 2. Co. de appell non recip.*
t *Sess. 13. ca. 1. de reform.*
v *In d. l. rescripto.*
x *Cap. ius naturale. x. d. & § diuus prim. & § sed iura quidem natural. instit. de iur. nat. gent. & ciuil.*
y *In 3. sent. d. 37. q. 1. art. 4.*
z *Arg. cap. si quis suadente. § communit. 17. quæst. 4.*

* Per Fredericum imperatorem fieri extrauagantem. *Extrauagans hæc non habetur in corpore iuris canonici, sed in corpore iuris ciuilis: tribuiturque non Friderico imperatori, sed Henrico septimo, cuius nomen præ se fert.*

85 Ad horum primum respondeo, negando quòd inueniantur tot casus à præfatis legibus excepti, quot communiter putantur: ille enim, quem Panormitanus cum Alciato & communi ponit, [a] de inquisitione vitæ electi ad confirmandam, vel cassandam electionem eius, iuxta cap. *nihil*, [b] ineptè excipitur ab eadilla enim habet, vt nemo sine accusatore damnetur, & in hoc non agitur de damnatione electi, neque de castigando eo, sed solùm de non dando ei, quod non debetur, vel non auferêdo, quod debetur. Idipsum est dicêdum de illo casu excepto à Speculatore, quo inquiritur de postulatione ad aliquam Ecclesiam, an sit admittenda? vel de præsentato ad aliquem ordinem, an sit ordinandus? & eadem ratione de præsentato ad aliquod beneficium, an sit instituendus: non enim agitur in illis casibus de damnandis, vel castigandis criminibus. Casus item in quo proceditur ad generaliter inquirendum, iuxta l. *congruit*, [c] & cap. 1. [d] ineptè excipitur à præfata regula: quia per generalem inquisitionem nemo damnatur, nec fit ad damnandum, vel ad decidendum, sed solùm ad inueniendum, & præparandum, adeò quòd per testes acceptos in illa nemo potest damnari etiam postea in speciali inquisitione, nisi repetantur, secundum plerosque omnes, in quibus sunt Baldus, [e] & Aretinus, [f] imo is & alij præfati omnes casus potiùs continentur sub illa regula, quæ habet, *Posse Iudicem procedere ex officio in iis, quæ ad vtilitatem publicam pertinent.* Casus item alij excepti per Angelum Aretinum, [g] in quibus inquiritur ad priuatam vtilitatem, scilicet, suspicione tutoris, [h] & an sit talis tutor idoneus, [i] vel de executoribus publicis, an in tributis exigendis excedant, [k] & an vsuræ exigantur, [l] non sunt veræ exceptiones præfatæ regulæ, *Ne quis sine accusatore vero, vel falso damnetur*, quia non agitur in illis criminaliter, nec de crimine ad damnandum principaliter, & ideò potiùs sunt fallentiæ alterius regulæ, *Ne Iudex ex officio ad vtilitatem priuatam procedat*, quæ ponitur in d.l.4. [m] Qua eadem ratione casus inquirendi in vtilitatem priuatam miserabilium personarum, & piorum operum, qui sunt permissi secundum Bartholum & Alexandrum, [n] quicquid Imolensis ibi dicat, non sunt casus excepti ab illa regula. *Ne quis damnetur sine accusatore*, de qua tractamus, sed ab illa altera, *Ne Iudex ex officio ad vtilitatem priuatam procedat*, quamuis teneri possit etiam in his satis procedi ad vtilitatem publicam, cùm pietas ad illam pertineat. Ille item casus, quem incaurè ponit Bartholus cum cõmuni, [o] pro casu excepto, videlicet, cum Iudex ex officio ad punendum procedit, non est talis. Tum, quia, vt rectè aduertit Socus, [p] non est ei locus, nisi cùm ob infamiam, vel notorietatem Iudex procedit, & ita non proceditur in eo, sine accusatore vero, vel ficto. Tum, quia alioqui omnia crimina tam occulta, quàm publica possent puniri per viam inquisitionis, quod est contra totum verumque ius, & omnes quatuor præfatas opiniones, quod miror neque à Bartholo, neque ab aliis vigilantissimis viris eum pro excepto ponentibus animaduersum. Eadem ratione non debet etiam dici casus excepti ille, in quo Iudex ex officio potest punire confitentem principaliter aliquod delictum, cuius aliàs non erat infamatus, vt communis colligit ex cap. 1. 9 quia confessio iudicialis inducit notorium iuris. [r]

86 Admoneo tamen id, quod pridem in d. repet. admonebã, quòd limitatio illa vtilis, & quotidiana Soti, [s] nẽpe quòd hoc non procedat in confessione facta coràm paucis, vel coram Prælato incogitanter, vel in aliqua epistola secreta, quam superior aperuit, sed tantùm in facta coram multis, primo non procedit in confessione iudiciali, quæ etiam coram paucis, puta solo Iudice & notario facta, inducit notorium iuris, vt dictum est, neque id quod in illa præsupponit, videlicet, confessionem extraiudicialem coram multis factam sufficere, est verum, nisi quando ex illa confessione insurrexit fama populi, victoriæ, vel collegij, sed tunc non inquiret Iudex tantùm ob cõfessionem, quantùm ob infamiam ex illa natã. Rectè autem limitari

a *In l. pen. ff. de quæst.*
b *In l. qui in aliena §. Cel sus. ff. de acquir. hæred.*
c *Cons. 24. in cip. visa inquisitione.*
d *In d. §. si publico. per l. quod euitandi. C. de condit. ob turp. caus. & l. pen. C. si aduer. libert.*
e *In d. §. si publico. & ca 2. de confess. & in capite 2. de ordi. cogn. & alibi.*
f *C. si aduers. libert.*
g *In cap. 2. de confess. c. 2. de ordin. cogn. & in ca. 1 de except. in ca. per inquisitionem. de elect. d. §. si publico.*
h *De confess.*
i *In princip. iunct. §. fame. de cons. lib. 6. l. 4. §. 1. ff. ad leg. Iul. pecul. & l. iustissimos. C. de of. Præfec. prætorio.*
k *Vbi supra.*
l *In l. si vacatio C. de bon. vacan. li. 10.*
m *In d. l. 2. §. si publico. ff. de adult.*
n *Arg. d. c. 2. sub fi. de ord. cogn.*
o *Le. cõgruit. ff. de offi. præfid. c. 1. de offi. ord.*
p *Cap. quoniam. & q. ando. 1. de accusat.*
q *Vbi supra. memb. 3. q. 1. pag. 8.*
r *De accusat. lib. 6.*
s *Titul. de inquisitione. §. quando.*
t *In d. extrauag. ad reprimendum.*
v *3. par tit. 9. cap. 7.*
x *Leg. nullus. C. de testib.*
y *Capit. 1. de calumniat.*
z *Leg. 1. ff. ad Turpil. & ca. 1. de calumniat. l. fin. C. de abolit.*
a *Vbi supra memb. 3. q. 1.*

nihil in id adducto non esse atrocitatem eorum, vt Iuristæ putarunt, sed quia sunt partibus perniciosa. Qua in re bis videtur peccare. Primo, quòd putat Iuristas eam rationem excipiendi reddere, quod non faciunt: quia aut tacent, vt Speculator, aut dicunt excipi, eo quòd multum offendunt Iudicem, coram quo fiunt, & non eo quòd sint in se atrocia, quod palam colligitur ex eo, quòd ipsemet Bartholus, [a] pro diuerso casu ponit crimen læsæ maiestatis, asserens ante illam extrauagantẽ non potuisse inquiri de illo specialiter, etiam iure Canonico, & constat illud esse atrocissimum.

Nec obstat l. 3. [b] quæ non habet inquiri posse in illo crimine, sed torqueri posse pro illo præhabita semiplena probatione. Non obstat l. *si quis in hoc genus*, [c] quatenus habet, posse inquiri contra iniurios erga Clericos diuina officia celebrantes: quia tum demum id fieri potest, quando notorietas, vel infamia interuenit, vt intelligit Angelus Perusinus, [d] quem sequitur alter Angelus. [e] Secũdò peccat, eo quòd limitat ad crimina partib[9] prætudicialia, cùm tamen idem sit de non præiudicialibus illis: quale est iuramentum falsum pro saluando reo inquisito, quod prodest illi, & non nocet alteri parti, cùm eam non habeat, ob quam tamen potest à Iudice castigari per inquisitionem.

Eadem ratione malè excipitur casus ille, in quo Iudex procedit contra consortes detectos indicialiter à reo, & ille, in quo inquiritur de crimine notorio vel famoso delinquentis occulti, in quo inquiri potest primum specialiter de illo, an sit perpetratum. Deinde generaliter à quo sit perpetratum, secundum Innocentium, [f] in theoria, & praxi receptum, quia in eo non proceditur sine accusatore vero, vel ficto, puta notorietate iudiciali, vel extraiudiciali.

Non obstat, quòd Caietanus, [g] & Sotus, [h] simpliciter dicant, quòd super crimine notorio, cuius auctor est occultus, non potest inquiri cõtra illum: quia verum est specialiter, sed falsum generaliter, nam, vt dixit Innocentius, vbi supra, potest specialiter inquiri de crimine notorio, quod dicitur factum, an sit factum: contra auctorem verò occultum non, interrogando specialiter, an Ioannes, vel Petrus illud perpetrauerunt, sed sic interrogando generaliter, si scit, quis illud fecerit, per quod omnes pridem conciliaui in d. commen. capit. *inter verba*. [i]

89 Per quæ omnia confirmatur responsio ad primum argumentum, videlicet qua negaui esse tot casus exceptos ab illa lege, quot communiter putantur. Ad secundum autem respondetur, concedendo quidem legem superioris non posse tolli per inferiorem, nec consequenter legem naturalem, vel diuinam per vllum hominẽ, negando tamen, quòd non possit iusta de causa limitari eo modo, quo omnes docent, [k] posse Principem ex iusta causa priuare subditum dominio rei suæ contra voluntatem eius, licèt id vetetur præcepto septimo Decalogi, & statuere nouum casum, in quo quis iustè possit occidi, licèt id quinto præcepto eiusdem Decalogi prohibeatur, & consequenter, ex iusta causa possunt Papa, vel Imperator inducere nouos casus, in quibus inquiri possit specialiter sine accusatore vero, vel ficto.

Ex quibus infertur primò responsio ad tertium, & quartum, quam gratia breuitatis non explico.

Secundo infertur, licere Monarchis iusta de causa inducere lege sua, vel commissione, casum nouum, in quo inquiratur specialiter contra aliquem sine infamia, vel alio ei æquipollenti, vt Imperator Fredericus in prædicta extrauaganti *ad reprimendum*, ob causas in ea expressas induxit casum criminis læsæ maiestatis: non autem eis licere facere id sine iusta causa, imo peccare illos mortiferè, non solùm priuatim detegendo peccata subditorum occulta, & infamando eos, vt & cæteri peccant, sed etiam statuendo, & committendo sine iusta causa, vt sine infamia circa ea procedatur, eo quòd transgrediuntur legem sui superioris, cui tenentur obedire, sicut nos peccamus non obediendo ipsis, [l] quicquid Doctores de placebo Domino eis blandiantur.

Tertio infertur, quòd commissarius simpliciter deputatus à Principe supremo ad inquirendum, tenetur priùs cognoscere de infamia, licèt contra dicat Baldus, [m] Tum, quia rescriptum in dubio debet interpretari, vt conformet iuri communi, iuxta glossam celebrem, [a] etiam per translationem clausularum, [b] præsertim cùm continet ius naturale, vel diuinum, quale est, de quo hic agimus, quod non potest rescribens sine causa limitare. Tum, quia Salicetus dixit, [c] & ante illum, Baldus quẽ ille non citat, [d] quòd etiam stante statuto, vt super quolibet crimine liceret inquirere, non tamen licet, nisi præcedente infamia, & id seruat consuetudo vbique terrarum recepta secundum Ioannem Fabricium, [e] & merito: quia inferior Principe statutorum auctor non potest limitare legẽ naturæ, etiam cũ causa, per illa multa, quæ tradit in hoc Felinus, [f] & quòd statutum debet interpretari secundum ius commune, quoad fieri potest, & licèt, vt dictum est, Princeps supremus id possit. Tum, quia dicto Baldi respondet Alexander [h] probatus à Decio, [i] debere limitari, vt tantum procedat, quando exprimitur in commissione, constare Principi de fama, se quòd nec illa expressio sufficiat verùs videtur nobis, quoniam, vt diximus in Commentario c. *non liceat*, [k] illa videtur longè verior sententia, quam tẽtauit Felinus, [l] & firmauit Decius, [m] & nos confirmamus, [n] per illum textum in id singularem, & nouè inductum, quòd Principi asserenti iusta de causa facere, aliquid, quando ea requiritur vt illud iustè possit facere, non creditur, nisi aliundè appareat per præfatum cap. *non liceat* & l. *si fortè*. & doctrinam Bartholi ibidem. [o] & alia, quæ præfati, & nos addimus vbi supra.

Nec obstat, quòd etiam Innocentius idem sentiat, quod Alexander, pibi, *Si non fiat mentio in literis de aliquo denunciando, sed tantùm dictum sit, Ad audientiam nostram peruenit. tunc poterit procedere sine aliqua inquisitione famæ.* quia nec ipsi, nec alij animaduerterunt in proposito agi de limitanda lege naturali, & ideò necessariam esse iustam causam ad committendum inquisitionem sine infamia. Tum, quòd glossa à multis putata singularis, [q] affirmat hanc partem, quando commissio manauit ad instantiam alterius: sed nullam rationem iustam reddit, nec reddere potest ipsa, neque qui eam laudant, Felinus, [r] & Hippol. [s] & alij alibi, cur non debeat idem dici in commissione facta motu proprio, cùm nullo iure, nec vlla ratione probetur, quòd clausula motus proprij suppleat causam iustam ad faciendum actum necessariam, præsertim iure naturali, vt in nostra quæstione, & illa quam Innocentius vbi supra, & quam etiam præfata glossa reddit, non facta mentione de illo, palam est inepta, nec probatur in capitulis, quæ ad eam citant. quod breuitatis gratia non demonstro latius. Tum, quòd nemo auderet dicere, alienationem rei ecclesiasticæ factam per commissionem motu proprio datam valere, nisi de causa alienandi appareret, contra præfatum cap. *non liceat*. & per nos ei addita. Quare magnanimi, magnique Christiani Commissarij esset supplicare in tali casu, antequam inciperet inquirere, Monarchæ committenti, vt dignaretur mittere sibi quam haberet de infamia informationem, vt eius copiam reo faceret, quòd eam si iustè posset, elideret vti falsam, vel ex maleuolis ortam: & cui si non dignaretur mittere, quam humillimè rescriberet, nõ audere se suam, suique Domini animam periculo peccandi mortaliter legem Dei frangendo, subiicere.

91 Quarto infertur, quòd inquisiturus specialiter virtute infamiæ, vel alicuius ei æquipollentis, debet imprimis super ipsa informationem suscipere, quod tenuit Augustinus contra Angelum, [t] probatum ab Alciato, [v] sed meliùs reprobatum per Decium, [x] & ante illum ab Annania, [y] & Fulgosio, [z] & Felino, [a] pro quibus est casus in cap. 2. [b] si bene perpendatur, quatenus habet, valere processum contra præsentem, & hoc non opponentem, factum, præsupponendo tamen iudicem male facere. Quibus addo, quòd licèt consensus inquisiti, vel taciturnitas eius præsentis, & non opponentis, sufficiat ad valorem processus non tamen sufficit ad excusandum: quia licèt fur excusetur consensu domini; [c] infamans tamen non excusatur consensu infamati, qui etiam se infamando peccaret, [d] vt post D. Antoninũ, [e] & Caietanum, [f] tradimus in d.c. *inter verba*. & in 8 nostro Manual. Conf. [h] nec Iudici asserenti præcessisse infamiã, & eã sibi constitisse credendũ est, nisi ex processu id appareat, vt determinat Fulgos, [i] probat[v] à Dec. [k]

a *In d. extra. ad reprimendum.*
b *Cod. ad leg. Iul. maiest.*
c *C. de sacro. eccles.*
d *In d. l. si vacantia.*
e *In d. lib. de malef. col. 4.*
f *In c. bona. l. 1. de elect.*
g *2. 2. qu. 69. art. 2.*
h *Vbi supra memb. 2. q. 6.*
i *Conclus. 6. coroll. 50.*
k *In c. quæ in ecclesiarum. de constit.*
l *Cap. 2. de maior. in l. nullus. C. ad leg. Iul. maiest.*
a *In ca parauis. 22. qu. 2.*
b *Ca. causam quæ de referi.*
c *In d. leg. ea quidem. ff.*
d *In leg. 4. §. hoc autem in dicium. ff. de damn. infec. & in c. ad nostram. Vbi Innocen. de iureiur.*
e *In d. l. ea quidem.*
f *In d. c. quæ in Ecclesiarum. de constit. n. 32.*
g *Leg. si serui. C. de noxal. c. ci. dilectus. de coniectud.*
h *In consil. 179. In causa Anglorum. li. x.*
i *Consil. 170.*
k *2. q. 2. §. 2. num. 5.*
l *In d. c. quæ in ecclesiarum. num. 66.*
m *Ibid n. 27.*
n *In d. nu. 8. Off. de cast. per.*
p *In c. cum oporteat. de accusat.*
q *In cap. 2. de accusa. lib. 6. verbo fuerat.*
r *In c. iudicis officium. column. 3. de offi ord. & cap. 1. col. 4. de rescrip.*
s *Singul. 14.*
t *In l. de malef. co. 18. ver. in autem.*
v *In d. c. 1. de offi. ordin.*
x *In d. conf. 170.*
y *Cons. 59. visa inquisitione.*
z *Cons. 150. in causa citationis.*
a *In d. c. quæ. liter. colli. 3.*
b *De accusa. lib. 6.*
c *Leg. inter omnes §. rebus. ff. de furt.*
d *Arg. ca. non sunt audiendi. 11. quæst. 3 e 3. par. tit. 8. c. 4. & 10.*
f *2. 2. q. 73. a. 2.*
g *Cap. 12.*
h *Num. 18.*
i *In cons. 107.*
k *In d. consil. 170 in fi. & per eo.*

a *In c. cum oporteat. de accusat.*
b *In c. 1. de offi. ordin.*
c *In d. c. 1. de offi. ordin.*
d *In d. c. 1. de offi. ordin.*
e *In d. c. 1. de offi. ordin.*
f *In d. c. 1. de offi. ordin.*
g *In d. c. 1. de offi. ordin.*
h *In d. c. 1. de offi. ordin.*
i *In d. c. 1. de offi. ordin.*
k *In d. c. 1. de offi. ordin.*
l *In d. c. 1. de offi. ordin.*
m *In d. c. 1. de offi. ordin.*
n *In d. c. 1. de offi. ordin.*
o *In d. c. 1. de offi. ordin.*
p *Vbi supra.*
q *De accusa. lib. 6.*
r *Cap. fin. de comp. ord. ea. vestra. & ca. fin. de cohab. clo. & mulie.*
s *De vsu. legẽdi, mem. 2. q. 6. pag. 15.*

pro quo est textus irrefragabilis in cap. *quoniam contra*. de probat.

Quinto, quòd non est assentiendum Alciato vito aliorum eruditissimo, quatenus [a] dixit, posse contra regulares inquiri non præcedente infamia. Tum, quia eodem præcepto Decalogi octauo vetatur infamatio eorum, quo aliorum, imò magis: quia cæteris paribus eorum fama magis seruanda, vt colligitur ex vtroque Thoma, [b] relato à nobis in d. cap. *inter verba*, [c] Manual. Confes. [d] Tum, quia licèt Ioannes Andreas, [e] id dixerit, non tamen probauit: quia cap. *in singulis*, [f] quod in id citat, loquitur de generali inquisitione, de qua nemo dubitat non prærequirere infamiam, nos autem de inquisitione speciali agimus. Tum, quia licèt ordo procedendi contra regulares non seruetur adeò strictè, ac cõtra sæculares quoad alia, [g] quoad hoc tamen sic, vt clarè sentit S. Thomas, [h] & Caietanus & Sotus vbi supra, & Vmbertus, [i] & communis. Sed neque sequendus est idem Alciatus, qui paulò post dixit, posse in omnibus criminibus atrocibus absque infamia inquiri, quod ante ipsum dixerat Angelus, [k] efficaciter ab Aretino, [l] cõfutatus, sed neque quod postea, cum dubitatione tamen, tenuit, quòd toties posset Iudex inquirere sine infamia, quoties non præsumitur calumniosè id facere: tum, ob ea quæ dicit Salicetus, [m] & Aretinus. [n] Tum, quia ratio cur veratur Iudex inquirere, non est, quia præsumitur calumniari, vt Bartholus quem ipse citat ait, [o] sed quia, vt dictum est, iure naturali incluso in octauo præcepto Decalogi prohibetur.

Sexto, quòd infamia nata post rei capturam, non sufficit ad inquirendum, nec antea, si non habuit ortum à personis honestis, nec tunc sola ad torquendum, secundũ Petrũ de Ancharano, [p] non tamen amittit vim probandi eo solo, quòd fuerit causa inquirendi, & quamdam accusatoris personam gesserit, vt annotauit Aretinus, [q] contra Panormitanum, cum nec denunciator excludatur à testimonio, quamuis accusatoris vicem gerat, secundum Bartholum, [r] saltem quando non prosequitur causam, secundum Salicetum, [s] tametsi testes recepti super fama ante propositam inquisitionem non citata parte, citata ea, repeti debeant, vt ait Aretinus vbi supra.

SVMMARIVM.

92 *Inquiri potest ad impediẽda crimina sine accusatore, etiã ficto.*
92 *Legi naturali fortiori cedit minùs fortis, & consequenter legi de seruanda vita lex de seruanda fama.*
93 *Hæreseos in crimine inquiritur specialiter sine accusatore etiam ficto, non tamen sine aliqua suspicione.*
94 *Inquiri potest sine infamia, etiam in crimine læsæ maiestatis humanæ?*
95 *Denunciatio qualis ad inquirendum sufficiens.*
95 *Denuncianti, etiam officiali testimonii de infamia, non esse credendum.*
96 *Inquiritur quando ob suspicionẽ iuris habitam pro infamia.*
96 *Suspicio qualis potest à iudice haberi pro infamia ad inquirendum.*
96 *Indicia ob iudicialia qua ratione inquiri possit.*

92 VIgesimumtertium principale est, in quo quæritur, an sit vllus casus exceptus à præfata lege, de non damnando sine accusatore vero, vel ficto. Ad quam respondeo affirmatiuè.

Primus quidem casus est, in quo agitur ad impedienda, & euitanda mala futura, præsertim animarum, & tollendam occasionem illorum: in illo enim potest sine vllo accusatore etiã ficto infamiæ, vel ei æquipollentis procedi, secundum mentem Innocentij recepti, [t] quæ colligitur à contrario sensu ex illis suis verbis, *delicto contracto*. Pro quo facit, quòd clericus potest apprehendi à laico, ad obuiandum delicto futuro, secundum Panormitanum cõmuniter receptum, [v] & quod ad eundem finẽ admittitur correctio fraterna, secundum omnes, de qua Euangelista, [x] & cap. *si peccauerit*, [y] & fortius, quòd, vt diximus in cap. *facerdos*, [z] omnes etiam priuati tenemur aliorum mortem & pericula, si possumus, vitare, iuxta illud, [a] *Erue illos, qui ducuntur ad mortem*. translatum in cap. *non in inferenda*, [b] facit cap. *quanto*, [c] & §. 11. [d] facit & fortissimè, quòd lex illa naturalis de non infamando, contenta in d. præcepto octauo illo casu non habet locum: quoniam occurrit cum illa lege alia etiam naturalis, videlicet, *Eripe illos, qui ducuntur ad mortem*. quæ fortior est lege illa de non detegendo occulto. & per ea quæ latè tradidimus in cap. *sicut*. [a] cõstat, concurrentibus duabus naturæ legibus, contraria in aliquo casu dictantibus, standum esse illi quæ fortior est, fortiorem autem esse legem de seruanda alicuius spirituali vel temporali vita, quàm legem de seruanda fama, ex eo vel maximè constat, quòd sicut bona famæ bonis fortunæ præstant, ita bona famæ à bonis corporis excellẽtur, iuxta l. *in seruorum*. [b] coniunctis, quæ tradidit glossa in l. pen. & melius in l. *seruum*. [d] & in cap. *veniens*. [e]

93 Secundus casus est hæreseos, & Apostasiæ, in quibus sine accusatore vero vel ficto, etiam infamiæ specialiter potest inquiri. [f]

Aduertendum tamen primo, quòd non potest procedi, nisi aliqua suspicione præcedente, vt ex cap. *vt officium*. [g] satis clarè colligunt Ioannes Andreas, Dominicus & Franciscus ibi, & Aretinus, [h] quin & meo consilio, nemo, nisi timeatur fuga, ob solam suspicionem capietur, ob magnum famæ detrimentum. quod inde saltem de facto nascitur. quod etiã sanctę Inquisitionis officiũ seruat in Hispaniis.

Secundo, quòd §. Ille *adiicimus*. ea ratione probat posse inquiri specialiter contra aliquẽ non procedente infamia, quòd verbum *dissidentes*, in eo positum, secundum Ioannẽ Andream communiter receptum includit nõ solum dissidentes à fide, sed etiam à communi conuersatione honesta puta si sunt laici non professi, & portant habitum regularem, vel quia non visitant Ecclesias, non audiunt verbum Dei, vel non colunt diem Dominicam, forte colentes Sabbathum, vel clara luce non comedunt, vel abhorrent panis esum, in die dormiunt, vel nocte vigilant, vel vadunt nudi per totum corpus, vel partem corporis, puta in pedibus, vel similia.

Tertio, quòd ratio quare in crimine hæreseos possit cõtra aliquem specialiter inquiri sine accusatore, & infamia, videtur esse, quia recidit in primum casum præfatum de vitando, & impediendo peccata futura, eo quòd per contagionem: & infectionem illius perducuntur, & transeunt in alios: nam hæresis serpit vt Cancer, quippè quę pestifera est. [i]

94 Tertius casus est, criminis lęsæ maiestatis humanę, in quo secundum Bartholum, [k] ante illam etiam iure canonico non poterat procedi per inquisitionem, sine infamia, vel notorietate, sed potest eam sic. Contra quem sic argui potest, quòd aut præfata extrauagans agit de crimine læsę maiestatis occulto nondum perpetrato, sed ad perpetrandum parato, vel perpetrato, & continuato, vel cuius iteratio, vel renouatio iure timeri potest. & hic casus pertinet etiam ad primum, de obuiandis delictis futuris, in quem finem semper licuit inquirere, vt dictum est: aut de iam patrato, sed omnino sopito: ita quòd nullus timor est iterationis, vel renouationis, & hoc casu, vel nulla est notorietas, nec infamia, nec suspicio alicuius particularis criminis lęsę maiestatis humanę, & sic non potest habere locum inquisitio particularis, vt palam est: aut est suspicio de aliquo crimine particulari, & etiam de eius auctore, & hoc casu locus erat etiam ante illam, quia & super alio crimine licebat inquirere cum suspicione, quę à iudice pro sufficienti haberetur, vt dicetur infra, [l] aut est aliqua suspicio de crimine, & nulla de auctore, & hoc casu locus erat etiam ante illam inquisitioni speciali, super crimine, cuius facti suspicio erat habita pro sufficienti. Quoad auctorem autem omnino occultum nulli speciali videtur locus, etiam nunc. Ergo nihil noui videtur illa induxisse. Ad quod tamen responderi potest, præfatam extrauagantem, *ad deprimendum*, nihil noui induxisse quoad casum, in quo crimen erat perpetrandum, neque quoad perpetratum, casu quo nulla suspicio esset de crimine, nec auctore, neque quo esset aliqua suspicio populi, vel vniuersitatis, de vtroq; vel de altero, sed solùm quando interueniret aliqua suspicio iudicis, vel alicuius particularis, vel aliquorum particularium. Volo dicere, quod ante illam extrauagantem poterat inquiri specialiter de præfato crimine nondum patrato, quoad obuiandum eius perperrationi, quoad patratum verò non; esto quòd aliquis particularis, vel aliqui particulares

a *In d.c. 1. de offic. ordin.*
b *2.2.q.72.a.3.*
c *Concl.6. & in d.c.18.*
d *Num.43.*
e *In ca. olim. col. 2. de accusat.*
f *De stat. monach.*
g *Dist.c.quaeliter 2. sub fi.*
h *1.2.qu.33. ad 4. & 5.*
i *In reg. S Augustin.*
k *In d.l. si vacantia.*
l *In d.c.quaeliter 2.*
m *In dict.l.ea quidem. col. 8.*
n *In d.c.quaeliter num.10.*
o *In d.§. si publico.*
p *Cons.253.*
q *In d. capit. qualiter n.51*
r *In l. Diuus. num 14. ff de custod. reor.*
s *In d.leg. ea quidem q.12. C. de accusa.*
t *In cap.1. de postul. Prælat.*
v *In cap. at si clerici, inf. eo. & ne, vt fama. de sent. excõ.*
x *Matth. 18.*
y *2. quæst. 1.*
z *De pœn. d.6. num.24.*
a *Prouerb. 24.*
b *23. quæst. 3.*
c *De sent. excomm. d 82. dist.*
a *De consecr. dist.1.*
b *ff. de pœn.*
c *§. ad crimẽ. ff. de pub. iud.*
d *§. publicè. ff. de procurat.*
e *De accus.*
f *Cap. excommunicamus. §. adiicimus. de hæret l. a postatarum. C. de apostat. & l. nullus. C. ad leg. Iul. maiest.*
g *De hæret. lib. 6.*
h *In d.c. quaeliter. nu. 66.*
i *Cap. vt inquisitionis. de hæret li. 6.*
k *In d. extra. ad reprimendum. super verbo, inquisitionis.*
l *Num. 69.*

a *De accusat.*
b *In l. pen. C. de cap.*
c *De Crimi. lesæ maiestatis. num. 116.*
d *Num. 83.*
e *Infra eod.*
f *Num 81.*
g *Infra eod.*
h *C. de accusat.*
i *In l. ab accusatione. §. nunciatores. ff. ad Senatus. Turpil.*
k *In d. leg. ea quidem. col. 4.*
l *De ratione tegen. memb. 2. q. 5. in prin.*
m *Leg. nam quod absurdum. ff. de bõ. l. & ea. dudũ. de prab. lib. 6.*
n *In princ. & §. occisorum. ff. ad Syllan.*
o *C. de nauf. lib. 11.*
p *In dict. l. ea quidem. col. 9.*
q *In c. cum oporteat. de accusat.*
r *Vbi sup. col. 9.*
a *In l. fi. ff. de quæst.*
b *In verb. fama. col. 2.*
c *Le. Papinius. ff. de minor. c. ad audientiam. de decim.*
d *Num. 05.*
e *Num. 72.*
f *De consist.*
g *Ca indicet. 3. quæst. 7.*
h *De re iud. lib. 6.*
i *Ibidem.*

culares scirent, vel suspicarentur de tali crimine, & nunciaretur hoc iudici, per d. cap. *inquisitionis*, [a] & ei concordantia. post illam autem sic. Adde tamen, quòd non sufficit suspicio resultans ex eo solo, quòd sit factionis suspectæ, vel de genere suspectorum secundum Angelum, [b] quem sequitur Bosius. [c] Sed quia ex hoc sequitur, quòd potest Imperator facere facultatem alicui reuelandi peccatum secretum, & infamandi alium, vrgent argumenta supra [d] posita, ad probandum contrarium, quibus respondendum est, vt ibi.

95 Quartus casus ponitur communiter ille, in quo procedi tur per denunciationem, quæ tamen exceptio inepta videtur: quia, aut intelligitur de denunciatione Euangelica, de qua in cap. *nouit*. [e] & ineptè excipitur. Tum, quia rebellio illa, qua non audit Ecclesiam, est accusator fictus, vt ex S. Thoma supra [f] declarauimus: & ita non procederitur sine accusatore vero vel ficto. Tum, quia per illam non intenditur peccati punitio, sed peccatoris emendatio, aut intelligitur de denunciatione iudiciali priuata, & ineptè excipitur: quia, per illam non damnatur denunciatus pœna criminis: sed suum interesse denuncianti restituitur, aut intelligitur de canonica, & idem: quia per eam non intenditur punitio criminis: sed solùm illius cessatio per notata in d. cap. *nouit*. [g] Si autem intelligatur de denunciatione iudiciali publica, quam aliqui denunciam vocant, non est casus diuersus à casu procedendi propter infamiam, vel notorietatem: quæ sunt accusatores ficti: siue denunciatio fiat per officialem publicum, siue per quemuis alium: quia illa non debet fieri, neque admitti, nisi super notoriis, vel famosis, per d. l. *ea quidem*. [h] emendatam per Budæum, [i] vbi etiam idem probatur, & tenet glossa vtrobique recepta per Doctores, vt ait Salicetus, [k] quod etiam præfatus Sotus determinat, [l] & consequenter non proceditur sine accusatore vero, vel ficto. Addit tamen rectè idem Sotus, quòd iudex non debet credere nuncianti, etiamsi sit officialis, quòd crimen sit famosum, vel notorium: nisi aliter ei probauerit, & meritò: quia alioqui quilibet officialis etiam vilissimus, posset efficere, vt quis etiam innocentissimus, & honoratissimus in custodiam, & carcerem coniiceretur, & impunè grauissimè de facto infamaretur, quod est absurdum, & ideò cauendum. [m] Aduertendum tamen dici posse, quòd licet, cùm proceditur per denunciationem Euangelicam, aut iudicialem priuatam, aut Canonicam, non agatur ad punitionem delicti: si tamen per illas vias illud manifestum fiat iudici, poterit ille ex officio per viam inquisitionis procedere, orta, siue texta noua tela iudicij, & punire illud: quemadmodum posset, si id iudicialiter constaret ei per confessionem incidentet coram eo factam, vel per generalem inquisitionem, vt supra dictum est: sed tunc non procederet sine accusatore vero vel ficto, qui erit notorietas, vel infamia resultans ex illa probatione iudiciali.

96 Quintus casus est, quo inquiritur de morte domini contra seruos, iuxta l. 1. [n] & contra nautas nauis submersæ, iuxta l. *quoties*. [o] Sed nec hic satis cautè excipitur: quia in eo cum accusatore ficto nempe infamia, vel illi æquipollenti, scilicet suspicione legis per eam habita pro sufficienti, proceditur, nam licet nulla infamia hominũ particularis sit contra præfatos nautas, vel seruos: est tamen quædam legis suspicio, quæ habetur pro æquipollenti infamiæ, contra eos, vt pulchrè declarat Salicetus. [p] Eadem est ratio de casu, in quo sine integra infamia, à iudice tamen pro sufficienti habita, proceditur: vt aliquãdo procedi posse determinat Innocẽtius dilatatus per Antonium, Abbatem & maximè Aretinum, [q] secundum quos iudicis arbitrio relinquitur, quanta debeat esse illa, quod pulchrè explicat Salicetus. [r] Admoneo tamen, vt in d. comm. admonui, quòd famam non suppleat suspicio iudicis, vel alius particularis: sed suspicio populi, vel vniuersitatis, cuius opinio famosa desideratur: nec aliud sentiunt Innocentius & præfati, quamquam aliqui recentiores aliud incautè putarunt: volo dicere, quòd licet non requiratur fama integra populi, semper tamen requiritur suspicio populi probata: ita quòd non sufficiat suspicio iudicis, vel alius particularis, ad hoc, vt iudex etiam aliquando arbitretur illam suspicionem dignam, quæ suppleat famam.

Nec obstat, quòd Bartholus, [a] (quem Augustinus in fauorem Angeli vbi supra, [b] allegat) dixit, sufficere indicia ad torquendum: quia non sequitur ex hoc sufficere illa ad inquirendum: cùm longè aliud sit, & à diuersis non fiat illatio, [c] vel certè intelligi potest de indiciis iudicialibus, siue iudicialiter probatis, quæ quatenus pariunt quamdam iuris notorietatem, possent pro infamia, & ficto accusatore haberi, vt supra, [d] saluando Caietanum diximus.

SVMMARIVM.

97 *Henricus de Morendal auctori gratus, & commodus moritur.*
97 *Iudices multi nimium suo arbitrio vtuntur, præsertim in pœnis, & num. 98.*
99 *Iudex potest ex caussa iustè augere, vel leuare pœnam, sed non alias.*
99 *Caussa augendi, vel minuendi pœnam duplex, intrinseca, & extrinseca.*
99 *Misericordia altera iusta, altera iniusta.*
99 *Christi actio nostra instructio, sed non ad hoc.*
100 *Princeps cur nequit pro libito remittere pœnam, vt Deus ipse.*
101 *Iudices rogantium pro reis absoluendis stultos peccare.*
102 *Iudicare aliqua esse iusta ea ratione præcipua, quòd expediunt, multorum caussa malorum.*
102 *Iudicaturus iustè deliberet prius, an liceat, & deceat, quàm expediat.*
103 *Pax Christianissimo ob quæ peccata parui habita fortè negatur.*
103 *Iustitiam qui facit omnis honorandus: quia Deo acceptus.*
103 *Duces duo tantum orbi, cuius omnibus, & solis bonis præest alter, & malis alter.*
103 *Bellum ex vtraque parte pro iusto frequenter haberi.*
103 *Orari quid debeat in hostes.*

97 VIgesimoquarto loco illaturo mihi ex definitione præfata iusti iudicij, supra [e] posita, grauiter à multis iudicibus nostra ætate errari, suo sensui & arbitrio plus satis in criminum punitione indulgentibus, occurrunt lachrymæ, tranquillum turbatur otium, stupet ingenium, dura & insperata morte mei Henrici de Morendal Traiectensis, nobili de gente prognati, iuuenis, qui moribus, ambiguum maior, an ingenio, qui mihi à manibus, à pedibus, ab oculis, à studiis, à sacris precibus, & ab honesta iucundaq; consuetudine cum primis omnium, quos in octogesimum secundum ætatis meæ annum mihi iugis, vtilis, & dulcis amicus: cui & si rapto à Deo, ne sanctum eius malitia mutaret intellectum, & congratulari debeam, absentiam tamen eius, quem pro literalarum mearum hærede funus habeo, æquo animo vix ferrem, nisi me pietas, & obedientia, qua in Deum esse debeo, meritò cogeret meam sensilem, & rebellem voluntatem suæ iustissimæ subdere.

Hoc non fato, non fortuna cœca, sed diuina prouidentia in finem sibi notum disposito præpeditus, præfatam illationem non dilatabo, quantò conceperam: sed tantùm dicam primo, peccare multos iudices, dum plus satis suo sensui, & arbitrio indulgentes transgrediuntur illud c. 1. [f] *Nemo in actionibus, vel iudiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorum scilicet canonum auctoritate ducatur.* * & illud S. Ambrosij. [g] *Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & proposito domesticæ voluntatis: sed iuxta leges, & iura pronunciat: statutis iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati, nihil præparatum, & meditatum de domo defert, sed sicut audit, ita iudicat: & sicut se habet negotij natura, decernit, obsequitur legibus, non aduersatur, examinat causse merita, non mutat.* & reliqua, & contra c. 2. [h] quatenus habet, quòd iudex Ecclesiasticus, qui contra iustitiam, & conscientiam in grauamen alicuius partis per gratiam, vel per sordes, id est, pretium secundum Archidiaconum, [i] quicquam fecerit, incurrit suspensionem annalem, & irregularitatem: si ea durante se diuinis ingesserit, quam vereor multos incautè incurrere, quæ cõstitutio licet quoad has pœnas iudices sæculares non liget, ligat tamen quoad pœnã peccati mortiferi, & illati damni restitutionem, vt colligitur ex eius procœmio, quod lege naturali, & diuina omnes iudices etiã laicos ligante nititur.

* Et illud S.Ambrosij. *Hoc habet D.Ambrosius in Psal.118. ser.20.super vers.miserationes tuæ multæ Domine.*

98 Secundo, quòd iure quis miretur paucos collatione aliorum esse iudices etiam inferiores , etiam fœculares, qui pœnas ipsas à iure communi, vel particulari statutas sine augmento , vel diminutione criminosis imponant: alij quidem per ignorantiam,& imprudentiam, [a] alij per misericordiam,contra illud. [b] *Non miserebitur illius , &c,* relatum in ca. *est iniusta misericordia.* [c] alij per odium,& iram augent,contra cap, *illa.* & cap. *ira.* [d] alij autem prece, vel pretio, [e] alij ob inanem gloriam nimiæ clementiæ,vel seueritatis,contra illam philosophicam l. *respiciendum.* [f] ibi, *Respiciendum est iudicanti, ne quid aut durius , aut remissius constituat , quàm caussa deposcit : nec enim aut seueritatis , aut clementiæ gloria affectanda est:sed perpenso iudicio, prout quæque res expostulat,statuendum est.* hæc ibi, & omnes contra illam legem naturalem,diuinam, & humanam , qua iubentur inferiores seruare legem,& præcepta superiorum,& contra leges, quibus tenentur omnes inferiores imponere pœnam à iure statutam. [h]

99 Tertio,quòd non excusat eos dicere,quòd iudex potest pœnam augere,& diminuere , iuxta l. *quid ergo.* [i] & l. *aut facta.* [k] translatam in c, *aut facta.* [l] Non inquam hoc eos protegit:quoniam id procedit, quando subest iusta caussa id faciendi , & non aliàs, vt tradunt glossæ receptæ. [m] Caussa, inquá,vel intrinseca,quæ verè auget , vel minuit delictum,puta minor ætas,& discretionis paruitas,iuxta l. *auxilium.* [n] & ignorantia,iuxta cap. *sicut dignum.* [o] vel extrinseca,puta notabile obsequiú Reipub. præstitum,iuxta l. *non omnis.* [p] per quam aliquando putaui posse diminui pœnam verè pœnitenti ob egregia in Rempub. merita non solùm propria, sed etiam parentum, imo & fratrum. Non etiam prodest quòd apud Iacobum, [q] misericordia maximè commendatur: neque quòd Christi actio est nostra instructio , [r] & quòd Christus ob pœnitentiam remittit peccata, [s] neq; quòd remissio pœnæ videatur nulli nocere, & alicui prodesse , quod non videtur peccatum, [t] non inquam etiam hæc prosunt. Tum quia Iacobus laudat misericordiam iustam , qualis non est illa, qua vtitur iudex contra legem sui superioris, vt ait S. Ambrosius, [v] Tum quia , vt ait S. Thomas , [x] alia ratio est de Christo Deo , qui est super omnia , & contra quem principaliter delinquitur: & aliud de iudice inferiori, qui est subiectus legibus , nec contra eum principaliter delinquitur. Tum quia,vt idem S.Thomas ibidem subdit,& probatur optimè in d.cap. *est iniusta.* remissio iniusta pœnæ nocet Reipub. cuius interest crimina puniri. [y]

100 Quarto , quòd ex eo,quod de Deo dictum est, non est inferendum Monarchas pro suo libito iustè pœnas reis remittere posse. Tum quia non sunt omnino liberi vt ille: quippè qui subiecti sunt eius legibus naturali , & diuinæ, [z] imo & suis propriis , quoad vim directiuam , licet non quoad vim coactiuam , secundum S. Thomam receptum, [a] & probatur per cap. *cum omnes,* [b] & annotata ei præsertim per Decium. Tum quia licet possent remittere iustè pœnas, vtendo clementia, quæ est virtus mouens ad remittendum iusta de ratione pœnas legales , vt tradit S. Thomas, [c] sicut per epiikeiam temperatur ex æquo , & bono rigor legum scriptarum , vt dictum est supra, [d] non tamen pro libito , & libera voluntate possunt id iustè facere in foro Dei,cui subiiciuntur: licet facta sæpe teneant etiam quoad forum interius,vt vtiliter præ aliis declarasse mihi videor in Commentario de spoliis , super cap. *non liceat.* [e]

101 Quinto,ex his iuferri etiam Monarchas posse grauissimè peccare condonando delicta , præsertim absque consensu eorum,quos illa offenderint; rogantes item eos, vt id faciant.& alios iudices, vt absque iusta caussa pœnas à iure statutas remittant. Vnde Posidonius in vita patris nostri Augustini, [f] innuit eum ab hoc abstinuisse, & raro, & non sine caussa rogare solitú fœculares potestates, quo reos absolueret: quem imitati non semel negauimus litteras pœnarum deprecatorias ad quosdam nobis amicissimos iudices. Qua in re multi summates & infimates grauiter peccant,obnixè rogantes, vt sui iustè vel iniustè absoluantur: cùm id sit velle, & rogare , vt iudices peccent,quæ maximè non solum iudicum , sed etiam aliorum consellariis sunt memoranda.

102 Sexto loco aliquot alia me addere volentem interrupit febris à nonnullis pro vltima in me atropicata pulta æstimata à qua iam liber id tantùm admonebo , quòd non leuis fomes est furiarum,quæ iam pridem orbem Christianum vexant,iudicare multa esse iusta, eo præcipuè, quòd nobis,aut nostris amicis , vel heris , quibus à consiliis , & ministeriis sumus expediti:cùm semper meminisse oporteat , in extraiudicialiter iudicando & deliberando tria per ordinem esse consideranda, secúdum Innocentium, [a] nempe, *An liceat secundum æquitatem, an deceat secundum honestatem, an expediat secundum vtilitatem.* Ita quòd si non liceat,vel deceat,non est vltra progrediendum , esto expediat: si autem liceat & deceat , tunc demú deliberandum, an expediat.Qua in re grauiter Deum offédimus, qui pro affectu potiùs, quàm pro ratione iustum iudicamus quicquid nobis, vel prædictis expedire videmus : idque quod peius est, ardenter fieri cupimus , & consulimus , & in id opitulamur.Equidem, vt alia taceam , vidi mea ætate tam in Hispaniis,quàm in Galliis plurimos etiam eruditos, & egregiè pios sibi,& suæ genti, suisque Regibus, & dominis adeò affectos , vt nil dubitarent in fauorem eorum, nonnulla falsa & iniusta pro veris & iustis, & multa incomperta pro cõpertis afferere : vtque illis ea euenirent, vehementer cupere,& ad opitulandum pro viribi paratos se præstare, & qúalibet iustè contradicentibus vehementer irasci. Vidi etiam,& proh dolor, video , vnius monarchiæ , & gentis homines aliarum monarchiarum & gentium subditos , eo solo quòd illius vel illius gentis sint, odisse,turpísque notæ nominibus appellare.

103 Et adeò quidem vt ab hinc circiter quadraginta annis in Enchiridio de oratione super cap. *quando.* [b] scripserimus vereri nos,ne Deus Opt.Max. negaret Christianismo pacẽ ob ea sola peccata : quæ subditi Cæsaris in Francum,& subditos eius,& contra subditi huius in illum , & subditos eius,malè volendo,conniciando , & dira imprecando, peccabant, parùm considerantes illud Pauli. [c] *Si inuicem mordetis , videte ne ab inuicem consummemini.* nec illud Petri. [d] relatum in cap. *ad decorem.* [e] *In omni gente qui facit iustitiam,acceptus est Deo.* neque quòd duo tantum sunt Duces,nempe Christus Rex Regum , [f] cuius signa omnes & soli, cuiuscumque sint gentis boni , sequuntur : & Behemoth Cacodæmonum Princeps , cuius meminit Iob, [g] cuius signa omnes,& soli cuiuscumq; gentis mali mortali peccato infecti, sequuntur. Quæ si considerauerimus,facilè iudicaremus multos nostræ gentis esse peiores aliquot aliarum gentium,& aliquot illarum meliores aliquot nostræ:& ita neminem eo solo,quòd sit illius:vel illius gentis, odiremus, & damnaremus , quod maximè deberent concionantes & confessarij persuadere , simul deterrere ab orando Deum,cum vulgo,vt quoquo modo hostes perimantur,& eorum ciuitates diripiátur, incendanturque: sed potiùs,vt resipiscant,malè ablata restituant,pro iniuriis illatis satisfaciant, pacémque piam æquis conditionibus dent,& accipiant: vt quos vnum baptisma , vna fides, & vna spes in vna, eadémque Ecclesia Romana coniungit, vna etiam caritas vinciat,& in gloriam deducat æternam, Amen.

SVMMARIVM.

104 Confessarius quem bellantẽ, & bellum indicentem absoluet.
105 Iustum bellum quod requirat, & iniusta inter se vt differant.
105 Lex iustitiæ obligat restituere,non lex caritatis, &c.
106 Rex quos debet consulere in bello indicendo.
106 Milites quos excusat ignorantia iniustitiæ belli.
107 Irregularitate de nata ex homicidio,quædam pulchrè.
108 Ioannes Facchinetus de Nuce præsul laudatus.
109 Christophorus à Capite Fontium Generalis Minorum laudatus.

VT satisfiat Typographo nolenti , quod vllæ paginæ maneant albæ , quæritur circa ea , quæ proximè de bello & discordia sunt tacta, an Confessarij absoluere possint indifferenter indicentes bella , & bellantes: nisi destiterint , & satisfecerint : Pro cuius resolutione præsuppono primo, quòd bellum iustum duo requirit,[h] secundum Innocentium receptum,[b] nempe,vt indicatur à non

recognoscente superiorem:& quòd subsit caussa iusta indicendi,puta vltio iniuriarum , vel repetitio rerum ablatarum:vt colligitur ex S.Augustino, [a] relato à Gratiano, [b] aut religionis conseruatio , [c] aut sui , suorúmque defensio. [d] Quod est verum de bello accepto propriè,vt ait Innocentius, [e] siue specialiter de bello,quod fit pro Repub. in non subditos : nam ad iustitiam eius, quod fit pro re priuata,vel publica in subditos , sufficit potestas legitima iuris naturalis,diuini,vel humani ad id faciendum : quale est bellum , quo quis se, vel sua iustè defendit cum moderamine inculpatæ tutelæ , iuxta d.cap. *olim.* & l.1. [f] quale item est id,quod iudex inferior indicit damnatis à se iuxta leges sui territorij iustar dispositionis, [g] vel faciendo facultatem occidendi lictori damnatum à se , vel capiendi delinquentem,& persequendi,& occidendi eum, si restituerit. Quibus addit tertium requisitum S.Thomas, [h] videlicet rectam intentionem ad promouendum bonum, vel vitandum malum.

105 Secundo præsuppono,quòd multum refert, an bellum sit iniustum ex defectu duarum priorum caussarum, an ex defectu tertiæ, scilicet rectæ intentionis : nam si est iniustum ex aliqua illarum,indicens , & bellás non solùm peccant mortiferè , sed etiam tenentur damna data restituere : si autem solùm est iniustum ex defectu rectæ intentionis : peccant quidem etiam mortiferè , sed non tenentur restituere,si bellum alioqui fuerit iustum, vt vtiliter annotauit Caietanus. [i] Vnde lictor occidens mala intentione hominem iustè damnatum à iudice,licet peccet, non tamen tenetur ad restituendum vestes occisi,quas ex officio lucratur, vt idem ibidem dixit : cuius , quæ quotidiana est, decisionis Caietani ratio, quam ille non reddit, illa est,quòd illa sola peccata,quæ fiunt contra leges iustitiæ specialis, obligant peccantem ad restituendum : non autem illa, quæ solùm violant leges caritatis , & aliarum virtutum,vt diximus in tractat. de red. eccles. [k] post Alexandrum Halensem,Adrianum & alios ibidem citatos, & etiam in cap. *inter verba.* [l] & in Manual. nostro confessariorum. [m] Et qui bellans peccat ob solam malam intentionem animi non peccat contra leges iustitiæ specialis, quæ versatur specialiter circa actus exteriores , & in reddendo debitum æquale,vt copiosè colligitur ex prædicto tractat. de reditibus & prædicta Apologia. [n]

106 Quibus præsuppositis , respondeo ad quæstionem primo,quòd confessarius non potest iustè absoluere indicentem bellum iniustum defectu auctoritatis , vel iustæ caussæ,nec bellantem in eo : nisi destiterit , & damna restituerit : vel nisi iusta ignorantia excusetur : quia venia non datur nisi correcto, [o] nec nisi restituenti , [p] nec ignorantia, nisi iusta excusat. [q] Dixi , iniustum defectu auctoritatis vel caussæ : quia si est iniustum solo defectu rectæ intentionis,sufficit etiam rectificare,per dicta in secundo præsuppósito.

Secundo:quòd superior indicens bellum non excusatur eo solo , quòd credat esse iustum, vt exertè eruditissimus Franciscus à Victoria, [r] ait : quia , vt ille ibi probat, oporret eum diligenter examinare iustitiam belli,audiendo rationes aduersarij , & cum eo æqua offerente conueniendo , consultis in id viris probis & sapientibus , & ab odio,ira,& cupiditate liberis.

Tertio,quòd,vt idem ibidem ait,Senatores,& alij subditi ad deliberandum de bello vocati,non excusantur,nisi diligenter iustitiam belli expendant,& suas sententias liberè dicant.Tum quia,vt ipse sentit,periculum esset Reipub.vt solus Rex,qui potest errare,id definiat. Tum quia, vt ait Innocentius receptus , [s] habens vocem in capitulo non solùm potest , sed tenetur contradicere aliis , qui iniusta decernunt.

Quarto,quòd nec præfati subditi maiores , nec alij minores scientes bellum indictum esse iniustum, excusantur à peccato , & restitutione , si nauent ei operam, vt exertè definit præfatus à Victoria , [t] & ante illum Ioannes Maior, [v] & probatur eo , quòd contraueniens conscientiæ peccat. [x]

Quinto , quòd alij subditi minores excusantur, credendo bellum à suo superiore indictum esse iustum : quia non tenentur ad discutiendas caussas iustitiæ belli à superiore indicti, per rationes,quas idem à Victoria subdit. Pro quibus est casus in cap. *quid culpatur.* [a] quatenus haber, quòd subditus iubente superiore potest rectè bellare: si non est ei certum id,quod iubetur,esse contra legem Dei : licet non sit certum esse secundum eius legem , per quem contextum probatur etiam id , quod supra dictum est, subditum , qui scit bellum indictum à superiore esse iniustum , non excusari à peccato , si eum iuuet: quia qui peccanti consentit & opitulatur, consequenter peccat. [b] Quod ipsum ait dicendum idem à Victoria de his,qui per ignorantiam affectatam,vel crassam ignorant iniustitiam belli,& credunt esse iustum: alioqui enim subditi Regum infidelium pugnantes contra nos excusarentur, & milites crucifigentes Christum Pilato suo superiore iubente: & populus sudęorum,qui persuasus à maioribus , clamabat: *Tolle, tolle,crucifige , &c.* fuissent excusati : quod est contra omnium sententiam.

107 Sexto ex his inferri illud quotidianum Ioannis Maioris vbi supra,scilicet non excusari eos,qui militant principi alieno , indiscussa caussa belli : quia cessat in eo ratio obedientię , quæ excusat subditum obediendo in dubio, per prædictum cap. *quid culpatur.* & tradita à S. Thoma. [c] Inter prędictum tamen à Victoria , & Adrianum, [d] videtur dissentio quotidiana de subdito dubitante de iustitia belli à suo superiore indicti , & bellante : Adrianus enim ait, peccare : quia non solùm peccat faciens contra conscientiam certam , sed etiam contra cõscientiam dubiam, iuxta cap. *si quis autem.* [e] adiunctis multis quę ibi fadducimus: à Victoria verò dicit , non peccare, eo quòd licet dubitet de iustitia belli, certus est tamen , quòd debet in dubio superiori obedire. Nobis videtur difficile posse quem dubitare de iustitia præcepti superioris , & non dubitare de obedientia ei debita , quoad illud. Quare arbitramur confessarium debere dicere eiusmodi subdito , vt deponat dubietatem de iniustitia belli, credendo esse iustum,eo quòd nescit , nec tenetur scire esse iniustum , & potest probabiliter credere esse iustum propter auctoritatem superioris , & id credendo iustè bellare per supradicta.

Septimo , quòd circa dicta præfati à Victoria dubitari potest , quod in aliquot locis præsupponit non licere occidere iustè pugnantes, & [g] concedit,quòd licet non possit esse bellum iustum ex vtraque parte , seclusa ignorantia probabili: per eam tamen fieri potest,quòd sit verè iustum quoad vnam partem , & probabiliter credatur esse tale, quoad alteram , quo casu vtriusque exercitus iustè pugnat , & vtrique licet alterius milites iustè occidere. Quare arbitror dicta viri vndequaque doctissimi ita concilianda esse, vt non liceat occidi iustè pugnantes ab his, qui sciunt , vel debent scire eos iustè pugnare , sed sic ab eis, qui nesciunt eos iustè pugnare, imò probabiliter credunt eos iniustè id facere.

Octauo,quòd ex differentia posita supra inter bellum iniustum ratione defectus iustæ caussę , vel auctoritatis, siue potestatis , & inter iniustum ex defectu rectæ intentionis,& ratione reddita pro illa : scilicet , quòd defectus rectæ intentionis non facit actum esse contra legem iustitiæ , sed contra leges alterius virtutis : infertur primo, quod sicut bellum iniustum solo defectu rectę intentionis in bellando non obligat ad restitutionem: ita nec bellum iniustum defectu aliarum circumstantiarum, modo adsint potestas,& caussa legitima bellandi. Tum quia, cùm defectus rectæ intentionis non faciat , vt actus sit contra leges iustitiæ specialis , minùs id facient alię circumstantiæ presuppositæ potestate , & caussa legitima : quia circumstantia finis est potior aliis,iuxta S.Thomam receptum. [h] Tum quia defectus circumstantiæ personæ ad iustè bellandum,non efficit , vt quis bellans in bello alioqui iusto incurrat eam irregularitatem , quam incurreret si bellum alioqui esset iniustum,vt probat cap. penult. [i] inductum sic.Certum est,quòd omnis bellans, & fauens bello iniusto sit irregularis,si quis occidatur in eo,etiam ab alio : & etiamsi ipse non percusserit,vt ait Innocentius receptus, [k] per cap. *sicut dignum.* [l] At præfatum ca. penult.probat clericum, cui ob circumstantiam personæ non licet pugnare manu propria,etiam in bello iusto, non incurrere irregularitatem,

n *Inst.de obli. quæ ex quas. delic.nasc. in princ.*
b *Deut.19.*
c *23.quæst.4.* d *11.quæst.3.*
e *Le si. C. de pœn. iud. qui malè iud.*
f *ff. de pœn.*
g *Cap. 2. de immun. & obed.l. veluti. ff. de iust. & iur.*
h *Leg 1.§. sin autem.ff. ad Turpil. & d. c.1.de consilit.*
i *§ pœna grauior.ff. de his qui not. infa, & l. est seuerior C. eo. tit.*
k *§. fin. ff. de pœn.*
l *De pœ. d.1.*
m *In d §. pœ. grauior. & in d.l. est seuerior.*
n *§. in delictis.ff. de minor.*
o *De homici. p §. fi. versic. qui transfugit ff. de rom lit.*
q *Iacob.ca.2.*
r *Ca. significasti.de elect.*
s *Ca.magna. c.dixi. de pœ. distinct.1.*
t *Arg.c. deus que.14.qu.5. & ca.vlt. de postul*
v *In d.c. est in iusta misericordia.*
x *2.1.q.67.a. 4 ad 2.*
y *Cap. vt famæ. de sent. excomm. & l. ita vulneratum. ff. ad leg. Aquil.*
z *Capit. sunt quidã 23.qu. 1.c.quo iure. 8.dist.*
a *1.2.q.96.a. 5.*
b *De constit.*
c *2.2.q.11.157. art.2.*
d *Num.31. 2.2.q.2.§.3. num.8.*
e *fol.3.pag.1.*

a *In l. 83. qu.* b *In c. Dominus.23.qu.2.* c *Cap. omnis. 23.quæst.8.* d *Ca.scire.ea dem caussa, & quæst.* e *In d.c.olim, num.8.*
f *C.vnde vi.*
g *Cap.1.de homicid.lib.6.*
h *2.2.q.40.a. 1.*
i *In d. art. 1.*
k *qu.2.monit. 7.* l *11.q. 3.cõcl. 6.num.714.* m *Ca.17.n.7.*
n *Quæst. 2. mom.1. & 2.*
o *Ca. venia. de reg.iur.l.6.* p *Ca. peccatum.eod.ti. qu.q.4.§.notandum.& c. ignorantia. cum ei nota. tis.de reg. iur. lib.6.*
r *In relect.de iure belli, nu. 22.*
s *In c.1. n. 4. de his qua fiunt à maioparte cap.*
t *Vbi supra n. 21. vlt n 4.d.15 q. 1s.co. 6 & 7.* x *Cap.fin. de præscript.*

a *23.quæst.1.*
b *Ca.1 ad Romen.& ca.1. de offic. dele.*
c *2.2. q. 104. art.5.*
d *Quolib. 2. quæst.2.*
e *2.de pœn.d. 7.* f *à num.8.*
g *Num.32.*
h *In 1.2.q. 7. a.4 & q. 18. a.4. & 6.*
i *De homicid.*
k *In d.c.pen.*
l *§ fi. eod.tit.*

laritatem, si bellum erat contra infideles inuadentes: licet multi occidantur, & ipse pugnet manu propria, & percutiat aliquos, modò neminem occidat: & non alia ratione, quàm quia licet bellum esset iniustum ob circumstantiam personæ, erat tamen iustum ex caussa, & legibus iustitiæ specialis, ergo propositum.

108 Quæ inductio visa fuit placere admodum illustri, eidémque eruditissimo, integerrimóque viro * D. Ioanni Facchinetto de Nuce, Neocastrensi Præsuli Reuerendissimo, multísque nominibus mihi suspiciendo, cùm eam coram D. eius Reuerendissima in quemdam scopum collimassem, qui paulo post hæc scripta assumptus fuit in patriarcham Constantinopolitanum, & nuper exaltatus ad supremum Illustrissimorum Cardinalium collegium in magnum ornamentum eius, & gloriam S. D. N. Gregorij XIII. qui assumpsit eum cum magno totius vrbis, & vt credimus, orbis consensu.

* Domino Ioanni Facchinetto de Nuce. *Multa quidem in huius clarissimi præsulis laudem obiter hic D. Nauarrus commemorat, longe plura dicturus si his superuixisset temporibus. Is enim D. Ioannes Facchinetus fuit Innocentius IX. Pontifex Maximus post Gregorium XIIII. anno Christi 1591. creatus qui paucis post mensibus è vita migrauit & Clementi VIII. omnium virtutum genere & gloria cumulatissimo qui nunc Ecclesiæ clauum tenet sedem reliquit.*

109 Secundo infertur conclusio maximi ponderis, & quotidiana: nempe quòd homicidium voluntarium factum auctoritate legitima, & iusta de caussa, non parit irregularitatē indispensabilem, de qua in cap. *miror.* [a] & [b] Concilio Tridentino licet sit iniustum defectu rectæ intentionis, vel alicuius alius circumstantiæ, personæ, loci, temporis, modi, &c. præfatum enim cap. penult. probat iustam caussam occidendi concurrente auctoritate legitima id faciēdi, plurimum excusare ab irregularitate opitulantem occidere etiam iniustè ob circunstantiam personæ; adeò quidem, quòd per opitulationem etiam percutiendo, eam non incurrit. Deinde quòd per superiùs dicta probatur huiusmodi homicidium non esse iniustum legibus iustitiæ specialis, nec obligare ad restitutionem. Tertio, quòd sicut non contrahitur irregularitas, nisi in casibus expressis à iure, [c] ita à simili videtur, quòd irregularitas indispensabilis non contrahitur, nisi in casibus expressis à iure, At nullo iure exprimitur irregularitatem indispensabilem oriri ex homicidio iniusto ob defectum circumstantiæ finis personæ, vel alius, modo auctoritas, & iusta caussa occidendi subsint.

110 Postremò, quòd tam facilè, & gratiosè fœl. recor. Pius V. dispensabat cum multis presbyteris constitutis in sacris etiam religiosis, qui in illa fœliciſsima contra Turcas habita victoria anno 1571. occiderunt aliquos eorum: ea ratione, quòd licet contra leges suorum ordinum & religionum peccassent manibus propriis occidendo: & ita incurrissent irregularitatem, iuxta cap. penult. [d] non tamen incurrerunt præfatam indispensabilem: quia subberat auctoritas, & caussa legitima. Quem in hoc imitatur S. D. N. Gregorius XIII. dispensando sæpè cum his, qui in bellis iustis hæreticos, vel alios occiderunt.

Tertio infertur rectè responsum esse de subdiacono, qui iudicem criminalem agens, rectè quoad leges iustitiæ specialis condemnauit quosdam ad mortem, incurrisse quidem irregularitatem, sed non præfatam indispensabilem: quia licet occidisset iniustè ob circumstantiam personæ, non tamen ob defectum auctoritatis, vel caussæ iustè occidendi.

Quarto, quòd qui inuasus non potens mortem aliter vitare, occidit inuasorem, mala intentione, & ad vindictam: sed aliàs cum moderamine inculpatæ tutelæ, licet peccet mortiferè: non tamen incurrit irregularitatem, neque obligationem ad restituendum damnum: quia non occidit illum contra leges iustitiæ specialis: imo secundum illas. [a] Quibus consequens est, eum qui iuuit inuasum occidentem inuasorem, qui aliter non potuit mortem euadere, non fuisse factum irregularem: si ipse non occidit eum, etiamsi percussit per d. cap. penult. [b] neque si ipse occidisset, incurrisset præfatam irregularitatem indispensabilem: licet sic dispensabilem, argu. glossæ singularis clement. 1. de homicid.

Quinto, rectè responsum fuisse illi, qui comitatus fuit lictores missos à prætore ad capiendum, & occidendum bannitos: quòd nullam incurrit irregularitatem, si propriis manibus non occidit: neque indispensabilem, si propriis manibus id fecit: etiamsi clericus fuerit: quia non occidit iniustè ob defectum auctoritatis, vel caussæ, sed ob circumstantiam personæ: & ita non contra leges iustitiæ specialis, sed alias caritatis, vel sui ordinis. Quæ omnia sunt addenda nostro Manuali Confess. [c]

a *Le. vt vim. ff. de iust. & iure. adiunct. clem. 1. de homicid. & l. 1. C. vnde vi.*
b *De homic.*
c *Ca. 27. nu. 220.*

a *30 distinct.* b *Ca. 5. de reform. sess. 25.*
c *Cap. is qui, de sent. excom. lib. 6.*
d *De homicid.*

111 TAnta de iudiciis vsurpatis, iniustis, & inordinatis prolocutus, moneo lectorem, operæ se pretium facturum, si legerit aureum de fidei maiorum defensione librum, quem nuper edidit Pientissimus, idémque eruditissimus, & Generalis Illustrissimi ordinis Franciscanorum, Pater in Christo Reuerendissimus Christophorus à Capite Fontium, in quo perspicuè demonstrat, plurimos circa iudicium de fide Catholica nostri temporis hæreticorum abusus. Primo vsurpando sibi iudicium. Secundo malè recusando Præsules, & Inquisitores. Tertio respuendo, & maledictis incessendo Pontificem Maximum Leonem x. in id ab eisdem sponte delectum. Quarto detrahendo Parisiensi, & Louaniensi Academiis, ad quas à Leone impudenter appellarunt. Quinto, eleuando auctoritatem Conciliorum Oecumenicorum, & aliorum, posteaquam se illis parituros promiserunt. Sexto, recurrendo ad Cæsarem, & alios Principes laicos, quibus vetatur. Septimo, tenendo bonam partem eorum tamquam incompetentem, eo solo quòd eos condemnauit. Octauo, ad se solos solúmque suum iudicium recurrendo, dum solum populum, à se deceptum, & solam Scripturam sacram solo suo proprio modo intellectam, omnibus omnium antiquorum interpretum reiectis scholiis iudicem faciant. Nono, quòd iudicant, & iudicare procurant inauditis Catholicis, nulla eis se defendendi copia facta. Decimo, quòd inflammant iudices, quos serenos esse oportet, contra Catholicos imponendo eis multa, quæ cane peius, & angue oderunt. Vndecimo, quòd iudicibus in id à se delectis duo contraria persuadent: nempè, quòd sufficiat sibi ad hoc iudicium cognitio linguarum, vel lectio alicuius eorum libelli, vel auditio concionis: & quòd non sufficerit in id tota doctrina Pontificum, Conciliorum, Academiarum & innumerorum Doctorum sacrorum, & scholasticorum, qui à 1500. annis, & amplius floruerunt; & alia, quæ dulcius inde colligas.

FINIS COMMENTARII IN RVBR. DE IVDICIIS.

RELE

RELECTIO CAP. NOVIT. DE IVDIC.

Non minùs sublimis, quàm celebris, pronunciata anno 1548. ætatis Auctoris 55. coram frequentissimo, eruditissimo, ac maximè illustri Auditorio in inclyta Lusitaniæ Conimbrica.

Ad inclytum, & serenissimum Portugalliæ Regem Don Sebastianum huius nominis primum.

PRÆFATIO.

DE more huius nostræ (quæ mirè floret) Academiæ, relecturus iterum vnum è capitulis, quæ superiori anno in hoc tit. de iudic. interpretabamur: elegi, amplissime Rector, Patres, & Senatores grauissimi, magnificentissima, & cuiusque ordinis ornatissima Concio, cap. hoc *nouit.* * multis nominibus celebre, stylo alio, quàm solito relegendum: cùm enim numquam antehac, neque in Gallijs, neque in Hispanijs plures, quàm singulos scopos singulis relectionibus pronunciandis præfixerim: huic tamen, ob varietatem rerum disputandarum, varios præstituam, senéxque nouo vtar stylo, qui tum demum fœlix erit, si tu, O optime IESV, idémque maxime θεάνθρωπε, rem tuam orso, prosperos præstiteris successus: præstiteris noscere hoc caput, quod omnia te nosse, nihílque latere iam pridem clamat. Quod te præstaturum haud dubito, si tua mater illa vna θεοτόκος, illa vna παρθενομήτωρ, illa omnium vnum commune asylum Maria cum Petro & Paulo, quibus hic dies sacer est, nobis te in hoc conciliarit: quam, vt de more faciat, supplex oro & flagito. Qua ope fore spero, ne post octodecim auctorum excelsa, quæ ipsis immortalem gloriam pepererunt, commentaria, nostra hæc, licet humiliora, cuipiam videantur superuacanea, & quibus actum (quod aiunt) solùm agatur: tametsi agnoscam, quantò interuallo alij eorum, in aliis me superent, & meminerim vnum eorum Andream Siculum virum omnium consensu omnigena eruditione clarum, affirmare hoc cap. esse famosum, quotidianum, & elegans, egeréque ad sui enucleationem summo, & excelso Doctore, & in vtraque censura facilè principe: imo, & vt nobis videtur, diuinarum legum mediocriter saltem perito.

* De iudiciis.

Dicturus autem de rebus summis, iisdémque summè controuersis, iam non tam vt disputem, quod iunior faciebam, quàm vt, veluti pronunciem, testatum esse volo, (quod numquam non soleo facere, etiam cùm sermo futurus est de rebus humilibus, iisdémque extra controuersiam positis) ea me videlicet mente dicturum, vt nolim vel transuersum (vt aiunt) vnguem secedere à Romana (quæ vna est omnium magistra,) Ecclesia, neque ab huius Academiæ, ac vestra, quæ grauissima est, censura.

PRIMVM NOTABILE SVPER EXORDIO, SCILICET,

Nouit ille, qui nihil ignorat.

SVMMARIVM.

A
1 *Deum omnia nosse quadruplici iure probatur.*
2 *Fratrum minorum templa, cur præ se ferre debeant paupertatem.*
3 *Natura naturans Deus.*
B
4 *Dei conspectum nemo fugere potest: nec latet eum etiam cogitans. num. 5.*
6 *Scientia Dei non ponit necessitatem futurorum.*
7 *Deus est sua ipsa rerum omnium notitia.*
8 *Dei scientiam non augeri, nec variari. num. 9.*
9 *Dei scientiam parum meminit quis. num. 10. & 11.*
12 *Dei scientiam meminisse saluberrimum.*
13 *Frustra petit, quæ quis intus habet.*
14 *Interrogans non videtur fateri, nisi, &c.*
15 *Peccata qua ratione Deo abscondita.*
16 *Deus scivit olim, quod nunc nescit: & quomodo Deus intelligit, quod Deus non intelligit. nu. 22.*
17 *Scire more humano, & scire more diuino.*
18 *Interrogare vt discas, & vt alius discat, diuersa.*
19 *Scire secundum præsentem iustitiam, & scire secundum æternam, & seq.*
21 *Scit CHRISTVS. vt homo, & vt Deus.*

TQuamquam ex suprà dictis octodecim commentantibus soli sex, & ij quidem leuiter tetigerint hoc exordium, scilicet, Ioannes Andreas, Petrus ab Ancharano, Antonius à Butrio, Panormitanus, Andreas Siculus & Decius: ipse tamen altiùs id tractandum duxi, quò etiam intra iudicorum strepitus contemplantes illam interminam Dei scientiam maiore amore, ac timore id, quod apud Prudentium est recolamus.

Speculator adstat desuper,
Qui nos diebus omnibus,
Actúsque nostros prospicit,
A luce prima in vesperum.

1 Ergo sex prædictorum mentem sequutus colligo primo, Deum omnia nosse, quod iure Pontificio, Cæsareo, ac diuino, tam supernaturali; quàm naturali, demonstratur. Primo quidem Pontificio, eo, quòd Innocentius III. hic sentiens de Deo, ait, nihil eum ignorare, qui idem in cap. *à nobis.* 2, [a] dixit, ipsum nec fallere, nec falli posse: * quòdque Vrbanus in cap. *Erubescant.* [b] appellat, eum secretorum cognitorem, & Euaristus, omnia nuda, & aperta esse oculis eius pronunciat, [c] & S. Origenes, [d] ait, ipsum nec fallere qualitatem peccati, nec peccantis affectum, sed & Nicolaus II. [e] appellat Deum infallibilem, & omnia scientem.

2 Qua ratione Concilium Viennense determinauit, [f] fratribus Minoribus non debere esse ampla templa, nec nimium multa, vel nimium pretiosa ornamenta, quibus Deo seruiant: nec esse cur illa illi curent, quando Deus etiam absconditorum est cognitor, & potiùs respicit animum, quàm manum.

* Quodque Vrbanus in cap. Erubescant. *Hic est Vrbanus II. qui hoc cap. Scripsit Domino Patriarchæ Gradensi. Caput autem Deus omnipotens ex Euaristo sumptum est in epist. 11. Cap. aut Deus quando non est Augustini, vt antea legebatur, & proinde hic male ab D. Nauarro Augustino tribuebatur, sed est Origenis Hom. 15. ad cap. 23. Numerorum 46.*

3 Secundo, idipsum ostendo iure Cæsareo, eo quòd Paulus iureconsultus in l. *sed & si restituatur.* [g] ait, in natura omnia certa esse: naturam autem, de qua ille agit, dicebat glossa l. respiciendum. ff. si certum pet. esse naturam naturantem, hoc est, Deum ipsum, & omnia scire: quia mille anni ante oculos suos, tamquam dies hesterna, quæ præteriit, & in l. 1. [h] ait Iustinianus, à prouidentia diuina totius mundi elementa processisse, & in orbe terrarum disposita esse: nouit ergo illa Deus: quia nihil volitum vel dispositum, quin prius cognitum, secundum S. Augustinum. glossa item per iocum (vt ipse credo) narrat, [i] de illo Græco, qui nutu disputaturus cum Romano, manum leuauit apertam, innuens, omnia esse Deo aperta.

4 Tertio idem probatur iure Diuino supernaturali dato, eo, quòd 1. Reguin. [k] Deus dicitur scientiarum Dominus, & cui præparantur cogitationes, & [l] Ipse dicitur intueri etiam corda, & apud Paulum. [m] *Nulla creatura est inuisibilis ipsi: omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius.* Et prophetarum clarissimus Dauid, [n] alloquens Deum, aiebat. *Quò ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum tu illic es: si descendero in infernum ades.* Cui alludens glossa, [o] meminit illud.

Quo fugis Encelade, quascunque acceperis oras,
Sub Ioue semper eris, bene fac si viuere quæris.

5 Quarto idipsum probatur iure naturali, eo, quòd Thales apud Laertium, interrogatus, an lateret Deum iniustè agens, respondit: nec cogitans quidem, & Aristoteles. [p] Deos (inquit) *videre præsentia, præterita, & futura.* Homerus item, [q] θεοὶ πάντα ἴσασι. *Dij omnia sciunt.* Sed & apud Maronem Ilionæus monebat Carthaginenses.

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma:
At sperate Deos memores fandi, atque nefandi.

Facit & illud celebre: *Deus est, cuius centrum vbique est, & circumferentia nusquam.*

Quinto, confirmatur, eo, quòd Deus nouit etiam futura contingentia, & non solùm in suis causis, sed etiam in seipsis, iuxta illud. [a] *Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum:* scilicet hominum, quorum opera maximè sunt contingentia: quippe quæ manant à libero arbitrio. [b]

6 Et quòd maximè admirandum est, ita illa cognoscit, vt sua præscientia non efficiat illa necessaria, sed pura contingentia maneant, iuxta Magistrum senten. & alios, [c] & S. Thomam. [d]

7 Sexto probatur eo, quòd Deus Opti. Max. non solùm habet omnium notitiam, imo est ipsa sui, & omnium vna simplicissima notitia: hoc est enim Deo esse, quod sapientem esse, secundum S. Augustinum, [e] nam quicquid in Deo est, Deus ipse tantùm est, iuxta cap. *productior.* [f] probatur in cap. *firmiter.* [g] vbi glossa singularis ait, in Deo neque esse compositionem illam, quæ est partis ad partem, nec illam, quæ formæ ad subiectum, nec illam, quæ generis ad speciem.

8 Ex quibus infertur primò, illud Petri Lombardi scholasticorum Theologorũ ducis, & aurigæ, [h] scilicet diuinam scientiam nec augeri quidem, nec minui: sicut nec sua ipsa essentia augetur, vel minuitur.

9 Secundo infertur, illam, quam demiramur, Dei omniscientiam stabilem esse, atque manentem, nullaque ex parte variari, docente Iacobo. [i] *Apud Deum non est transmutationem neque vicissitudinis obumbrationem.* quod etiam ad eius scientiam pertinere ostendit S. Thomas. [k]

10 Tertio infertur, incogitantiam illam nostram Christianorum, qua multa peccata secreto peccamus, minimè publicè illa peccaturi ad quamdam impietatis speciem, vel certè pietatis nonnullam obliuionem quodammodo accedere: qui enim credimus firmiter, & simpliciter confitemur, omnia etiam abditissima quæque, nuda esse Deo, & aperta, qua fronte occultè plus, quàm palam audemus peccare?

11 Quarto infertur, operæ pretium facturum eum, qui meditabitur illud Sapientis. [l] *Omnis homo, qui transgreditur, dicens, quis me videt? tenebræ circundant, & parietes cooperiunt me, & non intelligit, quòd omnia videt oculus Dei: nec cognouit quoniam oculi Domini sole ipso lucidiores, circumspicientes omnes vias hominum, & eorum corda intuentes: hic in plateis ciuitatis vindicabitur, & quasi pullus equinus fugabitur, & erit dedecus omnibus hominibus, eo, quòd non intellexerit timorem Dei.*

12 Quinto infertur, esse salubrimum nobis sæpe versare mente, illud patris nostri August. [m] nempe. *Nec putare debet, qui peccat se non videri, cùm hoc facit: videtur enim omnino, & à quibus se videri non arbitratur. Sed & si lateat, & à nemine hominum videatur, quid faciat de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest? An ideo putandus est non videre: quia tantò videt patientiùs, quantò sapientiùs.*

Contra tamen hoc notabile, ac omnia ex eo illata faciunt quatuor. Primum, quòd à Mose, [n] narratur, dixisse Dominum Abrahamo, *Descendam & videbo an clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, vt sciam.* & transfertur in cap. *Deus omnipotens.* [o] & in cap. *qualiter.* [p]

13 Ecce, quod descendit, vt videat, & sciat ergo ante nesciebat: frustra enim laboras, si quæ petis intus habes. [q]

14 Secundo, facit, quòd qui interrogat, ignorare videtur interrogata, vt habetur in cap. *indicantem.* [r] vbi Bartholus, [s] ait, interrogationem fieri ad certificationem: & ideo non videri fateri, quisquis interrogat, secũdum eundem ibidem: & in l. 2. [t] & Panormitanum, [v] quicquid glossa & Archidiaconus dixerint, [x] & Antonium, [y] quorum opinio posset procedere in interrogatione facta interroganti, iuxta l. 1. [z] vel cùm fit per dictionem, quæ rei veritatem præsupponat, vt est illa, nonne? [a] At multis sacræ paginæ locis legimus, Deum interrogasse simpliciter non præcedente interrogatione, nec dictione, *nonne*, adiuncta: interrogauit enim Adamum, [b] *vbi es?* & paulò inferius Euam, *Quare hoc fecisti?* quæ respondit, *Serpens*

a *De sent. excommunic.* b *32. dist.*

c *In ca. Deus omnipotens. 2. quæst. 1.* d *Cap. Deus quando 24. quæst. 3.* e *In c. fundamenta. §. proinde. de elect. lib. 6.* f *In cle. exiui. de verb. signi. §. §. quamuis.*

g *§. fi. ff. de in dic.*

h *In princ. C. de vete. iur. enuc.*

i *In l. 2. §. 1. ff. de orig. iur.*

k *Cap. 2.* l *Cap. 16.* m *Ad Hebræos 4.* n *Psalm. 138.*

o *Cap. & venit. de pœ. d. 1.*

p *Li. de bona fortu.* q *Odissea 4.*

a *Psalm. 37.*

b *Cæ si enim. 8. liberi enim arbitrij. de pœn. dist. 2.*

c *Lib. 1. d. 38.* d *1. p. q. 14. a. 13.*

e *Lib. 7. de Trin.* f *De pœ. d. 3.* g *Verbo simplex. de summa Trinit.*

h *In li. 1. d. 39.*

i *1. c. sua epistola catholic.* k *1. p. q. 14. a. 15.*

l *Eccles. c. 23.*

m *In sua regula, cap. 8.*

n *Geneseos, 18. cap.* o *2. q. 1.* p *2. de accusationi.* q *Cap. examinata, de iudi. Instit. de actionibus. §. 1.* r *30. q. 5. l. 1. ff. de interrog. action.* s *Num. 6.* t *§. quod obseruari. C. de iure iuran.* u *prop. calum. dand. nu. 10.* v *In cap. sin. col. 5. de confess.* x *In c. fin. 30. quæst. 1.* y *In d. cæ fin.* z *§. si quis ita. ff. de ver. obl.* a *Cap. nonne. de præsumpt.* b *Genes. 3.*

a *Ca. serpens. de pœn. dist. 1.* b *Genes. 4.* c *Ca. voluisse at. §. denique. de pœn. dist. 1.* d *Luca 16.* e *Matth. 16.* f *Ioan. 8.* g *Ioan. 8.* h *Psalm. 1.* i *Proverb. 4.* k *Matth. 7.*

l *Matth. 25.* m *Psalm. 16.*

n *Psal. 137.*

o *Esaiæ 38.* p *Ionæ, cap. 3.* q *Ca. 9. & apud Hieron. in cap. præcidit. de pœ. dist. 1.* r *Cap. 29.*

s *In li. 83. qu.* t *In ca. nouit, de pœn. dist. 1.* v *In c. incommodabilis. 22. q. 4.* x *In d. 42. c. si.*

y *38. dist.* z *1. p. q. 14. a. 16.* a *In conc. 83.*

b *Concil. 41.*

c *In c. 18. Genes.*

d *De pœn. & remiss.* e *Matt. c. 16. quæst. 19.* f *In §. 20. qu. §.*

a *Ca. serpens. de pœn. dist. 1.* b *Genes. 4.* c *Ca. voluisse at. §. denique. de pœn. dist. 1.* d *Luca 16.* e *Matth. 16.* f *Ioan. 8.* g *Ioan. 8.* h *Psalm. 1.* i *Proverb. 4.* k *Matth. 7.*

l *Matth. 25.* m *Psalm. 16.*

n *Psal. 137.*

o *Esaiæ 38.* p *Ionæ, cap. 3.* q *Ca. 9. & apud Hieron. in cap. præcidit. de pœ. dist. 1.* r *Cap. 29.*

s *In li. 83. qu.* t *In ca. nouit, de pœn. dist. 1.* v *In c. incommodabilis. 22. q. 4.* x *In d. 42. c. si.*

y *38. dist.* z *1. p. q. 14. a. 16.* a *In conc. 83.*

b *Concil. 41.*

c *In c. 18. Genes.*

d *De pœn. & remiss.* e *Matt. c. 16. quæst. 19.* f *In §. 20. qu. §.*

decepit me. [a] & [b] interrogat Cainum, *Vbi est Abel frater tuus?* Et rursum, *Quid fecisti?* [c] & Christus, [d] *Quid audito de te reddere rationem villicationis tuæ.* quod item habetur in dict. cap. *qualiter*, & alibi, [e] interrogat Dominus discipulos, *Quem dicunt homines esse filium hominis?* & adulteram mulierem interrogarat apud alium Euangelistam, [f] interrogat & Philippum, *Vnde ememus panes, vt manducent hi?* Et alibi sæpe, quod longum esset referre: quomodo ergo omnia nota sunt Deo?

Tertio facit illud. [h] *Nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit,* quippe quod ignorat Dominus: & [i] *Vias, quæ à dextris sunt nouit Dominus. peruerse autem sunt, quæ à sinistris assistunt:* & apud Euangelistam, [k] comminatus est Dominus dicturum se prauis hominibus, etiam eis, qui ipsius nomine eiecerunt dæmonia, vel futura prænunciarunt, se minimè nosse illos. quod habetur in cap. *prophetauit*, 1. q. 1. & apud eumdem. [l] Virginibus fatuis respondetur à sponso, nempe à Deo, *Nescio vos.* & à Dauide, [m] scribitur, *De abscónditis tuis adimpletus est venter eorum.* quæ absconditæ interpretatur ibi Augustinus, esse peccata: & alibi. [n] Alta, hoc est superba, Deus à longè, sine è longinquo, & ita confuso quodam modo cognoscere significatur.

Quarto, quòd multa prænunciauit Deus per Prophetas, quæ non euenerunt: quale est illud. [o] *Dispone domui tuæ Ezechia: quia morieris, & non viues.* qui tamen 15. annis postea vixit. quale illud. [p] *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.* quæ tamen non fuit subuersa etiam post 100. annos. sed & timet Daniel, [q] ne adimpleatur instauratio populi Israël, quam Hieremias prænunciauit. [r] At cur timeret alter Propheta, ne quòd alter prænunciarat euenire, si verum est, Deum neque falli, nec fallere posse, & præscire omnia, & eam instaurationem reuelasse? & Augustinus ait. [s] *Neque quicquam extra se Deus intuetur.* quo significari videtur, Deum sese solum, & non alia cognoscere: & Ambrosius ait. [t] *Nam Dominus scit mutare sententiam, si tu vis emendare vitam.* cui consentit Concilium Toletanum. [v] At sententiæ mutatio scientiæ varietatem arguere videtur. Magister item, [x] dixit, quòd ante mundum creatum sciebat Deus illum creandum, ante CHRISTVM, natum, ipsum nasciturum: quæ tamen hodie nescit, quippe quæ falsa sunt, & falsa sciri nequeunt, iuxta singulare cap. *quamuis.* [y] denique S. Thomas ait, [z] non esse hanc concedendam. *Quicquid Deus ante hac sciuit, & hodie scit.*

16 * Et Nominalium princeps, ingenio vir acerrimo in centilogio suo, [a] concludebat, posse Deum aliquid scire, quod nunc non scit, neque vnquam sciuit, & hoc sine mutatione aliqua sui, vel alicuius alterius. Maius est paradoxum illud eiusdem, in eodem libello. [b] *Deum intelligere aliquid, quod Deus non intelligit. Scire Deum aliquid, quod Deus non scit. Et Deum ignorare aliquid, quod Deus non ignorat.*

* Et Nominalium princeps. *Hic princeps Nominalium Theologorum est Guiliermus Okam: si quis fortè sit qui hoc ignoret.*

His quatuor nubeculis, veluti obtenebratur splendentissima illa veritas, Deum omnia nosse, in quibus dispelendis, latus aperiebatur dicendi campus: sed ne vos, emunctissima nare viros, plus satis remorer: neque vos tædio afficiat per diuisionum, perque distinctionum syrtes impedita oratio, consilium fuit, solutionum tantum seminaria iacere magis, quàm explicare.

17 Ad primum igitur respondeo, aliud esse, nosse more humano, de quo loquuntur citata in eo, aliud nosse more diuino, vt Thomas à Vio annotauit, [c] de quo nostrum notabile intelligitur, vt in simili communiter dicitur in cap. *omnis.* [d] cum ei annotatis.

18 Ad secundum respondeo, aliud esse interrogare, vt discat interrogans, quod numquàm fecit Deus omniscius, aliud interrogare, vt interrogatus discat, aut agnoscat, aut vt alia inde vtilitas nascatur. quod frequenter fecisse illum, argumentum probat, nec nostrum notabile negat, vt distinxit doctus Abulensis, [e] pro quo primus omnium (ni fallor) expendo id, quod annotauit Gratianus in cap. fin. [f] in hoc mihi singulari.

19 Ad tertium respondeo, aliud esse nosse simul & approbare aliqua, quod erga omnia non facere Deum, probat argumentum, aliud ea tantùm nosse, siue probes, siue non, de quo loquitur notabile nostrum, iuxta Cassiodorum, [a] & Petrum Lombardum. [b]

29 Ad quarti principium, & dictum S. Ambrosij respondeo, aliud esse scire res in suis causis naturalibus, vel meritis humanis, secundum præsentem iustitiam, de quo intelligenda sunt citata in argumento, aliud eas scire, secundum æternam præscientiam, de quo nostrum notabile, vt colligitur ex S. Thoma, c pro quo duo mihi sunt textus singulares, in hoc vix vmquam allegati, scilicet in cap. *peccatum.* [d] in cap. *in domo.* [e]

21 Ad dicta Magistri, & S. Thomæ respondeo, aliud esse res, quæ sciuntur à Deo mutari, & elogia, quæ de ipsis dicuntur, modò esse vera, modò falsa, quod eorum dicta probant: aliud eum, qui scit illa mutari, secundum S. Thomam, [f] quod Deo repugnare nostrum notabile præsupponit.

22 Ad reliqua respondeo, aliud esse CHRISTVM θεανθρωπον, siue Deum & hominem, quatenus est Deus scire omnia, quod habet nostrum notabile: aliud eum, quatenus est homo nescire aliqua, puta illa, quæ non sunt in potentia creaturæ, sed solius Dei, quæ sunt infinita, & nesciuntur ab eius anima benedictissima, secundum multos, in quibus est S. Thomas, [g] vel saltem non sciuntur actu intuitiuè, ac distinctè secundum alios: & ita multa quæ scit Deus, & CHRISTVS in quantum Deus, nescit ea in quantum homo: vel non ita vt ille, vel saltem potest ea nescire, iuxta ea, quæ traduntur ab antiquioribus, & recentioribus, [h] & S. Thoma vbi supra, & alijs alibi. quod probant quædam citata in hoc argumento 4. de quo non agit nostrum notabile: & aliud scire aliquid strictè, hoc est nescere esse verum, quod non conuenit nisi compositis & veris, de quo quædam in argumento citata intelliguntur: aliud scire largè, hoc est, simpliciter nosse, siue sit simplex, siue non, siue compositum verum, siue non, quod omnibus etiam falsis & simplicibus est commune, iuxta Nominalium principem, [i] de quo nostrum notabile agit.

a *Psalm. 16.* b *In 1. sen. di. 36.*

c *2. 2. qu. 171. art. 6.* d *§. eorum.* e *De pœ. d. 4.*

f *1. p. q. 14. ar. 15.*

g *3. p. q. 10. a. 3.*

h *In 2. 1. sent. dist. 14.*

i *Lib. 1. sent. d. 39.*

SECVNDVM NOTABILE COLLECTVM EX EODEM EXORDIO, scilicet, *Nouit ille, qui nihil ignorat.*

SVMMARIVM.

1 *Creatura nulla omnia scit.*
2 *Ætas nulla sera ad discendum.*
3 *S. Paulus visit Hispanias.*
4 *Discere conuenit etiam in fossam pedem habenti.*
5 *Sit nemo an sit amore, vel odio dignus.*
6 *Socrates cur sapiens iudicatus.*
7 *Aristoteles summus in omni scientia vir.*
8 *Marcus Varro incredibilis lector, & scriptor.*
9 *Futura nec homo, nec angelus in se se nouit: neque cordis cogitatus, si nolit cogitans. num. 10. & 11.*
12 *Discere non licet à quolibet.*
13 *Consulere dæmones sapit hæresim quando.*
14 *Librum fabulosum legere quibus vetitum. num. 15.*
16 *Astrologi qui fugandi.*
17 *Scire potest quem ad malum inclinari, non tamen, &c.*
18 *Astrologia non est prohibita contra Philippum Decium.*
19 *Anima CHRISTI omnia nouit, etiam præterita, & futura. num. 20. & possibilia, quæ non sunt, nec erunt, nec fuerunt, num. 21. & ita omnia, quæ Deus, licèt non æque perfectè. num. 22.*
19 *Iudicium præcedit cognitio.*
21 *Noscere faciens aliquando, noscere dicitur.*
23 *Dæmones prænunciant futura.*
24 *Prophetam habet dæmon: & quo distet à propheta Dei. num. 27. & quos cognitatus sciat. 28.*
26 *Sybillæ prænunciarunt, & an saluatæ.*
29 *Vita hominis militia, & qui duces eius.*

29 *Angelorum familiaritas, quid præsagit.*
32 *Dæmon numquam prodest, nisi vt obsit.*

1 EX hoc eodem exordio colligitur per locum ab speciali rursus, nullam creaturam omnia scire, quod etiam testimonijs iuris Canonici, Cæsarei, & Diuini tam naturaliter, quàm supernaturaliter dati confirmari potest. Et primo quidem Innocentius III. pro epitheto creatoris summi Dei proprio, & peculiari posuit hic *nihil ignorans.* Ergo nulli creaturæ id conuenit: quod enim est proprium alicuius, non communicatur alteri, sed illi soli conuenit, vt habet textus, & ibi annotant Bartholus & Albericus. [a]

2 Tum, quia S. Augustinus tot annorum episcopus aiebat, se paratum, discere à collega etiam anniculo, [b] vbi glossa sequuta Senecam ait, nullam ætatem seram esse ad discendum. & S. Hieronymus, [c] testatur etiam Moysen Episcoporum exemplar, solitum fuisse discere in tabernaculo Domini indesinenter à Deo, legendo diuinas scripturas, quod postea populum doceret: & ita nec Moyses, nec Episcopi omnia sciebant: qui tamen præsumuntur omnium aliorum scientissimi: quippe quorum labia dicuntur custodire scientiam, & ex quorum ore legis interpretatio quærenda est, iuxta Malachiam. [d]

3 Tum, quia B. Paulus, quamuis spiritu Dei plenus, falsus fuit, cùm [e] se visurum Hispanos credidit, [f] tametsi Faber Stapulensis in contraria sit opinione, cum S. Isidoro, & aliquot alijs, [g] quæ magna est Hispaniarum gloria: & Ecclesiam errare posse, ac falli, dicitur in cap. *à nobis.* [h] exceptis his, quæ sunt morum & fidei. [i] Cum ergo nec Ecclesia, nec Episcopi, nec Sancti sciant omnia, consequens fuerit, neminem illa scire.

Secundo, idem probatur testimonijs iuris Cæsarei: nam l. 2. [k] singulariter habet, posse plures maiores, & doctiores errare in eo, quod vni minori, & indoctiori reuelatur. & in §. si quid. habet omnium habere memoriam, & in nullo errare diuinitatis, & non mortalitatis esse. & Iulianus optabat discere etiam altero pede iam in fossam incluso, [l] quę palam præsupponunt nullam creaturam omnia scire.

4 Tertio idem confirmatur testimonio diuino supernaturaliter dato. Tum quia, [m] Deus dicitur scientiarum Dominus, & significatur neminem, præter ipsum omnia nosse. Et Hieremias relatus in cap. *in scripturis,* [n] respondit. *A, a, a, Domine nescio loqui, quia puer ego sum.* [o] Tum, quia quæ humana miseria est, nemo nouit, an sit amore Dei dignus, cap. 9. Ecclesiastici; quod paulò post, hæc verba habet. *Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur ita capiuntur homines in tempore malo.*

5 Dubitauit hic quidam cur dixerim hic solum, nescire quem, an sit amore Dei dignus, cùm tamen [p] dicatur, hominem nescire, vtrum amore an odio dignus sit? huic respondetur ideo id factum esse: quia facilè quis scire potest se odio Dei dignum, cùm possit quis scire se mortali peccato infectum, quod qui scit, consequenter nouit se odio Dei dignum: cùm per quodlibet peccatum mortiferum incurratur illud, [q] vbi, *Quicumque offenderit in vno, factus est omnium reus,* & tradit S. Thomas post & ante alios, [r] & adde hinc desumi ineuitabile telum contra nouellos hæreticos, dicentes, posse quem habere certitudinem infallibilem de statu suo in gratia Dei, contra quos nuper Concilium Tridentinum protulit aliquos canones. [s]

6 Quartò, idipsum probatur testimonio diuino naturaliter indito: Socrates enim vnus Apollinis oraculo iudicatus sapiens, hoc vnum se scire asserebat, quòd nihil sciret. ideoque se interpretabatur sapientem iudicatum ab Apolline, quòd quamuis omnium rerum ignorantiam cum cæteris haberet communem; eo nomine tamen illos superabat, quod suam insciciam agnosceret.

7 Etiam Aristoteles (quem Plinius, [t] appellauit summum in omni scientia virum) confessus est, [v] intellectum nostrum se habere ad naturæ manifestissima, sicut oculus noctuæ se habet ad lucem diei.

8 Et Marcus Varro (qui auctore Terentiano, tanta legit, vt aliquid ei vacasse scribere mireamur: & tam multa scripsit, vt vix quicquam ei vacasse legere credamus) dicebat omnia scire impossibile, pauca verò minimè laudabile. Et Horatius, [a] nec scire fas est omnia.

9 Quinto probatur, eo quòd neque homo, neque Angelus nouit futura in sese, quia hoc proprium Dei est, iuxta illud. [b] *Annunciate nobis ventura, & scimus quod dij estis.* & à Salomone, [c] scribitur, multam esse afflictionem hominis, qui præterita ignorat, & futura nullo potest scire nuncio. Dixi, *in sese:* quia in suis causis possunt cognosci aliqua ex illis etiam ab homine, vt docebat S. Thomas, [d] multò magis ab Angelo, secundum eundem. [e]

10 Sexto probatur, eo quòd multa sunt etiam præsentia, quæ non modò nesciuntur ab angelo & homine: sed nec sciri possunt ordinariè ab eis, scilicet cogitationes mentis, & affectus illius, qui nolit ea sciri ab aliqua creatura: nec prodit illa verbo, gestu, vel alio signo: est enim & hoc Deo proprium, iuxta illud Hieremiæ. [f] *Prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscit illud? Ego Dominus scrutans corda & probans renes,* & textus ad litteram est in cap. *sciendum,* [g] docuit S. Thomas, [h] quamuis S. Augustinus dubitasse videatur in cap. fin. ead. causs. & quæst. Dixi, *cogitationes, & affectus eius, qui nolit ea sciri ab alio.* nam cogitatus, & voluntates illius, qui vult ea patere angelo, videri possunt ab ipso, & cognosci, vt sentit idem S. Thomas. [i]

11 Dixi etiam, *nec prodit illa verbo aliquo,* &c. quia non solùm angelus, sed etiam homo cognoscere potest cogitatus & affectus alterius, cùm per aliqua signa vel effectus, proditur, iuxta illud, *Intima per mores cognoscimus exteriores,* [k] & illud, *Frons est animi mutabilis index.* & illud, *Inæqualitas corporis inæqualitatem indicat mentis.* [l] *& illud,* [m] *Amictus corporis, & risus hominis enunciant de illo.*

Septimo probatur, eo quòd nec exteriora, etiam quæ sunt, dum absunt, intueri homo potest, nec angelus ipse, nisi sit eis satis propinquus, secundum Gulielmum Ocam, [n] quem sequitur Gabriel, [o] quicquid vterque Thomas senserit. [p]

12 Octauo probatur eò, quòd non solùm ignoramus multa, sed etiam vetamur, ne à quouis illa discamus: non enim licet vlla discere à Cacodæmonibus, iuxta illud. [q] *Non inueniatur in te, qui ariolos scisciteretur, aut pythones consulat.* Huc tendunt omnes nouem leges. C. *de maleficis, & mathe.* huc tota quæstio 2. & 5. causs. 26. huc totus titulus de sortilegijs.

13 Hoc appellauit curiositatem S. Thomas, [r] & superstitionem. [s] Imo est crimen hæreseos, siue superstitio sapiens manifestam hæresim, consulere dæmones super futuris: adeò, vt de illo cognoscere possit inquisitor hæreticæ prauitatis, iuxta cap. *accusatus.* [t] secundum Oldradum, [v] quem sequitur Felinus, [x] quod limitandum videtur procedere, de consulente super futuris supernaturalibus, vel alijs casu contingentibus, vel à libero arbitrio pendentibus, iuxta ea, quæ notat vterque Thomas in locis prælegatis.

Infertur, ex his primo, nimis hyperbolicum esse illum titulum frequentarum Iasoni. [y] Baldus, qui nihil ignorauit.

Secundo infertur nimium superbire illos, qui se idoneos putant ad respondendum de quolibet in ampla materia: qualis fuit ille, quem narrat Paulus Castrensis, [z] ad quæstionem Baldi obmutuisse.

14 Tertio infertur, stultum esse occupari lectione librorum fabulosorum, & inutilium, qualia sunt quæ Amadis, quæ Splandian, quæ Reynaldus inscribuntur: quia, iuxta Varronem apud S. Antoninum, [a] sunt quædam, quæ eradenda essent ex animo scientis: quia vera inferendi locum occupant.

15 Et S. Thomas, [b] determinauit, curiositatis peccatum incurrere, qui per studium minus vtile retrahuntur à studio, quod eis ex necessitate incumbit: quales sunt (meo iudicio) quidam nostræ ætatis Episcopi, & Parochi, qui humanioribus literis, & Astronomia, Cosmographia, & Geographia delectati, literas sacras, canonicas, & ciuiles veluti fastidiunt: * in quos inuehitur S. Hieronymus in epistola, cuius caput est Beatitudinis, [c] & transfertur à Gratiano. [d] *Sacerdotes Dei omissis euangelijs & prophetis videmus fabulas legere, amatoria Bucolicorum versuum verba cantare, tenere*

a *Carminum l. 4. Ode 4.*
b *Esaiæ 41.*
c *Eccle. 8.*
d *1. p. qu. 8. a. 4.*
e *Q. 7. ar. 3.*
f *Cap. 17. g 26. quæst 3.*
h *1. p. q. 12. a. 8. & q. 57. ar. 4.*
i *In eod. art. vers. ad primum.*
k *§ panonum, Iustit. de verit diuis.*
l *41. d. e. fin.*
m *Ecclesiast. 9.*
n *2. lib. in qu. 16. super sent.*
o *In 2. li. sententiarum di. 4.*
p *Quæst. 47.*
q *Deut. c. 18.*
r *2. 2. q. 167. art. 1.*
s *In 2. 2. q. 95. art. 4.*
t *§. sane. de hæreti. lib. 6.*
v *Consil. 210.*
x *In rubricæ de hæreti.*
y *In l. lecta. n. 12. ff. si rert. pet. & alibi sæpe.*
z *In l. pater Seuerinam. ff. de condit. & demonst.*
a *1. p. historia tit. 4. ca. 6. §. 3.*
b *2. 2. qu. 167. a. 2.*
c *Pag. medio cri. 5.*
d *Dist. 37. c. 2.*

Vergilium in manibus, & id, quod pueris adest causa necessitatis, crimen in se facere voluptatis.

* In quos inuehitur S. Hieronymus. *Hoc habet D. Hieronymus in epist. 146. de filio prodigo ad Papam Damasum.*

16 Quarto infertur fugandos esse, veluti homines pestilentes Astrologos illos, qui per Astronomiam se iactant prænunciare posse futura supernaturalia: quoniam illa per causas naturales nequeùt præsciri, vt docet Thom. à Vio, [a] qualia videntur, quòd talis propheta tali tempore, tali nascetur regione. Quo fit, vt videantur comburendi libelli, in quibus per astrorum motus prænunciatur Antichristus quidam mixtus, quidam merus propheta, quidam mixtus optimus: & alia id genus neniarum, quæ à Deo quidem Optim. reuelari possunt, sed per Astronomiam præsciri nequaquam.

Quinto infertur, fugandos item esse illos, qui prænunciant certo futura quædam, quæ merè contingenter accidunt, quæ præsertim à libero pendent arbitrio: qualia sunt, ille erit dies, ille inueniet thesaurum, hic morietur in aquis, hic traiectus pectora ferro, is in venerè putris erit, is castus, & cætera id genus alia. Quamuis enim per astra sciri possit, ad quæ quis inclinetur, & frequentius quàm oporteat inclinationes & appetentias nostras sequamur: tamen prænunciari non potest id, ad quod inclinamur certò futurum, iuxta illud vulgatum, *Vir sapiens dominabitur astris.* nec scire possunt dæmones, an illa certò sint euentura per ea, quæ supra diximus: & multò minus Astrologi.

17 Non tamen assentior Decio hic dicenti Astrologiam esse prohibitam, neque hoc dicunt Ioannes Andreas, Panormitanus & Anania, [b] quibus id ille tribuit, imo contrarium affirmant. quod etiam præsupponit S. Thomas. [c] Et aliud est, hanc scientiam abire in desuetudinem apud Christianos, quod ait Gratianus, [d] & aliud eam esse prohibitam, quod nos negamus. Quamuis fateamur peccare illos, qui credunt per hanc scientiam prænosci posse, aut prænunciari aliqua supernaturalia, vel naturalia certò futura: imo neque aliquid contingens per accidens, vt prædictum est, & latè docet vterque Thomas. [e]

18 Contra tamen hæc omnia facit primo, quòd anima CHRISTI creatura est, & tamen omnia nosse videtur. Tum, quia in illa sunt omnes thesauri scientiæ, & sapientię Dei, [f] & plena fuit gratia, & veritate. [g] Quę veritas ad scientiam refertur, secundum Augustinum. [h] Tum quia CHRISTVS qua parte est homo iudicaturus est viuos, & mortuos, & redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis, quàm electis, [i] & habetur apud Ioannę, [k] & in Apostolorum. [l] Ergo nouit omnia opera hominum, & bona & mala, & præterita, & præsentia, & futura, cum eorum circumstantijs: quę peiora, vel meliora, aut minùs mala, vel minus bona efficiunt ipsa.

19 Quandoquidem cognitio præcedit iudicium, vt habet l. *de quare.* [m] & optimus omnium iuris textus in extrauagante *quia quorundam.* [n] Ioannis XXII. & iuxta Aristotelem, cęcus malè iudicat de coloribus. Cum ergo ipse iudicaturus sit omnia bona & mala, qua parte est homo: oportet etiam, vt qua parte homo est nouerit illa cum suis omnibus circumstantijs. Tum quia Ioannes ait. [o] *Dignus est agnus accipere diuinitatem, & scientiam,* scilicet omnium cognitionem, secundum glossam, [p] quod & discipulos credidisse patet ex illo. [q] *Nunc scimus, quòd omnia scis.* non enim loquebantur illi quoad diuinitatem: quoniam multò ante didicerant Deum, nihil latere. Et Petrus, [r] ait, *Domine tu omnia nosti.* Tum, quia Petrus Lombardus dixit, [s] illam benedictissimam animam tantam scientiam accepisse creatam, quantam Deus potuit illi conferre. Qui idem definiuit animam CHRISTI omnia scire, quę Deus scit: quamuis non omnia possit, quę ille. Quę confirmat ex eo, quòd ei datus sit spiritus sapientiæ sine mensura. At si quædam sciret, quædam ne sciret, ad mensuram datus esset. Item ex eo, quod nihil scit aliquis, quod eius anima ignorat: sed CHRISTVS secundum omnes omnia scit. Ergo & anima ipsius omnia nouit.

20 Tum, quia etiam S. Thomas fassus est, [t] animam CHRISTI scisse omnia præsentia, præterita, & futura per scientiam, quam habet in verbo beatificam. Sed &, [v] asserit animam illam verè reuerendissimam omnia præter essentiam diuinam sciuisse etiam per scientiam inditam, vel infusam: quamuis aliter scripserit alibi, [a] monetur inter alia, per illud. [b] *Replebit eum spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus scientiæ, & consilij.*

21 Vnde etiam, [c] docuit per illud. [d] *De die autem illo nemo scit, neque angelus in cælo, neque filius hominis, nisi Pater.* non esse intelligendum, illum diem ignorum fuisse animæ CHRISTI, sed quòd non faciebat alios cognoscere illud: sicut è contrario dicitur incipere Deus cognoscere, quando illud alios facit nosse, iuxta illud. [e] *Nunc cognoui, quòd timeas Dominum,* id est nunc feci cognoscere.

22 Tum, quia Scotus iunior, & nomine Maior, [f] sequitur & strenuè propugnat opinionem magistri præfatam: dicens illam animam scire omnia, non solùm præterita, præsentia & futura, sed & possibilia, vel factibilia quæcumque. Quod esse probabile dixerunt ibi Parisienses nouissimi: nec Gabriel attulit aliquid, quod hæc refellat.

23 Secundo contra præcitata pro notabili nostro facit, cap. *sciendum.* [g] quatenus probat, multa futura prænunciata olim fuisse, ac nunc etiam prænunciari à Cacodæmonibus. & 3. Regum 18. quidam appellantur prophetæ Baal: & ita videtur aliqua propheta à dæmonibus esse. quod fatetur S. Thomas. [h] Ergo dæmon futura nunciare potest, igitur & scire. Sic Sybillæ multa de CHRISTO prænunciarunt, secundum S. Augustinum, & Lactantium. Sic Balaam quamuis propheta esset dæmonum, secundum vnam glossam, [i] prænunciauit tamen illud, *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israël.* [k] Sunt & qui dicant se vidisse homines, qui cogitatus aliorum palam facerent. Ergo sunt creaturæ: quæ cogitatus sciunt, & futuros euentus, quod contra prædicta est.

24 Ad harum duarum oppositionum priorem respondeo, me concedere quòd illa probat, nempe aliquam creaturam animam videlicet illam CHRISTI sexcentis nominibus sublimissimam scire omnia in Verbo, cui vnitur, & consequenter dicendum, quòd hoc exordium *Qui nihil ignorat.* non soli Deo esse peculiare, sed etiam animæ CHRISTI conuenire, nisi quis dicat nihil ignorare hic accipi pro omnia scire, vt omnia extendatur non solum ad ea, quæ sunt actu secundum quodcumque tempus, sed omnia quæcumque sunt in potentia numquam reducenda, vel reducta ad actum, quod soli Deo conuenit: quoniam licèt Anima illa nouerit omnia in Verbo, tamen solum ea nouit, vt omnia distribuat pro omnibus, quæ quocumque modo sunt, vel erunt vel fuerunt secundum quodcumque tempus D. Thomam. [l]

25 Ad posteriorem autem oppositionem respondeo, primùm concedendo, ipsos Cacodæmones pro intellectus sui præstantia, pro varia & longa rerum experientia scire, quæ remota sunt ab humana cognitione, vt latè docet S. Augustinus, [m] atque ideò posse manifestare hominibus, non quidem per mentis illuminationem, sed per aliquam imaginariam visionem, aut etiam sensibilem locutionem, secundum S. Thomam, [n] quę tamen ad perfectam prophetię rationem minimè sufficiunt: imo fatemur aliquando dæmonum prophetas ex diuina inspiratione reuelare aliqua mortalibus.

26 Legitur enim [o] Dominum locutum fuisse per Balaam, qui tamen erat propheta dæmonum: quia interdum vtitur Deus malis ad vtilitatem bonorum, quo res prænunciata credibilior fiat, accepto sibi ab aduersarijs testimonio, vt ait S. Thomas vbi supra, dicens hoc modo Sybillas multa de CHRISTO prænunciasse: quamuis, [p] eiusdem 2. 2. inter saluatos enumerare videatur eas.

27 Hinc est quod ipsemet ait, [q] inter verum & falsum prophetam hoc distare: quòd verus semper veritatis spiritu afflatur: falsus verò non semper falso. Dicit item verum illud, quod spiritus malignus iuxta naturam suam manifestat hominibus, à Spiritu sancto esse: quia omne verum à quocumque dicatur, à Spiritu sancto est, secundum S. Ambrosium, pro quo est cap. *legimus.* [r] Fatemur item Cacodæmones nosse posse quid cogitamus, quid volumus, etiam sine vllo exteriore signo nostro, speciali permissione diuina, sicut & eadem permissione possunt prænoscere ali

a 2. 2. q. 95. a. 4. colu. 6. sui commenti.
b *In cap. 2. de sortileg.*
c 2. 2. q. 95. a. 5.
d *In §. his ita. 26. quæst. 2.*
e *In d. art. 5.*
f *Cap. 2. ad Colossen.*
g *Ioan. 1.*
h *13. de Trin.*
i *Cap. firmiter. in fin. de summa Trin. & fid. Catho.*
k *Ioan. 5.*
l *Actor. 10.*
m *ff. de iudic.*
n *De ver. sig nific.*
o *Apocalyps. 5.*
p *Ibidem.*
q *Ioan. 16.*
r *Ioan. vltim.*
s *In 3. li. sent. dist. 13. cap. 6.*
t *In 3. q. 10. a. 2.*
v *Quæst. sequenti. art. 2.*
a *In 1. dist. 14. quæst. 1. art. 1.*
b *Esaiæ 11.*
c *In eod. ar. 2.*
d *Marci 14.*
e *Genes. 22.*
f *In illa d. 15.*
g *26. quæst. 3.*
h *2. 2. q. 172. art. 5.*
i *Num. 22.*
k *Num. 14.*
l *3. p. q. 10. ar. 2.*
m *In l. de natura dæmon.*
n *Dict. q. 172. art. 5.*
o *Num. 21.*
p *In q. 2. a. 7.*
q *Art. 6.*
r *37. distinct.*

scere aliqua futura contingentia: negamus tamen vllos homines, vllos angelos, vel Cacodæmones futura contingentia in seipsis suapte natura præscire posse. Negamus item eos scire posse cogitatus hominum, aut affectus, quos is, cuius illa sunt, voluit esse omnino occultos: neque hoc reuincunt ea, quæ supra fuêre citata.

EXHORTATIO AD CASTIGANDOS diuinos;

29 LOcus simul, & pietas exigunt hic, candide Lector, vt admoneamus omnes, quos diuini honoris cura tenet, castigandos esse illos, qui ea, quæ in longinquis terris fiunt, nullo inde nuncio accepto, vel ea, quę in secretis locis accidunt, nemine illa ipsis prodente, nunciant: cùm alijs, tum principibus, iactantes sese (ô impudentiam arrogantissimam, & arrogantiam impudentissimam) per Astronomiam illa cognosse: cùm à Cacodæmonibus illa superstitiosissimè (& vtinam non hæreticè) didicerint. Qua in re quis satis demiretur quanta cum socordia, ne dicam impudentia, bona pars Christianorum (quod summopere dolendum est,) & in his summatum, & aliquot literarum cultorum, cum multis ægrotantium centuriis errent? dum alij habent Cacodæmones familiares, aut habere percupiunt, à quibus quæ in longinquis partibus, aliisque locis secretis fiunt, quàm citissimè addiscant, quorumque obsequijs & ministerio multis in rebus vtuntur. Alij verò quærunt homunciones, etiam à Christiana fide alienos, qui obsequio maligni spiritus, se vti iactant: aut talem certè se Astronomiam callere mentiuntur, quæ sciant, & nouerint quædam in remoris, occultisve locis facta, quos cum inuenerint altis donant muneribus, digniores, qui cruentis donarétur verberibus. Alij se in specubus & subterraneis, aliisque locis abditissimis docendos Cacodæmonibus (vt audio) tradunt. Alij ægroti, & grauiter vulnerati adorant carmina quædam, quibus nulla est vis à natura, neque à diuino, vel ecclesiastico instituto. Alij (quorum nescio an maior sit culpa) cùm sciant aliquot sibi subditos talia vel facere, vel curare, nullo tamen pietatis zelo in eos armantur: sed veluti conniuentibus oculis altissimi Domini dissimulant iniurias. Quod ne fiat, intelligite iam adhortante propheta. [a] Reges, intelligite, qui latera eorum clauditis, & erudimini, qui iudicatis terras: erudimini qui ipsis assidetis. Scitote quoniam Deus ipse fecit vos, & non ipsi vos. [b] Meminerimus omnes, vitam hominis super terram quandam esse militiam. [c] Meminerimus duos esse huius militiæ summos duces; alterum (qui pro nobis est) CHRISTVM, lucis scilicet, pacisque principem: [d] alterum (qui contra nos est) Sathanam principem item sed huius mundi, sed tenebrarum. Meminerimus inter hoc ductores, & ipsorum exercitus, bellum esse perpetuum, & irreconciliabile: & quòd merito δεινον δὸς πόλεμον dici debeat, Meminerimus nos dedisse Duci nostro nomina, & in eius verba iurasse, cùm salutaribus aquis tingeremur. [e] Veniat in mentem, quàm exosi, quàm turpes, quanta pœna digni habeantur transfugę & desertores. [f] Non obliuiscamur multis nos erratis à CHRISTO descíscere, erat quò maximè morum peruersitate deficimus, & transfugimus, infidelitate: em esse vt ait S. Thomas. [h] Cui proxima est hęc (quam insectamur) Cacodæmonum familiaritas. quia est superstitio contraria religioni, quæ maxima virtutum moralium est vt ait idem S. Thomas. [i] Veniant hæc in mentem, veniant, pudeatque CHRISTI (sub quo militare cœpimus) vexillum deserere: vos Reges præsertim & summates, qui odio imporenti feriuini in vestros milites, non solùm transfugas & proditores, sed etiam in emansores. [k] Pudeat cum illo iungere amicitias, illum habere familiarem, qui vt CHRISTI, qui vt totius generis humani hostis, est antiquissimus, ita & truculentissimus. [l] Pudeat, quod est apud Esaiam, [m] percutere fœdus cum morte, & facere pactum cum inferno.

30 Expendamus nobiscum dæmonum in hac vita societatem, initium esse quoddam æternę damnationis, & (quæ perpetua est) inferorũ cohabitationis: quemadmodũ contra, conuersatio cum Angelis & Sanctis his, quibus interdum apparent, initium quoddam est futuræ fœlicitatis, & (quæ in cælis futura est) perpetuæ cohabitationis. Expendamus nobiscum * illud S. Augustini. *Qui sine Saluatore salutem vult habere, & sine vera sapientia æstimat prudentem se fieri posse, non sanus, sed æger, non prudens, sed stultus, in ægritudine æstima laborauit, & in cæcitate noxia stultus & demens permanebit.* [a] Expendamus Cacodæmones diuini honoris auidissimos, nil non agere, quo pro Dijs habeantur. [b] Cuius rei testis est locu. lectissimus, tamdiu deluſa, & quę in hunc vsque diem deluditur Gentilitas. Non dubitemus toties illis videri tribui diuinum honorem, quoties curamus ab illis discere futura, quorum præscientia soli Deo est peculiaris. Non dubitemus nos toties dare dexteras ipsis, quoties cupimus aliquid ab eis discere, vel per scientiam, (quam habent de his, quæ nobis sunt secreta) vel absentia iuuari, vel opera medicari, vt sentit vterque Thomas. [c] Quid per Deum prodest, [d] remotissimas gentes fidei Christianæ subigere, imperium Christianum extendere, operam pro virili strenuam summatibus (qui hæc curant) impendere: si nos interim, & nostros principis tenebrarũ tyrannidi inquieta curiositate, ac pestilenti superstitione subiicimus, aut certè subiici patimur impunè: non sine magno infirmorum scandalo?

* Illud S. Augustini. *Caput* Qui sine, *citatur apud Gratianum ex libro S. Augustini, de ciuitate Dei, sed habetur apud Rabanum in lib. de magorum præstigijs.*

At inquies, res dulcissima est mens sana in corpore sano, vt ait Persius, [e] corpus iuuenile in senecta: longè pulcherrimum alijs eruditione præminere: maximè verò è Republic. scire quid cum suis proceribus secretò moliatur hostis, quid amicus, quid Lusitanus, aut Castellanus, quid Gallus, aut Italus, & Germanus; quid deest nostro, vel hostium exercitui absenti. Fateor quidem hoc, dum illa illis contingant modis, quos Deus probat, quos vigilans prudentia, parque diligentia inuenit. At

O curuæ in terras animæ, & cælestium inanes. [f]

31 Potest ne mortalibus quicquam dulce, pulchrum, vel commodum venire à Cacodæmone hoste versuto, mille ad nocendum ipsis vias habenti, & totidem alias quærenti? qui à ruinæ suæ principio conatur omnibus modis humanum genus euertere & perturbare? qui dolet & erubescit caritatem, quam in cælo nequiuit seruare, homines lutea materia in terra tenere? qui humanum intellectum non potest, quemadmodum Angelus bonus illuminare, vt ait sanctus Thomas, [h] sed tantum obtenebrare? qui mendax est & pater mandacij? qui sialiquando quidpiam vel dicat, vel faciat, quo suis cultoribus vel parùm commodet: non tamen id facit vt prosit, sed vt grauissimè aliquo mendacio postea (illi fide habita) obsit vt testatur Athanasius apud sanctum Thomam. [i]

32 Si cauendum est ab inimico reconciliato, [k] quid de inimico prorsus irreconciliabili? Iam quòd prodesset fortunis, nec obesset vmquam illis (quod prorsus contra est) quid prodest homini totum mundum lucrari cum animæ suæ detrimento? [l] Vbi est illa caritas, qua Deum plusquam nos diligere tenemur. [m] Si Deum Optim. Maxim. pro domino ducimus, vbi est ipsius timor? [n] si pro patre: vbi ipsius amor? Absint à nobis, hæc remedia: quæ ipsis morbis sunt grauiora. [o] Absit à nobis Leonina societas, cum eo præsertim, qui tamquam Leo rugiés circuit quærens quem deuoret. [p] Quod bellum iam inde à baptismo indiximus illi perpetuum, geramus gnauiter, geramus & strenuè, alta mente versantes illud Pauli pauló immutatum. [q] Quid nos separabit à caritate CHRISTI: Quid nos faciet deserere crucis vexillum, in quo vincendum? Quid nos faciet ad signa funesta perfidi hostis per familiaritatem transfugere? An tribulatio, an angustia, an nuditas, an periculum? Decernamus ope diuina, exequi ea, quæ insequuntur, scilicet, quòd neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque creatura aliqua nos separet à caritate Dei, quæ est in CHRISTO IESV Domino nostro, Amen.

Inter alia, Christiane Lector, quæ me ad hæc duo notabilia dilitanda, & ad proximam exhortationem faciendam mouerunt, fuerunt quidam, qui quo tempore hanc

a Psalm. 2.
b Psal. 99.
c Iob 7.
d Esai. 9.
e Cap. baptizandi. de consec. distinct. 4. f Leg. 3. ff. de re milit. §. iu qui.
g Cap. omnis. de pœn. dist. 1. h 2. q. 10. art. 3. i 2. 2. q. 81. a. 6.
k Le. 3. §. amator. adiunctis sequentibus. ff. de re milit. l Ca. visis. 18. quæst. 2. m 28. cap.

226. quæst. 2.
b Ca. sciendũ. 28. quæst. 2.
c 2. 2. q. 75. a. 4.
d Cap. nihil. prodest. de cõsecrat. dist. 6.
e Sat. 3.
f Pers. Satyr. 3.
g Cap. visis. 16. quæst. 2.
h 1. 2. q. 17 2. artic. 5.
i 2. 2. q. 75. ar. 4.
k Cap. accusatores. 1. 3. q. 5.
l Ca. Matthæus. de simo. & Matth. 16.
m Cap. caritas est. de pœnit. distin. 2.
n Malach. 1.
o Leg. si. non fuerint. §. Aristo. ff. pro soci.
p 1. Petri. 5.
q Ad Rom. 8.

relectionem Conimbricæ composui & pronunciaui, frequentabant Curiam Ioannis huius nominis III non solùm Lusitaniæ, sed etiam totius orbis Christiani Regum cum primis religiosissimi, prudentissimi, & iustissimi, inque sibi subditos amore paterno, & Regia magnificentia benignissimi, & iactantes se Astrologos, euentus futuros prænunciabant: consilia, dicta, & facta in prouincijs longissimè remotis, denunciabant: fures, & furta secreta indicabant: & plagas aliquas, & morbos sine medicinis curabant, quos ante mensem post hanc relectionem in eiusdem Regis Curia publicatam, inde abiisse accepimus: vtinam & in vrbe aliqui ob eam editam resipiscant. Et quoniam ab egregijs cõfessarijs audio, nonnullos esse in vrbe, & in vicinis prouincijs, qui Cacodæmonum opera in prędicta quatuor vtũtur: & plurimi, præsertim fœmine, multiplici superstitione sibi victum quæritant, etiam atque etiam rogo & flagito omnes cuiuslibet ordinis confessarios, vt occasione oblata doceant sibi confitentes, illas bases, quas in Manual. nostro Confessar. [a] posuimus. Prima quod, vt virtus religionis est maxima virtutum moralium, ita vitium superstitionis ei contrarium, in suo genere est vitiorum illis contrariorum pessimum. Secunda, [b] quòd duplex est modus inuocandi dæmonem, vnus expressus, alius verò tacitus. Expressus est, quo apertè vocatur, vel inuocatur dæmon, vel fit aliquid quod creditur opera ipsius dæmonis perficiendum. Tacitus autem est, quo aliquis enititur efficere aliquid per causas, quę nec virtute sua naturali, neque ex diuina, aut Ecclesiastica dispositione possunt illud efficere, vel quando huiusmodi causæ tamquam necessariæ adiunguntur alijs, quæ possunt talem effectum producere, vt primò vti verbis sacris hac conditione, vt sint scripta in illa, vel illa materia, vel tali tempore, aut hora, & alijs huiusmodi, quæ neque ad diuinum cultum, neque eius honorem, neque ad rectam rationem pertinent. Secundo adiungere causis naturalibus aliquos characteres, vim significandi non habentes, qui ad dæmones illos probè intelligentes referuntur, vel sunt nomina ignota, quæ eo ipso quod sunt talia, tacitè ad eos referuntur. Vt tertio vti causis naturalibus ad effectum supernaturalem, veluti ad agnoscendas hominum arcanas cogitationes, vel ad subito medendum. Vt quarto vti verbis sacris ad inanem effectum, sicut ad mouendum annulum supra filum, vel ad voluendum cribrum: quæ quidem non verba sacra, sed ipse diabolus mouet, vt illis verbis honorem sibi faciat exhiberi. Vt quinto, miscere falsa, veluti dicendo Christum habuisse febres. Quibus additur, [c] qui breuia aliqua, (vt vulgo vocant,) vel coniurationes, vel nomina collo appensa gestant, nisi hæ quatuor conditiones concurrant. Prima, quòd sint nomina cognita, & intellecta, & sancta, veluti ex Euangelio, & Scriptura sacra, aut aliquo viro Sancto desumpta. Secunda, quòd in eis nullus alius character, aut signum præter CHRISTI crucem, aut aliud sacrum contineatur. Tertia, quòd in eis nihil sit falsi aut vani, aut ad inuocationem dæmonum pertinens. Quarta, quòd nullam constituat spem in modo scribendi, vel ligandi: neque in eo, quod in membrana, vt vocant virgine, aut cum Sol oritur, vel quando legitur Euangelium conscribantur: vel, quòd debeant tot filis ligari, & à puella virgine: aut quòd à nemine videatur, & alia similia, quæ neque ad laudem Dei, neque ad alium effectum naturalem, vel institutum à Deo, vel ab Ecclesia deseruiunt secundum S. Antoninum. [d]

a Num. 22.
b Num. 34.
d 2. p. ti. 12. c. 1. §. 13 arg. c. non licet. 26. quæst. 6.

TERTIVM NOTABILE COLLIGITVR EX HIS verbis.

Non putet aliquis, quod iurisdictionem illustris Regis Francorum pertutbare, aut minuere intendamus: cùm ipse iurisdictionem nostram nec velit, nec debeat impedire.

SVMMARIVM.

1 *Potestas summa laica an sit penes Papam.*
2 *Papa iudicat subditos imperij eo vacante, & in 149. casibus remissiue.*
3 *Papa transtulit Imperium, super quo multa potest: & deponit reges. num. 5.*
4 *Papa Soli, & Imperator Lunæ similis. idem num. 25.*
6 *Reges Hispani, & Galli subiacuerunt imperio.*
7 *Imperij ortus quando.*
8 CHRISTVS *Dominus vniuersorum etiam quatenus homo, & caput omnium hominum num. 10. Et omnium angelorum. num. 11. Et iudex viuorum, & mortuorum. num. 11. contra Anton. Rosel. num. 66.*
9 CHRISTI *monarchia incepit à natiuitate eius.*
12 *Papa successor Petri, & Vicarius* CHRISTI, *&c.*
13 *Benedicit qui maior benedicto.*
14 *Ecclesia militans instar triumphantis.*
15 *Rationes gubernandi optimè quot, & quæ.*
16 *Ars altioris finis iudicat de fine inferioris.*
17 *Anima, vt finis corporis sit a temporalium spiritualia.*
18 *Commisso vno committi ea, sine quibus id commodè, &c.*
19 *Extrauagans vnam sanctam. 8. modis inducta pro communi.*
20 *Hierony. Balb. nonnullis tribuit aliena. & seq.*
22 *Negligentia conseruandi bona peccatum mortale.*
23 CHRISTVS *discreuit officia vtriusque potestatis.*
24 *Papa vrbis Romæ summam potestatem laicam habet.*
26 *Clemens V. ingratiam Francie declarat extrauagan. vnam sanctam.*
27 *Papa Ioannis humilitas in scribendo.*
28 *Sacerdotium, & Imperium maxima dona Dei, vt differunt. & 26.*
30 *Ludouicus legem tulit contra tenentes partem contrariam.*
32 *Reges Hispaniæ exempti ab imperio hac, & illa facerent.*
33 *Reges Hebræorum primi electi à Deo, non à sacerdotibus.*
34 *Reges Hebræorum non fuberant sacerdotibus in profanis.*
35 *Reges olim præfuerunt sacerdotibus in rebus seculi. & seq. licet hodie secus.*
37 *Comes Palatinus non legitimat filium suum.*
39 *Papa à quibus abstinere debet secundum S. Petrum.*
40 *Romulus discreuit sacra à prophanis.*
41 *Moyses Aaroni commisit sacra.*

1 TErtio ex prædictis verbis colligitur, supremam iurisdictionem merè laicam non videri esse penes Romanum Pontificem: quod, vt alij gladiatorio, vt aiunt gladio affirmant: sic alij mordicus, & in ostrei morem negant inter quos.

Longæuam fecit discordia litem,
Assimilémque iugis loris, quæ Gordius olim
Nexuit, atque Iouis Phrygij suspendit ad aras.

Quamobrem primò vtriusque opinionis fundamenta, quasdam velut acies, in campum educemus. Deinde virtute illarum expensa notabile nostrum faciemus ab erroribus manifestioribus vtriusque patris fautorum alienum: & multis declarationibus, & illationibus illud illustrabimus, monstrando eas: in summa, & effectu, si satis perpendantur, parum inter se differre. Pro communi opinione quadruplici de gente milites deligemus: nempe de canonica, Cæsarea, diuina supernaturali, & naturali. Et primo quidem de canonica hoc cap. quod semper, & vbique pro aduersa parte citatur: nunc primùm à nobis, pro communi expenditur, in eo quòd Innocentius III. non dixit se non posse, vel non debere perturbare, vel minuere iurisdictionem Regis Francorum, sed non intendere id facere: cùm tamen de rege dicat eum, nec velle, nec debere impedire suam iurisdictionem: ac si clariùs dixisset: Regis iurisdictionem ego nolo impedire: ille verò, neque vult neque potest: & ita innuit posse, si vellet: nam qui è duobus sibi propositis alterum negat, alterum fateri videtur. [a] At velle, & posse diuersa esse ponit, cap. *sciscitatus*. [b] cap. *cum super*. c l. *multum interest*. [d] Et vtrumque habuit hic ob oculos Innocentius III.

2 Secundo pro communi facit, quòd vacante Imperio Papa iudicat illius subiectos, [e] cum item laicus iudex est negligens, [f] cum item actor est persona miserabilis actu, & habitu: qualis est pauper, aut vidua dines oppressa, vt habetur in cap. *significantibus*. g cap. *ex parte*. [h] cum vtrobique annotatis per Innocentium & etiam persona misera-

a Cap. qualis. 25. dist. l. cum prætor. ff. de iudicijs.
b De rescrip.
c De offi. delegat.
d C. si quis alteri, vel sibi.
e Clem. pastoralis. §. fin. de re iudic. & extraug. 1. ne sede vacante.
f Ca. licet. ca. ex [illegible] enore. in fra tit. proxi.
g De offic. de legat.
h Inst. tit. proximo.

bilis habitu, & si non actu, vt vidua diues non oppressa, poterit validum impetrare rescriptum, antequam iudex laicus iudicare negligat: licet eo non posset vti, donec ille neglexerit, vt est in cap. *ex tenore.* cum resolucione Panormitani ibi, & aliorum, [a] cum item aliquid arduum occurrit, Papa prouidet circa illud, vt mirè fecit in cap.1. [b] contra occidentes vel mandantes occidere per assalinos. cum item aliquid maximè ambiguum occurrit ipse declarat. [c] Quale fuit olim illud, nondum penitus adhuc lucidatum dubium, de duabus quartis detrahendis à filio hæredeinstituto, eodemque restituere grauato: quod definiuit Ecclesiæ Romanæ princeps in cap. *Raynutius,* & cap. *Raynaldus.* [d] At nulla ratio apta, & quæ mentem satiet serenam, reddi posse videtur, cur Papa his casibus laicos indicare possit, cur circa illos prouidere, nisi quia laicam, eandemque supremam potestatem habeat, saltem in habitu quasi censem intra vaginam reconditum, quem prædictis casibus & alijs similibus veluti coactus euaginet, siue exerat. Ergo propositum. Simili modo possent induci alij similes casus, in quibus Ecclesia cognoscit inter laicos: quorum triginta sex colligit Hostiensis, [e] & quadraginta tres Marianus, [f] Stephanus, [g] & horum multos Speculator. [h]

Tertio Papa transtulit Imperium à Græcis ad Germanos, anno à nato Saluatore 776. secundum glossam singularem & receptam. [i] Ipse dedit potestatem eligendi Imperatorem illis septem Germaniæ magnatibus, qui recensentur à glossa. [k] Ipse cognoscit de Imperatoris electione, confirmandane sit, an cassanda. Ipse confirmat, aut cassat eam, prout iustum fuerit. [l] Ipsi iurat Imperator fidelitatem. [m] Ipse confirmatum & coronatum Imperatorem iustis de causis deponit, vt habetur in d.cap. *ad Apostolicæ.* [n] quod continet sententiam, qua Innocentius IIII. deposuit Fredericum I I. Hæc autem, & alia id genus facere superioris est, & eius, qui super eum, qui talia patitur, iurisdictionem habet, argum. cap. *inferior.* [o] cap. *cum inferior.* [p] cap. *cum ex iniuncto,* [q] & totius tituli, de confirmatione vtili, vel inutili. At eam non haberet, nisi suprema potestas laica penes eum esset. Ergo propositum.

4 Quarto, quòd potestas Papalis auro, Imperatoria verò plumbo comparatur. [r] Et quòd Papa Solis instar est orbis, Imperator autem instar Lunæ. [s] At luna quod lumen habet, à Sole recipit. Ergo & Imperator quam potestatem habet, à Papa dicetur habere.

Quinto, quòd Nicolaus Papa id expressè ait in cap.1. [t] in illis verbis. CHRISTVS *Petro eternæ vitæ clauigero, iura terreni simul & cælestis Imperij commisit.* quid clarius dici potuit? Et in cap. *authoritatem.* [v] ait: *Hæc in mandatis damus, vt spirituali simul, & temporali gladio, malignos illos insequantur.* si gladius vterque apud Papam non est, quorsum Nicolaus hoc mandat Episcopis Galliæ?

5 Sexto, ne dicas aliud esse de Regibus, aliud de Imperatore, probo Reges, quibus non imperat Imperator, Papæ subesse. Tum, quia Zacharias Papa deposuit Childericum Regem Francorum, [x] & Innocentius III I. in Concilio Lugdunensi dedit coadiutorem Regi Lusitanorum. [y] Tum, quia nemo potest libertatem sibi quærere ab obedientia, & illi annexis, vni debita: nisi se alteri subdendo, [z] nemini enim licet esse ἀνυπεύθυνον siue sine capite. [a]

6 At Reges Christiani omnes etiam Hispani, & Galli subditi fuerunt Imperatori. [b] Ergo vel adhuc illi subiiciuntur, vel alteri: non illi, vt ipsi mordicus asseuerat, nec alij quàm Papæ. ergo illi subiacēt. Tum, quia Innoc. dicebat, [c] Regem Francorum, qui dicitur ibi non subesse Imperatori, subiectum esse Papæ. qui idem, [d] ad Papam aiebat, recurrendum esse, quando non est alius superior. Et Hostiensis quem Ioannes Andreas & Antonius secuti sunt, affirmauit. [e] Reges Franciæ, Hispaniæ, & Angliæ peccare, si non cognoscant superiorem, aut Imperatorem, aut Papam: quia non potuerunt vsucapere libertatem ab imperio, nisi se alteri subdendo. Is idem dixit, [f] à Regibus non agnoscentibus superiorem in temporalibus, ad Papam appellari posse, quem sequitur Panormitanus. [g] At hæc non possunt constare, nisi Reges, quibus non imperat Imperator, subsint Papæ. Ergo illi ei subsunt: & non possunt ei subesse in temporalibus, nisi suprema potestas laica sit penes eum: ergo communis opinio est vera.

Septimo idem probatur lege Cæsarea; eo quòd lex, *bene à Zenone,* [a] probat, Imperatorem suscipere insulas, id est diadema, iuxta glossam fin. illius, seu coronam, iuxta Albericum, [b] & non ab alio, quam à Papa, & quòd lex *omnes dies,* [c] coniuncta glossa fin. [d] probat, tunc demum imperium oriri, quando Imperator coronatur. Ergo à Papa cum corona sumit imperium. Et ita vel tacitè fatetur illud habere à Papa.

7 Imo expressim legibus Papæ, & per consectionem potestati eius legislatiuæ, agnoscit Imperator se, suosque subiacere in authentic. *de monachis.* [e] & authentic. *quomodo oportet episcopos.* [f] & authentic. *vt clerici apud proprios Episcopos.* [g] & in authentic. *de ecclesiast. tit.* [h] & horum nulla ratio alia, quæ apta sit, reddi posse videtur, quàm, quia suprema potestas laica est penes Papam. Ergo propositum.

8 Octauo, idem probatur ex sacris litteris, eo quòd CHRISTVS non solùm quatenus verus Deus est & fuit Dominus vniuersorum, iuxta illud. [i] *Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.* [k] distin, sed etiam quatenus perfectus homo. Tum, quia illi dicitur: *Dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terræ.* [l] & rursus illi reges cum insulis oblatoros esse muneri: illum dominaturum esse à mari vsque ad mare, prænunciatum est. [m] Quod aliqua saltem ex parte imperium est, quando à Magis fuit adoratus, [n] Ille rex regum est & dominus dominantium. [o]

9 Sed quid mendicamus: illi data est potestas omnis, & in cælo, & in terra, [p] quod ad humanitatem referendum esse D. Hieronymus & Augustinus testantur: quia quoad diuinitatem indubitatum erat, quod eleganter refert, & sequitur doctissimus ille Aquinas, [q] qui, [r] ostendit à natiuitate CHRISTI eius monarchiam etiam quo ad temporalia cœpisse. Quod plerique omnes sequuntur, & in his Hostiensis, [s] & D. Antoninus. [t] Iacobus Almaynus de potestate Papæ, [v] rationem in hoc adducens neruosissimam, & per natiuitatem intelligens conceptionem illam in vtero virginis matris ter que, quaterque mirabilem. pro quo facit, l. *qui in vtero.* [x]

10 Adde quòd ille etiam quatenus homo, est caput super omnem Ecclesiam, [y] & caput omnium, etiam qui natiuitatem ipsius præcesserunt: siue sint vniti per gloriam, siue per gratiam siue per fidē tantùm, siue sint quandoque vnjendi, siue numquam: dummodo sint ad id in potentia: ita, vt omnes homines huiusmodi ipsius membra mystica sint, vt docet S. Thomas. [z]

11 Adde quò magis demiremur, magisque obstupescamus, ille est caput omnium angelorum: nam hoc nomine ministrarunt ei, vt habetur apud Euangelistam, [a] ipse est caput omnis principatus, & potestatis, [b] ipse est positus ad dexteram Patris in cælestibus super omnem potestatem, & principatum, & virturem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non solùm in hoc sæculo, sed etiam in futuro: & omnia subiecit sub pedibus eius. [c] Quæ omnia conuenire CHRISTO IESV, non solùm qua parte est Deus, sed etiam qua parte homo, docuit magnus ille Thomas receptus. [d] Ille denique sanctus Sanctorum, constitutus est iudex viuorum, & mortuorum. [e] Et ne putes hoc ad eum pertinere solùm, quatenus est Deus, audi illud. [f] *Potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est.* per quod ita concludit post alios sacros authores, facer & ipse Thomas communiter receptus. [g] Erat igitur, & est CHRISTVS, etiam quatenus homo, monarcha totius orbis, etiam in temporalibus.

12 At Papa successor est Petri, & CHRISTI Vicarius, iuxta textum in hoc omnium iuris aptissimum in cap. *licet.* [h] illique dictum est: *Quodcunque ligaueris super terram, &c.* [i] cap. quod transfertur in cap. *quodcunque.* [k] & in cap. *à nobis,* [l] factum ab ipso censetur factum à Deo: non enim puri hominis, sed vicem Dei gerit in terris vt est textus, cap. *quanto.* [m] expressus, & omnium iuris in hoc optimus, ex quo ibi Hostiensis infert, idem esse tribunal eius, quod CHRISTI. & glossa singularis ibidem, ait ideo neminem illi dicere posse: *Cur ita facis?* & quidem Anglicus relatus per glossam singularem in proœmio clemen. ad ostendendam amplissimam Romani Pontificis potestatem sic Papam alloquebatur: *Papa stupor mundi, qui maximè rerum.*

a In d.c.licet. & d.c. significauimus.
b De homici. lib.6.
c Ca. pro ueneralem. §. rationibus. qui sit sint legi.
d De testam.
e In summa titul. proximi §. expramissis.
f In d.c.licet. & 149.
g De potest. Eccles. super laic.
h In titul. de iudic. compet. §.1.
i In c. veneranda bilē. de elect. lib.6. ad Apostolicæ, sub sinem de re iudic. lib.6.
l Dict. ca. venerabilem.
m Cap. tibi. 63. d. clem. 1. de iureiurād.
n De reiudi. lib.6.
o 21. distinct.
p De maiori.
q De haret.
r In cap. duo sunt. 96. dist.
s Cap. solitæ. de maior.
t 22. dist.
v 15. quæst. 6.
x Cap. aliter. 15. quæst. 6.
y Cap. grandi. de supplē. negli. prælat. lib.6.
z Cap. accedentes. c. cum non liceat. ea. cum ex offic. de præscri.
a Ca. nullo. cū glossi. 93. distin.
b Cap. volumus. 11. qu. 1. & l. in Lusitania ff. de cē sib.
c In c. per venerabilem. qui fil. sint legi.
d In c. licet ex suscepto. de fil. compet.
e In d. ca. per venerabilē.
f In cap. cum Ioannes. de fid. instrum. verb. ad nostrum.
g In c. exposita. de arbitris, & in cap si dubius. §. de appellat.

a C. de quadri. præscript.
b Col. 7. ibid.
c C. de feriis.
d Verb. ortus.
e § si verò relinquens. f §. 1. colla. 1. g §. si. collat. 9.
h In princip. collat. 9.
i Psalm. 23.
k Cap. quo iure. 8. distinct.
l Psalm. 2.
m Psalm. 71.
n Matth. 2.
o Apocalyp. 19.
p Matth. vlt. cap.
q De regim. princip. l. 3. c. 12. sub finem.
r Duobus sequentibus.
s In ca. quod super his. col. 4. de vot.
t 3. p. tit. 3. ca. 2. col. 5.
v Ca. 8. col. 6.
x ff. de statu hominum.
y Ad Ephesios 1.
z 3. p. q. 8. a. 3.
a Matth. 4.
b Ad Coloss. 2. & ad Eph. 1.
c Ad Ephes. 1.
d 3. p. q. 8. ar. 4.
e Actorū. 10.
f Ioan. 5. cap.
g 1. p. q. 59. a. 2.
h De transla. prælat.
i Matth. 16.
k 24. quæst. 1. l 2. de sen. exc.
m De transl. prælat.

Nec Deus es, nec homo, quæsi neuter inter vtrumque, & glossa singularis, [a] dixit, perinde sacrilegium committere, qui Papæ mentitur, ac qui Deo: quia eius vices gerit. Cùm igitur CHRISTVS vtramque potestatem habuerit, & in vtraque sibi tam magnificè substituerit Petrum, habuit ergo & vtramque Petrus: habet ergo & hodie vtramque Paulus III. successor eius. Et verum erit illud Innocentij IIII. [b] ab omnibus receptum, *Papæ* CHRISTI *Vicario omnis creatura subiecta est.*

13 Nono facit, quòd qui benedicit maior est illo, qui benedicitur, [c] & maior nō potest coargui à minore, iuxta illud, *Seniorem ne increpaueris,* [d] facit cap. *qualis,* cap. *oues,* cap. *laici,* [e] quæ fundantur in facto illius pessimi Cham, qui se maiorem, nempe patrem irrisit, [f] patet & per multa, quæ congerit ex sacris litteris Gratianus. [g] At Imperatorem, & omnes alios reges Papa benedicit, Papa cum opus est coarguit. Ergo maior est illis.

Decimo facit, quòd Saul primus Hebræorum Rex, à sacerdote Domini, scilicet Samuele vnctus fuit, [h] secundus item, scilicet Dauid, [i] quem etiam Nathan prophetа grauissimè reprehendit, [k] & Hieremias constituitur super gentes, & regna, vt euellat & dissipet, ædificet, & plāter, [l] & si quid difficile & ambiguū inciderit iubetur Hebræorum populus ad sacerdotes Leuitici generis, & iudicem, qui pro tempore fuerit accurrere. [m] Quis ergo neget sacerdotibus subiici omnes, etiam laicos, etiam principes supremos?

14 Vndecimo facit, quòd Ecclesia militans instar triumphantis est constituta, iuxta illud [n] *Vidi Hierusalem sanctam nouam descendentem de cælo,* hoc est, Ecclesiam militantem veluti exemplatam à triumphante, iuxta glossam singularem, [o] & ita est vna, sicut & triumphans, iuxta illud, *Vna est columba mea,* [p] quod de Ecclesia militante intelligit Hieronymus, [q] habetur in symbolo maiore, & symbolo 4. scilicet, cap. *firmiter.* [r] Ergo, sicut in triumphante vnus est omnium princeps: ita & in militante vnus erit omnium monarcha. Confirmatur hoc ex eo, quòd vnius corporis vnum caput esse oportet, alioqui mōstrum dicetur. [s] Ergo & vnius Ecclesiæ vnum caput sit oportet: & non est aliud, quàm Papa. Ergo propositum.

Duodecimo, idem probatur ratione naturali, eo quòd optimum optima decent, [t] sicut & pessimū pessima consequuntur. [v]

15 At rationum gubernandi. (quæ tres sunt, Aristocratia, siue optimatum: Democratia, siue popularis: & Monarchia vnius, siue regalis: optima est Monarchia, siue regalis, secundum Aristotelem, [x] pro quo est cap. *in apibus.* [y] & omnium legislatorum optimus & maximus fuit CHRISTVS. Ergo optima ratione gubernandi suam Rempublicam Christianā instituit. Et ita vnus est totius Ecclesiæ siue Reipublicæ Christianæ princeps, & non alius quàm Papa. Ergo ipse.

Decimotertio faciunt aliæ tres rationes naturales, quòd nemo dat quod non habet, neque non habet quod dat. [z] Et quòd maior potest, id quod minor, [a] & quòd cui plus licet, licet etiam quod est minus. [b] At Papa dedit potestatem eligendi & faciendi Imperatorem: Papa dat potestatem gubernandi temporalia, iuxta citata in 3. argum. & ipse gubernat spiritualia maiora vtique temporalibus, [c] & est maior Imperatore. Poterit ergo Papa gubernare temporalia.

16 Decimoquarto facit illa ratio naturalis, quæ dictat, eius esse iudicare de mediis, cuius est iudicare de fine, [d] vt medicinæ ars, cuius finis est sanitas, indicat de mediis sanitatis, [e] & ars militaris, cuius finis est victoria, iudicat de equestri, quæ ad illam est necessaria: & equestris iudicat de freno factiua: & generaliter, Aristoteles, [f] docet, in omnibus artibus, & potestatibus ordinatis, illa, cuius finis est altior, & potentior, præcipere debet, & dirigere illa, quorum finis inferior est, & ordinatur ad illum finem altiorem: vt ars architecti, cuius finis est ipsa domus tota, præcipit, & dirigit artes illas aliorum artificum, quarum finis est inferior, & subordinatus illi altiori fini: quales sunt artes lapidicidarum, & lignicidarum, & id genus aliæ. At certum est potestatis Papæ finem esse fœlicitatem æternam, & omnes in illam dirigere: & potestas sæcularis quoddā mediū est tendēdi in eum, vt est in c. *princeps,* [a] ibi, *Sæpe regnum cœleste profecit per terrenum.* facit, cap. *regum,* [b] cap. *vides,* [c] ergo ad Papam, pertinet potestatem sæcularem iudicare, quod eleganter expressit Henricus à Gandauo. [d]

17 Decimoquinto, facit illa ratio naturalis, quòd ficut corpus est propter animam: ita temporalia sunt propter spiritualia. Et vt finis corporis est anima: ita finis temporalium sunt spiritualia: & per consectionem potestas temporalis est, propter spiritualem: atque ideo potestas spiritualis iudicat de temporali, & dirigit illam, veluti medium quo tenditur in suum finem.

18 Decimosexto facit illa ratio naturalis, quæ dictat, commisso vno censeri commissa illa, sine quibus id expediri non potest, [e] imo etiam illa, sine quibus id expediri quidē potest, sed non cōmodè, [f] per quod pulchrè reprobat Aretinus, [g] glossam singularem quæ fecunda est, cap. *solet,* [h] sicut etiā pulcherrimè ait Bartholus, [i] quòd cōmisso arbitrio super statu pacifico Reipublicæ, cēsetur data potestas compellendi ad cōcordiam ciues etiā particulares.

19 Postremò hæc opinio videtur definita pro vera in extrauagante, *vnam sanctam.* [k] Primo quidem quatenus habet, subesse Romano Pontifici, omni humanæ creaturæ esse de necessitate salutis. Secundo quatenus propè medium ait, *Qui in potestate Petri temperatum gladium esse negat, malè verbum attendit Domini, proferentis, Conuerte gladium tuum in vaginam.* Tertio, ibi rursum: *Vterque est in potestate Ecclesiæ, spiritualis gladius, & materialis.* Quarto, ibi: *Oportet gladium sub gladio esse, & temporalem auctoritatem spirituali subiici potestati.* Quinto, ibi: *Lex diuinitatis est, infima per media in suprema reduci.* Sexto, ibi: *Non ergo secundum ordinem vniuersi omnia æquè immediatè: sed infima per media, inferiora per superiora in ordinem rediguntur.* Septimo, ibi: *Spiritualis potestas terrenam habet instituere, & iudicare, si bona non est.* Octauo, ibi: *Spiritualis iudicat omnia,* quis ergo Catholicus neget apud Romanum Pontificem esse vtramque potestatem, alteram in actu, alteram saltem in habitu?

Hæc sunt, amplissima & ornatissima Concio, fulcra illa, quibus hæc sententia communis annitens, regina veluti quædam magna stipante caterua, incedit: quam mille sequuntur non (vt ille ait) Oreades: sed insigni auctoritate doctores. Quorum de numero sunt Innocentius hic cum Hostien. glossa & Ioannes Andreas quos Petrus, ab Ancharano, Antonius, à Burrio, Panormitanus, Imolensis, Andreas Siculus, Felinus, & Decius sequūtur: glossa item Hostiensis, Panormitanus, Præpositus, & communis in cap. *causam quæ,* qui filij sunt leg. Archidiaconus, & Cardinalis, Alexandrinus, in cap. *quoniam,* [l] & Alexandrinus. [m] Oldradus, [n] Bartholus item [o] innuens contrarium esse hæresim, & quasi ob id hæreseos fuisse damnatum, Dantem Florentinum, Poëtam alioqui celeberrimum. Bartholus item eleganter in extrauagantem, *ad reprimendam,* [p] Paulus Castrensis. [q] Augustinus Anchonira, [r] S. Antoninus, [s] Prieras, [t] Ioannes Seleſtadiensis. [v]

20 Nouissimè Hieronymus Balbus, episcopus Corsensis vir varia lectione, & eruditione insignis, in lib. de coronatio. Imperatoris ad Carolum V. qui nunc fœliciter imperat, non semel hanc tenet: quamuis frequenter in contrarium incliner: quam nescio an indigentia lapsus impositus Bartholus in prædictis locis: cùm tamen Antonius, à Rosellis, [x] ægrè ferat, & lugeat, illū adhæsisse huic, quam nunc fundauimus, conclusioni communi. Idipsum imposuit idem Hieronymus, Innocentius, [y] qui tamen expressè ait, Imperatorem suum Imperium habere à Papa. Idipsum imposuit etiam Archidiacono, [z] in quorum nullo, de hac conclusione vllum verbum fecit. Eandem imponit etiam Hostiensis in summa tit. de appellatio. in §. *quoniam,* qui nusquam est, & in §. *à quo,* [a] vbi aliquid ad hanc rem pertinens dicens, communiorem potius amplectitur, si satis perpendatur: sicut & illam amplexus fuit in summa. [b] Denique hanc esse opinionem communem affirmant Panormitanus, Innocentius, & Imolensis. [c]

CONTRARIÆ OPINIONIS FVNDAMENTA.

21 HVius tamen cōclusionis frequentius receptæ gloriam multa interturbant: & adeo quidem, vt me

a In c. sicut. 96. dist. de offi. ordin. Inon sunt liberi. ff. de stat. hominum.
b In c. 1. de cōsist.
c Ad Heb. 7. & c. denique. 21. distinct.
d 1. ad Timot. 5. & ea. Paulus. 2. quæst. 7.
e Ead. caus. & quæst.
f Genes. 9.
g Ca. plerumque. 2. qu. 7. Iut. Reg. 10. c.
i Eod. li. c. 16.
k 2. Reg. 12.
l Hierem. 1. & 2. solitæ. de maiori.
m Deute. ca. 17. & cap. per venerabilē.
n Cap. illud. 93. d. c. historia. 33. qua. 2.
b Ca. cui plus. de reg. iur. li. 6. l. no debet. ff. eodem.
c Ca. illud. de maior.
d Leg. de qua re. ff. de iudiciis. l. oratio. ff. de sponsal.
e Cap. tua de homicid.
f 1. Ethicor.

a 22. quæst. 5.
b Ead. causa, & quæst.
c Ead. causa. quæst. 6.
d Quod. 6. a. 23.
e Leg. 2. ff. de iurisdictio. omn. iudic. cap. præterea. de offi. deleg.
f Leg. penult. ff. de vsufru. l. quitumque. §. si ei, qui ad vendendum. ff. de instit.
g In c. de testib.
h De sen. ex commun. l. 6. i In l. ambitiosa n. 17. ff. de decret. ab ordin. faciēd.
k De maior. & obed.

l In c. distinct. m In ca. cum ad verum. 96. distinct.
n Consil. 81. o In l. 1. §. præfides ff. de requirend. reis. p In verb. totius orbis.
q In l. non am bigitur. ff. de legib.
r De potest. eccles. s 3. p. tit. 26. c. 14. §. 17.
t Verb. Papa. q. 10. & 11.
v In quadrinio. 1. p. col. 1.
x In tract. de potest. Imperator. col. 15.
y In d.c. licet. de foro compet.
z In c. duo. & ca. si Imperator. c. cum ad verum. 96. d. a. 2. col.
b Tit. qui filij sint legit. §. qualiter, & à quo. 3. col.
c In c. si duobus. §. deniq. de appellatio

quoque ipsum, qui olim ab ea ſtabam, pridem in contrariam, vel potius diuerſam vi ſua traxerint, quæ etiam deſumuntur, ex ratione canonica, Cæſarea, Diuina ſupernaturali, & naturali.

Et primo quidem ex canonica deligitur hoc cap. multipliciter in hoc expenſum. Primo quatenus auctor eius Innocentius III. de ſuprema laica poteſtate Francorum inquit, illam eſſe Regis illorum: non obſcurè innuens, eam ad ſe non pertinere.

22 Secundo verò, quatenus inquit, non eſſe ſui propoſiti illam perturbare: cùm tamen id nequiuiſſet omittere, ſi ad Papam illa ſpectaſſet: quia negligentia conſeruandi res Eccleſiæ ſuæ, peccatum eſt prælato, [a] & non quale quale peccatum: ſed mortiferum, ſi eſt magna, ſecundum gloſſam multis ſingulare, [b] imo & dignum, propter quod quis deponatur ab officio, ſecundū gloſſam etiam multis ſingularem. [c] Tertio verò, quatenus innuit, ita ſe habere Papam ad Francorum Regis iuriſdictionem, ac Rex ad iuriſdictionem ipſius. At conſtat iuriſdictionem Papæ nullatenus ſpectare ad Regem. Ergo nec illa quæ Regis eſt pertinet ad Papam. Quòd autem Innocentius loquatur de ſuprema laica poteſtate, patet: nam ipſemet aſſeruit. [d] Francorum Regem, (de cuius iuriſdictione, & poteſtate hic agitur) nemini eſſe ſubiectum. Quarto, quatenus probat non potuiſſe vllo modo Papam cognoſcere de hac cauſa, ſi fuerat fundata contra Regem Franciæ, ordinaria via: ſed ſolùm extraordinaria, ſcilicet denunciationis, eo quòd allegabatur, peccare mortaliter non reſtituendo illud feudum Anglorum. At ſi ſuperior eius fuiſſet, potuiſſet cognoſcere aliquo modo de hac cauſa: etiam ſi fuerat feudalis, etiam ordinariè: quoniam cùm inter dominū, & ſubditum eſt cōtentio de feudo, non cognoſcit dominus: ſed ordinarius * ſi non ſunt pares curiæ, [e] imo & ſi ſint pares curiæ, ſi tamen illi ſint ſuſpecti, ordinarius cognoſcit, ſecundum Baldum, [f] & Præpoſitum. [g] Cum igitur Innocentius III. præſupponat hic nullo alio modo, quàm ratione peccati poſſe cognoſcere de hac cauſa, clarè præſupponit, nullo modo eſſe ſuum ordinarium.

* Si non ſunt pares curiæ. *Pares curiæ ſunt, qui eiuſdem domini ſimilis naturæ feudi vaſſalli ſunt, vel alterius domini eiuſdē generis, ſi dominus non habeat ſimiles vaſſallos, veluti ſi agatur de comitatu, pares curiæ regis erunt comites alij, ſi de ducatu duces, ſi de baronia barones, vt pares à paritate feudorū dicti ſint, vt docet ex Innocentio Panormitanus, & habet Petrus Gregorius, lib. 6. Syntag. iuris cap. 15. Quod vero paulo poſt citatur ex Auguſtino eſt in tract. 6. ad cap. 1. Ioannis, & quod ex Gregorio Nazianzeno eſt in oratione ad ciues angoris plenos, & magiſtratum iratum. Vbi denique Cyprianus citatur illius non eſt, ſed Nicolai Papæ 1. in epiſt. 7. ad Michaelem Imperatorem. 42.*

Secundo facit, quòd S. Auguſtinus, [h] iura humana ideo ait iura temporalium Imperatorum eſſe: quia Deus per Imperatores, & rectores ſæculi ipſa iura humana diſtribuit humano generi, Audis, nō Papam, ſed Deum per Imperatores iura humana humano generi diſtribuere?

23 Neque aliud ſentit Gregorius Nazianzenus, [i] Cyprianus item relatus in cap. *quoniã*, [k] ſic loquitur. *Mediator Dei, & hominum homo* CHRISTVS IESVS *ſic vtriuſque poteſtatis officia diſcreuit, vt Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent: & rurſus Pontifices pro temporalium tantummodo curſu, Imperatorum legibus vterentur,* Audis CHRISTVM diſcreuiſſe vtriuſque poteſtatis officia? Audis, Papam egere Imperatore quoad bona temporalia? Audiamus nunc Nicolaum idem repetentem, [l] & addentem, *Poſtquam ad verum, ſcilicet* CHRISTVM *ventum fuit, nec Imperatores iura Pontificis arripuiſſe: nec Pontifices iura Imperatorum vſurpaſſe*, an non clarè diſtinguit vtriuſque iura?

24 Tertio facit, quòd Gelaſius Papa ita Imperatorem alloquitur, [m] *Duo ſunt quippe, Imperator Auguſte, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas.* Audis verbum *duo*? Adde, quòd ex cap. *Conſtantinus*, [n] iuncto cap. *fundamenta*, [o] & cap. *futurā*, [p] colligitur, per donationem Conſtantini cōuenire Papæ ſupremā in vrbe Roma laicam iuriſdictionē, & non ex ſuo ſummo Pontificatu: omitto cap. *nos ſi incompetenter. §. ſed notādum*, [q] qui non ſolitus in hoc allegari habet, duas eſſe perſonas, quibus mundus iſte regitur, regalē ſcilicet & ſacerdotalem: & ſicut reges præſunt in cauſis ſæculi: ita ſacerdotes in cauſis Dei. Et paulò poſt habet, quòd ſicut Ozias à Domino percuſſus eſt: quia ſacerdotum officiā vſurpare non licuit: ſic ſacerdotibus, & prophetis regū officia vſurpare non licuit. Quid clarius potuit dici in huius partis confirmationem?

25 Quarto facit, quòd S. Ambroſius, [a] dixit, ad Imperatores palatia, ad ſacerdotes pertinere Eccleſias. Et Innocentius III. [b] Papam Soli, & Imperatorem Lunæ cōfert: ſed Luna non fuit per Solem facta, nec à Sole dependet: immo diuerſo defertur in cælo; quia defertur in primo, cùm tamen Sol deferatur in quarto. Ergo nec Imperator fit à Papa, nec dependet ab eo.

Quinto, quòd Honorius III. [c] præſupponit, ſe quidem idoneum iudicem ad cognoſcendum de natalibus reginæ Cypri, ad cognoſcendum verò de ſucceſsione, non ipſum, ſed regem Francorum exiſtere competentem. Et Alexander III. [d] reſpondit, ad regem, & non ad Eccleſiam pertinere de poſſeſsionibus cognoſcere: & addidit, *Ne videamur detrahere iuri regis Anglorum, qui ipſarum iudicium ad ſe aſſerit pertinere.* Audis iuriſdictionem aliquam eſſe, quæ ad regem Anglorum, & non ad Papam pertinet? Idem Alexander, [e] declarat, extra terras Eccleſiæ, nō poſſe ad ipſum appellari à iudice ciuili, nulla inter ſupremam, & inferiorem facta differentia. Quin & gloſſa ſingularis, [f] tenet ab Imperatore ad Papam non poſſe appellari, quod totus ſeruat Chriſtianiſmus.

26 Sexto faciūt multa, quorum prætereo inductionem, ſcilicet cap. *quæſitū*, [g] & cap. *principes*, & cap. *regum*, [h] & cap. *celebritatem*. [i] Referam tamen extrauagātem, *meruit*, [k] per quam Clemens V. in gratiam regni, & regis Francorum declarauit, nullū eis fieri præiudicium per extrauagātem illā, *vnam ſanctam, de maior.* [l] in vltimo fundamēto alterius partis relatam, & octupliciter pro parte cōtraria inductā.

Septimo, idē probatur ratione Cæſarea, qua Imperator dominus dicitur mūdi, per l. *deprecatio*, [m] l. *bene à Zenone*. [n] Non eſt igitur Papa dominus mundi: cum duo inſolidum nequeant eſſe domini. [o]

27 Adde, quòd Papa Ioannes ſcribens Iuſtiniano præpoſuit nomen illius ſuo: cum tamen Iuſtinianus ſcribens Papæ contra fecerit, vt habetur in inſcriptionibus, l. *inter claras*, & legis ſequentis, [p] quod nō videtur fuiſſe facturus Papa, ſi ſuperior fuiſſet Imperatore in omnibus, tam temporalibus, quàm ſpiritualibus: quia indiſcreta videri potuit illa modeſtia, arg. cap. *Cum humilitatis cauſa mentiris: ſi antea non erat peccator, mentiendo efficeris.* [q]

28 Octauo facit, quòd Cæſar, [r] ait, Imperium traditum eſſe à cæleſti maieſtate Imperatori. Idem, [s] teſtatur, maxima dona Dei à ſuperna clementia donata eſſe, ſacerdotium, & Imperium: illud quidem diuinis miniſtrans: hoc autem humanis præſidens: & vtraque ab vno eodémque principio procedentia, humanam exornare vitam, quid clarius dici potuit? Audis vtrumq; donum à ſuperna clementia collatum? Audis, vtrumque ex vno eodémque principio manare? Non igitur alterum ab altero. Idem, [t] dixit, Imperium à ſacerdotio parum differre: quod nequit intelligi quoad dignitatem & perfectionem: cùm tantò ſit Imperio ſacerdotium ſublimius, quantò aurū plumbo. [v]

29 Ergo intelligendum eſt quoad originem, eo quòd vtrumque manat à Deo immediatè: quod eſt propoſitio noſtra. Idem, [x] dicit, Imperium à Deo de cælo inſtitutum: ſuprema ergo poteſtas laica non naſcitur ex eccleſia, nec penes Eccleſiæ principem eſt.

30 Nono facit id, quod refert Albericus, [y] ſcilicet Ludouicū à Bauaria cum electoribus condidiſſe legem quādam, relatam ab ipſo ibi ad verbum, quæ declarabat poteſtatem Imperatoriā eſſe immediatè à Deo: & incurrere crimen læſæ maieſtatis, quicunque diceret electum in Imperatorem ante coronationem non eſſe verum Imperatorem, vel non poſſe adminiſtrare Imperium: quam legē Albericus ait iuſtam viſam fuiſſe tunc multis prælatis, & eruditis viris Romæ, vbi tunc ipſe agebat.

31 Facit, & epiſtola Philippi regis Francorum cognomento Pulchri ad Bonifacium VIII. conditoré prædictę extrauagantis, *vnam ſanctam*, qua negat Franciam, eiuſq; regem in temporalibus ſubiici Papæ, quod & ſatis innuit

prædicta

a *De priuileg.*
b *In c. Adrianus. 63. diſtin.*
c *In c. & ſi ne eſſe. de dona. inter vir. & vxor.*
d *In c. per venerabilem. qui fil. ſunt legit.*
e *Ca. 1. de cōtrouerſ. feudi apud pares curiæ, & c. in perialē. §. fin. de prohib. feud. alien. per Frederū bi gl. recepta.*
f *In d. §. fin.*
g *In c. 1. n. 2. de inueſtitur. in marit. facta.*
h *In c. quo iure. 8. diſt.*
i *In c. ſuſcipiens. 10. diſtin.*
k *Ead. diſt.*
l *In c. cum ad verum. 96. d.*
m *In cap. duo ſunt. 96. diſt.*
n *Eiuſd. 96. d.*
o *De elect. li. 6.*
p *12. quæſt. 1. q. 7. quæſt. 1.*
a *In c. conuenior. 23. qu. 8.*
b *In c. ſolita. de maior. & obed.*
c *In cæ. ſuam de ordi. cogn.*
d *In c. cauſā, quæ. 2. qui fil. ſunt leg.*
e *In c. ſi duobus. §. deniq; de appellat. & In c. quemiã. diſt. 10.*
g *23. quæſt. 4.*
h *23. quæſt. 5.*
i *De conſecr. diſt. 1.*
k *De priuile.*
l *Supra.*
m *ff. ad l. Rhod. de iact.*
n *C. de quad. præſcr. l. 2. §. penult. C. de iureiur. propter calu. dād. l. 1. §. & cum lex. C. de rei vxor.*
o *Le ſi vt certò. §. ſi duob. ff. commoda.*
p *C. de ſumma Trinit.*
q *12. quæſt. 2.*
r *In l. 1. C. de veter. iur. enucl.*
s *In prine. Authent. quomodo oporteat epiſcopos. coll. 1.*
t *In Auth. de non alienan. §. ſancimus. collat. 2.*
v *Cap. duo ſunt. 96. diſt.*
x *In Auth. de inſtrum. fide. & caut. §. quia igitur. collat. 6.*
y *In l. bene à Zenone. C. de quadri. præſ. num. 10.*

prædicta extrauagans, *meruit*, [a] allegata in arg. præcedenti.

32 Facit, quod omnes Hiſpaniæ reges, qui ſe credunt nemini ſubiacere in temporalibus, iuxta gloſſam multis ſingularem, [b] quæ tamen habet ſimilem, [c] ægerrime ferunt ſe vocari ſubiectos, & (vt cū vulgo loquar) vaſallos Papæ in temporalibus. Quis enim eorum ferat ſubditum ſuum à ſeipſo ad Papam appellantem? Quis eorū pareat Papæ iubenti, ne in illa, vel illa cauſſa prophana cognoſcat? Quis eius legitimationem quoad ſucceſsionem temporalem in ſuis regnis recipiat? Quis legibus eius contrariis ſuis extra ſpiritualem & ad ſpiritualia ordinatam materiā pareat. Qui etiam horum regnicolæ audiant æquo animo ſuos reges ſubeſſe Papæ in temporalibus? At vel oportet opinionem communem paulò aliter declarare, vel fateri, & reges præfatos & eorum ſubditos perſeuerare in peccato mortali, & confeſſarios eorum non poſſe illos abſoluere, citra ſacrilegij crimen, quod durum eſſet cōcedere.

33 Decimo facris litteris, ſiue iure diuino ſupernaturali, hoc ipſum demonſtratur: nam Saul rex primus Hebræorū à Deo fuit electus & factus, non à ſacerdote: licèt per ſacerdotem illa electio fuit publicata, & vnctio miniſterialiter celebrata, iuxta [d] capit. quod habet, Samuelem dixiſſe Sauli: *Vnxit te Deus ſuper hæreditatem ſuam*, & iterum, *Vnxit te Deus in principem*, & paulo inferius: *Certè videtis quem elegit Dominus.* Dauid item ſecundus Hebræorum Rex non fuit electus à Samuele, ſed à Deo. [e]

34 Vndecimo etiam ſacris litteris probatur, eo quòd numquam in eis legitur Saulem, vel Dauidem, vel vllum alium Hebræorum Regem ſubiacuiſſe quoad temporalia ſacerdotibus, nec eis obediſſe in illis, ſaltem qua parte ſacerdotes erant, quamuis qua parte nuncij erant Dei, obedire tenerentur: ſed illud non erat obedire ſacerdotibus, ſed Deo, arg. capit. *cum aliquibus*, [f] cap. *hi, qui.* [g] l. *qui autem*, [h] cum l. ſequenti, [i] per quam ſingulariter probatur, etiam directam actionem quæri alicui per liberam perſonam, quando illa interuenit vt nuncius.

35 Imo in capit. *nos ſi incompetenter*, [k] habetur ſingulariter, Dauidem præfuiſſe ſacerdotibus in cauſis ſæcularibus, ſubiacuiſſe verò illis in cauſis Dei, & [l] Propheta Nathan appellat Dauidem dominum ſuum per illa verba, *Domine mi Rex*, & per illa: *A domino meo Rege*, & per ea: *Mihi non indicaſti ſeruo tuo.*

Duodecimo facit, quòd etiam in Euangelio Saluator noſter iubet reddi ea, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, quæ ſunt Dei, Deo. [m] imo quod magis eſt, tributum ſoluit illi pro ſe, & pro Petro. [n]

36 Decimotertio facit, quòd illa duo luminaria totius orbis Chriſtiani Petrus & Paulus Apoſtolorū principes, quibus hic dies ſacer eſt, id manifeſtè videntur docuiſſe: Petrus quidem, [o] qui relatus in cap. *ſolitæ*, [p] iubet omnibus Chriſtianis, obedire Regibus, etiam ethnicis, quales tunc omnes erant: Paulus verò ad [q] relatus in cap. *conuenior*, [r] præcipit, vt omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit, quos conſtat non cœpiſſe quicquā à Petro, quippe qui eſſent ethnici, ſed à Deo ipſo, vel à populis, qui eam ab eo acceperūt, iuxta illud: *Omnis poteſtas à Deo eſt.* [s] Idem item Paulus relatus in cap. 1. [t] ait [v] *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus*, qui verò maximè militare Deo debet, Papa eſt. [x] Ergo non debet eſſe penes eum poteſtas merè laica omnium ſecularium.

37 Decimoquarto ratione naturali idipſum oſtenditur, eo quòd illa ſuadet, ſingula officia ſingulis eſſe cōmittenda perſonis. [y] Et ideo excepta neceſsitate, nemo debet eſſe carnalis ſimul & ſpiritualis pater eiuſdē, [z] nec Comes Palatinus proprium legitimat filium ſecundum gloſſam ſingularem, [a] quam ſequitur Ancharanus, [b] Antonius à Roſellis, [c] Ioannes ab Annania, [d] quamuis cōtra tenuerit Baldus, [e] & Bolognínus. [f]

38 At monarchia ſpiritualis, ſiue ſummū ſacerdotium, & ſummum imperiū, ſiue ſæcularis monarchia, duo ſunt munera diſtincta, & non quomodocumque, ſed vt aurum, & plumbum, [g] imo, & vt duo luminaria diuerſis præſidentia, [h] & vt duo dona maxima Dei. [i] Ergo non ſunt cōmittenda vni aut certè melius cōmittuntur duobus. At Dei opera ſunt perfectiſsima, Deut. 32. Ergo illa duo non vni, ſed duobus fuere à CHRISTO ſummo Deo cōmiſſa.

Decimoquinto, facit illud ab hac eadē naturali ratione manans, ſcilicet, *Qui ad vtrunque feſtinat neutrum bene peragit*, [a] & illud, *Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus*, & illud, *Pſalterium cum citharа male concordat.* [b]

39 Decimoſexto facit ratio canonica mixta naturali, ob quam [c] Petrus ſic alloquitur Clementem deſtinatum Papam, *Oportet ſummo te ſtudio niti Clemens, vt omnes vitæ huius occupationes abiicias, ne fideiuſſor exiſtas, nec aduocatus ſias, neue in vlla alia occupatione mūdi alis officij prorſus inueniaris, ne præfocatus præſentibus hominum curis, non poſſis verbo Dei vacare.* In quibus verbis pondero primò illud omnes vitæ huius occupationes, per quas certum eſt intelligi ſeculares. Secundo illud, ne fideiuſſor exiſtas. Tertio illud, ne in vlla prorſus. Quarto illud, ne præfocatus præſentibus hominum curis. Quinto illud, non poſsis verbo Dei vacare, conſtat enim, & id quidem palam, eum, qui ſummam, præſertim omnium Chriſtianorum, poteſtatem laicam habet, non poſſe præcepta hæc ſeruare. Ergo videntur hæc duo munera ſecum pugnare, vt quidam malè dixerunt, aut certè magis conuenire, vt illa diuerſæ ſubeant perſonæ. Quod ſubiicit ille canon in illis verbis, *Hæc verò opera, quæ tibi minus congruere diximus, exhibeant ſibi inuicem vacantes laici*, audis minus congruere?

40 Adde, quòd Romulus Romanorum ille rex primus legem naturæ ſolam doctus, inſtituit ſacra, & qui illa peragerent ſacerdotes à ſe diſtinctos, Marco Varrone, Dionyſio Halicarnaſſeo, & Antonio Coccio teſtibus, proſpiciens vir prudens ſe nō poſſe Imperio ſimul, & ſacerdotio facere ſatis, & quòd poſt illū ea in melius reformauit eius ſucceſſor Numa Pompilius ſolā item legē naturæ doctus.

41 Sed & Moyſes Hebræorum dux ille primus, & optimus, ratus etiam non poſſe ab vno temporalia, & ſacra omnia iuſtè curari, Aaroni hæc, illa ſibi curāda partit [c] eſt.

Poſtremò, vt finiamus in ratione pontificia, à qua eriā incepimus, facit, & neruosè quidem cap. *per venerabilem*, [d] primo, quatenus de rege Francorum, ait, neminem eum ſuperiorem in temporalibus recognoſcere. Quod certè non dixiſſet, ſi ipſemet, qui dicebat, fuiſſet illius ſuperior in illis. Secundo facit, quatenus de rege ipſo verba illa ſubdit, *Noſtræ iuriſdictioni ſubiicere ſe potuit.* Nonne apertè indicat eum non eſſe iuriſdictionis Papæ quoad temporalia, ſine ſubiectione voluntaria, audis enim, potuit, & non debuit. Tertio facit, quatenus probat, Regem Franciæ poſſe legitimare ſubditos ſuos quoad temporalia, ſine vllius alius conſenſu. Quod facere non poſſet, ſi Papam regnoſceret ſuperiorem: vt etiam ipſemet Papa ibidem palam probat.

Hæc ſunt ampliſſima, & ornatiſſima Concio, alia pedamenta, quibus ſuprema poteſtas laica, ſuum caput extollit, & ſe à Deo ipſo ortam probare nititur, quod iure facere poſſe affirmat Ioannes Theutonicus vir vndequaq; doctiſsimus [e] Fráciſcus, item à Zabarellis Cardinalis Florentinus, [f] & Baldus, [g] parum memor Bartholi cōtrarium tenentis, dixit omnes legiſtas tenere pro maxima, Imperatorem Romanorum neminem habere in temporalibus ſuperiorem. Idem Ioannes Pariſienſis theologus ordinis Prædicatorum doctor antiquus, [h] quem ſequitur Albericus, [i] hoc idem ſentit Coſmas, [k] & Iacobus Almaynus. [l] Idem Ioannes Maior, [m] idem Antonius à Roſellis. [n]

Per prædicta, poſteaque dicenda credimus non eſſe aſſentiendum his, qui dicunt poteſtatem ſupremam laicam omnium non ſolum habitu, ſed etiam actu eſſe penes Papam: neque aliis affirmantibus poteſtatem laicam ſupremam adeò repugnare ſupremæ eccleſiaſticæ, vt ambæ ſimul in vna, & eadem perſona concurrere nequeant: neq; aliis, qui dicunt, eccleſiaſticā nullatenus extendi ad temporalia: neque his, qui affirmant, duas prædictas, ea ſdemq; ſummas poteſtates, eccleſiaſticam nempe, ac laicam non poſſe concurrere in eadem perſona: imo affirmamus etiā nunc & iuſtè, concurrere in Pontificibus Romanis, qui qua parte ſunt Pontifices ſummi ſummam eccleſiaſticam habent, qua verò ſunt Reges ſupremi Vrbis Romæ, ac multarum aliarum terrarum ſummam laicam habent in eiſdem terris.

Arbitramur autem, ſub debita cenſura, primo, quòd poteſtas regia, ſine ordine ad ſpiritualia, ſiue merè laica

a *Le nemo. C. de aſſeſſ.*
b *Ca. quod à te. cap. diuerſis fallacijs. de cleric. coniuga.*
c *In c. te quidem. 11. qu. 1.*
d *Qui fil. ſint legit.*
e *In ſcholijs, c. quoniã. 10. d. & ſen. in c. 1. 22. d. & in c. cum ad verum. 96. diſt.*
f *In præſen. c.*
g *In rubr. De geſtorū col. 2.*
h *In l. de poteſtate Papali, & Imperiali, & In l. cunctos. n. 9. & 20. C. de ſumma Trini. & in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcri. num. 16.*
k *In prooemio congregat. Gallicane.*
l *In li. de poteſt. Papæ. in 1. a. d. 24. qu. 3. & ſuper Matth. c. 16.*
n *De poteſt. Imperatorū, col. 15.*

suprema, qua totus quoad temporalia,& corporalia regitur orbis, est potestas generi humano ab exordio rationalis creaturæ indita, iuxta principium 5. distin. ad gubernandum illud secundum rationem naturalem, in finem quærendi,& conseruandi virtutes morales, quæ viribus naturaliter inditis absque gratia gratum faciente quæri possunt.

Secundo, quòd potestas noua ecclesiastica suprema, qua tota Ecclesia Christiana in nouo testamento regitur, est potestas spiritualis supernaturalis data Petro, & successoribus eius à Christo ad regendum, & dirigendum eam directè in supernaturalibus, quoad finem supernaturalem supremum,& vltimum, per rationem supernaturalem,quæ directè solum amplectitur supernaturália, indirectè verò, siue in ordine ad supernaturalia, etiam omnia naturalia quatenus sunt necessaria ad consequutionem finis supernaturalis, ob quem sunt instituta. Ita quòd, vt dixit Franciscus à Victoria. [a] Papa in ordine ad supernaturalia habet amplissimá potestatem supra omnem temporalem qua vti potest, quando, & quantum necesse est ad finem supernaturalem: & potest non solùm omnia, quę possunt principes seculares, sed & facere nouos principes,& tollere alios,& imperia diuidere, & pleraque alia, adeò, quòd verũ dici possit illud Illustrissimi Caietani, [b] in hæc verba. *Papa habet supremam potestatem in spiritualibus, & non habet supremam potestatem in temporalibus: affirmatiua namque est vera in ordine ad spiritualia, negatio verò est vera directè, seu secundum seipsa temporalia.* hæc ille.

Tertio, quod næ duæ potestates differunt specie. Tum quia altera, scilicet merè laica, est naturalis, & altera supernaturalis. Tum quia illa fuit naturaliter data primùm toti generi humano, congregationibus & populis eius. Deinde per electionem diuinam, vel humanam, siue successionem, vel alios modos legitimos in Reges, Regulos, vel Respub. & alios translata: hæc verò supernaturaliter data fuit à Christo incarnato, & passo, Petro, & successoribus eius. Tum quia sicut aurum superat plumbum altitudine suæ quidditatis, seu essentiæ,& Sol Lunam, ita potestas ecclesiastica superat merè laicá sua essentia, & eminentia, & eminenter continet eam: sicut perfectio auri eminenter continet perfectionem plumbi, & Sol perfectionem Lunæ,& Deus ipse perfectionem omnium creaturarum, iuxta S. Thomam communiter receptum, [c] licèt differat ab eis infinitate plusquá genere, & specie, vt colligitur ex ead. quæst. [d] Tum quia ferè idé sentit hæc opinio quod S. Thomas, & cõmunis, nisi quòd hæc ait, Laicá potestatem eminenter, & virtualiter contineri in ecclesiastica, illa verò contineri habitu, quod confirmatur eo quòd, quicquid potest Papa facere, statuere, & iubere secundum alteram prædictarum opinionum, potest etiam secundum alteram, vt per solutiones ad argumenta in contrarias partes adducta patebit.

Octoginta corollaria, quibus declarantur multi errores manifestè tenentium vtramque partem huius quæstionis, & definientium, diuidentiumque potestatem, & eas declarantium, & solutiones argumentorum communis, & aliorum.

SVMMARIVM.

42 *Bartholi error grauis.*
42 *Hæresis quid, & qui hæretici.*
42 *Pertinax quis dicatur.*
43 *Hæreticum non esse notabile nostrum, nec eius contrarium.*
44 *Canones non esse sibi contrarios, nec pares sacris literis.*
45 *Canones posse in hoc citari, licet leges nequirent.*
45 *Papam quatenus Papa in his, quæ sunt fidei non errare.*
47 *Papæ licet de sua propria causa cognoscere.*
48 *Papæ inferior cognoscit de causa Ecclesiæ suæ, & seq.*
52 *Baldi duo errores, & seq.*
53 *Andreas Alciatus iuris consultus Laudatus.*
54 *Lusitano paret India, quæ non paruit Romano.*
55 *Papa est maior Imperatore simpliciter, & ei illo secundum quid, & seq.*
57 *Humilitatis, siue modestiæ documentum.*
58 *Aluarij Pelagij error. & seq.*
60 *Dominum non periit peccato mortali, nec fundatur in caritate. 61. nec peribitur paganismo. 62.*
63 CHRISTVS *nullis abstulit sua regna, & est condominus eorum.*
65 *Antonij à Rosella quatuor errores. & 67. 68. & 76.*
69 CHRISTVS *ab æterno fuit, sed non fuit homo ab æterno. & seqq.*
71 CHRISTVS *non fuit legitimè subiectus Pilato.*
72 *Superior peccans in loco inferioris non subest illi.*
73 *Cæsar Augustus* CHRISTI *vicarius.*
74 *Deus omnia facit aut permittit.*
75 *Papa nulli se potest subdere iudicandum.*
76 *Potestas ecclesiastica non repugnat laicæ.*
77 *Moyses habuit vtramque potestatem summam. & seq.*
79 *Concilium œcumenicum non conuocat Imperator.*

42 PRo cuius resolutionis defensione, declaratione, ac argumentorum pro vtraque parte formatorũ concordia infero primo, errare Bartholum, [a] dum significare videtur hæreticam esse, quam elegimus, opinionem, & ob id quasi damnatum fuisse Dantem Florentinum poëtam celebertimum, & qui eam affirmant hæreticos. Tum, quia hæresis est dogma peruersum fidei Christianæ cõtrarium, iuxta cap. *hæc est fides*, [b] & glossam fin. eadem que memorabilem, [c] quam commendat Panormitanus. [d] Hæc autem opinio licèt falsa esset, non esset tamen eiusmodi. Tum quia eius contradictoria, neque sacris literis continetur, neque ab Ecclesia determinata est. Tum quia, non est hæreticus, qui hæresim sine pertinacia renet, vt habet clem. 1. iuncta glossa, [e] & clem. 1. §. *porro*, iuncta glossa. [f] Pertinaciter verò is aliquid tenet, qui adeò affirmat impudenter, vt sit irreuocabilis, indocilis, & obstinatus, secundum glossam, [g] vel certè qui nõ credit illud, quod scit esse fidei Christianæ, vt præclarè declarat Thomas à Vio. [h] vel, vt ipse addo, quod esse fidei debet scire. Quales non sunt, qui hanc opinionem tenent, vel tenuerunt: quippe qui parati sunt & fuerunt corrigi, nec sciunt, vel scire debuerunt, id esse cõtra fidem Catholicam. Tum quia Parisiensis schola nullatenus esset passa, vt sui doctores hanc partem libellis editis defenderent, si putassent illam hæreticam: quod tamen nõ solùm passa est, & patitur quotidie, sed etiam videtur eam comprobare. Neque puret aliquis idem, quod Bartholus tenere Durandum, [i] quoniam licèt id videri posset negligentius eum legenti, tamen longe aliud ait, vt infra, [k] dicam.

43 Secundo errare Antonium à Rosellis, [l] quatenus ait, hæreticum esse, & insanum tenere communem opinionem contrarium nostri notabilis, & hoc peius errat quàm Bartholus meo iudicio, quod multò magis, quàm ille affirmatinam & asseuerat illud, quod ille non facit. Is error eisdé ferè fundamentis, quibus precedés confutari potest.

44 Tertio errat (vt pace eius loquar,) prædictus Hieronymus Balbus, cùm [m] ait leges in hac cõclusione sibi vbique constare, canones verò diuersis, & inter se malè cohærentibus sententiis conflictari. Tum quia nulla est inter canones non abrogatos contrarietas, iuxta procemium Gregorianum. Tum, quia fidem abrogat Romanorum Pontificum decretis, contra cap. *si Romanorum*. [n] Quamquam fateor, non esse accipienda illa veluti Scripturas sacras, quicquid legatur in cap. *in canonicis*, [o] quoniam fragmentum illud corruptè desumpsit Gratianus, vt videre est in archetypo apud S. Augustinũ, [p] quod latius monuimus, cum illud cap. Salmanticæ interpretaremur. Nec obstant ea, quæ præfatum Hieronymum mouere potuerunt: nam, Deo duce, bellè nos conciliabimus canones qui illi videntur compugnare.

Quarto, errare eundem Hieronymum, [q] quatenus ait nec ius canonicum, nec ciuile satis virium, vel firmitatis habere ad dirimendam hanc quæstionem, eo quòd non est credendum plus voci mortuæ, quàm viuæ, [r] & quòd Papa, & Imperator, qui hodie viuunt, non admitterentur testes in hoc negotio, ne in sua causa testificarentur, contra l. *nullus*. [s] Ergo nec voces mortuæ prædecessorum suorum admittendæ sunt.

45 Hæc enim sententia vtcumq; toleraretur quoad ius ciuile, & ipsius auctores, iuxta ea, quæ notat Oldradus, [t]

quoad

a *In leg. 1. §. præsides ff. de requirẽ. reis.*
b *24. quæst. 1.* c *Clem. 1. de hæret.*
d *In tractat. de cœtibus Lasitiæ. in 2. alibio.*
e *In ver. pertinaciter. de verb. iuris.* f *Verb. pertinacia, de summa Trinita.* g *In dicto §. porrò.* h *2. 2. quæst. 11. art. 2.*
i *De iurisd. eccles. quæst. 1. co. prauia. 19.* k *In 6. notab. l Vbi supr. fol. 7. col. 4.*
m *In pag. 26. prædicti li. de coronatio.*
n *19. distin.*
o *Eadẽ dist.*
p *In lib. 2. de doctrina Christiana cap. 8.*
q *In eadem pagi. 26.*
r *Le. in exercendis. C. de fid. instrum. 5. ff. de testib.*
s *Consil. 69. col. 3.*

quoad sacros tamen canones, eorumque auctores minus mihi videtur modesta: quoniam primo, principalis fidei declarandæ potestas penes Romanum Pontificem est, secundum Hieronymũ. [a] Deinde quod Innocentius III. (quo ipso Hieronymo teste, [b] nemo syncerius incorruptiusque sacrorũ canonum fontes reseranit,) in cap. licet ex suscepto, de foro compet. pronunciauit, temerariũ eũ, qui negaret adhibendã esse in his fidem sacris canonibus.

46 Posttremo meminisse debuerat se ordinis esse Dominicani, & S. Thomam Dominicanorũ ducem, (cuius doctrinam in cœlum vsque non iniuria extollit ipse,) in illa esse opinione, [c] vt putet, Papam qua parte Papa est, in his, quæ fidei sunt, errare non posse, quod diligenter annotauit ibi Thomas à Vio, reprobans per hoc Panormitanum, qui [d] dicebat, dictum vnius priuari, præferendũ esse dicto Papæ, si efficaci niteretur ratione. S. Thomam etiã sequitur diuus Antoninus. [e] At constat omnes canones vniuersales editos fuisse à Romanis Pontificibus quatenus sunt vel fuerunt Papæ, vel eorum auctoritate. Ergo secundum opinionem S. Thomæ non potuerunt Romani Pontifices in hoc errare, neque secundum aliam, tam facile, vt ipse innuit.

47 Adde quòd virum episcopum, & alioqui perdoctum non debuerũt mouere illa fragilia, imo falsa fundamenta: nam secundum receptiorem sententiã, licet Papæ, & cuilibet alij principi nõ agnoscenti superiorẽ in sua propria causa, siue patrimonij, siue delicti ius dicere, iuxta cap. *cum venissent*, [f] vbi glossa, Panormitanus, & alij, quos citauimus ibi post Deciũ nu. 5. & l. *proxime*, [g] vbi Barto. & alij.

48 Quanto magis in causa suarum dignitatum, in qua etiam inferior, nisi aliàs recuserit, index est competens, iuxta glossam celebrem, [h] communiter receptam [i] per Panormitanum & alios, quos retulimus ibi post Deci. num. 6. & Iasonem in l. qui iurisdictioni. col. 1. & 3. ff. de iurisomni.

49 Licet item etiam inferioribus prælatis regulariter testificari in causis suarum ecclesiarum, vt habetur in cap. *insuper*, [k] vbi Panormitanus, [l] annotauit, & dilatat Felinus, [m] post Innocentium.

52 Quinto infero errare Baldũ, [n] quatenus ait, Imperatorem esse vniuersalẽ omniũ Christianorũ dominũ, & Ecclesiã iuris esse Imperij: quia Imperator ab Ecclesia suscipit insignia, & Ecclesia nõ generat, sed cõseruat Imperiũ.

53 Errat inquã, eo quòd multi sunt Christiani, ad quorũ vsque terras numquam se protendit Imperiũ Romanum: quandoquidem nec Scythia, nec Sarmatia, nec vltra Euphratem, vniuersus oriens illi vmquam paruit. Quod etiã doctissimus, & nedũ vtriusque iuris, sed etiam historiæ callentissimus Andreas Alciatus dixit. [o] Neq; India, quæ hodie Lusitano paret Imperio, paruit vmquam Romano.

54 Tum quia ratio Baldi potius probat contrariũ, quàm propositum. Tum quia contra Baldum est cap. *conuenior*, [p] quatenus habet ad. Imperatores palatia pertinere, ad sacerdotes Ecclesias. Tum quia, laicis, quãuis religiosis non est data facultas vlla imperandi quicquã in ecclesiasticis, imo necesitas manet eos obsequendi, vt est in capit. *bene quidem*, [q] & capit. *Ecclesia*, [r] vbi Panormitanus receptus ab aliis extẽdit hoc ad Reges, & Imperatores, pro quo textus in specie optimus in cap. *tua*. [s]

55 Sexto errat in hac materia idem Baldus, [t] cum ait, Romanum Pontificem re, & nomine maiorem Cæsare secundum quid: contra verò Cæsarem simpliciter maiorem esse, quàm Papã: quia (inquit) Cæsari imperat iure in vniuersa ditione, quæ ascendentem videt, & descendentem solem, & quæ est ex vtroque latere, scilicet meridie, & septemtrione. O temeritatem tanto viro indignam. O posterorum, qui hoc non reprehenderunt, oscitantiã. Nonne maior est qui melioribus præest? [v] Nonne Papa saltẽ spiritualibus omnibus omnium consensu præfectus est. [x] At spiritualia meliora, & maiora sunt tẽporalibus. [y] Nonne maior est, qui benedicit quàm qui benedicitur. [z] Nũ longius latiusque paret Imperiũ Papæ, quàm Imperatoris? vt ait Innocentius. [a] Nam certũ est, quã ille allegat Authenticam, [b] vt omnes obediãt, nõ probare id, quod ille ait, sed tantũ Cæsarem imperare his omnibus, qui sceptris eius obediunt in ditione, quæ solẽ videt orientẽ, &c. Nonne Papa Sol quidam est, & imperator Luna quædam. [a] Et papatus, siue vicariatus ille summi Dei sumimus, tanto est altior Imperio, quantò plumbo aurum. [b] Nonne à Constantino vsque ad translationem imperij, Constantinopolitanus imperator subiacuit Papæ, vt docet latè S. Thomas. [c] Et à trãslato imperio ad Germanos in hũc vsq; diẽ Papæ pedes exosculantur imperatores prostrati. [d] Nonne cum crimina hoc exegerint imperatorem Papa deponit, [e] & habet iurisdictionẽ saltem spiritualem in eum. [f] Nonne imperator est filius Ecclesiæ, cui ramen præest Papa. [g]

56 Vnde ergo ista vox Baldi? Imperator simpliciter maior est Papa, quamquam secundum quid Papa est maior Imperatore? Absit hoc, absit ab ore tuo Christiano: quin potius, & prorsus contra *παλινῳδίαν*, siue recanta: Papa simpliciter maior est quocumque Imperatore, quocumque rege, quamquam secundum quid, & quoad aliqua. Imperatores, & reges maiores sunt ipso, nec mirum.

57 Nam vno saltẽ Christo excepto nemo est adeo fragilis, nec adeo diuorum munere diues, qui non possit iustè arbitrari, & credere in quolibet alio, quamlibet abiecto esse aliquid diuini muneris, quo præcellat ipsum, & ratione cuius non possit eum sibi arbitrari superiorem: vt in materia modestiæ modestissimus ipse Thomas definit vtilissimè, [h] ita interpretans illud. [i] *In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes.*

58 Septimo, infertur errare videri Aluarum Pelagium virum alioqui auctoritatis apud eruditos non contemnẽdæ, in libro de planctu ecclesiæ, [k] qui in nostra materia potestatem Papæ amplians ait, [l] idolatras, & paganos nullam vmquam habuisse iurisdictionem; & ideo regna illorum omnia pertinere ad Ecclesiam Christianam, & per consequutionem ad Papam, qui præfectus est illi. Mouetur per illud. [m] *Iusti tulerunt spolia impiorum*, satis relatum in cap. *quo iure*, [n] & in cap. *si de rebus*, [o] quatenus habet, labores impiorum à iustis edendos. Mouetur, & illo. [p] *Auferetur à vobis regnũ, & dabitur genti facienti fructus eius*, & illo, [q] *A gente in gentem regnum transferetur propter iniustitias.* Qui error in causa forte fuit, vt multi nostra ætate in orbe nouo suis dominiis sint spoliati.

59 Sed hæc conclusio periculosa videtur. Primũ quidẽ, quòd nullo iure probatur. Deinde, quòd ex illa, & eius fundamentis infertur, per peccatũ mortale ipso iure perdi dominiũ, quod error est Armachani in defensorio pacis, quem meminit &c. reprobat Ioannes. Maior, [r] & Iacobus Almainus, [s] quodque multis sacræ scripturæ locis posset confutari, & damnatur in Concilio Constantiensi.

60 Ad hæc, quod dominiũ, & iurisdictio non fundantur in caritate, vt concludunt prædicti: alioqui Dauid ille regum excellentissimus ipso iure perdidisset regnũ, propter peccatum illud celebre adulterij, & homicidij in Vriam commissi, de quo in Scripturis, [t] & in cap. *ille rex*. [v] Adde, quòd speciale est in crimine læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ, vt quis bona perdat ipso iure, iuxta cap. *quo iure*, [x] & cap. *ad abolendam*, [y] & capit. *cum secundum*, [z] l. *quisquis*, [a] translatam in cap. *si quis cum militibus*. [b]

61 Posttremò hæc est contra glossam cap. si de rebus. 22. q. 7. & contra Innocentium, Ioannem Andream, & Communem, [c] & contra Oldradũ & omnia fundamenta eius, [d] qui omnes præsupponunt, dominium rerum naturale saltem, & ciuile penes infideles, paganos, & idololatras haberi, quamuis fortè à Papa, si certis eius sententiis, & mandatis non parent, possent illis priuari, de quo postea.

62 Quin & ipsemet Aluarus, [e] dixit, gentiles habuisse aliqua regna iusta, & legitima. Non obstat Hostiẽsis, [f] transcriptus à S. Antonino, [g] qui tenuit omnia iura regnorum simul & dominia translata fuisse in Christum iam inde à Conceptione, vel Natiuitate ipsius, & cum suo vicario Petro illa omnia commisisse.

63 Tum, quia Christus ita fuit Dominus omniũ regnorum mundi, vt tamen nemini auferret, quod ante suum fuisset, iuxta illud Ecclesiæ.

Hostis Herodes impie,
Christum venire quid times,
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cœlestia.

64 Neque obstat l. §. *vt certo*, [b] quoniam licet duo ne-

quenat

a *In cap. hæc est fides. & c. quoniam varios. 24. quæst. 1.* b *pagina 18.*
c *2. 2. quæst. 11. art. 2.* d *In capit. significasti. de electio.*
e *3. par. titul. 22. ca. 6. §. 18.*
f *De iudic. ff. de his, q. mittẽda. dele.*
g *De iudic. ff. de his, q. mittẽda. dele.*
h *Cap. si quis ergo. 2. qu. 7. i In d. capite cũ venissent.*
k *De testib. l Notab. 1.* m *In princip. c. cum nuncius. eodẽ tit.* n *In l. 1. col. 1. C. de summa Trinitate.*
i *De iurisd. eccles. quæst. 1. co. prauia. 19.* k *In 6. notab. l Vbi supr. fol. 7. col. 4.*
o *In ead. leg. col. 1.* p *23. quæst. 8.*
q *96. dist.* r *De constit.* s *De decimis.* t *In rubr. ff. veteris col. 2.*
v *Authen. de defens. ciui. §. nos igitur. col. 1.* x *cap. cuncta. 9. quæst. 3.* y *Cap. illud. 4. maior.* z *Ad Hebræ. 7. & cap. denique. 21. dist.* a *In cap. 1. de constit.* b *§. hæc constãtia, col. 1. at. 1.*
c *Consil. 69. col. 3.*

queant esse æquales domini eiusdem rei, vt habet illa lex possunt tamen esse inæquales, ita, vt alter sit altero superior, vt dominus directus, & vtilis, Deus, & homo, & Christus, qua parte est homo, & alius homo.

65 Octauo errat item Antonius à Rosellis vir alioqui gentilitia nobilitate, & eruditione clarus, in sui libri titulo de potestate Imperatoris, & Papæ, de industria, vt videtur, præponens Imperatorem Papæ.

66 Tum, quia digniora sunt præponenda, iuxta glossas, illas memorabiles cap. *bene quidem*, [a] & cap. *quorundam*, [b] & iuxta ea, quæ nos adiecimus non omnino pœnitenda Decio ea de re profundè agenti. [c] Tum, quia ipsemet Antonius, [d] fatetur, Papam simpliciter maiorem esse Imperatore, quod nos neruosè probauimus supra, [e] cum eo tamen nolim contendere, qui cõtenderet, ideo præpositum esse potestatem Imperatoris potestati Papæ, quod hanc illa præcederet tẽpore, licèt non dignitate, vt dicemus infra, [f] sicut Ioannes Parisiensis videtur præpositum esse in lib. de potestate Regia, & Papali.

67 Nono infertur errare videri eundem Antonium à Rosellis, [g] dum [h] nullum non nouet lapidem, quo probet, Christo saluatori nostro quatenus erat homo, nullã potestatem sæcularem fuisse, atque ideò neque Petro vllam mandasse. Contra eum enim sunt omnia illa, quæ allegauimus supra in 8. fundamento prioris, eiusdémq; cõmunis opinionis, & extrauagans, *cum inter nonnullos*, Ioãnis xxij. [i] quatenus habet, hæreticum esse dicere, CHRISTVM & Apostolos eius nihil habuisse in cõmuni, nec in particulari: & condemnatio Auenione ab Vrbano IIII. facta 9. articulorum contra illam extrauagantem Parisiis defensorum, quæ habetur inter errores, post 4. lib. Magistri sententiarum excusos.

68 Decimo errare item eundem Antonium verbis (vt opinor) potius quàm mẽte, cum [k] dixit, imperij iura fuisse populo Romano, antequã CHRISTVS esset: hæc enim conclusio, vt ab illo asseritur, falsa est: quoniam CHRISTVS ab æterno fuit.

69 Secunda enim gloriosissimæ Trinitatis persona fuit ab æterno: & CHRISTVS secundum suppositum est secunda persona adorãdissimæ Trinitatis. Ergo & CHRISTVS fuit ab æterno, & vterque Thomas, [l] non solùm asserit, esse falsam illam, CHRISTVS *incepit esse*: sed etiã illam demonstrato CHRISTO: *Iste homo incepit esse*, iuxta illud ad Hebræos vlt. IESVS CHRISTVS *heri, & hodie ipse, & in sæcula*. Quod etiam cõmuniter tenetur, [m] vbi Iacobus Almainus ait, hanc falsam, CHRISTVS *aliquando non fuit*, & Ioannes Maior illam, CHRISTVS *incepit esse*. Quanquam vera est illa, CHRISTVS *non fuit ab æterno homo*, & illa, CHRISTVS *cepit esse homo* & illa CHRISTVS *quatenus homo non fuit ab æterno*. In quo sensu crediderim præfatũ Antonium virũ alioqui pium, intellexisse, operæpretium tamen visum est prænonuisse lectorem.

70 Vndecimo infertur, quod errat meo iudicio, idé Antonius quatenus, [n] tenuit, Pilatũ habuisse iurisdictionẽ ordinariã, & potestatem legitimã iudicandi CHRISTVM.

71 Et [o] iterum dixit, Pilatum Tiberij Cæsaris præsidem potestatem habuisse coactiuã supet CHRISTVM, quod mihi videtur falsum.

72 Tum, quia inferior nõ habet potestatem in superiorem, [p] etiam si delinquat in territorio sui inferioris, secundum glossam 3. & singularem, [q] cõmuniter receptam ibi, & à Panormitano & Felino. [r] Quod pulchrè probat Ioannes Andreas. [s] At CHRISTVS etiã quatenus homo superior erat Tiberio Cæsare, cuius Pilatus erat præses. Ergo, &c. Tum, quia S. Thomas, [t] cõcludit Octauianum Augustum CHRISTI vices gessisse in temporalibus, licèt ipse id nõ intelligeret, sicut, & Caiphas prophetauit, non intelligens se id facere.

73 Non obstat, quòd superior volẽs posit iudicari ab inferiori, si ipsemet consentiat, vt habetur in l. *est receptum*, [v] quod glossa singularis ibi extendit etiã ad Imperatorem, & glossa capit. *in synodo*, [x] & glossa 1. capit. *nemo*, [y] & in procem. sexti ver. *Seruus*, extendunt ad Papam per cap. *nos si incompetenter*, [z] non (inquam) id obstat. Tum, quia non cõstat de tali CHRISTI cõsensu, imo verò magis de dissensu: cùm [a] illi dicenti, *Nescio, quia potestatẽ habeo dimittere te, & crucifigere te*, respondit, *Non haberes potestatem aduersum me vllam: nisi tibi datum esset desuper*, innuens ipsum non iuridicam, sed quamdam permissiuam potestatẽ habere, iuxta cap. *nec mirum*, [a] ibi, *Omnia, quæ fiunt, aut Deus iusto iudicio facit, aut fieri permittit*.

74 Non enim colligitur ex illis verbis CHRISTVM quatenus homo erat consensisse in iurisdictionem Pilati, sed permisisse quatenus Deus, nec repugnasse quatenus homo, Tum quia non videtur decuisse CHRISTVM θεοάνθρωπον, siue Deum & hominem, consentire, vt homuncio peccator, & impius potestatem habuisset in illum legitimam, vitæ præsertim, & necis.

75 Quia & communis conclusio, cui magis adhæreo, quàm Panormitanus Felinus & alij relati per ipsum sequuntur, [b] de constit. tenent, non decere, neque licere, vt Romanus Pontifex subiiciat se iudicandum alicui laico contra prædictas glossas, licèt eas iure veriores, sed communiter reprobatas asseruerit Decius ibidem.

76 Duodecimo infertur, errare haud dubiè grauiter eundem Antonium qui [c] asserit, insanum, & hæreticum esse dicere, quòd administratio vniuersalis rerum temporalium, posit esse apud Romanum Pontificem, aut apud aliquem alium in sacris ordinibus constitutum. Tum, quia possibile, ac verum est id, quod ipse appellat impossibile, ac insanum: & adeò quidem verum, & possibile, vt ita sit factum à Constantini donatione in hunc vsque diem, quo tẽpore summa potestas laica exercita est à Romano Pontifice summam potestatem ecclesiasticam habente, tam Romę, quàm in aliis multis terris donatis ab eo Ecclesiæ, vt habet cap. *Constantinus*, [d] & cap. *fundamenta*, [e] & cap. *futuram*, [f] ibi, *Sedem Imperialem reliquit, & Petro successoribusq; suis profuturam concessit*. Quam donationem valuisse communis opinio tenet cũ glossa cap. *ego Ludouicus*, [g] & glossa in clem. *Romani*, [h] & latè tradit Cardinalis Alexandrinus. [i] Quod etiã tenet ipse Antonius, [k] quoad rerum dominiũ, licèt quoad iurisdictionem, & Imperium supremum id neget, motus quibusdam argumentis satis leuibus ad approbandum Accursium illam differentiam sentientem. [l] Tum, quia dato quod esset falsum, non tamen foret insanum: quandoquidem negari non potest bonam doctorum partem Christianorum id asseuerare, idque seruatum esse circiter mille annis. Tum, quia effrontis, & verè insani hominis fuit, appellare hæreticum, & insanum id, quod omnes Papæ mille annis seruauerunt, quod bona pars iurisperitorum probat, quod Ecclesia adeò non damnauit, vt credatur damnatura contrariũ, si ea de re pronunciaretur. Tum, quia illæ duæ potestates ipsa rei natura non repugnãt sibi mutuò, vt dilucide mõstrat Iacob. [o] Almaynus, [m] qui etiam, [n] probat, fratri Minori non repugnare supremã iurisdictionem, quãuis repugnaret aliud rerum dominiũ.

77 Tum, quia Moyses potestatem hanc vtramq; habuit, vt constat ex Exod. Machabæi etiam vtramq; habuerunt, simul & exercuerunt: fuerũt enim populi Israëlitici duces supremi, & sacerdotes maximi, vt ex 1. & 2. Machabæorũ aperte colligitur. Tum, quia licèt falsum esset, quod ille appellat hæreticum, longè tamen esset ab hæresi, propter ea quæ dicta sunt supra. [o]

78 Decimotertio infertur, non satis dolatum esse illud eiusdem. [p] Imperatorem maiorem esse Papa hæretico, eo q, vt ipse ait, quilibet Catholicus maior est tali Pontifice, iuxta glosã quæ à plerisq; putatur singularis, [q] quæ tamẽ non est ita simpliciter intelligenda, sed data prius incorrigibilitate, quod probat textus cum glossa memorabili in cap. *nunc autem*, [r] cui similis est in cap. *si Papa*. [s] Incorrigibilem autem Papam illũ appello, qui post binam monitionẽ recidit in hæresim, vt subtiliter de more declarat Thomas à Vio. [t] Limanda ergo est cõclusio prædicti Antonij, vt tantùm procedat in Papa, qui post binam monitionem perseueraret hæreticus, non autem in alio: nam potestas Ecclesiæ suprema non fundatur super caritate, neque etiã super fide ita, vt his quoquomodo perditis perdatur & illa ipso iure, vt satis probat prædictus Iacobus Almainus, [v] & Thomas à Vio, [x] latissimè iuxta ac accerrimè: iura enim humana imponentia pœnam excommunicationis, vel priuationis bonorum ipso iure hæreticis, non ligant Romanorum Pontificem, quippe qui superior est illis. [y]

a 26.q.5.

b In cap. Ecclesia.

c In eod. lib. col. 28.

d 96. dist.
e De elect. li. 6.
f 12. quæst. 1.
g 63. distinct.
h §. porro. de iureiur.
i In dict. cap. Constantinus.
k Fol. 15. col. 3. & 4.
l In Authen. quomodo oportet. episcopos. §. igitur. coll. 1.

m De potestate Eccles. ca. 6. col. 9.
n Col. 3.

o In coroll. 1. & 2.

p Fol. 12. col. 4.
q In cap. Achatius. 24. quæst. 1.
r 21. distinct.
s 40. dist.
t Primo tom. tit. 1. cap. 23.

v De potestat. Eccles. cap. 3.
x Vbi supr. c. 20.
y Cap. proposuit. de concess. prabend. 1. principes. ff. de legibus.

n Eod. lib. col. 24.
o Fol. 12. col. 3.
p Cap. inferior. 21. dist. & cap. cum inferior. de maior.
q Capit. 1. de rapto.
r In cap. cum inferior. de maior.
s In Mercur. regul. cui licet. de reiur. lib. 6.
t In illo lib. de regimine. pri. lib. 3. cap. 8.
v ff. de iurisd. omn. iud.
x Verb. Apostolicam. 93. dist.
y 9. quæst. 3. 22. quæst. 7.
a Ioan. ca. 19.

79 Decimoquarto, errare videri eundem Antoniũ dum a asserit, Concilium œcumenicum si coadunádum esset aliquo casu principaliter ob temporalia, conuocandum esse ab Imperatore, & non à Papa. Tum, quia numquam eiusmodi conuocatio facta est, & res nouæ, vt plurimum, in re præsertim adeò ardua discordiam generant. [b] Tum, quia per inferiùs dicenda patebit, potestatem ecclesiasticam extendi ad temporalia eo casu, quo ingrueret necessitas conuocandi tale Concilium. Tum, quia contra Antonium faciunt. cap. *mandasti*. [c] cap. *si Imperator*. [d] & §. *hinc etiam*. [e] & alia, quæ citat Aluarus de planctu Ecclesiæ. [f]

a Fol. 1. col. 3.

b Capit. cum consuetudin. de consuet.
c 2. qua. 5.
d 96. dist.
e 7. distinct.
f Li. 1. ar. 22.

POTESTAS GENERALITER QVID.

SVMMARIVM.

80 *Potestas generaliter quid, & est duplex, & seq.*
81 *Potestatis Ecclesiæ definitio perspectiua & cui data sit principaliùs an Ecclesiæ, an Petro. & seqq.*
85 *Potestatis laicæ definitio, quæ necessaria communitati. & seqq.*
87 *Natura non deest in necessarijs, &c.*
89 *Potestas Ecclesiastica à laica differt secundum quatuor causas.*
90 *Potestas laica antiquior Ecclesiastica, & latius 92.*
90 *Finis vtriusque iuris diuersus, saltem immediatus. & seq. 169.*
92 *Potestas Ecclesiæ, quæ nunc est non fuit ante Christum natum.*
93 *Matrimonium post CHRISTI aduentum cepit esse Sacramentum.*
94 *Potestatis ecclesiastica, & laica contrario modo progressæ.*
95 *Intellectus legis ex hoc iure. ff. de iusti. & iure.*
95 *Potestas ecclesiastica quatenus extenditur ad temporalia 96.*
97 *Finem ad aliquem inductum secundum illum ordinandum.*
98 *Ecclesia coertionem habet.*
99 *Papa cur Reges deponere potest, vel deponentibus consentire. 100. & cur coadiutores dare. 106. & cur vacans Imperium regere. 107. & cur Federicum depositit. 108.*
101 *Reges an propter regna, vel è contrario regna propter reges.*
102 *D. Petrus Pachecus Cardinalis laudatus.*
103 *D. Franciscus à Mendoza laudatus.*
104 *D. Didacus ab Alba Episcopus laudatus.*
109 *Menas de Saa Coimbricensis laudatus.*
109 *Papa potest quædam maxima, & non quædam minima. & cur de quocumque peccato mortifero cognoscit. & 111.*
112 *Intellectus reg. cui licet lib. 6.*
113 *Naturali iure vetatur, & permittitur quandoque homicidium.*
114 *Dux est sibi duce carens, &c.*
115 *Naturalem prouidentiam non tollit lex Imperialis.*
117 *Reges Nauarræ, & Legionis aliorum Hispaniæ cur primi.*
118 *Potestas laica non fuit vna institutа toti orbi, sicut vna ecclesiastica.*
119 *Potestatem laicam nulla communitas à se abdicare potest.*
120 *Concedere aliquid, & transferre differunt.*
121 *Clerus cur non statuit contra leges superioris.*

80 DEcimoquinto infertur parum cautè laudata esse à posteris duo dicta, quæ circa significatum verbi, *potestas*, de quo hic agimus, dixit Baldus. Quorum alterum quod ipse quoque semel olim laudaui, est in rubrica de offic. & potest. a. iud. deleg. [g] quatenus ponens differentiam inter officium, & potestatem dixit, potestatem nihil aliud esse, quam posse, dicíque in abstracto, veluti albedo. Officium autem in concreto, velut album: hoc enim parum laudis meretur. Tum, quia parum lucis affert. Tum, quia in summa idem per idem declarat, contra glossam. [h] Tum, quia, vt mox dicam, potestas rectè definitur esse, *facultas propinqua faciendi aliquid*: officium autem *id quod facere conuenit alicui ratione personæ quam gerit*. Et ita potius differunt, vt potentia & actus, quã vt abstractũ & concretũ. Alterũ est in cap. 1. a. scilicet aliud esse potentiã, aliud potestatẽ. Quia esse (inquit) in potentia non est ens, sed ens âte ipsum. [b] Sed potestas est ens, & sic ex parte potest, &c. Tũ quia id obscurum nimis est iurisperitis. Tum quòd falsum videtur per l. *suus quoque*, [c] vbi potestas pro potentia sæpe ponitur. Tũ quòd in illa l. *quod Seruius*, allegata per ipsum non ponitur verbum potentia neque verbum potestas. Tum, quod ratio eius, & inductio solùm probant, differentiam esse in actu, & esse in potentia. Ex quo non sequitur eius conclusio. Tum denique quòd ipsemet Baldus subdit, non significari aliud in rescripto principis per plenitudinem potestatis. Fateor tamen Priscianum dixisse, potentiam quidem ad donationem referri, potestatem verò ad vim, quod tamen nihil Baldum adiuuat, neque videtur vsquequaque verum: nam in illo Lucani.

Omnisque potestas.
Impatiens consortũ erit.

Relato à Speculatore de iudicis. [d] potestas pro dominatione sumitur, & in capit. *scicitatus*. [e] impotentia, pro re contraria vi, siue viribus assumitur, & per consequutionem potentia, quæ est illi contraria pro vi, & viribus. Facit & illud Maronis.

Nate meæ vires, mea magna potentia solus.

Facit, quòd potestas, & potentia ab cod. verbo, *possum*, deducuntur.

81 Quamobrem pro resolutione dico primò, has duas voces, *potestas*, & *potentia*, eiusdem significationis esse, & cum generatim capiuntur comprehendere vim, siue vires, tam supernaturaliter datas, quàm naturales, & acquisitas, siue iuris siue facti, quæ Græcis significat δύναμις: id enim verbum (vt tradunt eruditi) comprehendit virtutes, Imperium, magistratum, vim, robur & fortitudinem, immo & quòd nondũ est actu, sed esse potest, vt semen δυνάμει magna est arbor, & qui petit à fideiussore δυνάμει à, reo petit, vt habetur in l. *aduersus*, [f] quæ olim in libro meo pro δυνάμει habebat, etenim.

Decimosexto dico, quòd potestas siue potentia sic accepta definiri potest esse, *facultas propinqua ad aliquid agendum, vel faciendum*. Dixi, *propinqua*, ad excludendum remotam, qualem habet lignum ad calefaciendum, antequam calefiat: lignum autem incensum aut calidum dicitur habere potentiam, vel potestatem calefaciendi, quia facultatem propinquam illud faciendi habet. Sic dominus habet potestatem dandi seruum pro noxa, cùm habet facultatem illius exhibendi. [g] Et potestas pro facultate ponitur, in l. *Celsus*. [h] Quæ omnia optime confirmat, l. *potestatis*. [i] in hæc verba, *Potestatis verbo plura significantur: in persona magistratuum, Imperium: in persona liberorum, patria potestas: in persona domini, serui dominium: at cum agimus de noxæ deditione, copia, & facultas*. Quibus quatuor significationibus, aliam addit ibi lex ipsa, & alias ibidem doctissimus Alciatus quas desumpsisse potuit ex Francis. Paui. qui copiosè de hoc agit in principio tractatus de offi. & potestat. [k] quæ tamen omnes sub prædicta definitione continentur excepta vna, vel altera, quam habet figuratiua, & ita in materia nostra verbum, *potestas*, accipi pro eo tantùm, quod Græci appellant ἐξουσίαν idest pro auctoritate, ac facultate iuris comprehendente etiam iurisdictionem tam voluntariam, quàm contentiosam. Potestas autem sic accepta duplex est, ecclesiastica scilicet, & laica, quas infra, [l] definiemus, & non omnino, ni fallor, indiligenter.

a De constit. num. 31.
b Leg. quod Seruius. ff. de cõdit. eautda. & caus. non sec.
c §. puto. ff. de haredib. instituen.

Lucan. in 1. Pharf.

d §. sequitur. in principio,
e De rescrip.

Acne. lib. 1.

f ff. de recepe. arbit.

POTESTAS DVPLEX, ECCLESIASTICA ET LAICA ET quid ecclesiastica.

82 DEcimoseptimo potestas ecclesiastica generaliter accepta bene definitur *quod est potestas à Christo instituta immediatè, & supernaturaliter, ad gubernandos fideles secundum legem euangelicam in supernaturalibus & quatenus ad illa est opus etiam in naturalibus*. Quæ definitio longè videtur melior, quàm illa illius doctissimi ac pientissimi Ioannis Gersonensis, [m] & etiam quàm altera eiusdem consi. 10. [n] licet ibi cautiùs loquatur: & eius bonitas ex eo apparet,

g Num. 19.

h Penult. leg. 1. ff. de except.

g Le. quoties ff. de noxal.
h §. final. ff. ad exhibend.
i ff. de verbo. significa.

k Capit. sede vacant. prælud. 4.

l Coroll. 17. & 20.

m In lib. de potestate ecclesiastica, conclud. 1.
n Colum. 2.

quòd constat ex genere & differentia sufficienti; habet enim pro genere verbum *potestas*, quod continet ecclesiasticam, & laicam, reliqua pro differentia. Addidi enim, à CHRISTO, ad significandum causam eius efficientem, & ad excludendam potestatem ab homine puro, vel à Deo ante CHRISTVM incarnatũ institutã. Addidi, *supernaturaliter, & immediatè*, ad excludendam eam, quæ mediatè, & vel naturaliter est à Deo institura. Dixi, *ad gubernandum secundum leges euangelicas*. &c. ad declarandum qualis debeat esse illius vsus, & ad excludẽdas alias potestates, quæ competunt per gratiam gratum facientem, prophetiam, dona Spiritus sancti, & alia supernaturalia, quæ non dantur principaliter ad gubernandum alios, sed potius ad perficiendum ipsosmet, vel docendum alios, & monendum. Dixi, *in supernaturalibus*, ad significandum, materiam principaliter huic potestati subiectam esse illa, quæ supernaturaliter sunt data, vel danda fidelibus. Dixi, *& quatenus*, &c. ad ostendẽdum, quòd indirectè, & per quandam accessionem ne cessariam extenditur etiam ad temporalia. Quæ definitio satis probatur per ea, quæ probant Ioannes Patisiensis, Durandus, Ioannes Gerson, Augustinus Anconitanus, Antonius, Ioannes de Turrecremata, Caietanus, Iacobus Almaynus in libris de potestate, auctori. & iurisd. Ecclesiæ, & Papæ, quos infra citabimus.

83 Decimooctauo, quòd sextuplex est potestas ecclesiastica secundum Ioannẽ Parisiensem & Petrum Alliacensem. Prima est ordinis, quę essentialiter nihil illud est quàm ipse character ordinis, & fuit instituta à CHRISTO secundum communem in cœna, quando dixit Apostolis, *Hoc facite in meam commemorationem*, id est accipite potestatem hoc faciendi, hoc est, consecrandi. Secunda est potestas administrandi sacramenta populo, & præcipuè sacramentum pœnitentiæ, quæ secundum communem fuit instituta in die, quo insufflauit Apostolis dicens, *Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata*, &c.[a] ad hanc spectat potestas baptizandi: licèt enim omnes possint baptizare instante necessitate: soli tamen sacerdotes possunt ex officio, vt habet cap. *constat*.[b] & S. Thomas receptus.[c] Idem dicendum de potestate catechizandi, & exorcizandi baptizandos, vt est c. *catechismi*, & ca. *sacerdotes*.[d] & apud S. Thomam,[e] Tertia potestas est iurisdictionis in foro exteriori. i. potestas ius dicendi, corrigendi, & inferendi pœnam in contumaces etiam inuitos, & fuit tradita Apostolis,[f] per verba illa in hoc cap. relata, *Die Ecclesiæ, & sit eam non audierit sit tibi tamquam ethnicus, & publicanus*. cum illis aliis, quæ sequuntur in Euangelio, licèt hic non referantur, videlicet, *Quæcunque solueritis & ligaueritis*, &c. per illa enim verba instituta esse potestatem Papalem, traditam verò Petro per illa, *Pasce oues meas*.[g] magnis viribus contendit Iacobus Almaynus,[h] Quarta est potestas instituendi ministros, distribuendi beneficia, & dignitates ecclesiasticas, quæ quicquid dicat Occam, data fuisse videtur, secundum communem per illa verba, *Pasce oues meas*.[i] nam ad officium pascendi non solùm spectat, audire confessiones, & ministrare sacramentum pœnitentiæ, sed etiam instituere alios super determinatas regiones, & populos ad eos pascendos, & eruidendos in necessariis ad salutem. Quinta potestas est, apostolatus, seu prædicandi, quam contulit Apostolis Christus,[k] in illis verbis, *Ite prædicate Euangelium omni creaturæ*. Sexta potestas, quę oritur ex supradictis est, potestas accipiendi, & etiam exigendi, à subditis temporalia victui, & vestitui necessaria, de qua Paulus 1. ad Corint. 9. quam instituit CHRISTVS, cum dixit, *Dignus est operarius mercede sua*.[l] secundum eos, quos sequitur Iacobus: quamuis nobis potius videatur hæc potestas à lege naturę descendere, quam à CHRISTI noua institutione. illa enim lex, *Dignus est mercenarius mercede sua*. legis naturæ corollarium est, vt latius in cap. 1. & cap. *cum secundum*,[m] scripsimus: quamuis verum sit, hanc potestatem præcedentibus accessoriam esse, & ita dici posse à CHRISTO accessoriè saltem institutam.

Quibus addo primo, has omnes potestates reduci posse ad duas, scilicet, ad potestatem ordinis, & iurisdictionis, quicquid Iacobus Almaynus & prędicti doceant; nam prima est potestas ordinis, & aliæ quatuor omnes pertinent ad potestatẽ iurisdictionis, aut cõtentiosæ, aut voluntatię, aut fori exterioris, aut interioris, vt colligere est ex c. *nouit*, cum ei annotatis, a & cap. *omnis*, b & aliis multis locis. Potestas verò accipiendi, & exigendi victui necessaria, non videtur potestas ecclesiastica principaliter, sed accessoriè tantùm: quia non est principaliter nouè à Christo institutaſed descendens à lege naturæ, quę dictat mercenarium dignum esse mercede sua, vt prędiximus.

Deinde addo, exactionem videri diuisionem Ioannis Gersonensis diuidentis potestatem ecclesiasticam, vbi supra, in duas tantum species, ordinis, scilicet & iurisdictionis. Nos tamen hic de sola potestate ecclesiastica iurisdictionis, fori exterioris & contentiosi tantum agemus, imitantes in hoc omnes præcessores nostros.

Postremo addo omnes, & singulas quinque potestates ecclesiasticas prędictas priores contineri sub definitione in præcedenti corollario data: immo & sextam accessoriè, sicut, & accessoriè est potestas ecclesiastica.

Decimonono infertur cautè positum esse in definitione potestatis ecclesiasticæ verbum, *instituta*, loco illorum verborũ, collata Apostolis, &c. posito per Ioannem Gerson, vbi supra. Tum, quia lõgè aliud est instituere aliquam potestatem, & aliud illam conferre ac tradere alicui, vt doctè docebat Durandus,[c] & Heruæus,[d] tum ne me oporteret definire, cui principalius illa fuerit à CHRISTO collata, an Ecclesiæ tori, an verò ipsi Petro. Quòd non est consilium facere in præsentia propter illam maximam discordiam Romanorum, & Parisiensiũ: illi enim tenent Petro, & successoribus datam esse hanc potestatem, atque ideò Papam cõcilio esse superiorem, ij verò, quibus Gerson adhæret, totam datam esse toti Ecclesiæ, licèt exercendam per vnum: atque ideò in aliquot saltem casibus concilium esse supra Papam. Quarũ illa, scilicet Romanorum videtur placuisse Sancto Thomę,[e] Thomæ à Vio,[f] vbi altius omnibus, & profundius hoc demonstrare conatur. Altera verò placuit Panormitano qui pro Parisiensibus est,[g] quem frequentius nostri sequuntur, vt tradit Decius,[h] Quam mordicus tuetur Iacobus Almaynus è Sorbona Theologus, qui respondit Thomæ à Vio libello iusto. & Ioannes Maior, qui,[i] idem facit aiens, Romæ nemini permitti tenere Parisiensium, & Panormitani sententiam, nec rursus Academiam illam Parisien. pati, vt contraria opinio asseratur in ea, quorum vtrique videtur replicasse prædictus Thomas à Vio in dicta apologia.

POTESTAS LAICA QVID.

85 VIgesimo, quòd potestas laica rectè definitur, esse *potestas naturaliter à Deo immediatè data mortalium communitati ad sese gubernandum in rebus naturalibus, vt bene beatéque viuant secundum rationem naturalem*. Quę definitio conuenit menti prædictorum, & S. Thomæ.[k] Et ideò est bona: quia in ea ponitur verb. *potestas*, pro genere: reliqua verò, pro differentia, qua laica potestas differt ab ecclesiastica, vt ex declaratione definitionis potestatis ecclesiasticę supra,[l] positæ patet. Et probatur primo, per omnia fere argumenta pro notabili nostro supra formata. Secundo probatur, quòd Altissimus humilia respiciens homini cõdito iusit multiplicationem,[m] & per cõsequutionem voluit esse hominum congregationem. At qui vult aliquid, creditur etiam velle illa, sine quibus id esse nequit, iuxta cap. *præterea*.[n] & alia citata in vltimo argu. contra notabile supra formato.

86 Et nulla communitas sine potestate gubernandi, præcipiẽdi, leges instituendi, & iudicandi regi potest, saltẽ bene, iuxta illud, *Vbi nõ est gubernator, dissipabitur populus*.[o] & textum mihi singularissimum in c. fi.[p] & paulò post ibi, *Neque enim vniuersitas alia potest ratione constare, quàm si eiusmodi magnus eam differẽtia ordo seruaret*. Ergo à principio per quamdam saltem consequutionem concessit Deus humano generi eam de qua hic loquimur, iudicandi, & gubernandi potestatem. Tertio probatur eo, quòd Deus fecit hominem animal rationale politicum, secundum Aristotelem 1. Politic. & S. Thomam,[q] & facit ca. *monachi*.[r] ibi, *Vasolt, &c.* & l. *ex hoc iure*.[s] At hominum societas, sine tali potestate conseruari & augeri non poterat. Quarto facit, quòd potestas, se vitã, corpusque tuendi cũ moderamine inculpatę tutelę à Deo naturaliter, & immediatè data est hominի singulari, teste Cicerone,[t] a & l. *vt vim*.[b] An autẽ eodem modo, licèt non eodẽ tẽpore hę duę immediatè potestates fuerint à Deo datæ dicetur infra,[c] & diximus in ca. *olim*.[d] Ergo pari rationi potestas necessaria ad societatem hominum conseruandam data est ei naturaliter, & immediatè. Quinto, quòd modo aliquo data est mortalibus hæc iurisdictio, quæ vsque ad occidẽdos homines protenditur, iuxta cap. *non solum*, cap. *non est crudelis*, cum multis præcedentibus & sequentibus.[e] Et non legitur, nec potest assignari alius, quàm prædictus, vt aiunt Innocentius & post eum Hostiensis & Ioannes Andreas.[f] Ergo ista est vera laicæ potestatis origo.

87 Confirmantur hæc omnia, per illud Aristotelis 3. de anima, *Natura non deest in necessariis, nec abundat in superfluis*. Itaque vt dixit Ioannes Parisiensis ordinis Dominicani,[g] vbi supra, potestas laica prędicta immediatè à Deo est, sic scilicet, quòd Deus indidit hominibus rationem naturalem: per quã concluditur esse indita hominibus talis potestas propter bonum regimen eorum, vt ait Durandus vbi supra.[h] Quod ipsum etiam Hetuæus, Ioannes Gerson & Iacobus tradunt.

POTESTAS ECCLESIASTICA ET LAICA VT differunt.

88 VIgesimoprimo, potestatem ecclesiasticã, & laicam differre à se mutuò, penes causam materialem, formalem, & finalem, & quodãmodo penes efficientem. penes efficientem quidem: quia, vt ex definitionibus earum, datis in duobus corollariis proximis apparet, potestas laica data fuit humano generi à Deo puro nondum homine facto ab exordio mundi: potestas verò ecclesiastica noua à Deo facto homine. Penes materialem verò: quia laica directò data est ad gubernandum naturalia: Ecclesiastica verò directè ad regendum supernaturalia. Penes autem finalem: quia ecclesiasticæ finis est status supernaturalis in hoc seculo per gratiam, in altero per gloriam æternam, finis autem laicę status naturalis, vita nempe bona, & beata, hoc est virtuosa, quam faciunt virtutes morales duce naturali ratione, sine gratia gratum faciente, quæsibiles. Penes autem formalem: quia ecclesiastica principaliter dirigit, secundum legem supernaturalem, euangelicam videlicet regulam. Laica verò secundum legem & rationem naturalem.

89 Vigesimosecundo, antiquiorem esse potestatem laicam, quàm ecclesiasticam, saltem eam, quæ post CHRISTVM regitur Ecclesia Christiana. Si quidem illa naturaliter ab exordio ciuitatum cœpit, vt clarè mõstrat S. Thomas,[i] & clariùs ostenditur eo quod quæ naturaliter dãtur ab exordio eorum, quibus dantur, competunt:[k] & tradit Ioannes Parisiensis.[l] Hęc autem scilicet ecclesiastica, supernaturaliter cœpit à CHRISTO nato, imo & passo, nempè à tempore, quo dixit Petro, *Pasce oues meas*. relatũ,[m] & in cap. *solitæ*.[n] vt colligitur etiam ex eodem secundum vnam opinionem: vel ab eo tempore, quo[o] dixit, *Die Ecclesiæ, &c.* secundum alteram, vt sentit S. Thomas,[p] vel à tempore quo Dominus dixit illa verba. *Tibi dabo, &c.*[q] vt tangam infra.[r] Itaque laica præit ecclesiasticam ætate ac tempore, & è contrario ecclesiastica laicam dignitate, ac excellentia. Adde alias differentias infra.[s]

90 Vigesimotertio, infertur verum esse id, quod glossa 2.[t] sentit, & est receptum à Calderino & Panormitano,[v] & profundè à S. Thoma,[x] scilicet, alium esse legum secularium finem, & alium legum canonicarum, idque noua illa ratione probari, quòd leges seculares producuntur, & manant à potestate laica, & naturali: leges verò canonicę ab ecclesiastica & supernaturali. vt est in c. 1. & c. *translato*,[y] iuncta l. *omnes populi*,[z] & l. final.[a] cum ei annotatis. Cum igitur potestatis ecclesiasticæ finis sit vita æterna supernaturalis, illa erit & finis legum ab ipsa manantium. Cum item finis potestatis laicę sit vita bona, beata, & quieta temporalis mortalium, illa erit & finis legum ab ipsa emanantium: siquidem effectus esse non potest alter sua causa, iuxta cap. 1.[a] & cap. *licet ex quadam*.[b] & tradit Baldus.[c]

91 Quòd & prędictos auctores, nescio an meminisset & perpenderit satis Fortunius noster vir alioqui eruditissimus in principio lib. de vltimo fine vtriusque iuris: dum contra omnes eundem vtriusque iuris finem esse contendebat, quod de fine immediato, & principali non videtur propter prædicta concedendum, quamquam de mediato, & minus principali concedi possit, neque denegant glossę & prędicti.

92 Vigesimoquarto infertur, potestatem Ecclesiasticam, quam Papa & Ecclesia sub Euangelio habent, numquam ante CHRISTI sanctorum sancti Aduentum fuisse in illa: quoniam primo ab ipso nouè fuit inducta illa, vt prædictum est: & effectus nequit præcedere suas causas, vt est in cap. *dixit Sara*.[d] ibi: *Pœna criminis ex tempore legis est, quia crimen inhibuerat*. facit cap. 2. & fin.[e] Vnde septem sacramenta nouę legis ideo dicimus post CHRISTI aduentum cœpisse, nec antea fuisse: quia CHRISTVS illa instituit, iuxta frequentiorem sententiam Doctorum,[f] relatam à nobis in Manuali nostro confess.[g] quam pro fide catholica esse tenendam definiuit prędictum Concilium Tridentinum,[h] relatum ibidem à nobis.[i] Adeo, vt etiam matrimonium, qua parte est sacramentum, post CHRISTVM natum cœpit, iuxta plerosque omnes.[k]

93 Deinde, quòd id probat textus singularis in cap. *ita dominus*,[l] & in cap. *in nouo testamento*.[m] ibi, *Post CHRISTVM dominii à Petro cœpit sacerdotalis ordo*. Postremò, quòd hoc corollarium prępsupponit Aquinas,[n] hoc Ioannes Parisiensis, Durandus, Heruęus, & Thomas à Vio,[o] hoc Ioannes Gerson, Ioannes Maior, Iacobus, & Communis: inter enim prędictos, & plerosque alios omnes patres conuenit, potestatem hanc, qua post CHRISTVM regitur Ecclesia, à CHRISTO fuisse nouè inductam.

94 Vigesimoquinto infertur Ecclesiasticam potestatem & laicam natas & progressas, aut saltem exhibitas mortalibus contrario modo. Ecclesiastica enim supernaturalis, supernaturali modo incipiens tota simul, & perfecta prodiit in Papam, & ab eo progrediens per media, patriarchas, scilicet primates & archiepiscopos, & episcopos, descendit ad infima, nempe alios prælatos inferiores, iuxta Leonem,[p] & Anacletum, [q] Laica verò, quia naturalis est, naturali modo ab imperfecto, & minimo incipiens prodisse dici potest in domo, & pago, per ea quę in fine hui[r] corollarij dicam, & paulatim crescens per media, scilicet oppida, & ciuitates, ascendisse ad summa, & perfecta, scilicet regnum multarum ciuitatum, & Imperium multorum regnorum. Idque illa consideratione probatur, quod orbe condito primum fuit vna sola domus, deinde alię seiunctę: & quia homo est animal sociale, nec potest omnia vitę necessaria sibi cum solis domesticis parare, ex multis domibus coniunctis, coactus fuit pagus ad aptius coniuendum: postea ex multis pagis coacta ciuitas, ad bene ac per se sufficienter cõiuuendum: quę postea dicta sunt regna singularum ciuitatum, quando sibi reges fecerunt, qui eas & ciues regerent. Creuerunt autem, cùm ex his paruis regnis constituta sunt magna multarum ciuitatum, & cùm ex multis magnis constatum est Imperium. Dum autem vna ciuitas tantùm, vel multę seiunctę fuerunt, singulę in singularum homines, hanc dirionem & inrisdictionem habebant, donec electione, vel alia concessa fuit, vel acquisita illa vni personæ singulari. Quę omnia colliguntur non ex vno loco, sed multis in vnum collatis, videlicet Aristoteles & S. Thom.[q] ex Cicerone,[r] ex Innocentio qui illa sapientia altiloqua loquutus fuit alta in ca. *quod super his*.[s] quem ad verbum sequitur ibi Hostien. & Ioannes Andreas, quorum dicta transcripsit S. Antoninus,[t] ex Sancto Thoma item,[v] ex Ioanne Parisiensi, Durando, Gersone & Iacobo qui nihil horum allegant.

95 Pro qua consideratione, & rerum successione põdero nouissimè legẽ in hoc singularissimã, ex hoc iure,[x] vbi ordine retrogrado prædictorum progressus memoratur: habet enim lex, *Ex hoc iure, & inducta sunt bella, discreta gentes, cõdita regna, agris termini positi, ædificia collata*. Certum est enim ante bella fuisse gentes, quę bella facerent, & antequã gẽres essent, condita aliqua regna: quia, vt tradit Aristoteles,[z]

quelibet ciuitas cœpit habere suum regem: eum enim regem vocamus, cui summa regiminis commissa est in rebus humanis, secundum S. Thomam, [a] & ante condita regna fuerunt collata ædificia in vnum multa, & factæ domus singulæ, faciunt cap. 1. 2. & 4. Geneseos, adiuncto §. fina. [b] & iunctis 8. & 9. capitulis eiusdem Geneseos, vbi narratur Noam sententiam grauem tulisse aduersus nepotem suum filium Chanaam. Per quod & cap. 14. Geneseos, quatenus habet, Abrahamo fuisse in sua domo 318. vernaculos expeditos, defendi forte posset id, quod supra in princip. huius corollarij significo, scilicet etiã in domo ampla, quæ nulli ciuitati, neque regi subesset, inuenirí potuisse regiam potestatem: quoniam cùm Communis, hanc potestatem cuilibet ciuitati tribuat, & domus illi Abrahami instar esset ciuitatis, egerétque non solùm potestate patris familias, quatenus erat domus, sed etiam potestate publica, quatenus erat vna communitas: meritò facile videri posset fuisse ille hæc potestas. Quamuis non sim nescius Aristotelem, [c] contrarium sentire, dum carpit eos, qui putant domum magnam instar paruæ ciuitatis esse, & ciuitatem paruam instar domus magnæ, eos item, qui putant patrisfamilias, & regis eandem esse potestatem. Sed responderi fortè posset, quòd Noas & Abrahamus alia ratione dici potuerunt patresfamilias, & alia reges.

96 Vigesimosexto infertur, potestatem prædictam ecclesiasticam principaliter, & directè sola supernaturalia, & spiritualia respicere: temporalia verò non, nisi secundariò siue per consequutionem & accessoriè. Et ita toties & tantùm hanc potestatem ad temporalia extendi, quoties, & quantùm Euangelij, & aliorum supernaturalium & spiritualium conseruandorum, vel consequendorum, aut non impediendorũ ratio id exigit. Huius corollarij prior pars probatur illis quatuordecim argumentis pro notabili nostro supra formatis. Posterior verò monstratur primo aliis septemdecim contra illud ab initio adductis.

97 Secundo, quòd, quæ ad aliquem finem sunt instituta, secundum ea, quæ ille exigit, ordinantur, extenduntur, & contrahuntur vt habet cap. *prodesse*. [d] quod in hoc allegauit Archidiaconus [e] docet Bartholus, [f] nam & iuxta finem, & rationem legis extenditur illa, vel limitatur, vt est in l. *adigere*. [g] cap. *meminimus*. iuncto cap. *suggestum*. [h] cum his, quæ latè congerit Felinus, [i] & subtiliter Decius. [k] At potestas hæc supernaturalis, de qua loquimur, ecclesiastica instituta est ad regenda supernaturalia, & ad dirigendos mortales in vltimum finem, qui est vita æterna, vt patet ex definitione, [l] præmissa. Ergo tantùm se ad temporalia extendet, quatùm ratio supernaturalium exigit, & non vltra.

Tertio probatur hoc per varia S. Thomæ dicta, quæ secundum hæc intelligi possent: air enim, [m] Sacerdotio regali Papæ omnes Christianos, & eorum reges subditos esse: nam sentit eatenus subditos, quatenus illa supernaturalia postulant. Hoc idem sentit, [n] cum ait, Potestatem Papę transcendere omne dominium, præsupposito quòd, sicut CHRISTVS intendit, pro vtilitate gregis agatur, sic item intelligendum, quod paulo ante, [o] dicebat, potestatem hanc Romani Pontificis non esse referendam quoad spiritualia tantùm: quia quod corporale est & temporale, ex spirituali perpetuo dependet, sicut operatio corporis ex virtute animæ, & potestate, sic etiam id, quod clarius explicat vir ille eruditione, ac pietate cum primis suspiciendus, [p] dum per principiũ Malachiæ concludit, CHRISTI dominium ordinari ad salutem animæ, & spiritualia bona, licèt à temporalibus non excludantur eo modo, quo ad spiritualia ordinantur. Expende quæso illa verba: *eo modo, quo ad spiritualia ordinantur*: nam illo, & non alio modo suprema hæc Papæ patriæ patris potestas extenditur ad illa. Huc rendit, quod ait, [q] quamuis enim CHRISTVS temporaliter esset Dominus orbis, directè tamen ad vitam spiritualẽ, hunc suum ordinauit principatum, iuxta illud, [r] *Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant*. Huc pertinet id, quod ait, [s] scilicet CHRISTVM non delegasse suam omnem potestatem Petro. Vnde par est credere, illam illi commisisse totam & solam, quæ necessaria erat ad finem supernaturalem consequendum tori Ecclesiæ, ac partibus eius. Huc pertinet illud eiusdem, [t] *Omnis persona, vel virtus, ad quam pertinet finis, habet disponere de his, quæ sunt ad finem. Bella autem carnalia in populo fideli sunt referenda ad spirituale bonum diuinum, cui clerici deputantur. Et ideo ad clericos pertinet disponere, & inducere alios ad bellandum bella iusta.* Ad hæc restringendum est illud eiusdem, [a] scilicet, Spirituali potestati sæcularem coniungi in Papa, qui vtriusque potestatis apicem tenet, scilicet spiritualis, & sæcularis, hoc illo disponente, qui est rex & sacerdos secundum ordinem Melchisedech, & dominus dominantium, cuius potestas non auferetur, & regnum eius non corrumpetur. Nolim tamen contendere cum eo, qui contenderit S. Thomam diuersę opinionis fuisse, & magis inclinasse in communem, quam nostram.

98 Vigesimosexto infertur errare Marsilium à Padua, qui in suo pacis defensorio, omnem coercionem & iurisdictionem aufert Ecclesię, quod etiam prędictus Iacobus damnabat. [b] Tum, quia iurisdictio, quę coercionem non habet, frustranea est. [c] Tum, quia nisi iurisdictionem, & coercionem haberet, parùm potens esset ad inducendum finem, quem sponsus ipsius CHRISTVS Opt. Max. prętendit, argum. cap. 1. 2. & 3. [d]

99 Vigesimoseptimo colligitur ratio, quare Papa deponere potest reges adeo negligentes in regendis regnis suis vt ob id populus Dei subditus illis, retrahatur à cõsequenda vita ęterna, dum delicta ipsius non castigantur, boni scandalizantur, siue offenduntur, vnicuique suum ius non redditur: est enim illa, quòd talis depositio est necessaria in eo regno ad tollenda impedimenta vitæ æternæ consequendæ, quo sensu simili, & germano accipi potest illud, cap. *alius*. [e]

100 Colligitur item ratio, quare Papam, quando cum auctoritate ipsius populus audet deponere regem, potius deceret deponentibus cõsentire, quàm deponere. quod glossa solennis in d. cap. *alius*, sensit: quia tunc non est necessaria depositio, sed consensus in depositionem iuxta eorum opinionem, qui putant regna non esse inducta propter reges, sed reges propter regna. Et ideo regna esse regibus suis potiora, imo & superiora in casibus illis, quibus reges potestate sibi concessa abuterentur ad eorum destructionem, vel ad finem contrarium illius, ad quem regna illa se ipsis regibus concesserunt, vel concedere debuerunt: quod tamen breuitatis gratia aliter nec probo, nec extendo latius.

101 Tametsi satis memini Iacobum Almaynum dicere, [f] & latius in vesperiis, Regnum non esse regis, sed communitatis, & ipsam regiam potestatem iure naturali esse ipsius communitatis, & non regis: ob idque non posse communitatem ab se penitus illam abdicare.

102 Neque oblitus fuerim fœlicis illius diei, quo id in longè frequentissimo studiosorum, & eruditorum cõuentu, non sine magno applausu defendimus Salmanticæ in illis prędictis conclusionibus, quas super capit. *quæ in ecclesiarum*, [g] anno 1528. defendimus primas omnium, quas vmquam cathedrarij defendere ibi cœperunt ex instituto illustrissimi D. D. Petri Pacheci, tunc visitatoris, & reformatoris illius Academiæ vigilantissimi, nunc autem episcopi Menteseę siue Gienensis & Cardinalis sacrosanctæ Romanę Ecclesiæ Illustrissimi.

103 In quas tela, quasi Scythicis calybum durata caminis, non tamen lerneo infecta veneno torserunt illustrissimus D. D. Franciscus à Mendoza, & Bobadilla, Græcè, ac Latinè callentissimus, & iuris diuini, ac humani valdè peritus, tunc illius Academię præfectura, quam magisterium scholarum vocant, illustris; nunc autem episcopatu Caurensi, & sacrosanctę Romanę Ecclesię Cardinalitia dignitate longè Illustrissimus.

104 Et D. D. Didacus ab Alba tunc cathedrarius iuris pontificij doctissimus, post autem episcopus Asturicensis nũc verò, vt audio, translatus in Aburensem, super Illustris,

105 Modestissimus itẽ Mendesius de Saa in hac inclyta Conymbricanobilissima familia ort⁹, tũc insignis collegij Archiepiscopi Toletani collega perdoctus, nunc verò senatoria dignitate clarissimus, cum aliquot aliis, fautore ac Mecœnate D. D. Francisco à Nauarra regia stirpe Illustrissimo, tunc Ronçeuallis rerum ibi cùm humanitùs, tum

diuinitùs

a *Dict. ca. 14.*
b *6. distinct.*
c *2. Polit. c. 1.*
d *23. qua. 5.*
e *In c. si peccauerit. 2. qu. 1.*
f *In l. ambitiosa. n 19. 18. & 19. ff. de decret. ab ordi. facien.*
g *6. quamuis. ff. de iure patron.*
h *De appella.*
i *In c. tua. de iureiur.*
k *In c. secunda de requiris, de appellat.*
l *In corol. 17.*
m *In lib. 1. de regim. princ. cap. 14.*
n *Lib. 3. c. 10.*
o *In eod. cap.*
p *Lib. 3. ca. 12.*
q *Eod. li. cap. 15.*
r *Ioan. 10.*
s *In ca. 19. sub finem.*
t *2. 2. quæst. 40. art. 2.*

a *In fine 2. li. sententia.*
b *In d. lib. c. 2. col. 3.*
c *Cap. ex literis. de offic. deleg.*
d *24. quæs. 6.*
e *15. quæst. 6.*
f *In ca. 15. col. 11. de supremæ potest. Eccle.*
g *De constit.*

diuinitùs gestarum gloriæ inclytæ præfato insigni: nunc autem episcopo Pacensi, quàm reuerendissimo, ac iuris diuini, & humani apprimè docto: animi verò candore, ac omnium virtutum conuentu cum paucis principe, qui anno 1562. mense Aprili migrauit ad Dominum Valentinus Archipræsul longe desideratissimus.

106 Vigesimooctauo infertur ratio, quare potest Papa dare coadiutores Regibus, aut consentire, & autoritatem impertiri regnis id cupientibus, & citra cõsensũ CHRISTI vicarij non audentibus, iuxta cap. *grandi*. [a] qui tamen non permittitur id facere cum vno subdito laico regum, qui prodigeret, fureret, vel esset minor annis, non præcedente saltem negligentia sæcularis iudicis. est enim ratio, quia illud est necessarium ad vitam bonam, & virtuosam, secundum rationem naturalem, quæ rursus necessaria est ad supernaturalem: hoc autem non item.

107 Vigesimonono infertur ratio vera, & noua, quare statutum fuit, vt Imperatore mortuo Imperium regatur à Papa, [b] cum alij principatus, & alia regna eorum principibus, & regibus mortuis non regantur ab eo: est enim illa, quòd Imperator non relinquit aliquem successorem, qui populos sibi subiectos regat: & periculum est, ne rectore subtracto populus labatur in vitia, & scandala, quibus à vita æterna impediatur & elongetur. Alij verò fere omnes Reges, & Principes successores, vel superiores, qui id supplere possunt, relinquunt: & aliquot alij, qui per electionem populi assumuntur per suorum regnorum statuta relinquunt aliquot, vel aliquos velut quosdam interreges, qui sua regna Christianè regant, donec electio successoris fiat, quæ intra paruum tempus fieri, vt plurimum solet. & ideo non est opus Papæ regimine: quamuis si quod esset, in quo eius regimen adeò esset necessarium ad supernam vitam, ac est in regendo Imperio Germanico vacãte, posset illud, perinde ac Imperium Romanum per suum Legatum regere. Et ita non poscit idem in illis ratio consequendæ, vel non impediendæ vitæ æternæ, quod in Imperio.

108 Trigesimo infertur ratio vera, quare Fredericum Imperatorem potuit deponere Innocentius IIII. iuxta c. *ad Apostolicæ*. [c] est illa, quòd multa crimina spiritualia admisit: periuria videlicet, sacrilegia, & hæreses, quibus clerum Neapolitanum afflixit: quæque directò tangebant supernaturalia, violabant quæ directò fuere commissa Petro, qualia si commisisset alius etiam alij regi subditus, potuisset iure ab illo deponi, & castigari, argum. capit. *cum sit*. & ei annotatorum. [d]

109 Trigesimoprimo infertur Pontificem Romanum eundemque summum, aliquot maxima statuere posse inter laicos etiam in temporalibus, & aliquot minima non posse. statuit enim Papa, vt quicumque occideret, vel occidi mandaret aliquem Christianum per assassinos hæc & illa grauissima patiatur, vt legitur in cap. 1. [e] & tamen non permitteretur statuere, regulariter saltem, vt hac, vel illa pœna castigetur fur, vel alius, qui committeret contra solas naturæ leges in terris sibi nõ subiectis quoad temporalia.

110 Nec obstat regula *cui licet plus, licet vtique quod est minus*. quia illi regulæ non est locus, nisi cum maior, vel saltem par ratio inuenitur in minori, ac quàm in maiori, vt sentit glosa recepta regulæ eiusdem, & exprimit glosa capit. 1. [f] At opprobrium Christianorum: & grauissimum animarum eorum, qui subito occidebantur, periculum (quæ sunt impedimenta vitæ æternæ supernaturalis) effecerunt, vt potestas, & iurisdictio Papę exenderentur ad illam grauissimam prouisionem, d. ca. 1. § quæ ratio cessat in alio minore casu.

111 Trigesimo secundo infertur, verum esse sextum notabile infra tractandum, scilicet summum eumdemque Romanum Põtificem posse quemlibet etiam laicum corripere, ratione cuiuscumque peccati mortiferi, siue illud committatur contra leges supernaturales, siue committatur circa contractus, siue circa alia prohibita, vt latiùs in eo declarabitur.

112 Trigesimotertio infertur, etiam lege naturali, etiam omni lege ciuili, & gentium, humana secluſa, quamlibet ciuitatem, iurisdictionem, & potestatem habere super singulos illius ciuitatis. Quod vltra prædicta probat primo illa irrefragabilis ratio, scilicet, quòd præceptum de non occidendo homine iuris naturalis diuini est, secundum omnes, [a] sed à lege diuina nemo potest excipere casum aliquem, nisi Deus ipse, qui cõdidit illãm legem: quia illud verè est dispensare in lege naturali, & diuina. Quod fieri nequit ab homine, iuxta glosam 1. memorabilem, [b] & communem sententiam, [c] & S. Thomam, [d] & Innocentium communiter receptum. [e]

113 Ergo si qua est lex, quæ in aliquo casu permittat occidere hominem, oportet illam legẽ esse diuinam, siue naturalem, siue aliam ex tempore datam. At hæc de qua loquimur, ditio, & potestas extendit se vsque ad hominis occisionem inclusiuè, [f] ita, vt cùm necesse est pro quieto statu congregationis, siue communitatis tollere aliquem è vita, id fieri potest mediante ista potestate publica. Ergo qui instituit illam, per quam id cuilibet communitati licet, Deus est, & non purus homo: sed Deus fecit illam legem ante gratiæ, & scripturæ Mosaycæ iam inde ab exordio communitatis & congregationis hominum. Ergo propositum.

114 Secundò facit pro hac illatione illud singulare dictum Baldi, [g] scilicet, *quòd quando populi non habent lumen, & sufffragium Imperatoris, oportet, quòd ipsi sibi ipsis sint lumen, & qui non habet ducem ipse est sibimet dux. Et ita licet aliqua gens non habeat ducem, neque regem per humanam prouisionem, nihilominus habet à natura naturãte, quæ est Deus potestatem se ducendi, & regendi, & illuminandi.* Per quæ verba clarè sensit vir doctus, quòd si quæ gentes reperirentur in vnum congregatæ, illæ secluſa omni dispositione humana haberent ab ipso Deo immediatè potestatem regendi se, & faciendi ea, sine quibus non possent bene viuere in communitate: quæ potestas est hæc, de qua loquimur iurisdictionis laicę.

115 Facit item id, quod Baldus ait ibidem, scilicet, *Legem Imperialem non posse tollere prouidentias naturales*. Facit & illud singularissimum eiusdem Baldi, [h] scilicet. *Si non est spes quòd superior defendat ciuitatem, vel non est in apparatu id faciendi, potest se ciuitas subdere alteri, & etiam per consecutionem accipere vnum regem, cui se subdant: & hoc conceditur iure naturali. Vnde* (inquit) *hodie multa regna sunt exempta ab Imperio*. quod videtur sensisse glosa noue in hoc mihi expensa, & singularis, [i] quatenus habet, reges Hispanię à faucibus hostium eam eruisse. sentiens ideo non esse illos subiectos Imperio, vt dicam infra. [k]

116 Trigesimoquarto infertur, reges, & regna Hispaniæ iustè se potuisse ab Imperio Romano eximere, etiam si aliquando illi subiecta fuissent, quod colligitur ex proximè dictis, & ex annalibus Hispaniæ, quibus probatur, eam subactam fuisse armis Saracenorum, à quorum tyrannide non Imperatorum virtute, & auxilio, sed diuina, & sua propria sese Hispani in libertatem asseuerant.

117 Et duę primę gentes, quæ id facere cœperunt, nempe Nauarri, & Legionenses suos sibi reges constituerunt: vnde alij omnes Hispaniæ propagati, idemque exemplum secuti mira fortitudine, parique prudentia, & rei militaris peritia omnia regna huius orbis Hispani è manibus Saracenorum eripuerunt: in qua re Lusitani vltimi situ, non vno respectu fuere primi. Nauarri quidem auctoritate ad id summi Pontificis accedente, ac formam vngendi præscribente, Enecum, non à Vegorra, quæ Galliæ regio est, vt Raphael Volaterranus deceptus ab aliis scribit, sed à Vigurio, quæ domus Nauarræ antiqua est: Legionenses verò, Pelagium. Et ita, iuxta prædicta elogia Baldi, fundata per superiora, quàm optimè eximere sese potuerunt ab Imperio, non obstantibus illis, quæ supra modum torserunt Felinum & citatos ab eo, [l] licet enim contra legem diuinam supernaturaliter à CHRISTO datam sit, aliquem Christianum eximi omnino ab ecclesiastica iurisdictione, quæ penes Papam est: contra nullam tamen legem diuinam, nec naturaliter, nec supernaturaliter prędictam est, vt vnus aut alter, & multi, ac plurimi reges

exempti

a *De suppl. negli. prælat. lib. 6.*
b *Ca. licet ex suscepto. de for. compet.*
c *De re iud. lib. 6.*
d *De for. compet.*
e *De hom'. li. 6.*
f *De tornea. mentis.*
g *De homici. lib. 6.*

a *Cap. 4. Genes. Exod. 20. & Matt. 26.*
b *In summa dist. 5.*
c *In li. 3. sent. dist. 37.*
d *1. 2. qu. 100. art. 8. ad 3.*
e *In c. quæ in ecclesiarum. de constitut.*
f *Cap non solum. & c non est. 23. qu. 5. c. 1. de homic. li. 6.*
g *Tit. de allodijs.*
h *In c. 1. col. 2. secunda lectio nis supra eod.*
i *Cap. Adrianus. 2. 63. dist.*
k *In corol. 63.*
l *In cap. cum nobis. col. 5. de præscriptio.*

exempti sint ab Imperio Romano, vel alio temporali,& ab omni alia potestate laica, tum ob corollarium præcedens.

118 Tum,quia ante CHRISTVM natum plurimi fuere, qui neque fuberant, neque fubeſſe tenebantur alicui poteſtati ſæculari: nec poſtea eſt inſtituta à CHRISTO vlla poteſtas merè laica directè omnia complectens. Tum quia ante illum natum non fuberant omnes etiam vni ſacerdoti, vt infra, [a] latiùs dicam. & licet hodie vni ſacerdotali poteſtati oporteat ſubeſſe: quia inſtituta eſt noua poteſtas ſacerdotalis,quæ omnes comprehendat: non tamen oporter ſubeſſe vni Regi, vt infra, [b] demonſtrò; quia nullam talem poteſtatem laicam regalem quoad omnes inſtituit ipſe,neque vllam talem vlli commiſit, vt colligitur ex ſupradictis.[c]

119 Trigeſimoquinto infertur, nullam communitatem poſſe abdicare ſe ita penitus ab hac iuriſdictione ſibi naturali lege indita, vt nullo caſu eam reſumere poſſit. Primo quia nulla ſingularis perſona poteſt renunciare poteſtati ſe defendendi,ſecundum gloſſam ſingulare. l. *pactum inter hæredem*. [d] quæ ſatis probatur per l. *non tantum*. [e] & ca. *contingit*. [f] Ergo à fortiori nulla communitas publica poterit ita renunciare prædictæ iuriſdictioni datæ lege naturæ ad ſui defenſionem publicam; quandoquidem vtraque eſt conceſſa lege naturali: & magis neceſſaria,& vtilis eſt defenſio publica, quàm priuata,argum. cap. *ſi diligenti*. [g] adiuncta l. *ſi quis in conſcribenda*. [h]

120 Deinde,quòd l.fin. [i] & §. *ſed quod principi*. [k] habent, Populum Romanum conceſſiſſe iuriſdictionem Imperatori,& non in eum tranſtuliſſe. Quam differentiam vigilantiſsimus Accurſius ſenſit. [l] Poſtremò,quòd Baldus citatus ſupra, [m] dicebat, [n] agens de hac poteſtate,non poſſe Imperiali lege tolli prouidentias naturales.

Non obſtar,quòd multi populi videtur carere omnino iuriſdictione,vt notatur in d.l. *omnes populi*. & in cap. *cum omnes*, [o] quia non carent omnino iuriſdictione,ſed eius vſu habent enim illam,ſaltem in habitu,licet careant actu. Et ideò quoties incideret caſus,in quo populorum gubernationi non prouideretur per eos,quibus electione, hæreditate,vel aliàs conceſſus eſt vſus iuriſdictionis, poterunt ipſi ea vti,vt clarè docuit Baldus, [p] & clarius, his tamen non adductis,Iacobus Almaynus. [q]

121 Trigeſimoſexto infertur ratio vera, & noua, quare clerus non poteſt ſtatuere quidquam contra ſuperioris legem, [r] populus autem ſic contra legem Imperatoris, [s] eſt enim illa,quòd populus laicus,licet conceſſerit Imperatoribus,aut Regibus vſum,& exercitium iuriſdictionis, quæ ſibi naturaliter competebat, retinuit tamen ſibi habitum illius,& radicem, & ita facilè poteſt reuerti quoad vſum eius ad ſuam naturam priſtinam,arg.cap. *ab exordio*. [t] & l *ſi vnus*. [v] Clerus autem nullam penitus habet iuriſdictionem eccleſiaſticam,niſi quam à ſuperiore accipit: & quia ab illo non accipit facultatem ſtatuendi contra legē ſuama ideo non poteſt aliquatenus contra illam ſtatuere.

a *In corol.59.*
b *In corol.60. & 61.*
c *Coroll. 21. & 22. & alijs.*
d *ff. de pact.*
e *ff. de appel.*
f *2. de ſen. excom.*
g *De foro cõpet.*
h *C. de pactis.*
i *ff. de conſtit. princ.*
k *Inſtit. de iure naturał. gen. & ciuil.*
l *In l. non am biguur. ff. de legi.*
m *In 33. conſ. roll.*
n *In tit. de al lodijs.*
o *De conſtit.*
p *In ca. 1. ſup. eod. col. 2. ſecunda lectio, & in d. titul. de allod.*
q *In li. de aut. Pap.*
r *Ca. quod ſu per his. de maiorit. & obed.*
s *Leg. omnes populi. ff. de inſt. & iure.*
t *35. diſtinct.*
v *§. pactus. ne peteret ff. de pact.*

etiam laicos.
134 Eccleſia militans qui inſtar triumphantis?
135 Chriſtus monarchiam optimam inſtituit.
136 Eccleſia monarchiam non impedit ſucceſſio multorum à Deo immediata.
137 Ratio noua cur Papa potuit transferre imperium..
138 Intellectus nouus extra aug. vnam ſanctam. de maiori.
139 Eccleſia vna ſemper fuit, ſed non vnus ſummus ſacerdos.
140 Ratio noua cur nequeant eſſe duo Papæ, licet duo Imperatores ſic.

122 TRigeſimoſeptimo infertur ſolutio primi argumẽti pro priore,ac communi opinione ſuperius per nos facti, ſcilicet contentũ huius c.in verbo intendimus, à contrario ſenſu ſignificare,poſſe Papam,ſi vellet, miſcere ſe his,quæ ſunt iuriſdictionis Regis Francorum: quoniam argumentum à contrario ſenſu nullas vires habet,quando aſſumitur ad probandum contrarium eius, quod alio iure claro ſtatuitur,iuxta cap. *à nobis*, a & gloſſam, [b] cum multis aliis per Felinum & nos ei adiectis.

123 Trigeſimooctauo infertur ſolutio ſecundi argumẽti, ſcilicet quòd fatendum ſit poteſtatem eccleſiaſticam in caſibus in eo relatis,& aliis,quos referunt in eo citati cognoſcere inter laicos; eo quòd ea,de quibus cognoſcit ſunt ſupernaturaliter inſtituta,vel reuelata: quales ſunt articuli fidei,& qualia ſacramenta,aut eis annexa, & ſacramentalia,& per legem diuinam ſupernaturalẽ declarata, cùm eſſent obſcura ſola lege naturali attenta, qualis eſt prohibitio vſurarum. Aut ineſt eis aliquid ſupernaturaliter inſtitutum,quales ſunt perſonæ,& res eccleſiaſticæ. Aut cognitio illa eſt neceſſaria, vt aliqui conſequantur vitam æternam. Aut ad tollenda impedimenta illa conſequendi, qualis eſt gubernatio Imperij vacantis, & dario curatoris alicuius regis,& ſimilia. Aut quia cognitio, & iuriſdictio competit ei per donationem Imperatorum, Regum, & aliorum Principum,vel inferiorum laicorum, vel per emptionem,permutationem,vel aliam iuſtam rationem, veluti conſuetudinem,vltimam voluntatem, & præſcriptionem: fatendum inquam hoc eſt,ſed negandum,quòd competat præfata cognitio,& iuriſdictio Papæ ea ratione ſola, quòd aliqua poteſtas laica formaliter,actu,vel habitu ſit in ipſo Romano Põtifice,quatenus ſolũ eſt Põtifex: & quod illa magna,& ſuprema,quam habet in pleriſque terris cõpetit ei,quatenus eſt dominus, & Rex per donationẽ Imperatorum,& Regum,& non ea ratione, qua eſt pontifex, iuxta capit. *Conſtantinus*, [c] & aliorum Imperatorum, & Regum annalia.

124 Trigeſimonono infertur ſolutio tertij argumenti ſcilicet, quòd ratio quare Papa potuit transferre Imperium à Græcis in Latinos fuit illud maximum impedimentum ſupernaturalis beatitudinis conſequendæ, & aliorum ſupernaturalium in Eccleſia Chriſtiana exercendorum, quod oriebatur fidelibus ex infidelitate, & defectione Græcorum Imperatorum ab Eccleſia Romana, & conſenſus eorum, qui ſuberant Imperio, fidelium. hoc inquam impedimentum effecit, vt poteſtas prædicta eccleſiaſtica extenderetur ad transferendum Imperium, & ad ponendas in illa tranſlatione leges, per quas ſatis conſultum eſſet Eccleſiæ Chriſtianæ, & fidelium ſaluti æternæ, & ſupernaturalium exercitio; in quibus fuit illa, per quam conſtitutum fuit, ad quos pertineret electio Imperatoris, & ad quem confirmatio, & ad quem cognitio vacante Imperio, & id genus alia, hoc inquam impedimentum effecit, vt ſuprema Eccleſiaſtica poteſtas præfatam tranſlationem facere potuiſſet; & non eo quòd poteſtas Imperialis actu, vel habitu eſſet penes Romanum Pontificem, antequàm tranſlatio illa fieret.

125 Quadrageſimo infertur ſolutio quarti argumenti ſcilicet fatendum eſſe excellentiorem eſſe poteſtatem Eccleſiaſticam laica,ſicut aurum excellentius eſt plumbo: non autem hanc illi ineſſe,ſicut nec auro ineſt plumbum: & eccleſiaſticam quidem comparari Soli,& laicam,Lunę, non ideo quod laica ſuam vim accipiat ab Eccleſiaſtica, ſicut à Sole accipit Luna: ſed quia eſt minùs perfecta, & longè inferior in ſeſe,quàm illa.

a *De ſen. excom.*
b *Cap. ſignificaſti. de foro compet.*
c *96. diſt.*

126 Qua

126 Quadrageſimoſecundo, infertur ſolutio 5. argumenti,fundati in illis verbis. [a] CHRISTVS *Petro æternæ vitæ clauigero iura terreni ſimul, & cæleſtis Imperij commiſit.* nempe,quòd ſicut per verbum *cæleſtis Imperij*, non intelligitur paradiſus, & Eccleſia triumphans: ita per verbum, *terreni*, non eſſe intelligendam poteſtatem laicam, ſed per regnum cæleſte intelligendos eſſe bonos, & per terrenum malos. Vel per regnum cæleſte eos, qui cæleſti conuerſationi deduntur, quales ſunt perſonæ eccleſiaſticæ: & per terrenum, eorum qui terrenis rebus curandis animum intendunt,quales ſunt laici. Vel germanius, per verbum, *iura*, intelligendam eſſe poteſtatem eccleſiaſticam, ſiue ſpiritualem, & ſenſum eſſe, Petro data eſſe iura regni cæleſtis,& terreni, id eſt, poteſtatem ſpiritualem, tam ſuper Imperatore,ac aliis omnibus laicis,quàm ſuper prælatis Eccleſiæ,ac omnibus aliis clericis. Quæ poteſtas ſpiritualis extenditur etiam ad omnia temporalia, quatenus id eſt neceſſarium ad ſalutem mortalium ſpiritualem. Infertur etiam ſolutio, & intellectus mandati eiuſdem Nicolai in illo 5.argumento aſſumpti ex ca. *auctoritatem*. [b] per quod mandabat quibuſdam, vt ſpirituali ſimul, & temporali gladio malignos inſequerentur: intelligendum enim eſt illud, quod ait de materiali gladio, per inuocationem eius in adiutorium gladij ſpiritualis, iuxta cap.1. & ei annotata: [c] vel quia ex conſuetudine,donatione,vel priuilegio Imperatorum, vel regum comperebat Eccleſiæ iuriſdictio temporalis in eis terris, de quibus loquitur.

127 Quadrageſimoſecundo infertur ſolutio 6. argumenti: ſcilicet idem quidem eſſe dicendum de aliis regibus, quod eſt dictum de Imperatore, quantum ad hoc, quòd ſicut aliorum regum poteſtas non eſt penes Papam ex diuina inſtitutione, ita nec Imperatoris: quamuis ſuper Imperio multa competant Papæ, per leges humanas in tranſlatione Imperij de conſenſu populorum fidelium, in quos tranſlata poteſtas fuit eligendi, iuxta ea, quæ habentur in d.cap. *venerabilem*. [d] & clem. *Romani*. [e] & ea quæ diximus ſupra. [f]

128 Vnde colligi poteſt intellectus verus cap. *alius*. 8 & cap. *grandi*. [h] citatorum in arg. Intellectus item verus omnium illorum, quæ à doctoribus, tum in d.arg.6. tum alibi citantur,quæ ſonant poteſtatem regum non agnoſcentium ſuperiorem eſſe penes Papam: intelligi enim debent eſſe penes Papam quantùm ad hoc, quòd poteſt iubere vſum eius, quatenus ratio conſequendæ vitę ſupernaturalis gratiæ, aut glorię id exigit, & quòd etiam ipſemet Papa eis negligentibus poteſt facere id, quod ipſe poterat quoties & quatenus ratio illa vitæ ſupernaturalis conſequendæ id poſtulat.

Quadrageſimotertio infertur, falſum eſſe illud dictum doctorum relatorum in d. 6. argumento ſcilicet nullos reges potuiſſe vſucapere,ſiue præſcribere libertatem, vel alias ſeſe eximere ab Imperio, niſi ſeſe ſubdendo Papæ quoad temporalia: quoniam nulla ratione, vel iure id efficaciter comprobatur, & per ſupradicta palam confutatur, & apertus eſt nouus modus, quo reges ab Imperio ſeſe potuerunt eximere ſupra. [i]

129 Quadrageſimoquarto, infertur ſolutio ſeptimi argumenti, ſcilicet Imperatorem quidem ſuſcipere infulas, & coronam à Romano Pontifice, ſed non ex diuina inſtitutione,& ratione ſolius poteſtatis traditę ei à CHRISTO, ſed humana conſtitutione appoſita in tranſlatione Imperij, vt ſupra, [k] tangebam.

130 Quadrageſimoquinto infertur ſolutio octaui argumenti ſcilicet CHRISTVM quidem & vniuerſalem monarcham fuiſſe,etiam quo ad temporalia: non tamen conceſsiſſe Petro totam poteſtatem ſuam, quam habebat, etiam quatenus homo erat omnium potentiſsimus: quia non tranſtulit in eum, neque conceſsit ei vllam poteſtatem laicam directè reſpicientem naturalia, vt prędictum eſt: imo neque omnem eccleſiaſticam etiam ſpiritualem, non enim poteſtatem illam excellentiæ faciendi miracula, inſtituendi ſacramenta, & dandi ſine ſacramento effectum ſacramenti, & id genus alia, vt pulchrè docet S. Thomas. [l] Neque vllus vmquam contrarium aſſeruit, & ita non ſequitur, hoc potuit CHRISTVS quatenus homo. Ergo & poteſt Papa quatenus eius vicarius.

131 Quadrageſimoſexto infertur ſolutio noni argumenti ſcilicet, quòd poteſtas illa ita benedicendi, vel vngendi reges, vt per eam ſolam quis fiat rex, non ineſt Papæ, quatenus Papa eſt ſola lege diuina inſpecta, licet benedictio alia ſimplex non traditiua poteſtatis regalis competat ei hoc reſpectu.

132 Quadrageſimoſeptimo infertur ſolutio eorum, quæ non pauca congeruntur in decimo argumento, ſcilicet vnctiones illas primorum regum Hebræorum factas quidem fuiſſe à ſacerdotibus: ſed ſi,& quatenus ſaltem erant regalis poteſtatis traditiuæ,non fuiſſe factas virtute poteſtatis ordinariæ, quam habebant quatenus erant ſacerdotes, ſed virtute poteſtatis in id à Deo delegatæ, quatenus, tamquam miniſtri Dei ſpeciatim ab eo in hoc deputati id fecerunt, vt in argumento pro noſtra concluſione adducto probatur.

133 Id item quod in argumento decimo tangitur in re graui,& multum dubia recurrendum ad ſacerdotes Leuitici generis,&c. ſolùm concludere videtur, eccleſiaſticam poteſtatem extendi ad temporalia, quatenus ratio ſalutis æternæ id poſtulat,quod num quam negauimus: cùm enim quæſtio aliqua, etiam tantum temporalia tangens ambigua eſt,& ideò grauia ſcandala,& lites, ac diſcordias parit inter Chriſtianos, neceſſaria eſt eius ſolutio ad tollenda impedimenta ſalutis æternæ. Quæ ratio fuit decidendi graues illas quæſtiones,de quibus in cap. *Raynutius*, & cap. *Raynaldus*. [a]

134 Quadrageſimooctauo, infertur ſolutio vndecimi argumenti Eccleſiam quidem militantem inſtar ſe habere triumphantis in multis,non autem in omnibus: ai ioqui eſſent in hac quoque omnino beati, ſicut in illa, & nulla eſſet hic edendi, vel bibendi neceſsitas, ſicut neque in illa. Quare ſatis eſt in hac eſſe vnum ſummum principem tantùm in ſpiritualibus,tantæ ac talis poteſtatis,cui omnis ſęcularis poteſtas ſubdatur, & qui ea vti poſsit etiam circa temporalia,cùm ratio ſalutis æternæ id popoſcerit, vel ad iubendum aliis ſęcularibus monarchis, vt ſua poteſtate vtantur: aut ad faciendum ea, quæ ipſi facere neglexerint, cum ſalutis æternæ impedimento euidenti.

135 Quadrageſimonono infertur ſolutio duodecimi argumenti ſcilicet, CHRISTVM Optimum Maximum legiſlatorem optimam rationem gubernãdi inſtituiſſe, monarchiam ſcilicet quoad ſpiritualia, quæ ſe ad temporalia quoque extendat,cùm, vbi, quando, cur, & quatenus ratio ſpiritualium, & ſupernaturalium id exigit: non autem inſtituiſſe, nec oportuiſſe inſtituere, vt ſuus ille vnicus Vicarius ad ſaluandas totius orbis hominum animas relictus, omnium regum poteſtatem ordinariam, etiam quoad temporalia haberet. Tum ne ſpiritualium & æternorum oblitus curis ſe illigaret ſecularibus, & perituris, iuxta cap. *te quidem*. [b]

136 Tum quia, vera monarchia Eccleſiæ non requirit, vt ei ſubditi nullam poteſtatem ſuſcipiant immediatè à Deo, & vt omnia veniant eis per manus ipſius Vicarij, quòd ſit eius monarchia: quoniam ſi hoc requireretur non eſſet vera monarchia in Eccleſia, nec Papa verus monarcha, etiam ſi vtramque ſummam poteſtatem eccleſiaſticam, & laicam haberet, etiam quoad actum: quoniam alia multa ſuſcipiunt Chriſtiani à Deo immediatè, nempe gratiam gratum facientem, virtutes infuſas, inſpirationes bonas, dona Spiritusſancti, gratias gratis datas, & id genus alia multa, quæ non tranſeunt per manus Papæ, neque officiariorum eius: quorum tamen ſuſceptio fortius deberet corrumpere monarchiam Papæ, quàm ſuſceptio poteſtatis temporalis. Siquidem illa ſunt ſpiritualia, hæc verò temporalia: & monarchia hęc magis eſt ſpiritualis, quàm temporalis, etiam ſecundum eos, qui tenent vtamque poteſtatem eſſe penes Papam, vt patet per illa multa dicta S. Thomæ citata ſupra. [c]

137 Quinquagesimo, infertur ſolutio decimi tertij argumenti ſcilicet tranſlationem illam Imperij valde neceſſariam fuiſſe illo tempore ad ſalutem ſpiritualem populorum Chriſtianorum, & ideo Romani Pontificis auctoritatem ad id pertigiſſe per quamdam conſecutionem, quę tamen non pertingit ad alia minora: quoniam tunc demum

a *In corol. 59.*
b *In corol. 60. & 61.*
c *Cap. 1. 21. d.*
d *De elect.*
e *De tureur.*
f *In coroll. 8. 9 & 10.*
g *15. q. 6.*
h *De ſupplē. negli. lib. 6.*
i *In coroll. 33.*
k *In 37. illatio. & ſolut. 2. arg.*
l *In ſi. c. 10. l. 3. de regi. prine.*
a *De teſtam. & in c. ſi pater. eo. tit. l. 6.*
b *11. quæſt. 1.*
c *In corol. 26.*

Tomus ſecundus. K poteſt

potest minora, qui maiora potest, vt habet argumentum, cùm eadem ratio, vel maior est faciendi minora, quàm maiora, vt supra [a] probaui, quod in hac re non contingit, cùm longè maior ratio suadeat, vt Vicarius CHRISTI omnium hominum Saluatoris possit spiritualia, quæ directè respiciunt supernaturalia, & æternam salutem eorum, quàm temporalia, quæ ad id non pertinent, nisi indirectè: & cùm sic pertinuerint, poterit se ad illa extendere.

Quinquagesimoprimo, infertur solutio decimiquarti argumenti scilicet potestatem ecclesiasticam posse quidem iudicare de mediis salutis æternæ, quam ipsa præsupponit, quatenus ad eam est necessarium, quod concedimus: non autem quatenus ad eam non est necessarium, quod est id, quod negamus.

Quinquagesimosecundo infertur solutio decimiquinti argumenti scilicet, quòd nihil aliud concludit, quam decimumquartum & eodem modo soluitur, quo illud mutatis mutandis. Quod gratia breuitatis non explico.

138 Quinquagesimotertio infertur solutio decimisexti argumenti & extrauagátis. *vnam sanctam.* Bonifacij VIII. [b] & omnium in ea contentorum, scilicet spiritualem potestatem extendi ad omnia, quæ sunt necessaria ad salutem hominum æternam, iuxta ea, quæ supra [c] dicta sunt, quod omnia contenta in d. extrauagante debent reduci ad hoc, quòd potestas spiritualis sublimior est temporali, vt aurum plumbo: & quòd hæc subest illi adeò, vt cùm ratio supernaturalium id exegerit, poterit imperare ei oportuna, & etiam, si opus erit, censura ecclesiastica cogere ad faciendum ea: imo & facere ea, quæ sæcularis facturus erat eo nolente facere, quatenus ratio illa supernaturalium poscit, & non amplius, quod satis significauit extrauagans *meruit.* [d] Clementis V.

139 Quinquagesimoquarto, Ecclesiam catholicam vnam quidem esse, fuisse, ac fore ab exordio in finem vsque mundi, dictam cœpisse ab Abelo propter ipsius innocentiam, vt post Gregorium, [e] declarat Aluarus Pelagius, [f] non tamen semper habuisse vnum summum monarcham, penes quem esset summa sacerdotalis, seu ecclesiastica potestas omnium fidelium: alij enim in aliis, aut domibus, aut ciuitatibus, aut gentibus fuere sacerdotes, neque omnes vni summo suberant. Quod satis affirmat S. Thomas, [g] neque enim vsque ad CHRISTI aduentum necesse fuit omnes omnium gentium fideles vlli vni subesse sacerdoti, etiam Hebræorum: quorum leges quatenus non erant naturales nullas alias gentes, quàm Hebræam obligabant, vt colligitur ex Dionysio, [h] & tradit S. Thomas receptus. [i]

140 Quinquagesimoquinto infertur ratio soluendi argumentum illud, quod aliquando in consessu doctissimorum virorum per me propositum remansit insolutum: impugnaturus enim glossam singularem cap. [k] quatenus habet, non posse fieri, vt duo essent Papæ eodem tempore etiam, ex vrgentissima causa, vt Iacobus Almaynus determinat, [l] quicquid sentiat Ioannes Maior, [m] impugnaturus (inquam) hæc, sic argumentabar, In omni eo, quod lege naturali, diuina, vel supernaturali vetitum est, potest ob necessitatem dispensari, si ob eam aliàs circa id inuenitur in sacris literis dispensatum, iuxta id, quod sentit glossa memorabilis, & clarius exprimit Cardinalis Alexandrinus, ibi. [n] At ante legem nouam, cum vetus adhuc vigeret, multi erant summi sacerdotes, non agnoscentes alios superiores. Ergo & nunc post nouam multi tales poterunt esse, saltem per dispensationem ob causam iustam. Ex proximè enim prædictis infertur modus soluendi hoc argumentum scilicet quòd nusquam ante legem euangelicam fuit talis summus pontificatus, qualis nunc est: & ita non potuit antequam esset, ob vllam necessitatem, vel vtilitatem relaxari lex diuina de vnico summo pontificatu Petro, & successoribus eius commisso, neque postea quàm cœpit vmquam est relaxata, cui consequens est, vt neque nunc relaxari queat. Qua eadem ratione neque duo Papæ possunt præesse papatui: licet possint esse duo Imperatores eiusdem Imperij, & duo supremi reges eiusdem regni, quia nulla vmquam lege diuina, naturaliter, neque supernaturaliter data, neque ante, neque post euangelium statutum fuit, vt vna tantùm esset monarchia, & vnus tantùm monarcha toti orbi quo ad temporalia.

SVMMARIVM.

141 *Potestati humanæ nullum hominem subiici temerarium.*
141 *Potestas ecclesiastica potest quari, & teneri absque caritate.*
142 *Potestas ecclesiastica solo iure diuino non perit fide perempta.*
142 *Papatus non perditur ob hæresim ipso iure, licet sic episcopatus.*
143 *Potestatis ecclesiasticæ capax est laicus iure diuino, sed non humano, fœmina verò ecclesiastica etiam humano.*
144 *Potestas laica iuris dicendi vt est à Deo immediatè data.*
145 *Potestas Ecclesiastica, & laica vt conueniunt, & differunt. & seq.*
147 *Reges pauci à Deo solo immediatè facti. & seq.*
148 *Regiam potestatem esse contra iura naturæ insania est.*
149 *Regem vnum non posse regere plura regna stultum dictu.*
150 *Regem vnum regere plura regna quoad quid vtile.*
151 *Noas ante Nembroth fuit rex iustus.*
151 *Lipomamus Aloysius legatus cum primis laudatus.*
152 *Monarchiæ quatuor celeberrimæ an fuerint iniustæ.*
153 *Imperium laicum nullo iure diuino debet esse vnicum orbi.*
154 *Cainus non videtur fuisse vnicus orbis dominus.*
155 *Regis apum vnitas non arguit Regis orbis vnitatem.*
156 *Imperator falsò dicitur mundi dominus etiam de iure. & sequen.*
156 *Orbis totus, & Romanus, & Hispanus, &c. differunt.*
157 *Nabuchodonosor figuratè dicitur rex regum.*
158 *Imperatorem omnia iniustè quæsisse, vel tenere falsum.*
159 *Imperator nec fit, nec desinit esse dominus per omnes strages belli.*
159 *Reges non omnes per bella iniusta sunt exempti ab Imperio.*
160 *Regum tituli falsè pretenti faces, & pestes orbi.*
161 *Hispanias numquam iustè subfuisse Romanis probabile.*
161 *Romanis, qui Hispani mordicus restiterunt.*
162 *Regem vnum totius orbis fieri posse hodie, à sola maiore parte eius, non est verum, licet olim potuisset id contingere.*
163 *Potestas ecclesiastica quando posset Christianos omnes ad faciendum vnum ducem cogere, qui omnium eorum toti exercitui imperaret.*
164 *Potestas ecclesiastica cur plus potest creare ducem totius christianismi, quàm maior pars eius.*
165 *Ciuitatis vnius liberæ in quo potentior, quàm maior pars multarum.*
166 *Rex cur non potest eximere suos à se, & suo regno.*
167 *Regi subditi tam liberi sunt, ac subditi liberæ ciuitati.*
168 *Monarchia optima regendi forma.*
169 *Rex educatus regiè ab ortu cur aptior, quàm alius.*
169 *Rex Ioannes III. & Catherina I. qua in re præcellunt.*

141 QVinquagesimosexto infertur, temeratios & insanos esse illos, qui negant vllos homines vlli potestati subiici. Tum, quia id est contra ius naturale, & omnia citata supra. [a] Tum, quia hæreticum est id asserere, etiam de Christianis etiam iustis, per clemen. *ad nostra.* [b]

Quinquagesimoseptimo falsum esse id, quod tenuere pauperes Lugdunenses, & Vualdenses renouatum à Ioanne Vvicleff, & condemnatum à Concilio Constant. vt habetur ibidem, [c] scilicet potestatem ecclesiasticam ita iure diuino fundari in caritate, vt nemo eam habere possit, nisi caritatem quoque habeat, & sit in statu gratiæ gratum Deo facientis: quoniam nemo scit se amore dignum, [d] & ita consequereretur, neminem scire se esse verum episcopum, vel parochum. Quæ ratio, licet videatur Iacobo Almayno, [e] euidenter errorem prædictum confutare, non tamen satis confutat: quoniam etiam retenta opinione contraria communi, nemo verè scit, se esse episcopum, vel parochum: quia nescit se verè baptizatum, nec habere characterem baptismalem: cùm ille nequeat haberi, sine debita intentione baptizantis, quæ à baptizato sciri nequit: & sine illo nequit esse episcopus, neque presbyter. [f] Fortiùs igitur facit, quòd secundum eorum opinionem, qui caderet à gratia gratum faciente, caderet quoque ipso

iure ab episcopatu, & quolibet alio beneficio iurisdictionem habente: & ita sine noua promotione non posset esse episcopus, vel parochus, quod est absurdum. Ex quo infertur, fortius errare Bohemos, qui dicebant, non solùm Deo gratum, sed etiam ab ipso prædestinatum esse oportere illum, qui alicuius potestatis ecclesiasticæ futurus sit particeps.

142 Quinquagesimooctauo infertur errare illos etiam, qui putant, potestatem Ecclesiasticam ita fundari iure diuino in fide, vt ea carens, carere quoque necessariò dicatur hac potestate: quoniam primo nullo iure diuino est inducta pœna priuationis ipso iure ob hæresim, ante binam saltem monitionem, vt eleganter probat Thomas à Vio, [a] & latius dixi in cap. *nunc autem.* [b] deinde, quòd Papa hæreticus non incidit in pœnam contra hæreticos ab Ecclesia statutam, arg. cap. 1. cum ei annotatis, [c] & traditimus latius supra. [d] Postremò, quòd neque alij prælati inferiores perdunt suas dignitates ob hæresim cóceptam, & omnino occultam. Quæ communis est opinio Theologorum, & probatur arg. à contrario sensu in cap. *audiuimus.* [e] in illis verbis, *Qui hæresim nouam ex corde suo finxit, ex quo eam prædicare cœpit, neminem damnare potuit.*

143 Quare vetius videtur, hanc potestatem fundari in charactere baptismali. [f] quod etiam tenuit prædictus Iacobus: à quo tamen dissentio, quatenus in probatione huius conclusionis præsupponit, incapacem esse huius iurisdictionis iure diuino eum, qui non est clericus. Tum, quia etiam fœmina religiosa est capax eius. [g] Tum, quia etiam laicus vti potest ecclesiastica iurisdictione per commissionem specialem Papæ, vt est in cap. *præter.* adiuncta glossa communiter recepta, [h] & antiquitus in glossam cap. 2. [i] quamuis verum sit, laicum esse incapacem illius iure humano. [k]

144 Quinquagesimonono falsam videri differentiam illam Iacobi Almayni, [l] quam inter potestatem Ecclesiasticam, & laicam ponit, videlicet, quòd hæc numquam fuit regulariter, & immediatè à Deo instituta, licet per rationem naturalem esset debita: illa verò immediatè fuit à CHRISTO instituta. Tum, quia ratio, ex qua illam differentiam deducit, non concludit eam, sed aliud longè diuersum, scilicet potestatem laicam totam non fuisse à Deo vlli datam, potestatem autem Ecclesiasticam sic. Quod & verum est: quia nusquá regulariter iussit Deus, vt vni, vel pluribus his, vel illis quoad potestatem laicam parereretur: cum tamen specialiter de potestate Ecclesiastica statuisset CHRISTVS, vt vni Petro parerent omnes. [m] Tum, quia potestatem laicam deberi communitati hominum lege, ac ratione naturali non infert, eam non esse à Deo immediatè datam, imo potius concludit contrarium: nam potestas edendi de omnibus rebus siue suis, siue alienis, inferioribus tamen natura humana, ad conseruádam vitam propriam tempore necessitatis extremę, cuilibet est debita lege naturæ, vt est in cap. *discipulos.* [n] cap. *si propter necessitatem.* [o] cum eis annotatis: non tamen ob id definit dici data cuilibet immediatè à Deo. Potestas item defendendi se ab alio iniurio inuasore, & etiam occidendi eum, si aliter defendi nequeat, debita est cuilibet, lege naturali, [p] non tamen ex eo infertur, eam non esse datam immediatè à Deo, immo potius contrarium. Tum, quia Durandus, cuius doctrinam sequitur in hoc potissimè idem Iacobus, [q] non ponit hanc Iacobi differentiam, sed eam, quam ipse supra posui. Ioannes etiam Parisiensis, cuius doctrinam plurimum sequitur ille, quod nos air expressè, vt dixi supra. [r]

145 Vetius itaque fuerit dicere primò, vtramque harum potestatum conuenire in hoc, quòd vtraque est data immediatè à Deo: & quòd neutra hodie quæratur alicui ita ex immediata largitione Dei, vt nullum hominum ministerium prærequiratur: quoniam præuenire debet electio, vel successio. Differre autem in eo, quod laica data est naturaliter, & generaliter, ita quòd nihil speciatim de illius creatione, vel de illius alicui traditione cautum fuerit, saltem in generis humani, & illius creationis principio: licet postea de potestate communitatis Hæbræorum sic. Ecclesiastica verò data est supernaturaliter, & specialiter, ita, quòd speciatim de ipsius creatione, & traditione Petro quo ad totam, & alijs quoad aliquas partes cautum fuerit, vt prædictum est supra. [a] Esse item aliam differentiam singularem inter has duas potestates, scilicet, quòd licet vtraque hodie quæratur, & accipiatur à Deo mediatè, longè tamen mediatius laica, quàm ecclesiastica. Laica enim accipitur mediante electione communitatis expressa, vel tacita, qua quod suum erat alij concesit, vel mediante successione in tali electione fundata.

146 Potestas verò ecclesiastica, licet etiam accipiatur mediante electione Ecclesiæ, vel Cardinalium eam repræsentantium: non tamen accipitur tamquam res aliqua quę fit, fuerit ve ipsius Ecclesiæ, * secundum opinionem Romanorum relatam supra, [b] licet secundum opinionem Parisiensium, Gersonis scilicet, & aliorum multorum sic: secundum enim eos potestas Papalis hæc data fuit Ecclesiæ in persona Petri, & etiam Papa mortuo est in illa, & esset in Concilio œcumenico legitime congregato: quod magnis viribus contendit confutare Thomas à Vio, & magnis defendere Iacobus, & Ioannes Maior citati supra. [c]

* Secundum opinionem Romanorum. *Anceps animi plurimumque dubitare visus est* D. *Nauarrus quæstione hac, An Papa sit supra Concilium vt sentiunt plurimi & maximi Theologi, an verò Concilium sit supra Papam quæ est Parisiensium Theologorum communis opinio tam in hoc libro, quàm in comment. cap. placuit. de pœnit. dist. 6. Sed in 3. libro. Consiliorum. Tit. de his quæ fiunt à maiore par. cap. Consil. vnico, plane asserere videtur Papam esse supra Concilium dum ait Papam longe aliter præesse Concilio generali, quam Archiepiscopum prouinciali, quia inquit Papa præest, vt persona, in qua residet tota potestas Ecclesiæ, ita quod solus posset statuere, quicquid cum Concilio posset. Et proinde ipsum Papam superiorem Concilio facit. Cæterum longè probabilior Romanorum sententia Papam esse supra Concilium quam Parisiensium, vt inter alios nuper docuit Robertus Bellarminus Societatis Iesu in lib. 2. de Conciliis & Ecclesiast. cap. 13. & sequent.*

147 Sexagesimo infertur, non videri verum id, quod quidam eruditi nouè dixerunt, scilicet, non solùm communitates, sed etiam Reges suam potestatem capere à Deo immediatè: quoniam primò nemo negare potest regiam potestatem fuisse ante reges in ipsa hominum coniuentium communitate, quippe quam tamquam à lege naturæ ortam, vt est recepta opinio & probata supra, [d] ab exordio mundi, vel communitatis oportuit cœpisse, [e] cùm tamen reges postea cœperint esse. Deinde, quòd reges fiunt aut electione, aut successione, & ita mediante aliqua re creata. Præterea, quòd licet aliquot reges, & aliquot alij potestate regia vtentes, à Deo ipso immediatè fuerint instituti, aut electi, vt Saul, Dauid, & ante illos Moyses: & ita licet electi, & instituti immediatè à Deo, ab ipso acceperint immediatè potestatem regiam: alij tamen, quorum de numero sunt, & fuerunt fere omnes, mediante aliqua causa secunda, vel signo, eam à Deo accipiunt. Præterea, quòd licet Petrus immediatè à CHRISTO suscepisset Papalé potestatem: alij tamen successores mediante electione Ecclesiæ, vel Cardinaliú eam in hoc repręsentantium, suscipiunt; [f] etiá secundú opinioné Romanorú tactam supra, [g] quáuis secundum eos Papa non suscipiat suam potestatẽ ab Ecclesia, quæ eligit eũ, sed à Deo. Ergo à fortiori etiam alij reges, qui nõ fuere immediatè à Deo instituti & electi, mediatè suscipiũt suam potestatẽ à Deo. Postremò, quòd aliud est potestatem regiam immediatè esse à Deo creatam: & aliud eam immediatè illi, aut illi homini esse traditam: illud enim verum fuit, & est semper, & vbique: hoc autem rarò, vt ex Durando & Ioanne Parisiensi vbi supra colligitur. Non obstat illud. [h] *Per me reges regnant*, &c. relatum in l. *inter claras.* [i] & illud. [k] *Omnis potestas à Deo est.* quoniam ad summum solùm probant potestatem regiam creatam esse immediatè à Deo: non autem ab eo immediatè illi, aut illi homini datam. Per Deum quidem regnant reges ætatis nostræ: quia regnant per potestatem, quam habent ab ipso immediatè creatam, sed mediatè acceptam successione scilicet, vt ferè omnes reges Christiani, aut electione, vt Imperator, & aliquot alij.

148 Sexagesimoprimò infertur insanire illos, qui dicunt regna, & regiam dignitatem, ac potestatem esse contra iura naturæ: quoniam primò per superiora palam est iure ipso naturæ vnicuique ciuitati esse potestatem regiam gubernandi suos ciues ad bonum commune, & illam ciuitatem iure naturæ non prohiberi exercere eam per alium. At regnum nihil aliud est, quàm ciuitas, aut prouincia gubernata per vnum, ad bonum commune, vt colligitur ex S. Thoma, [a] & ex Aristotele. [b] Deinde, quòd potest quis per alium facere, id quod per se ipsum potest. [c] Et per superiora constat iure naturæ solo attento ciuitatem ipsam posse per se ipsam vti potestate regia. Ad hæc, quòd rationum gubernandi (quæ tres sunt) optima est monarchia, siue regalis, id est, gubernatio per vnum, vt in argumento duodecimo contra notabile facto probabam. Postremò, quòd id, quod est contra ius naturale nullo tempore, aut loco potuit esse laudabile, aut iustum. [d] At Apostolus commendat Melchisedech regem Salem, & Iosephus approbauit regnum Pharaonis, cùm procurationem regni ipsius acceptauit. [e] Iacob item, cùm regionem Gessem incolendam ab eo accepit. [f] Daniel item, qui præfecturam suscepit à Nabuchodonosoro. [g] Sunt & alia sexcenta sacræ scripturæ loca, in quibus, vel duces, vel iudices, vel reges constituuntur, aut laudantur ab ipso Deo omnipotente, vt videre est in lib. Exodi, Iudic. Regum, & Machabæorum, vel ab Apostolis colunturr, iubentúrve coli. [h]

149 Sexagesimosecundo infertur, stultam etiam videri eorum opinionem, qui dicunt licitè quidem fieri posse, vt alius in alia ciuitate regnet: non tamen vt vnus multis in ciuitatibus, & prouinciis regnet & imperet, imo contra naturæ leges esse, vt rex, & dominus noster regnet in tota Lusitania, Carolus V. quatenus rex in reliqua Hispania, & quatenus Imperator in Germania: Henricus II. in Gallia, & alij in aliis magnis prouinciis: quoniam primò hæc regna, & imperia omnia sunt approbata per Ecclesiam vniuersam, [i] imo & eorum aliquot per Deum Opt. Max. supernaturaliter, vt hoc florentissimum Lusitaniæ per quinque Christi stigmata diuo Alfonso huius nominis, & omnium regum Lusitanorum primo diuinitus, quæ diuina clementia fuit, ostensa, & in insignia regia insigni pietate in æternum suscepta. Regnum item Franciæ per tria lilia in insignia regalia, & per ampullam sanctam in sacram vnctionem Clodoueo primò regum Christianorum Franciæ cœlitus demissa.

150 Deinde, quòd licet non desint aliquot respectus, ob quos satius esset vnamquamque ciuitatem à suo peculiari rege gubernari: non tamen illi concludunt, malum esse multas per vnum regi: quia multæ sunt causæ, ob quas longè vtilius est multas ciuitates sibi mutuò esse annexas, subdíque vni regimini, siue aristocratiæ, siue democratiæ, siue monarchiæ, quam pluribus. Quorũ de numero sunt, quod facilius sese tueri possint ab hoste communi eo, quòd fortior est virtus vnita seipsa dispersa, secundum Aristotelem, & quòd audentiùs, & apertiùs facient iustitiam oppressis, maleficos punient, aliena tenentes ad restituendum cogent, & ne capiant arcebunt: seditiones, & factiones extinguent. Quod palam faciunt factiones Castellanæ tam longè latéque olim ardentes sub manu Regum Catholicorum, & Caroli V. Imperio extinctæ. Factiones item Nauarræ in sese pridè crudelissimè sæuientes: nunc verò sub eodem Carolo intermortuæ. Adde quod Saul, & Dauid diuinitus præfecti fuere toti Hebræorum genti, per multas varias, & magnas ciuitates, & prouincias dispersas. Postremo, quòd nulla lege naturaliter lata vetatur coniunctio duarum, vel plurium ciuitatum, quo minùs electione, aut successione vni regimini, & vni rectori se communi consensu subiiciant.

151 Non obstat primo, quòd Nembroth primus Rex post diluuium descendens per lineam reprobati Cham, dicatur fuisse tyrannus, & per tyrannidem vsurpasse potestatem regiam, quæ post diluuium videtur fuisse penes Noam, & successores eius, per lineam Sem approbati, iuxta communem intellectum Scripturæ. [k] Non (in quam) hoc obstat: quoniam primò respondeti potest argumentum ipsum præsupponere alium, scilicet Noam fuisse regem ante Nembroth. Deinde negari potest, regnum ipsius fuisse iniustum, & tyrannicum, vt negant aliquot auctores citati in illa gemmea cathena, quam super Genesim composuit doctissimus, idemque pientissimus vir Aloysius Lippomanus nunc Episcopus Veronensis Reuerendissimus, qui ante paucos annos legatus à sede Apostolic. in nostram Lusitaniam missus tanta pietate, ac iustitia verè liberali, tanta morum sanctimonia, & eruditione admirabili resplenduit, vt meritò haberi debeat omnium, qui nostra ætate à sede Apostolica fuere legati, cum paucis princeps. Sed quia communis opinio contra tenet, vt colligitur ex eadem cathena. [a]

152 Tertio responderi posset, quòd licet ipsemet Nembroth, & successores eius ab initio violenti fuissent: fieri tamen postea potuerunt iusti reges consensu coacto eius, vel eorum, quorum intererat, mutato postea in voluntarium, & verè spontaneum: sicut & matrimonium consensu coacto contractum non valet quidem: at si consensus ille coactus fiat spontaneus, valebit saltem à tempore talis mutationis. [b] Quarto responderi potest, quòd licet eius regnum iniustè cœpisset: non tamen ideo consequitur omnia regna iniustè cœpisse: Noas enim ipse, Sem item, & Iaphet, & aliquot filij eorum potuerunt iustè regnare alibi consentientibus ciuitatibus, quas regerent, & multis alijs modis alia iusta incipere, iuxta ea, quæ tradidimus supra. [c] Quinto, palam tollitur, eo quòd hoc argumentum æquè probat illam ciuitatem habere posse suum proprium regem: ac quòd multæ non possunt habere vnum: quia regnum Nembroth vnius ciuitatis tantum cœpit esse. At horum prius illud non potest probare: quia falsum esse corollar. proximum monstrauit. Ergo neque hoc posterius.

153 Sexagesimotertio infertur errare communem, quæ à plerisque omnibus citatis per Ioannem Ignæum recepta est, quatenus putat iure diuino vnum esse oportere Imperium laicum totius orbis: sicut & vnum est Imperium Ecclesiasticum: quia primo id nullo iure diuino supernaturaliter dato, siue reuelato probatur. Deinde nulla naturali ratione id concludi potest: imo Ioannes Parisiensis [e] dixit, potestatem vniuscuiusque ciuitatis naturalem esse: Imperium verò in multos non item. Et ante ipsum Aristoteles, [f] concludit legislatoris animi intentionem non debere illo tendere, vt ciuitas, cui præscribit leges, dominetur finitimis: sed ne illis seruiat: quoniam illa dominatio magnum nocumentum afferret etiam ipsi ciuitati. Per quæ vir doctissimus palam significat iustius, & vtilius esse, vt vnaquæque ciuitas sibi tantum, & suis pagis imperaret. S. Augustinus etiam [g] affirmat, maiore cum pace regi solita fuisse regna, cùm vnumquodque eorum terminis suæ patriæ finiebatur.

154 Adde, quòd nusquam id ab orbe condito videtur contigisse, nisi fortè donec Cainus filius primogenitus Adami ciuitatem conderet, [h] ex eo enim videtur colligi iam inde cœpisse varia regna: quia attestantibus multis auctoribus relatis ibi per doctissimum Aloysium in prædicta cathena, eam ideo ædificauit Cainus, vt qui profugus, & eiectus erat à Deo ob fratricidium, se tutaretur ab alijs, quibus odio habebatur. Et ita significatur, neque illum cum suis in illam ciuitatem receptis subiacuisse tunc alicui, neque alios ei. Non obstant ea, quæ pro errore communi adducuntur: quorum potiora corollarium sequens diluet.

155 Sexagesimoquarto infertur errare innumeros, qui putant conclusioni præcedentis corollarij obstare capit. *in apibus.* [i] in illis verbis: *In apibus vnus est rex, & grues vnam sequuntur.* Tum, quia eorum sensus non est, omnium apum mundi, vnum esse regem, & vnius agminis gruum vnam

a *Lib. 1. c. 14. de regi.*
b *In 3. & 4. Polit.*
c *Cap. potest. de reg. iur. l. 6.*
d *5. dist. in prin.*
e *Genes. 41.*
f *Genes. 47.*
g *Daniel. 7.*
h *1. Petri, 2. & ad Ro. 13. & alibi sæpe.*
i *Cap. venerabilem, de elect. ea, cum longe. 63. dist. c. grandi de sup plen. neg. præiar. li. 6. c. per venerabilem qui fil. sint legit.*
k *In c. 10. Gene.*
a §. *fin. c. dist.*
b *Ca. ad id de sponsal. c. fin. de raptor.*
c *In corollar. 23.*
d *In lib. 18. de ciuitat. Dei, cap. 2.*
e *Vbi sup. c. 3. col. vlt.*
f *In Polit. maximè li. 7. c. 4.*
g *In 4. de ciuit. Dei.*
h *Genes. 4.*
i *7. quæst. 1.*

vnam ducem. Et ita nullatenus probant omnibus hominibus vnum debere imperare, ac præesse: sed ad summum solum probant, vni ciuitati, vel genti vnum debere præesse. Tum, quia in archetypo, & originali, scilicet in epistola S. Hieronymi ad Rusticum monachum, [a] non legitur, *In apibus vnus est rex*, sed: *In apibus principes sunt.* quod pro nobis facere palam est. Errare item innumeros, qui ideo putant, Imperatorem Romanorum esse dominum, & regem totius mundi, & orbis terrarum, quod Imperator Antoninus relatus in l. *deprecatio.* [b] dixisset: *Ego dominus mundi.* Primo quidem ob ea quæ Galli contradicentes adducunt. Deinde, quòd Scholiastes Augustini nouus, sed doctus, idémque Hispanus, & Imperatori, qui nunc imperat Carolo Augusto subditus, [c] stultum esse ait, affirmare Imperatorem Romanum ius habere in totum orbem terrarum, cuius numquam fuit dominus, & iam amisit. Tertio, quòd non est sentiendum adeò sensu caruisse Imperatorem Antoninum, vt per illa verba, *Ego dominus mundi*, sentiret, se dominum totius orbis terrarum, qui nec illi, nec vlli præcessorum eius vmquam paruisset vel dimidiatus. Quarto, quòd dici potest vsum fuisse hyperbole, aut synecdoche: sensisseque non de toto mundo, & orbe: sed solùm Romano, hoc est, de illo, quod ex mundo, & orbe terrarum Romanis parebat. Pro qua expositione facit, quòd S. Augustinus, [d] appellat orbem Romanum id, quod Hispani, & Lucanus de Cæsare transituro ex Hispania in Galliam, & inde in Græciam ait.

Victrices aquilas alium laturus in orbem.

Qui modus intelligendi aptior, ni fallor, videbitur cuilibet erudito, quàm illi, quos Ioannes Igneus vbi supra edidit.

157 Errare item Bartholum, [e] & plerosque omnes illum secutos, quatenus per illum textum & illud Danielis, [f] ad Nabuchodonosorem, scilicet: *Tu rex regum es, & Deus cæli regnum, & fortitudinem, & Imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia, in quibus habitant filij hominum, &c.* dixerunt Imperatorem esse dominum totius orbis iure, licet non facto; tum per proximè dicta. Tum, quia glossa, [g] habet, Danielem id dixisse Nabuchodonosori, per figuram hyperbolen, siue transcensum veri manifestum, vt Maro in illo: *Ferit æthera clamor.* vel per synecdochen ex toto intelligendo partem, vt idem Poëta intellexit in illo, *Ingens à vertice pontus In puppim ferit.*

158 Sexagesimoquinto infertur male loqui Scholiasten S. Augustini præcitatum, [h] quatenus, [i] de ciuit. Dei, verbis quidem politis, sensu tamen non satis dolato, dixit Imperatorem Romanorum ius non habere in ea, quorum aliquando fuit dominus, & iam amisit: quia quo iure quæsierat, amisit, strage scilicet hominum & bellicis furiis: his enim verbis significat primum omnia, quæ Romanus Imperator habet malè quæsita esse, maléque possessa: quod tamen est falsum. Primùm quidem, quia eius consequens esset, Carolum V. Christianissimum peccatum ire, donec restitueret omnia, quæ habet, quatenus est Imperator, argumen. cap. *si res aliena.* [k] regul. *peccatum.* [l] quod tamen falsum est, neque vllus diceret. Deinde, quòd Romani multa bellis iustis suo Imperio adiecerunt: sicut & nunc Lusitani apud Indos non pauca suo adiiciunt. Tertio, quòd multi eorum, quos vi sibi ab initio subiecerunt, verè ac liberè, & sponte coram Deo in eorum consenserunt imperium, vt ex ipso Liuio colligitur. Quod sufficere ad hoc, vt malè occupata iustè possint teneri expresse determinauit Ioannes Parisiensis, [m] quod nos quoque infra, [n] tenuimus, argumen. cap. *ad id.* [o] Facit, quòd multi qui Romanum Imperium texerunt in catalogum sanctorum relati sunt, vt Carolus Magnus, & D. Ludouicus. Præterea, quòd consensu totius populi Germaniæ, & auctoritate Romani Pontif. translatum est Imperium à Græcis in Germanos, [p] & Ecclesia tota probat, & fouet Imperatores. [q]

159 Eisdem verbis secundo idem Scholiastes significat, verè perdere Imperatorem, & definere esse iuris eius quicquid ab aliis strage hominum, & bellicis furiis ei adimitur, quod etiam palam falsum est. Tum, quia pari ratione idem dicere oportebit de regibus Hispaniæ, Galliæ, ac aliarum gentium: & per consecutionem daretur occasio maxima, & pessima bellis augendis, contra l. *conuenire.* [a] & cap. *ex parte.* [b] Tum, quia id est contra omnia iura, rationes, & sententias patrum de bello iusto, & iniusto loquentium. [c]

Eisdem verbis tertiò significat idem Scholiastes, omnes reges earum prouinciarum, quæ quandoque Romanorum fuerunt sola hominum strage, ac bellicis furijs esse ab Imperio exemptos: quod tamen non est verum, tum ob ea, quæ Cosmas, [d] & Ioannes Ignæus, [e] & alij aliarum gentium iurisconsulti tradunt in fauorem Francorum, Venetorum, & aliorum quorumdam potentatuum. Tum, quia certum est, quòd Hispaniæ Reges alijs titulis, eisdémque sanctissimis sese exemere, vt supra declarabam: si tamen vmquam iure fuerunt Romanis subiecti, de quo infra. [f]

160 Tum quia Roma ipsa, quæ caput erat Imperij, cum multis alijs Italiæ terris non strage hominum, & bellicis furijs exempta fuit: sed donatione Constantini, Caroli magni, Astulphi, & aliorum iusta & sancta de causa facta, omissa opinione contraria, vti temeraria, ne dicam sacrilega, & impia. Quam consequeretur omnes CHRISTI Vicarios, qui à Constantini tempore præfuerunt Ecclesiæ Romanæ in peccatis continuis vixisse, cùm tamen constet Siluestrum, & alios plurimos in Sanctorum Catalogo relatos.

Plus satis tamen verum arbitror id, quod idem Scholiastes subdit ibidem, scilicet: *Accedit Principes istiu fictitiu titulis, eósque aliud nihil esse, quàm faces, orbis terrarum, pestésque totius generis humani.* tametsi parum modestè videatur dicere, quod in hac culpa est impia, & indocta iurisconsultorum argutatio: cum licet indocta sit, non tamen dici debet impia, per dicta supra, [g] neque nominari argutatio, tot & tantorum patrum argumentatio: cui neque vllus alius, vsque ad nos planè satisfeciſſe videatur.

161 Sexagesimosexto, infertur iustum esse, vt arbitror, dicere Hispaniam totam numquam iure subiectam fuisse Romanis: quoniam primò nullo iustum titulum hactenus me legere memini quo regia Hispaniarum potestas Romanorum cesserit imperio. Deinde, quòd violentia, strages hominum, & bellicæ furiæ, quibus subiecta fuisse videtur rerum dominijs quærendis, longè plus obsunt, quàm prosint, argument. cap. *si res aliena.* [h] cap. *peccatum.* [i] l. final. [k] l. *authoritate.* [l] & argument. eorum, quæ scribit Innocentius, [m] receptus ibi per omnes, & Panormitanum, [n] Albertum, [o] & alios alibi. Tertiò quòd & si aliquot Hispaniæ populi legantur fortè consensisse postea, vt Romanorum Imperio subessent: pauci tamen id fecerunt: & pauciores sponte consenserunt: paucissimi autem, & fortè nulli voluntate regum, quibus suberant. Postremo, quòd pertinacissimè quoad eius fieri potuit repugnarunt Romanis, præsertim Viriato duce Lusitani, & natura loci muniti Nauarri, ac Cantabri, qui suum, & totius Hispaniæ antiquum idioma (quod nunc appellant Vasconium) in hunc vsque diem seruant, nec vmquam admiserunt Romanum, admittente illud tota reliqua Hispania simul, & Gallia. Adde, quod glossa in hoc mihi singularis expresse id sentit. [p]

162 Sexagesimoseptimo infertur non esse verum id, quod quidam valde eruditi nouè dixerunt, posse maiorem partem hominum orbis terrarum etiam inuita minore deligere sibi vnum Regem, vel Imperatorem, qui omnibus eis imperet: quoniam primò id nullo iure fundatur. Deinde, quòd falsò imaginari videntur, esse aliquam summam potestatem laicam, cui totum orbem terrarum subiici oporteat, vt supra [q] est dictum. Tertio, quòd consecutio illa, qua illi vtuntur, non est necessaria, scilicet, aliquando maior pars hominum orbis, etiam renuente minore potuit sibi deligere vnum, qui omnibus imperaret. Ergo etiam nunc idem facere potest: quoniam non est eadem ratio, eo quòd lege naturæ vnicuique ciuitati competit potestas & necessitas se, suaque regendi, vel auctoritate alicuius, aut maioris partis, vel aliquorum à parte maiori electorum: & ita, si quando contigit olim solam vnam ciuitatem omnium hominum fuisse, certum est, maiorem partem illius potuisse deligere vnum, qui

a *Vbi sup. c. 3. col. vlt.*
b *In Polit. maximè li. 7. c. 4.*
c *In 4. de ciuit. Dei.*
d *In cap. 5.*
e *In extrauag. ad reprimendam. verb. totius orbis. f 2. cap.*
g *Illius cap. 2.*
h *In corollar. præced.*
i *In d. c. 23. li. 5.*
k *14. quæst. 6. l Lib. 6.*
m *De potestat. Reg & Papæ, cap. 5.*
n *In 59. corollar.*
o *De sponsal.*
p *Cap. venerabilem, de electio.*
q *Cap. tibi domine. 63. dist. Clem. Roma. de iureiurand.*
a *Aff. de pact. do 12.*
b *De consuet. c. In 4. li. sententiarum d. 15. & in c. fin. cap. 2. de iure iur. & alibi sæpe.*
d *In proœmio Pragm sanct.*
e *Vbi supra.*
f *In corollar. sequ.*
g *In corol. 1.*
h *14. quæst. 6.*
i *De reg. iur. lib. 6.*
k *Cod. si per vim, vel alio modo.*
l *C. unde vi.*
m *In c. quod super his, de voto.*
n *In c. venerabilem. de elect.*
o *In l. 1. C. de summa Trin.*
p *In c. Adrianus. 63. dist.*
q *In corol. 35.*

a *ff. ad municip.*

omnibus imperaret, argum. l. *quod maior pars.* [a] eo quòd minor pars ciuitatis subesset toti ciuitati, & per consecutionem parti maiori. At nunc quando plurimæ, ac innumeræ sunt ciuitates in orbe terrarum constitutæ, quibus singulis sunt singulæ huiusmodi potestates separatæ: quarúmque aliæ non subsunt aliis, nec minor pars maiori, nec maior pars earum, neque regum, vel rectorum earum potest deligere aliquem, qui aliàs nolentes conuenire in electione inuitas regant. Quamuis verum sit: quòd si omnes ciuitates orbis, & earum reges, & rectores, quorum interesset conuenirent, vt vnus aliquis omnium rector, rex, aut Imperator deligeretur: is esset verus rector, rex, aut Imperator, quem maior pars deligeret. Quarto facit, quòd conclusionem hanc nouam consequeretur, maiorem partem totius Galliæ deligere posse vnum aliquem, qui toti Galliæ imperaret: ac per consectionem tollere Sabaudo, si quid iuris in Sabaudos, vel Allobroges habet: Duci Lotharingiæ suum principatum: Carolo V. Brabantiam, & alias prouincias cis Germaniam intra Gallias constitutas. Consequeretur etiam maiorem partem totius Hispaniæ deligere posse vnum aliquem, qui totam eam regat: & per consecutionem ad manum esse reliquæ Hispaniæ priuare Lusitaniam belli, pacísque artibus florentissimam suo rege maximo & optimo. Consequeretur etiam maiorem Italiæ partem posse deligere vnum aliquem, qui toti dominetur: & item facilè inuentum iri modum, quo vel sedes Apostolica, vel Rex Apuliæ suis deturbentur sedibus: vel Veneti, & alij potentatus sua denudentur gloria. Consequeretur deinde orbis terrarum turbatio, & confusio quàm maxima. Quinimmo consequeretur, quòd maior pars Regum maioris partis orbis posset deligere vnum, cui omnes subiacerent: & quòd vnus Rex maioris partis aliquius prouinciæ posset occupare maiorem partem eo ipso, quòd statueret, vt tota vni pareret: quoniam tota potestas omnium ciuitatum variorum regnorum consistit penes Reges eorum: & potestas maioris partis prouincię penes ipsius solum regem: & ita, si ciuitatum maior pars id posset, id quoque posset vel vnus rex, vel pars maior regum earum.

163 Sexagesimooctauo infertur, non esse verum etiam id, quod prædicti eruditi nouè dixerunt, scilicet maiorem partem Christianorum posse deligere vnum regem, qui omnibus Christianis imperaret, etiam inuita parte minore, propter illa ipsa, quibus præcedens corollarium probauimus. Quamuis fateor Christianos omnes cogi posse à Romano Pontifice summo CHRISTI Vicario ad deligendum vnum aliquem communi belli, & totius exercitus ducem: quando hostis aliquis nominis Christiani ita vrgeret, vt verisimile esset, non posse aliter defendi Rempublicam Christianam: quoniam summa CHRISTI summi Vicarij potestas extenditur ad temporalia illa, quæ per alium nequeunt fieri, vbi salus animarum Christianorum id exigit, vt dictum est supra. [b] At tale esset huiusmodi ducis constitutio.

164 Non obstat huic corollario, quòd saltem, quando huiusmodi ducis belli cõstitutio non sufficeret: sed oporteret, vt ille constitueretur Rex vniuersi Christianismi, tunc posset Romanus Pontifex talem regem creare. Non (inquam) hoc obstat. Tum, quia non infertur ex hoc, maiorem potestatem Christianorum inuita minore, posse id facere: quoniam alia est ratio de summo CHRISTI Vicario, qui superior est omnibus in spiritualibus, & temporalibus ad spiritualia necessariis, vt dictum est supra, [c] alia de maiore parte Christianorum, cuius potestati non subiicitur minor: quæ suam particularem iurisdictionem diuisam à potestate maioris partis habet. Tum, quia nusquam dabitur casus, in quo commodiùs sit bello gerendo in hostes nominis Christiani deponere reges antiquos inuitos, & constituere vnum nouum: quàm eis suo iure, ac regendi auctoritate seruata, constituere nouum aliquem Imperatorem, & ducem exercitus communis: quoniam hoc facilè ferri & posset & solet: illud verò adeò difficilè, vt par sit credere multos reges Christianos se, ac suos prius dedituros hosti nominis Christiani: quàm pati sua gloria, & auitis priuari regnis, vt recentia exempla confirmant. Quamquam non dubito, nisi hoc

b *In corollar. 25.*

c *In resolutione disputationis, & corollar. 30.*

A scandalum immineret, commodius esse toti Reipub. Christianæ ad se tuendum à potentissimo Turcarum Principe, vt tota vni subderetur.

Non obstat etiam, quod vna est omnium Christianorum Respublica, iuxta illud Apostoli. [a] *Omnes vnum corpus sumus.* quoniam id verum est quoad spiritualia: non autem quoad temporalia, vt sæpe supra est dictum.

165 Non obstat etiam, quòd in liberis ciuitatibus, qualis est Florentia, maior pars videtur posse eligere sibi regem, qui omnibus, etiam minori parti inuitę imperet: quoniam talium ciuitatum cives omnes vni sæculari potestati subiacent: & ideo volente nolente minore parte, modò legitimè fuerit vocata, potest maior pars statuere, quicquid posset tota: immo quod maior pars statuit videtur statuere tota. At diuersæ ciuitates liberæ, diuersa regna, diuersi potentatus, & diuersa Imperia diuersas habent potestates, & nulla earum subiacet alij, nec minor pars maiori: & ideò nulla tenetur stare electioni alterius, neque minor pars earum electioni maioris, argument. l. final. [b] & cap. 2. [c].

166 Sexagesimonono infertur nullum regem adeo liberare posse suum regnum, & suos regnicolas, vt non teneatur parere sibi, neque vllis magistratibus à se, vel à sua Republica constitutis. Tum, quia id esset contra illam legem naturæ, vt parentibus, & patriæ obediamus. [d] Tum, quia Respublica ipsa priusquam regem haberet, non potuisset statuere, ne sui ciues tenerẽtur parere sibi, aut suis magistratibus: quoniam illud esset abdicare se à tali potestate: quàm tamen veluti lege naturæ sibi insitam ab se abdicare nequit, iuxta ea, quæ diximus supra. [e] At reges earumdem habent potestatem, quam Respublicæ ante ipsos habebant. Ergo idem est dicendum de illis, ac de illa. [f]

167 Septuagesimo infertur parum cautos videri eos, qui aiunt non tam liberos esse homines regnorum parentium regibus, quàm ciues liberarum ciuitatum, quæ nulli regi parent. Primò quidem, quia eiusdem naturæ, & speciei est potestas, quà reges regunt: & potestas, qua liberæ ciuitates sese gubernant, vt per prædicta palam est: nam licet modus regiminis Reipublicæ sit diuersus, puta Aristocraticus, Democraticus, & Monarchicus: potestas tamen gubernandi vna, & eadem est, secundum Aristotelem receptum, [g] siue ergo quis regatur per vnum regem, siue per plures optimates, siue per totum populum, eidem potestati est subiectus: & æquè liber, vel æquè seruus.

Deinde facit, quòd parere multis non est minor, immo maior seruitus, quàm parere vni. [h] At ciues liberæ ciuitatis parent multis, nempè toti populo, si regatur Democratia: aut eius optimatibus, si Aristocratia: multis inquam saltem collectiuè, & vt facientibus collegium, licet non vt singulis: Regnicolæ verò vni tantùm regi parent.

168 Præterea omnium Philosophorum rectè docentium vna est sententia, Monarchiam, siue vnius regimen, melius esse Democratia, siue optimatum regimine. & Aristocratia, siue populari gubernatione. Facit, quòd ciues liberarum ciuitatum oportet parere vni edicto prætoris, qui frequentissimè, minore benevolentia, & caritate: maiore verò cæuitia, & libidine regit, quàm Rex: qui, vt plurimum, ab incunabulis bene ad regnandum educatus, satis nosce modum, & attem vnumquemque iuxta sui ordinis gradum ad sese admittendi, & alloquendi: & ita, vt oportet, respondendi, iubendi, & rogandi: vt omnibus placere possit, & omnibus velle prodesse, ac nemini nocere: quippe qui omnes pro filijs ducit, & se magis patrię patrem, quàm dominum arbitratus, paterno affectu subditos prosequitur.

169 Cuius rei præclarissimum, & rarissimum exemplar sunt, inuictissimus Rex, hæros, & dominus noster Ioannes huius nominis III. & Catharina eius vxor Augusta heroissa, & domina nostra huius nominis prima, qui qua parte possunt imitantes illam infinitam, & inimitabilem Dei benignitatem, qua in altis habitans, humilia respicit in cælo & in terra: omnes sibi subditos tam in Africa, & Asia, quàm in Europa, vt filios amant, omnibus gaudentibus congaudendo, omnibusque dolentibus condolendo, consulendo, & opitulando: & nihil non agunt, quò filius eorum vnigenitus princeps, & dominus noster

a 1. *ad Corin. 12.*

b *ff. de iurisdict. omnium iudic.*

c *De constit. lib.*

d *Leg. veluti. ff. de iustit. & iure.*

c *In corollar. 21. & 26.*

f *Argum. ea. Ecclesiast. 2. vt lite pẽd. §. fuerat. Instit. de actio.*

g *In Politicis.*

h *Argũ. ea. 1 21. quæst. 1.*

Ioannes pro summa, quam de se iam præbet, expectatione non minùs sit eis hæres morum Christianissimorum, quàm regnorum amplissimorum.

An autem mortales, quatenus sunt Christiani, subiaceant potestati Ecclesiasticæ: & non quatenùs homines tantùm, vel ciues, profundiùs, ni fallor, quàm hactenus alibi, trademus infra, [a] & fundamentis eius, & solutionibus contrariorum.

a *In 6. notab.*

QVARTVM NOTABILE.

SVMMARIVM.

1 *Correctionis fraternæ definitio aptior, quàm Alberti, & aliorum.*
2 *Correctionem fraternam iure diuino præceptam.*
3 *Correctionis fraternæ multa vbi tractet Author.*

1 QVarto principaliter colligi possunt duo ex hoc capit. Alterum est definitio correctionis fraternæ, scilicet, quòd est *admonitio fratris ne peccet, néve maneat in peccato, ex caritate facta:* [b] ex verbis enim illis, *corripe illum.* colligitur, esse admonitio fratris: ex verbis autem, *si peccauerit, & si te audierit, si te non audierit*, eam fieri ne peccet, néve maneat in peccato: ex verbis verò, *frater*, & *lucratus es*, eam ex caritate procedere. Verbum enim *frater*, caritatem significat, & amorem, vt in cap. *causam quæ*, [c] latè post Panormitanum diximus, & infra, [d] latius tangemus. Verbum item, *lucratus es*, beneficentiam denotat, quam cõstat actum esse caritatis, secundum S. Thomam receptum. [e] Quæ definitio verbis aptioribus videtur compacta, quàm aliæ Alberti, & reliquorum, [f] & aliorum alibi: licet eodem ferè sensu consteat.

b *Matth. 18.*

c *Supra eod.*
d *In corollar. 6. notabilis sequentis.*
e *In 2. 2. qu. 31.*
f *In 4. distin. 19.*

2 Alterum quod colligitur est, diuinitus, hoc est, iure diuino præceptam esse hanc correctionem fraternã: quæ recepta sententia est tam Panormitani & aliorum, [g] quàm Archidiaconi & aliorũ, [h] & Richardi ac aliorum. [i] Abulensis & aliorum, [k] S. Thomæ, [l] & Adriani, [m] & aliorum alibi. Neque Innocentius hic contrarium sentit, licet id ei Panormitanus imponat, [n] verba enim eius, [o] hæc sunt. *Ad istam denunciationem non credimus aliquem teneri: nisi sicut tenetur ad alia opera caritatiu: nisi sit talis, ad quem ratione officij, & curæ hoc pertineret.* Per quæ verba palam significat, teneri nos ad eam, sicut & ad alia caritatis opera, ad quæ constat nos frequenter teneri, iuxta principium, & duo capitula priora, P & tradita per S. Thomam in hoc receptum. [q] Colligitur autem hæc sententia ex hoc cap. quatenus in eo Innocentius III. significat, licet non exprimat: Dominum id præcipere in Euangelio: & adeò quidem, vt etiam ipsemet summus Ecclesiæ monarcha eo teneretur, cùm subdit: *Quomodo diuinum possumus non exaudire mandatum?* Secundo colligitur, eo quòd verba Euangelij in textu citata, quæ desumuntur ex cap. 18. Matthæi, sunt imperatiui modi, quæ suaptè natura, vt plurimũ imperium, & præceptum designant. [r] Quibus etiam concordant illa Pauli. [s] *Corripite inquietos, consolamini pusillanimes.*

g *In hoc cap.*
h *In c. si peccauer. 2. q. 1.*
i *In 4. distin. 18.*
k *Matth. ca. 18.*
l *2. 2. qu. 33. artic. 2.*
m *In 4. de correctione fraterna.*
n *Num. 35.*
o *Num. 1.*
p *42. diffin.*
q *2. 2. quæst. 32. artic. 5.*

r *Clement. exiui. col. 3. verse. nos igitur. de verb. signific.*
s *1. ad Thessa. 5.*

3 Multas alias horum duorum confirmationes, & non paucas oppositiones, & solutiones cum 30. corollariis, plurima quotidiana, tam scholasticas disputationes, quàm vtriusque fori iudicia respicientia continentibus in commentarium *c. si peccauerit*, t una cum quinto notabili gratia breuitatis reseruo, vt sextum notabile admittere possit hæc relectio.

t *2. quæst. 1.*

QVINTVM NOTABILE.

SVMMARIVM.

1 *Denunciationem ad Euangelicam certo ordine perueniendum.*
2 *Denunciationis definitio omnium aptissima. & 3.*
4 *Denunciationis multa vbi tractet Author.*

1 NOto quinto altera duo: prius est, quòd certo ordine perueniendum est ad denunciationem: eo nempe, quòd primo fiat fraterna, & secreta correctio: deinde testium adhibitio: postremò denunciatio. Colligitur autem hoc ex illo verbo, [v] *Corripe, & si nõ te audierit, adhibe vnũ, aut duos testes.* & ex iterato, *Si non te audierit*, & illo: *Dic Ecclesiæ.*

v *Matth. 18.*

2 Alterum quod colligitur ex illis verbis: *dic Ecclesiæ*, adiunctis aliquot aliis, contentis in hoc cap. est, quòd *denunciatio canonica est delatio criminis ad iudicem, sine legitima inscriptione ad pœnitentiam, vel restitutionem eius, quod crimen exigit: vel ad remotionem officij, quo crimina cessent: vel ad hæc omnia, vel aliquot ex his.*

3 Quę definitio viderur omnium hactenus datarum aptissima: nam *delatio* est genus: siquidem omnis denunciatio est delatio, non, contra: est enim delatio, quæ est quædam prouocatio ad amicitiam, puta delatio, studij & laboris apud Ciceronem ad Trebatium: & est delatio mandatorum apud eũdem pro Sylla: & est delatio in censum. [a] Addicur, *criminis*, ad differentiam delationum rerum prædiãtarum, & aliarum multarum. Additur, *ad iudicem*, quo differat à detractione, & murmuratione, quam latè definiuimus in repet. cap. *inter verba.* [b] & susurratione ac aliis, quæ in alios fines fiunt. vt diximus in Manuali nostro confess. [c] Additur, sine inscriptione legitima, quo differat ab accusatione, quæ sine illa non constat. [d] Additur, *ad pœnitentiam*, propter denunciationem Euangelicam puram: & vel *ad restitutionem, quam illa exit*, propter iudicialem puram: & *vel ad remotionem officij* propter canonicam puram: vel *ad hæc omnia, aut aliquot ex his* ad comprehendendam mixtam.

a *Leg. forma. ff. de censib.*

b *11. quæst. 3. conclusio. 6.*
c *Cap. 18.*
d *Leg. libellorum. ff. de accusat. translata in §. fi. bellorum. 2. q. 8.*

4 Multa verò alia, quibus hæc duo confirmamus, & non pauca eis opposita, quæ soluimus cum plurimis corollariis, multa quotidiana, vtilia, & noua continentibus, in prædictum comment. d. cap. *si peccauerit.* [e] referuamus: sicut etiam quartum notabile in idipsum supra reseruauimus. Quippe quæ singulas iustas repetitiones penè continent.

e *2. quæst. 1.*

SEXTVM NOTABILE.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica potestas vt extenditur ad cognoscendum de omni peccato mortali omnium Christianorum.*
2 *Corripi qui potest, potest & denunciari.*
3 *Corripi potest omnis Christianus tam Ecclesiasticus, quàm laicus: imo & infidelis.*
4 *Ambrosius de Theodosij peccato merè prophano cognouit.*
5 *Christianus omnis quatenus Christianus an sit fori Ecclesiæ, & 15. & 18.*
6 *Clerici quare subiecti Ecclesiasticæ iurisdictioni.*
7 *Christianus non solùm homo: sed etiam quiddam supernaturale est.*
8 *Character baptismalis quis, & quàm necessarius ad sacramenta.*
9 *Ecclesiastica potestas an cognoscat de qualibet Christiano quatenus Christianus est.*
10 *Cognitio de aliquo an sit iustum, an peccatum mortale differt.*
11 *Peccatum an quid sit tam est spiritalis quæstio, quàm an sit iuramentum.*
12 *Ratio cap. quacunque. & cap. volumus. 11. quæst. 1.*
13 *Christiani vtrique subsunt potestati sed diuersimode.*
14 *Finis consideratio cuius erit, eius & medij. & 15.*

1 SExto principaliter colligitur hanc, de qua loquimur, potestatem Ecclesiasticam, quæ supra [f] definita fuit, extendi ad cognoscendum de omni peccato mortali cuiuslibet Christiani etiam laici: & ad compellendum eum per censuram Ecclesiasticam, quo ab eo discedat. Colligitur autem primo ex illis verbis: *Sed intendimus decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura: quam in quemlibet exercere possumus, & debemus.* Perpende, obsecro, verbum *de peccato*, simpliciter prolatum: & verbum, *quemlibet.* quod planè, perinde continet laicum, ac clericum.

f *In corollar. 17, tertij notabilis.*

Secundo colligitur ex illis verbis: *Nullus, qui sit sanæ mentis ignorat, quin ad officium nostrum spectet, de quocumque mortali peccato corripere quemlibet Christianum.* In quibus verbis etiam perpende verba illa, *quemlibet Christianum.* Et ne dicas per hæc verba solùm probari, eam extendi quoad correctionem, quæ sine vlla iurisdictione à quolibet etiam priuato fieri potest, vt supra, [g] tangebam, & in commentar. cap. *si peccauerit.* [h] tracto. Perpende illa, quæ sequun-

g *In 4. nota.*
h *2. quæst. 1.*

tur, nempè: *Et si correctionem contempserit, per distributionem Ecclesiasticam coercere*, Perpende item illa superiora, *Dic Ecclesiæ*, quorsum enim ei diceretur, si ipsa non posset cognoscere, & castigare? Perpende etiam illa: *Et si eam non audierit, sit tibi tamquam ethnicus, & publicanus.*

Tertio colligitur ex versiculo, *sed forsan*, qui cum versiculo, *cæterum*, probat hanc potestatem etiam extendi ad peccata lethalia regum, etiam non recognoscentium Imperatorem. Quandoquidem probat eam extendi ad peccata Regis Franciæ: quem non agnoscere superiorem ipsemet Innocentius III. auctor huius cap. affirmat in cap. *per venerabilem*, qui fil. sunt legit.

Quarto colligitur ex versicul. *Licet autem hoc modo procedere valeamus super quolibet criminali peccato, vt peccatorem reuocemus à vitio ad virtutem: ab errore ad veritatem*, in quibus expēde verbum, *quolibet criminali peccato*: & verbum *peccatorem*, quæ nemo negare potest intelligi etiam de laico: maximè cùm per ea inferre velit, posse ipsum cognoscere de peccato Regis Francię vtique laico, ad instantiam Regis Angliæ etiam laici.

Quinto probatur sub finem, quatenus in eo Innocentius iubet, vt Francus pacem, aut inducias cum Anglo reformet, aut saltem humiliter patiatur, vt quidam abbas, & Archiepiscopus Bituricensis de plano cognoscant: vtrum iusta sit querimonia, quam contra eum proponit coram Ecclesia Rex Anglorum, vel eius exceptio sit legitima, quam contra eum per suas litteras duxit exprimendam.

2 Sexto fit, quòd omnis, qui corripi potest correctione fraterna euangelica, potest etiam denunciari Ecclesiæ, si correptus non corrigatur: & per viam denunciationis castigari, vt necessariò colligitur ex ipso textu Euangelij,[a] citato in hoc cap. *nouit*, quatenus habet, omnem illum, qui fratrem corripientem non audierit, esse denunciandum Ecclesiæ, ac ab ea, si ei rectè monenti non paruerit castigandum.

3 At omnis Christianus tam laicus, etiam rex, & Imperator: quàm ecclesiasticus, etiam Episcopus, & ipsemet Papa: imo & infideles corripi possunt, secundum communem opinionem theologorum, & canonum peritorum; licet Panormitanus, & Decius quoad infideles aliter sentiant, vt latè monstrabamus supra,[b] quod commentat. cap. *si peccauerit*, supra explicandum, reseruauimus.

4 Septimo facit, quòd S. Ambrosius episcopus Mediolanensis palam prohibuit ingressum Ecclesiæ Theodosio illi multis nominibus magno Imperatori, eo quòd nondum eum pœnituisset tanti sanguinis tot innocētum hominum apud Thessalonicā crudeliter effusi, vt est in cap. *duo sunt*,[c] adiuncto cap. *apud Thessalonicam*,[d] & latè narrat D. Antoninus,[e] & non alia ratione id fecit, quàm quia Ecclesiastica potestas etiam Episcopalis, vel Archiepiscopalis, qualis erat potestas Ambrosij, potest procedere contra quemliber laicum sui episcopatus, etiam Imperatorem, etiā super crimine merè prophano: quale fuit illud Theodosij ad cogendum eum pœnitere. Ergo verum est notabile propositum.

Octauo facit præcipua conclusio nostri cap. quæ habet, rectè à laico laicum, à rege scilicet Angliæ, regem Francorum per viam denunciationis conuentum fuisse coram Ecclesiastica potestate, quod ea ratione à summo Pontifice defenditur in ipso textu quòd de omni peccato mortali contra quemliber Christianum potest cognoscere potestas Ecclesiastica ad prædictum effectum.

5 Nono facit, quòd omnis Christianus, quatenus Christianus pertinet ad forum Ecclesiæ, etiam quoad actiones merè ciuiles, & causas, in quibus non disputatur de peccato, vt affirmat Durandus,[f] & Ioannes de Turrecremata.[g]

6 Quorum si mihi auctoritatem, quæ grauis est, parui facias, ea ratione noua suppleo id, quod ipsi omittunt, quòd omnes ferè fatentur, clericos, ideò iure diuino esse subiectos iurisdictioni Ecclesiasticæ, iuxta textum cum glossa singulari, cap. *si Imperator*,[h] quia præter humanitatem, qua sunt homines, sunt insigniti charactere clericali spirituali.

7 At omnis Christianus baptizatus præter humanitatem, qua est homo, est insignitus baptismo spirituali, per quem regenerari dicitur Ioan. 3. & signari signo militiæ CHRISTI,[a] quod signum characterem vocat Augustinus,[b] qui imprimitur in anima, secundum S. Thomam ab aliis receptum.[c]

8 Et *est potestas spiritualis passiua ad recipiendum cultum diuinum necessaria*, secundum eundem ibid.[d] non naturalis, secundum Caietanum,[e] & indelebilis, quemadmodum & character ordinis,[f] per quem Christiani dicuntur genus electum, regale sacerdotium, gens sancta,[g] & facti Deo regnum, & sacerdotes,[h] quippe qui ante baptismum vnguntur oleo benedicto, & post baptismum chrismate, i sine quo nemo est habilis ad suscipienda alia sacramenta.[k] Ergo tantùm, aut plus differt quis factus Christianus à se nondum Christiano, quantùm Christianus factus clericus, præsertim minorum ordinum, à se nondum clericō: & per consequentiam verum videtur id, quod aiunt Durandus, & Ioannes à Turrecremata scilicet, omnem Christianum, quatenus est Christianus, esse subiectum iurisdictioni Ecclesiasticę.

9 Et per consecutionem, qui eum habet posse cognoscere de illo, quatenus est talis quòd per hanc breuem argumentationem conuinci videtur omnium spiritualium, & supernaturaliter datorum cognitionem pertinere ad potestatem Ecclesiasticam, iuxta cap. *Ecclesia*,[l] & ca. *bene quidem*,[m] & ea, quę dicta sunt supra.[n] At Christianus quatenus est Christianus, est quid spirituale, & supernaturale, per proximè dicta. Ergo cognitio de eo, quatenus est talis, pertinet ad potestatem Ecclesiasticam.

10 Decimo facit, quòd aliud videtur esse cognoscere an hoc, vel illud sit iustum, & æquum, iniustum, & iniquum, quod pertinet ad naturalem rationem, & leges secundum eam factas. Aliud an sit peccatum mortiferum extinguens gratiam gratum Deo facientē, quę vita est animę, aut meritū in gratiam reducens, quod pertinet ad legē Euangelicam, & leges, secundum eam factas. Et ita quamuis iudex laicus cognoscere debeat inter laicos de contractu, voluntate vltima, vel alio actu, iustus an sit, an iniustus: æquus, an iniquus: quia id pertinet ad potestatem naturaliter datam, & leges secundum eam factas: non tamen ex hoc sequitur non posse potestatem Ecclesiasticam cognoscere de tali contractu, voluntate vltima, vel actu, an sit peccatum mortiferum animam gratię vita priuans; an verè meritum eam conseruans, aut augens; quia hoc pertinet ad potestatem supernaturalem, & leges per, & secundum eam factas.

11 Vndecimo facit, quòd quæstio an hoc, vel illud iuramentum liget: an hic vel ille contractus sit vsuratius; an hoc, vel illud sit hereticum pertinet ad iurisdictionem Ecclesiasticam: imo ad ea eam solam, secundum ferè omnes tam legum, quàm canonum peritos. At eadem omnino ratio est de quæstione, an hoc vel illud sit peccatum mortiferum, imò fortè maior, quoniam hęc directò tangunt mortem animæ supernaturalem, quę est priuatio gratiæ in hoc sęculo, & gloriæ in altero: & per consecutionem vitam animę supernaturalem, quæ est vita gratię in hoc sæculo, & vita gloriæ in altero, quæ constat non esse minus supernaturalia, quam illa, imo magis. Ergo quęstio an aliquid sit peccatum mortale: an aliquis maneat in peccato mortali nec ne, ad Ecclesiasticam potestatem pertinebit: imo ad eam solam, argumenta eorum, quę in definitionibus vtriusque potestatis d ximus supra,[o] & capi, *Ecclesia sanctæ Mariæ*.[p]

12 Duodecimo facit, quòd illud Theodosij, & Caroli relatum in hoc cap. & scriptum antea,[q] quo dabatur facultas cuilibet litiganti siue actori, siue reo relinquendi iudicem sęcularem, coram quo litigabat in quacumque parte litis, nulla ratione alia videbatur niti, quàm quòd omnis Christianus, quatenus est Christianus, iure diuino supernaturaliter videtur subiici potestati Ecclesiasticæ super quocumque actu etiam prophano. Ergo à fortiori, super quocumque peccato mortali: aliam tamen rationem in fra reddemus.

13 Decimotertio facit, quòd omnis anima potestatibus sublimioribus subdita est: eo quòd à Deo ordinatę sunt,[r] inter Christianos autem duplex est potestas, spiritualis, siue

a 2. *ad Corin.* 1.
b In *ca. quod quidam. verſi. sed forte.* 1. q. 1. & *c. diſplicet. propè medium.* 23. q. 4. & *c. quē admodū. eadem cauſ.* 9. 7. & *cap. quomodo. de conſec. diſt.* 4.
c 3. *p.* 9. 63. *a.* 1.
d *Artic.* 2.
e *Ibidem.*
f *Cap. licite.* 32. *queſt.* 7.
g 1. *Petr.* 2.
h *Apocal.* 1.
i *Ca.* 1. §. *quia verò. de ſacr. vnct.*
k *Ca. veniēs. de preſbyt. nō baptic.*
l *De conſtit.*
m 96. *diſt.*
n In *corollar.* 18. *notab.* 3.
o *In corollar.* 17. & 20.
p *De conſtit. & c. bene quidem.* 96. *diſt.*
q In *c. quæcūq. & c. volumus.* 11. q. 1.
r *Ad Ro.* 13. & *ca. omnis. de cenſib.*

SVMMARIVM.

16 *Christianismum an nimis ampliet Durandus. & seq.*
18 *Christianus super eodem conuenīri potest, vt ciuis, & vt Christianus.*
19 *Christianus cur super omnibus peccatis non conuenit Ecclesia. & seq.*
22 *Ecclesia non intendit fraudi, nec arrogantiæ: sed simplicitati: neminem vexare, & omnes leuare cupit.*
23 *Crimen cur dicitur mixti fori Ecclesiastici scilicet, & laici.*
24 *Iure diuerso vt idem censeri potest.*
25 *Potestas Ecclesiastica vt mitigat laicam secum concurrentem.*
26 *Episcopo duci, cur non licent omnia quæ duci. & seq.*
27 *Christianissimus cur non eximat à laico vt clericatus.*
28 *Spirituale vno respectu, & duplici ad hoc pariā.*
29 *Clerici non tantum humano iure, sed etiam diuino sunt exempti.*
30 *Christianissimus cur non eximit tantùm, quantùm clericatus.*
31 *Hæresis non est dicere laicum conueniendum coram laico.*
32 *Hæreticus videtur, qui negat Ecclesiam posse de omni mortali noscere.*
33 *Ecclesia cognoscit contra laicos de mortali non notorio.*
34 *Christianus quando dicatur conueniri vt Christianus.*
35 *Spiritualia multa esse Christianis, & infidelibus communia. & 40.*
36 *Christianus omnis in quo sensu potest vocari super omni ab Ecclesia.*
37 *Peccati diuisio in merè Ecclesiasticum, merè laicum, & mistum, & definitio eorum tersius, quàm hactenus tradita.*
38 *Peccata merè Ecclesiastica, & solum Ecclesiastica vt differunt. & 39.*
40 *Peccati diuisio in merè Ecclesiasticum, & laicum vtilis.*
41 *Ratio multarum quæstionum profundarum ex prædictis sumenda quò explicandæ remittitur. & seq.*

a *In* 3. *notab. coroll.* 21. & 56.
b *Vbi supra, coll. paruula.* 16.
c *Matth.* 16.
d *Contra Notab.* 3.
e 11. *quæst.* 1.
f *Le. si C. vbi in rem actio exerceri debet. c. cum sit. de for. compe.*
g *Ca. si clerici. de foro compet.*
h *In* 2. 2. *q.* 59. *art.* 4.
i *In c. cum sit. de foro compet. & in c. vt inquisitionis. §. prohibem. de hæret. li.* 6. & *in ca.* 1. *de offic. ordina. & alibi sæpe.*
k *Ca. cognouimus.* 12. *qu.* 2.
l *De iud.*
m *De for. cōpet.*

16 AD primam harum oppositionū respondendum esset, secundū mentē Durandi vbi supra, quòd Christianus quatenus est Christian⁹, in omnibus est fori Ecclesiastici, & quatenus ciuis & homo, fori sæcularis. & quòd sic singulariter posset intelligi illud singulare *c. quæcūque*.[a] relatum ad verbum in vltimo huius notabilis fundamento. Et per consecutionem non trahi Christianum extra suum forum, eo quòd trahatur ad forum Ecclesiasticum. Neque per id principum sæcularium iurisdictionem impediri, secundum eum, eo quòd actor id volēs potest reum trahere ad iudicem sæcularem, qui tunc cognoscet: licèt, si mallet, posset eum trahere ad Ecclesiasticum, qui etiam tunc cognosceret: quia, vt inquit, actoris est reum vtrò volet vocare, modò non vocet simul ad vtrumque: & ita nouè intelligi posse c. 1. b quatenus habet, CHRISTVM Petro clauigero terreni simul, & cælestis Imperij jura commisisse. Quin & [c] addit eum, qui hoc priuilegium Ecclesiæ Romanæ detrahit, in hæresim labi, & hæreticum esse dicendum.

17 Hæc tamē sententia Durandi dura mihi videtur, saluo Ecclesiæ Romanæ iudicio. Primo quidem quatenus sentit contrarium tenentes hæreticos esse, quod falsum est, tum per dicta supra. [d] Tum, quia omnes Reges Christiani cum omnibus ferè suis subditis essent hæretici. Deinde, quòd cap. illud *quæcunque*.[e] palęa est. Tertio, quòd secundum eius sententiam, iurisdictio laica plus satis minueretur, & eneruaretur: licèt non omnino impediretur, neque tolleretur, vt palam est, quicquid ipse dicat. Quarto, quòd capit. illi. 1.[f] belle satisfactum est supra,[g] Postremò, quòd nullibi eam video ferearī: licèt enim ipse dicat Ecclesiam hoc iure liberius vsam esse in regno Franciæ, tamquam, vt ipse ait, Christianissimo, & cuius Reges fuerunt deuoti Ecclesiæ ab eo tempore, quo cœperunt esse Christiani: nostra tamen ætate id nusquam in illo regno seruatur, neque arbitror vnquam fuisse seruatum. Licèt item in regno Nauarræ antequam

a 11. *quæst.* 1.
b 22. *distinct.*
c *In col.* 19.
d *In* 3. *notab. coroll.* 1.
e 11. *quæst.* 1.
f 22. *distinct.*
g *In* 3. *not. coroll.* 41.

quam vniretur Castellæ, latiùs, quàm in aliis Hispaniæ regnis, extenderetur ecclesiastica iurisdictio: non tamen pertingebat ad metas vsque Durandi, scilicet, quòd omnes fideles super omnibus conuenirentur coram eo volente id actore: nunc autem in suam cocleam redit.

18 Respondeo igitur secundò ad hanc primam oppositionem concedendo quidem, quòd omnis Christianus, qui conuenitur, vt Christianus, in foro Ecclesiastico est cõueniendus, sed quòd tunc demum conuenitur vt Christianus super peccato mortifero, quando conuenitur super peccatis tangentibus Christianismum, & mortem, vel vitam animæ spiritualem, temporariam, & æternam, per CHRISTVM promissam, & negando, quòd Christianus cùm super hoc conuenitur coram Ecclesiastico, non trahitur extra suum forum: quia forum sæculare nullius forum est, quoad hoc: Et quod fallitur Durandus, quatenus ait, omnem Christianum esse vtriusque fori quoad omnia, & actoris esse optionem eum conueniendi coram quo iudice maluerit, Ecclesiastico, scilicet, vel sæculari. Tum propter ea, ob quæ dixi superius, eius sententiam videri duram. Tum, quòd, qua facilitate defendi potest id, quod ille præsupponit, nempè Christianos nõ esse exemptos à foro laico, eadem quoque defendi potest, eos conueniendos esse in eo, cùm conueniuntur super aliis, quàm tangentibus Christianismum eo modo, quo dictum est: quia tunc videntur conueniri, vt homines, vel ciues, & non vt Christiani, vt paulò post dicam.

19 Ad secundam oppositionem respondeo, quòd licet omnes ferè causæ, quæ vertuntur corã Iudicibus tam sæcularibus, quàm Ecclesiasticis vertantur super iniustitia, quæ suapte natura est peccatum lethale, vt argumentum probat: non tamen vertuntur super ea, quatenus est peccatum lethale occidens animam, & priuans eam vita diuinæ gratiæ: sed quatenus est iniustitia quædam, & iniquitas contra rationem naturalem, & leges per eam constitutas admissa.

20 Contra tamen hanc responsionem facit, quòd secundum eam actores id volentes possent trahere reos, saltem indirectè super omnibus causis ad forum ecclesiasticum: quia ita possent concipere libellos petitorios, vt concluderent eos peccare, & in peccãdo perseuerare. Qui enim emit equum, potest in suo libello scribere venditorem non tradidisse equum ei, quando, & vbi tenebatur: & ita peccasse, perseueraréque in peccando: quia neque nunc, vt oportet, tradit. Et qui mutuauit, & qui commodauit, dicere potest reum peccasse: quia non restituit mutuum, nec commodatum, vbi & quando tenebatur, nec nunc restituit, & sic de aliis.

Ad hoc responderet fortè quis ex mente Hostiensis,[a] scilicet, quod tunc demum potest adiri hac via Iudex ecclesiasticus inter laicos, cùm deest remedium coram iudice laico; vel quia non vult, vel quia potest iustitiam super eo facere, non autem aliàs. Sed cõtra hoc facit primò, quòd alia ratione, quàm peccati, scilicet recta via potest adiri ecclesiasticus data negligentia, vel impotentia iudicis laici. [b] Cùm ergo via adeundi ratione peccati sit alia, illa poterit adiri ecclesiasticus etiam absque negligentia, & impotentia iudicis laici. Deinde, quòd expressè habet hoc cap. potestatem ecclesiasticã posse cognoscere de quocumque peccato mortali cuiuscumque Christiani. Ergo etiam de illo, super quo potestas laica vult, & potest facere iustitiam.

21 Tertiò, quòd illa ratione concluditur de lethali peccato laici posse cognosci ab ecclesiastico: quia peccatum lethale, quatenus est tale, spirituale quiddam est, mortem, & vitam spiritualem animæ tangens: & quòd sola lege supernaturali cognoscitur esse, vel non esse tale. At hæc eadem ratio tam militat in his, quæ castigat sæcularis, ac in aliis. Ergo super omnibus poterit conueniri Christianus laicus coram ecclesiastico.

Hæc argumentatio adeo difficilis semper mihi visa est, vt nunquam ausus fuerim proponere illam è cathedra. Quippe cuius solutio nulla idonea in hunc vsque diem, quo me prælum vrget, occurrerat, quamuis nunc, cum Virginis matris gloriosissimæ natiuitatis priuilegio videtur occurrere, scilicet,

22 Quod actor quidem conuenire potest hoc modo reum indirectè coram ecclesiastico iudice super quocumque peccato lethali, & iudex ipse de illo cognoscere, nisi reus excipiat. Reum autem excipere posse, non quidem quod iudex ecclesiasticus non est competens ad cognoscendum de tali causa tali modo propositam: sed quòd actor malitiosè, dolo, ac fraude videtur eum trahere ad forum ecclesiasticum omisso sæculari, cuius iudicio se ait paratum esse stare. Et hanc exceptionem admittere tenebitur ecclesiasticus: eo quòd sacrosancta mater Ecclesia fraudem, & dolum plurimum odit, [a] non vult videri arrogans, quippè quę simplex columba est, [b] & simplicitatem columbę cum suo sponso laudat, [c] nec est alieni vsurpatrix, [d] nec vexare vllum cupit, quę omnes leuare desiderat. [e] At qui potest directè conuenire laicum Christianum coram laico iudice, super aliquo, tamquam ciuem & hominem, & sperat, vel sperare debet ius suum sibi ab eo reddendum, & conuenit indirectè illum coram ecclesiastico, meritò videtur potius simulare se quęrere, quàm verè velle ea, quę sunt CHRISTI, scilicet, vt conuentum pœniteat peccati, quo mortuus iacet: & satisfactione conueniente, Deo fiat gratus. Videtur (inquam) hoc simulare, cùm potius credatur velle principaliter suam satisfactionem: & ita meritò præsumitur id facere animo fraudandi potestatem laicam, aut reum artibus exquisitis vexandi. Et si Ecclesia nõ admitteret eiusmodi exceptionem arrogans videretur, & alieni cupida, & potius velle quęrere potentiam, quàm facere iustitiam. Et ideo meritò non admittit talem actorem, cùm tamen admittat alios, qui destituti remedio in foro sæculari ad ecclesiasticum recurrunt. Qua noua ratione illa Hostiensis & Ioannis Andreæ, à quibus nemo recedit, antiqua doctrina defenditur, quam etiam satis sensisse videtur Innocentius. [f] Pro qua consideratione faciunt illa multa, quę de malitiosè excipiente post Felinum & Decium diximus in cap. *in præsentia.* B & in repet. cap. *accepta.* [h] post Innocentium. [i]

23 Ad tertiã oppositionẽ respondeo, quod ad hoc, vt crimen dicatur mixti fori nõ sufficit, nec oportet, vt super illo possit adiri vtriusque fori iudex aliqua via, directa, vel indirecta ratione peccati lethalis, vel cuiusdam iniustitię, & siue possit declinari per conuentum, siue non: sed oportet quòd possit adiri directa ea ratione, qua est crimen non habito respectu, quod sit lethale tollens vitam animæ spiritualem: laicus quidem inter laicos, ecclesiasticus inter ecclesiasticos. Et ideo quamuis super omni crimine, quatenus est peccatum lethale, possit adiri ecclesiasticus indirectè, salua exceptione, quod speratur iustitia in sæculari: non tamen ideo consequitur omne illud esse mixti fori.

24 Ad quartam respondeo, regulam illam, quę habet, eandem rem non esse diuerso iure censendam, intelligendam esse attento vno, & eodem respectu: non autem attentis diuersis, vt est casus in l. *si quis ad perferendum.* [k] & latis colligitur ex 3. oppos. Baldi, [l] & Aretino, [m] & glossa ca. *quamquam*, [n] & faciunt omnia iura probantia vnum, & idem vno respectu consideratum differre à se considerato altero. [o] Quare non est mirum, quòd vnus, & idem, cum est conueniendus vt homo, conueniri debeat coram laico cum autem conueniendus est, vt Christianus, conueniri debeat coram ecclesiastico.

Ad quintam, eamdemque nouam oppositionem dico primò, posse concedi nullum Christianum conuentum, quatenus est Christianus, posse iuberi iustè occidi, vel mutilari membro ab aliquo iudice, eo quòd, quatenus est talis non potest conueniri coram laico.

25 Et potestas ecclesiastica, coram qua conueniri potest, non extenditur ad occisionem, vel mutilationẽ membri alicuius, vt colligi videtur ex illo Pauli, [p] relato in princ. [q] *Oportet Episcopum sine crimine esse, non vinolentum, non percussorem.* Ex quo id colligit S. Thomas. [r]

26 Adeo quidem vt dicat etiam episcopum, vel alium prælatum, qui vnà cum ecclesiastica potestate habet etiam laicam; quia fortè est Dux, marchio; vel Comes, non posse iubere per se occidere aliquem, vel mutilare, etiam quatenus esset Dux, Marchio, vel Comes. De quo est casus in cap. fin. [s] ibi: *debent, & possunt*: quoniam vt eruditè ait

Thomas

a *Cap. sedes. & cap. ex tenore. de rescrip. c. 2. de operis noui nũciat.*
b *Cap. loquitur. 24 qu. 1.*
c *Ca. ex merito. 6. quæst. 1.*
d *Ca. si filius. de testa. & c. fin. 17. q. 4. c. ex tenore. de for. compet.*
e *Ca. si. de do. & contum. c. vt debitus de appell.*
f *Num. 4.*
g *De probat.*
h *De rest. spo. opposi. 3.*
i *In c. post electionem de concess. præb.*
k *§. 1. ff. de fur.*
l *In l. 1. C. de seruit. fugit.*
m *Cons. 110. col. tum. 4.*
n *2. q. 7. c. 1. de offi. leg.*
o *Ca. à collatione. de app. lib. 6. & l. si quando. C. de appell.*
p *1. ad Tim. c. 3.*
q *Distin. 43. 1 2. 2. qu. 64. art. 4.*
r *Ne cler. vel mon. lib. 6.*

a *Ibidem.*
b *Cap. quod in dubiis. de consecr. eccle. l. 1. iuncta gl. ff. de verb. obligat.*
c *Cap. 1. de treug. & pace auth. it ad. C. communia de succes.*
d *Cap. Ecclesia. de constit. & c. quanto. de iudicijs.*
e *Ioan. 3.*
f *In decisio. capell. 120. & 107.*
g *In repetit. ju. cankius. verb. & vxorem nomine Adelasiam. à n. 120. vsque ad 150. de restam.*
h *Supra eod.*
i *In l. de potestia. Ecclesia. c. 8. & 9.*
k *90. distinc.*
l *Ad Rom. c. 3.*
m *Ibid. c. 12. & ad Cor. c. 12.*

Thomas de Vio. [a] potestas ecclesiastica modificat laicam in vna & eadem persona secum concurrentem: ita, vt quæcumque dedecent Prælatum, dedeceant Marchionem, qui simul est Prælatus, & Marchio: nimirum digniori trahente ad se minus dignum. [b] Cui vir doctus consequens facit, non licere his, qui sunt prælati simul & domini vacare venationibus, & aliis prohibitis clericis, & prælatis. Secundo dico, non esse concedendum Christianum non posse iustè iuberi occidi à laico iudice, cùm coram eo, vt homo, vel ciuis conuenitur: quia solus Christianismus non eximit quem à iurisdictione laica, licet clericatus additus Christianismo sic, vt in oppositione sequenti dicam.

27 Ad sextam eandémque difficilem oppositionem respondeo, primò facile quem forte dicturum, claram esse rationem, quare Christiani laici, vt homines, & ciues possunt conueniri coram laicis iudicibus, perinde ac si non essent Christiani: clerici autem non item, nempè, quod clerici duplicem qualitatem spiritualem, & supernaturalem habeant, Christianismi, scilicet, & clericatus: laici verò Christiani vnam tantùm, scilicet Christianismum, & duo vincula fortiora sunt vno. [c]

28 At contra rationem hanc facit, quòd satis est aliquid esse vno tantum nomine spirituale, immo & spirituali annexum, quo non subsit potestati laicæ, sed soli ecclesiasticæ. [d] Ergo nihil refert, quoad hoc, an vno, vel duplici nomine aliquid dicatur spirituale. Cùm igitur Christianus omnis sit quiddam spirituale, saltem eo vno nomine, quòd impressum characterem baptismi habet, & per baptismum est regeneratus, siue denuo natus spiritualiter, [e] vt latè probatum fuit in nono funda mento nostri notabilis: consequitur, perinde videri eum exemptum à iurisdictione laica eo vno nomine, quo est spiritualis: sicut clericus duobus, quibus est spiritualis: & per consequutionem, quòd aut nullus Christianus potest conueniri coram laico, vt homo & ciuis, aut quòd etiam poterit clericus vt talis.

29 Secundo videri potest alicui responderi posse, concedendo, quod attento iure diuino solo idem esset dicendum de clericis, & aliis Christianis: & sic quòd etiam clerici, cum cõueniuntur, vt homines vel ciues, hoc est, super his, quæ sunt eis communia cum aliis hominibus, etiam non Christianis, possent conueniri coram laico: sed quod iure humano inducta sit hæc diuersitas, per quam non omnes Christiani: sed soli clerici & monachi sunt exẽpti à potestate laica, etiam quo ad ea, quæ illis sunt cõmunia cum eis, qui non sunt Christiani: puta temporalia, & id quidem ob multas, & iustas causas, ob quas meritò eximi potuerunt etiam à solo Romano Pontifice perpendente id conuenire regimini, & saluti animarum fidelium, ob varios respectus.

30 Pro qua responsione faciunt ea, quæ citat Stephanus, [f] & Guillelmus Benedictus, [g] quatenus concludunt, clericos cõueniri posse corã Iudicibus laicis super actionibus ciuilibus realibus, puta reiuendicationibus, & hypothecis, & aliquot personalibus. Contra quam tamen responsionem secundam facit, quòd præfati Stephanus, & Bened ictus præsupponunt, non posse cõueniri clericos coram Iudicibus laicis super omnibus personalibus, nec super criminalibus, etiam alioquin profanis, iuxta cap. *clerici*, [h] & cap. 1. de cleric. coniug. lib. 6. faciunt etiam argumenta illa Marsilij relata, sed non satis absoluta per Iacobum Almaynũ. [i] Fortiùs facit replicatio proxima contra solutionem primam huius oppositionis facta. Faciunt, & illa quæ in cap. *clerici*, sup. eod. pro hac parte adduximus. Facit denique, quòd cõmunis opinio tam sacrarum, quam pontificarum legum peritorũ post glossam singularem adiuncto textu cap. *si Imperator*, [k] à qua non videtur recedendum, contrariũ tenet. Quare tertio respondeo nouissimè, quòd ratio quare character baptismi non eximit à potestate laica Iudicis Christiani, clericatus autẽ sic, est, quòd ille non est suapte natura distinctiuus, & discretiuus ab aliis Christianis, imo congregatiuus, iuxta illud Apostoli, [l] *Non est distinctio Iudæi, & Græci.* & iuxta illud eiusdẽ, [m] *Omnes in Christo vnum corpus sumus*, clericatus verò, & monacharus sunt res distinctiuæ, iuxta illud S. Hieronymi, *Duo sunt genera Christianorum, alterum clericorum, & Deo deuotorum, scilicet monachorum, alterum Laicorum, illud contemplationi, & spiritualibus dicatorum, & hoc secularibus negotiis intentorum.* relatum in cap. *duo sunt.* a Quæ solutio videtur omnium verissima tam praxi, quàm theoriæ, licet opponi possent quædam, quæ in altera editione hic subieci, facile tamen solubilia.

a *12. quæst. 1.*

COROLLARIA.

EX prædictis tamen infernntur multa corollaria. Primum, quòd clerici, & monachi iure diuino sunt exempti à potestate laica in causis criminalibus, & spiritualibus, & annexis eis ratione clericatus, & monachatus, iuxta glossam folennem tam à Theologis, quàm à Iurisperitis communiter receptam, [b] licet concedi possit in feudalibus, & aliquibus actionibus realibus, & personalibus iure tantùm humano Pontificali, aut imperiali, & regali esse illos exemptos, per rationes prædictorum Stephani, & Benedicti.

b *In c. si Imperator. 96. dist.*

31 Secúdum corollarium, quòd cap. hoc efficaciter probat potestatem ecclesiasticam cognoscere posse de quocumque, peccato lethali cuiuslibet Christiani, quatenus id est peccatum lethale, ad pœnitentiam: & non solùm hoc cap. sed etiam Euangelio, & multis nouis ac firmis rationibus id nitì, eisdemque verum modum intelligendi hunc textum aperiri, & Christianum omnem duobus modis cõsiderari posse, scilicet quatenus est Christianus, & quatenus est Christianus, & homo, vel ciuis, & eum, quatenus est Christianus, habere aliquid supernaturale: & ideo quoties conueniendus est vt Christianus, & conueniendum esse coram ecclesiastico, nisi conuentio illa præsumatur malitiosa: non tamen ob id omnem Christianum esse fori ecclesiastici quo ad omnia, quid quid Durãdo & Ioanni à Turrecremata fuerit visum: & minùs esse hæreticos qui hoc tenent, & seruant, cùm de numero eorum fuit ferè omnes: immo plus satis incautos fuisse, qui eos hæreseos insimularunt.

32 Tertium corollarium, quòd ex eisdem colligitur vera ratio, quare non semper de quolibet peccato lethali sine mortali, etiam quatenus est lethale, cognoscat Ecclesia, cùm tamen eius potestas ad id extendatur, immo admittat, admittere que debeat exceptionẽ declinatoriam fori.

33 Quartum corollarium inferti, hæreticum videri contrarium nostri notabilis modo supra dicto modificati, scilicet potestatem ecclesiasticam non posse cognoscere de quocumque peccato lethali an sit tale, vel non, & an quis perseueret in eo, vel non ad effectum reuocandi peccatorẽ à vitio ad virtutem, & ab errore ad veritatem, saltẽ per viam denunciationis Euangelicæ. Tum quia id est clarè contra Euangelium, [c] & contra hoc cap. & inductiones claras ex Euangelio, & iure naturali ei adiuncto, in fundamentis nostri notabilis formatas.

c *Matt. c. 18.*

Quintum corollarium, verum esse partim id, quod ait Durandus, [d] scilicet eum, qui tollit Ecclesiæ priuilegium cognoscendi de actibus Christianorum, in hæresim labi, & hæreticũ esse. Verbum enim est, si restringatur ad actus, qui allegantur esse peccata lethalia, siue mortalia, quatenus sunt talia, & verbum *cognoscere*, ad cognitionem per viam denunciationis euangelicæ, ad effectum cogendi ad subeundam pœnitentiam: quamuis generaliter, vt ille accipit, acceptum, falsum sit per dicta in sexta oppositione.

d *Vbi supra colum. 18.*

34 Sextum corollarium, quòd videtur limitandum illud Carlerij relatum, & probatum à Iacobo Almayno, [e] scilicet, quòd asserere Iudicem ecclesiasticum non posse cogere laicum ad soluendum debitum, quãdo certum est, quod ipse deber illud, vel ad cedendum bonis, est errare in materia clauium: videtur enim limitandum, vt procedat, quãdo ecclesiasticus via denunciationis aditur, & debitor non est paratus stare iudicio fori sui laici: aut deest Iudex laicus, aut non vult, aut non potest statuere in eo casu: eo quòd secundum leges, quas ipse tenetur custodire, tolleranda est illa inæqualitas, vt satis colligitur ex ex eodem Iacobo in alio libro, quem de authoritate Ecclesiæ inscripsit. [f] Quæ duo dicta Durandi, Carlerij, & Almayni memorabilia duco latera

e *In l. de potestate Papæ c. 11. colum. 13.*

f *Ca. 5. colum. penult.*

re. & is

regis claudentibus, ne dum plus satis placere pergunt regi terreno, displiceant cælesti, & detrahant claubis Petri, & Ecclesiæ potestati acceptæ ab ipsomet CHRISTO Domino Deo nostro.

35 Septimum corollarium, inferri notabili nostrum non solum intelligendum de peccato notorio, & peccatore notoriè in peccato iacente, sed etiam de alio quocumque peccato, quod probari potest esse tale, & de quolibet peccatore, qui probari potest taliter iacere. Tum, quia textus noster indistinctè & generaliter, imo vniuersaliter loquitur de quocumque peccato, & quolibet peccatore. Tum, quia in specie id declarat seruandum in peccato, quod non erat notorium, & in peccatore, qui non perseuerabat in eo notoriè. Si quidem id declarat seruandum in quodam peccato regis Franciæ, quod non fuisse notorium peccatum, licet fortè factum, quod dicebatur peccatum, esset notorium, neque regem notorio in peccato extitisse, constat ex illis verbis ferè postremis, *De plano cognoscant, vtrum iusta sit quærimonia, quam contra eum proponit coram Ecclesia rex Anglorum, vel eius exceptio sit legitima, quam contra eum per suas nobis literas duxit exprimendam.*

36 Octauum corollarium, Christianum tum videri conueniri, vt Christianum, cùm conuentur de inductis, aut reuelatis supernaturaliter per Deum Opt. Max. vel eius Ecclesiam, quatenus talia sunt, vel super connexis eorum, aut aliis, quę secundum legem supernaturalem iudicanda sunt, vel ex ea eruuntur. Dixi, *de inductis supernaturaliter*, ad excludendum inducta naturaliter, & includendum plurima inducta diuinitus, quorum in vetere testamento maxima copia erat: in nouo vero sunt omnia septem sacramenta. Dixi *reuelatis*, ob articulos fidei, & alia quamplurima in vtroque testamento reuelata. Dixi *per Deum Opt. Max.* ad excludenda reuelata per cacodæmones, & artes eorum magicas, easdémque damnatas. Dixi *vel eius Ecclesiam*, ob sacramentalia, & alia per eam in diuinum cultum instituta. Addidi, *quatenus talia sunt*, quia qui super eis alio respectu extrinseco conueniretur, non videretur conueniri, vt Christianus: puta qui conueniretur super Bibliorum libro, aut alio continente sacras literas, empto, vel vendito, quo tradere illum cogeretur, vel soluere pretium eius. Et qui conueniretur, eo quod dixit vel scripsit hæc verba, *Deus est trinus & vnus.* Addidi *vel super accessoriis*, quia illa sequuntur naturam sui principalis. [a] Addidi, *vel aliis, quæ secundum legem supernaturalem iudicanda sunt*, ob peccata lethalia, siue mortalia, quæ an sint talia, & quatenus sunt talia per legem supernaturalem sunt iudicanda: ob hæreses item, iuramenta, & id genus alia, quæ per eandem legem iudicari debẽt. Addidi, *vel ex ea eruuntur*, ob multa, quæ licet expresè, ac speciatim non sint ab ipso Deo inducta, vel reuelata, eruuntur tamen, & fluunt per necessariam consequutionem ex inductis, vel reuelatis specjatim in eius lege, ac sacris litteris. Quale potest dici præceptũ de confessione sacramentali, & auriculari, per ea, quæ nos quoque scripsimus in summa de pœn. [b]

37 Nonum corollarium, Christianum non conueniri, vt Christianum cum conuenitur super actionibus ciuilibus realibus, neque cùm super personalibus: immo neque cum super delictis communibus, eo solo respectu, quo delicta sunt, vt clarè colligitur ex corol. præcedenti. Infertur item non satis dolatum videri id, quod ait Gulielmus Ockam, [c] scilicet, illa tantum esse spiritualia, quæ religioni Christianæ sunt propria, & quæ in nulla secta alia sunt reperta, nec ad legem naturæ sunt spectantia: quoniam multa sunt spiritualia, quæ non sunt propria religioni Christianæ, puta illa, quæ sunt communia Christianis, & Iudæis, scilicet, decimarum perceptio, & Messiam promissum fuisse de semine Abrahæ, prophetas veteris testamenti spiritu Dei afflatos prædixisse futura, & id genus alia multa: quoniam & ali qua sunt communia cum Saracenis, puta vnum tantùm Deum esse, omnia scientem, omnia gubernantem, mundum fuisse creatum, Moysen Deo acceptum, & Iesum CHRISTVM eo acceptiorẽ. Nonnulla etiam cum paganis, & rectè philosophantibus, puta, vnum tantum Deum esse, animas esse immortales, esseque veras materiæ formas, & non solum motrices, iuxta clement. 1. [d] & alia non pauca.

38 Decimum corollarium, inferri verum intellectum ca. *quæcunque.* [a] non esse, quod omnes Christiani, siue conueniantur vt Christiani ad sensum præmissum, siue non, possint conueniri super omnibus actionibus coram ecclesiastico iudice, vt durandus & Ioannes à Turrecremata relati in decimo fundamento nostri notabilis diximus: sed quòd tũc demũ, cum conueniuntur, vt Christiani ad sensum prędictum: & ita non solum responderi potest illi cap. vt supra [b] significauimus, esse paleam, vt inscriptio demonstrat, & Iacobus Almaynus affirmat, sed quòd etiam si esset granum, vt res in eo contenta insinuat, nihil obstaret. Infertur etiam, quòd ratio statuendi ca. *quæcumque.* & cap. *volumus.* [c] quatenus eorum tenor in hoc cap. recitatur, non fuit, quòd Christiani sint res spirituales spirituali charactere insignti: sed quòd eo rempore tanta erat iudicum ecclesiasticorum sinceritas iudicandi, vt Imperatores illorum conditores arbitrati fuerint è republica esse, vt omnes lites volente alterutro litigantium finirentur per iudices ecclesiasticos: quia illa capitula non solùm faciebãt facultatem actoribus conueniendi reos coram ecclesiastico, vt dixerunt Durandus & prædictus Ioannes, sed etiam reis, etiam post litem cœptam, contestatam, & ferè finitam, petendi, vt processus, & definitio qua parte nondum erant facta, remitterentur à seculari ad ecclesiasticum iudicem.

Vndecimum corollarium, alia esse peccata, vel crimina merè spiritualia, siue ecclesiastica: alia merè secularia: alia mixti fori, quæ definire tentarunt, sed imperfectè, glossa c. *nos inter,* [d] Gofredus in summa de foro comper. colum. 3. Baldus, [e] Speculator, [f] Gulielmus Ockam, [g] qui liber hodie prohibitus est in Indic. Pij IIII. classe 2. & post Cardinalem Panormitanus, Aretinus, [h] & Iacobus Almaynus. [i]

Multo tamen perfectiùs definieris dicendo, peccatum, seu crimen merè seculare, *siue laicum esse peccatum, quod sola lege seculari est vetitum*: qualis videtur in hoc regno delatio ensis longitudinis maiotis, quàm quinque palmorum, & asportatio tritici, & quarundam aliarum mercium extra regnum.

Peccatum autem merè ecclesiasticum esse peccatum, *quod sola lege supernaturali cœpit esse vetitum, vel sola pontificia est prohibitum.* Posui *peccatum*, pro genere, & ad excludenda multa, quæ cœperant esse olim peccata lege supernaturali cæremoniali, vel indiciali veteris Testamenti: nunc autem non sunt. [k] Dixi, *sola lege supernaturali*, ad excludendum merè sæcularia, & mista, quæ non cœperunt vetari sola lege supernaturali. Dixi *cœpit esse*, & non est, ob multa, quæ hodie sunt delicta etiam secundum leges seculares, & nihilominus sunt merè ecclesiastica, qualia sunt peccata hæreseos, & apostasiæ, quæ tam sæculari, quàm humana, quam supernaturali, & põtificia potestate sunt prohibita per tit. infra de hæreticis & de apostatis & de hęreticis, [l] & id genus alia multa. Dixi, *vel sola Pontificia est prohibitum*, ad includendum peccata transgressionum ieiuniorum, & aliorum præceptorum humanorum Ecclesiæ, de quibus in tit. de observa. ieiun. & in cap. missas. de consec. dist. 1. & tit. de feriis. Nõ autem dixi hic, cœpit esse, sicut superius: quia in ea sum opinione, vt credam mixti fori esse delicta, quę cœperunt quidem esse talia lege Pontificia, sed nunc vetita sunt etiam sæculari, vel Romana, vel alia condita per eum, vt qui potestatem eam condendi habuit legitimam.

40 Peccatum vero mixti fori est *peccatum lege naturali, simul & ciuili, siue seculari, vel pontificia, simul & laica vetitum.* Dixi, *lege naturali, simul & ciuili*, ad comprehendendum omnia peccata, per legem naturalem, & ciuilem vetita, siue sint etiam per supernaturalem, vel pontificiam prohibita, siue non. Qualia sunt omnia peccata commissa contra præcepta Decalogi, de quo Moses, [m] & ca. *quid in omnibus*, adiuncta glossa, [n] & ad excludendum ea, quæ vetita quidem sunt in lege naturæ, sed permissa sæculari: qualis est fornicatio simplex, iuxta ea, quæ habentur in cap. *meretrices*, [o] & aliis locis allegatis, per glossam clem. *ad nostrum.* [p] & S. Thomam, [q] & Ioannem Andream. [r] Dixi, *pontificia simul & laica*, ad includendum illa, quæ nec naturali, nec supernaturali lege vetantur, sed humana ecclesiastica, & ciuili sic: qualis est delatio armorum nocturna

a 11. *quæst.* 1.

b In *d. oppositione.*

c 11. *quæst.* 1.

d De *purg. canonj.*

e In *additio.*

f *Tit. de compet. iudic. addit. & in Maxgarit. verb. Papa. vers.* 22.

g In *Dial.* 3. *p. li. 6. c. 8. &* 2. *p. li. 6. c.* 97. *colum.* 1.

h In *ca. cũ sit. de for. compet. num.* 30.

i De *potest. Papæ cap.* 10. *col.* 7.

k § *fi. d. & c.* 1. *de purisf. post partum.*

l *C. & tit.* 2. *l.* 5. *ord. regi.*

m *Exod.* 20.

n 32. *qua.* 7.

o 32. *quæst.* 4.

p *De hæret. Verb. non est.*

q 2. 2. *q.* 154. *a.* 4. *& in* 4. *d.* 33 *quæst.* 1.

r In *mercur. reg. sine culpa. lib.* 6.

post certum signum per vtramque potestatem multis in locis prohibita: qualis item satis dici potest, in hoc regno, contractus matrimonij intra tertium & quartum gradum, imo & in secundo in linea æquali, quæ nulla lege naturali, neque supernaturali etiam veteris testamenti vetatur: attamen prohibetur lege canonica, [a] & lege seculari regia, [b] quamuis in secundo gradu non prohibeatur lege Romana. [c] Nec referre arbitror an priuslege pontificia, quàm ciuili, vel prius ciuili, quàm pontificia, cœperit prohiberi, modò vtraque se ad id extendente sit prohibitum, quicquid sine ratione sufficienti dixerit Panormitanus. [d]

Peccatum autem ecclesiasticum, sed non merè, *est peccatum in esse quidem lege alia vetitum, sed sola pontificia prohiberi cœptum, saltem quoad circumstantiam loci, temporis, personæ, vel aliquam aliam.* Posui, *peccatum*, pro genere, reliqua verò pro differentia, qua excluduntur alia tria genera prædicta, scilicet merè sæcularia, merè ecclesiastica, & mixti fori: quoniam, si satis rem expendas, nullum eorum inuenies, quod alia lege sit vetitum, & sola pontificia cœperit prohiberi. Dixi autem, *cœptum prohiberi*, & non est: quoniam ad hoc, vt sit ecclesiasticum, non tamen merè, satis videtur, quòd cœpit esse tale lege pontificia: & quoad hoc posset sustineri doctrina Panormitani, [e] si absque violatione verborum, & mentis eius ad id restringi posset. Exempla huius membri sunt omnia sacrilegia, siue sint talia ratione temporis, siue ratione loci, siue personę, siue alia, de quibus in tit. de immunit. ecclesiarum, & 17. quæst. 4. per totam, & 22. quæst. 99. & cap. cum sit, de foro competen. & alibi sæpè, sunt & transgressiones ieiuniorum, & festorum, & id genus aliorum.

Huius exactæ resolutionis illa est quotidiana vtilitas, quòd de peccato merè ecclesiastico solus ecclesiasticus cognoscit, & iudicat etiam inter laicos, [f] & de merè sæculari solus sæcularis, & de mixto vterque, ecclesiasticus quidem contra ecclesiasticos, laicus contra laicos regulariter. De ecclesiastico verò non merè cognoscit ecclesiasticus etiam inter laicos, saltem quatenus tale est, secundum communem omnium, glossæ, & aliorum sententiam. [g]

41 Duodecimum corollarium latum hic aperiri campum inferendi multa profunda, & quotidiana. Quorum de numero primum est ratio, quare, & an verè peccatum vsuræ, quod est prohibitum lege naturæ secundum Communem, vt tangit Panormitanus, [h] & latiùs tradit vterque Thomas, [i] & Communis, [k] merè tamen ecclesiasticum dicitur quoad quæstiones iuris, secundum eandem Communem, [l] cum tamen homicidium mixti fori ponatur. Secundo infertur ratio determinandi, an licet id olim fuisset verum, secundum leges Romanas, quæ permittebant eas: hodie tamen aliud sit dicendum, secundum alias omnium ferè regum Christianorum, quibus illæ prohibentur, & eas exercentes castigantur. Tertio infertur ratio, quare omne peccatum (vt nouiores quidam vocant) erroris, vel oppositionis, quo quis malè iudicat illud aut illud esse, vel non esse peccatum, in omni materia, est merè spirituale, vel ecclesiasticum. Peccatum autem (quod iidem vocant vendicationis) quo quis sibi, vel alij malè vendicat, vel quærit honorem, voluptatem, fortunas, vel aliquid aliud non item. Quarto ratio, quare, & an verè dicat communis de quæstione etiam facti quorumdam, etiam merè Ecclesiasticorum non posse cognoscere sæcularem: puta, an quis sit ordinatus nec ne à tali Episcopo, etiam omissa discussione iuris, an ordinatio sit legitima nec ne. De quæstione verò facti quorumdam etiam merè Ecclesiasticorum sic: puta an iurauerit nec ne, omissa disputatione rectè, an secus id fecerit. Quinto ratio, quare, & an verè dicatur principem sæcularem non posse castigare hæreticum, sine præuia cognitione iudicis Ecclesiastici: vbi nullum est dubium, an sit hæreticum id, quod accusatus dicitur fecisse, vel dixisse, neque id ipse negat, sed solùm an id fecerit, dixerive nec ne. Sexto ratio cur, & an rectè fecerit Rex Franciæ Franciscus, cùm ante paucos annos statuit, vt quisquis aliquid ex viginti & amplius dogmatibus quorundam Germanorum ab illa celeberrima Parisiorum Academia damnatis in suis regnis prædicaret, doceret, affirmaret ve, censeretur committere crimen læsæ maiestatis humanæ: ac perinde contra eum (quisquis ille esset,) procederent iudices seculares, ac contra proditores, rebelles, & perduelles sui regni. Septimo ratio cur, & an rectè potuit fieri lex 49. Tauri in regno Castellæ, qua filij clandestinè contrahentes exhæredari possunt à parentibus: de quo post alios etiam doctissimus Didacus à Couarruuias. [a] Octauo ratio determinandi, alia multa, quæ hactenus habeo quidem rudia, & informia: sed Deo Opt. Max. fauente, cum relectione cap. *tuam.* [b] vulgabo formata, & formosa.

a *Ca. quæ dã. 35. quæst.* 2.
b *Tit.* 13. §. 2. *lib.* 4. *ordin.*
c §. *duorum. Instit. de nup tijs.*
d *in d. cap. cũ sit. nu.* 31.
e *In d. ca. cum sit. num.* 31.
f *Ca. vt ignifugium. & prohibemus. de iudæis. lib.* 6.
g *cap. cum sit. de for. compet.*
h *In rubri. de vsur.*
i 2. 2. *q.* 78. *a.* 1.
k *In* 4. *dist.* 15.
l *In d. c. cum sit. & in l. Titia. ff. solut. matrimo io. & in l. quoties. C. de ind. & elem. dispendiosam. de iudic.*

a *In Epi.* 4. 2. *part. cap.* 6.
b *De ord. cognoni.*

DECIMVM TERTIVM COROLLARIVM.

SVMMARIVM.

42 *Ecclesia cognoscit contra laicum decipientem citra dimidium.*
43 *Peccat mortiferè decipiens citra dimidium commutando.*
44 *Iustitia commutatiua requirit æqualitatem valoris commutandorum. & 49.*
45 *Deceptor citra dimidium cur mortiferè peccet. & seq.*
46 *Virtutis à medio recedens omnis peccat. & seq.*
47 *Contractus non gratuitus peccatum est, in quo non seruatur æqualitas. & 65.*
48 *Iure naturæ vetatur locupletatio cum aliena iactura.*
49 *Deceptio in contrahendo cur dicitur licita.*
50 *Decipiens qui contrahendo peccat. & seq.*
51 *Donare quis videatur contrahendo. & seq.*
51 *Donare non videtur omnis, qui malè emit, vel vendit, & sequent.*
52 *Decepisse qui rescit peccat, si non reficit. & 67.*
53 *Emens bona fide cur peccat, si superueniente mala non reficit, & non qui præscriptum bona fide retinet. & 69.*
54 *Restituere debet decipiens citra dimidium. & 71.*
55 *Decipiens vltra dimidium debet restituere vsque ad iustum: & non sufficit restituere vsque ad medium.*
56 *Vsurpatio alienæ rei omnis est peccatum. & seq.*
57 *Restitutio alieni cur dicta cessatio à peccato.*
58 *Restituere debens semper peccat, donec id faciat.*
59 *Præcepta negatiua semper, & pro semper obligant. & sequent.*
60 *Ecclesia cur magis procedit contra deceptorem citra dimidium, &c. & seq.*
61 *Vsuram permissam lege ciuili, cur iubet Ecclesia restitui.*
62 *Creditor an debeat donare debitori, vel illum denunciare. & sequent.*
63 *Ecclesiam adiri posse contra deceptorem citra dimidium, etiam directo sine denunciatore.*
64 *Mercator etiam astutum decipiens tenetur restituere.*
65 *Vsura lege permissa cur non tam ladit, quàm deceptio citra dimidium permissa.*
66 *Decepto citra dimidium vt facit lucrari 30. pro 100.*
67 *Deceptio citra dimidium vt plures animas, quàm vsura perdat.*

42 DEcimotertio infertur illud corollarium quod me notabili huic sexto inserturum dixi ante octo menses, cum latè responderem pro domino D. Ioanne Soarez præsule nostro reuerendissimo, eodémque comite valdè illustri, multisque nominibus mihi suspiciendo: deceptum à laico grauiter citra dimidium iusti pretij, posse via denunciationis Euangelicæ iudicialis, vel mixtæ, adire iudicem Ecclesiasticum, vt illum deceptorem, aut læsorem moneat: & si opus fuerit per censuram Ecclesiasticam cogat ad pœnitudinem illius peccati: ac per consecutionem ad restituendum decepto tantum, quantum secundum legem Euangelicam opus est ad hoc, vt illa inæqualitas desinat esse peccatum, saltem mortiferum.

43 Hoc corollarium probaturus præsuppono primò, peccare mortiferè, quicunque contrahendo decipit alium notabiliter, etiam citra dimidium iusti pretij: quod affirmant S. Thomas, [c] vbi Gabriel ait, [d] nihil esse in hoc dubij: quamuis non desint qui dubitent: sed non (vt opinor) ibi. Quod etiam tenet diuus Antoninus, [e] receptus à Clauasio, Siluestro Tabiensi ac aliis rapsodis siue

c 2. 2. *q.* 77. *a.* 1. *& in quolibet.* 2. *art.* 10. *& in* 4. *d.* 15. *q.* 2. *art.* 2.
d *Quæst.* 10. *colum.* 9.
e 2 *p. tit.* 1. *c.* 10. §. 3.

summiſtis, [a] & Conradus, [b] & Innocentius, [c] quem Antonius, Panormitanus & Ioannes ab Annania ibi ſequuntur, & Antonius, [d] & Panormitanus rurſus ibidem. [e] Petrus ab Ancharano, [f] & Panormitanus tertio, [g] facit gloſſa memorabilis, [h] recepta vbique per omnes. Salicetus, [i] & Fortunius, [k] & Bartholomæus Veronenſis, [l] Antonius Burgenſis, [m] & recentiores. [n] D. Bernardinus, [o] facit gloſſa putata ſingularis, [p] quæ habet hoc non licere bono viro, per quem, eam appellans ſingularem hoc ipſum tenet Baldus. [q]

44 Et ne quis ſoli auctoritati docentium niti nos exiſtimet, probamus id primo per illud principium iuris naturalis, *Ne facito alii, quod tibi fieri non vis.* relatum in princip. Decretal.

Deinde per illud Apoſtoli. [r] *Ne quis ſupergrediatur, & circumueniat fratrem ſuum in negotio: vindex eſt enim de his omnibus Deus.* In quo pondera verbum. *ſupergrediatur*, & verbum, *vindex*.

Tertio illa ratione, quam ſentit S. Thomas, [s] & alij, [t] ſcilicet, quòd fundamentum iuſtitiæ commutatiuæ, quæ conſiſtit in emptione, & venditione, ac aliis commutationibus, eſt æqualitas pretij, & mercis, vel aliarum rerum commutandarum: nam vt Ariſtoteles, [v] tradit, emptio, & venditio, & eadem ratione omnis alia commutatio introducta eſt pro communi vtilitate ambarum partium, quarum altera re alterius indiget.

45 Quod autem pro communi duorum vtilitate inductum eſt, non debet eſſe grauius alteri, quàm alteri: vt eſſet, ſi pretium excederet valorem mercis, aut è contrario. Ergo præfata æqualitate non ſeruata contractus erit iniuſtus, cùm alter eorũ plus debito recipiat: alter verò minus.

46 Quarto, quòd qui emit aliquid ab alio minore pretio, quam ſit iuſtum, aliquid recipit non gratuito à vendente, pro quo nihil ei dar, partem ſcilicet illam rei, ſine qua reſiduum eius valeat tanti, quantùm eſt datum pretium. Ergo emptio talis iniuſta eſt.

Quinto conuincit aduerſarium quamlibet effrontem, & procacem, quòd omnis, qui credens, vel debens credere recedit à medio virtutis, ſiue per exceſſum, ſiue per defectum etiam ſolo humano, ac iure naturali attento, peccat, & facit actum vitij altetius extremi virtutis, relicta ea in medio: quia virtus in eo conſiſtit, ſecundum Ariſtotelem, [x] & S. Thomam latè. [y] Quod conſequitur, peccare omnem illum, qui credens, vel credere debens recedit à medio iuſtitiæ (quæ virtus eſt clariſſima) ſiue id faciat per exceſſum, ſiue per defectum: faceréque actum iniuſtitiæ, quæ eſt vitium contrarium virtuti iuſtitiæ. Quod rurſus conſequitur, omnem illum, qui credens, vel debens credere recedit à proportione quadá æqualitatis in commutationibus peccare, admitteréque actum vitij alterius extremi virtutis iuſtitiæ. Siquidem mediũ iuſtitiæ in tali proportione conſiſtit, ſecundum Ariſtotelem, [z] & S. Thomam, [a] receptum ab omnibus, ſaltem quoad ea, quæ faciunt ad propoſitum noſtrum.

47 Ex quo tertio ſequitur, eum, qui contrahit aliter, quàm gratuito: & ſciens, vel debens ſcire, non ſeruat proportionem æqualitatis, actum iniuſtitiæ, quod graue vitium eſt, admittere, ac per conſecutionem peccare. Cùm ergo omnis, qui credit, vel debet credere rem, quam emit, pluris valere, quàm ſit pretium, quo eam emit, credat, vel debeat credere ſe recedere à medio iuſtitiæ, conſequitur eum peccare. Ex quo neceſſario quartò ſequitur, omnem contractum non gratuitum, per quem res credita, vel debita credi eſſe certi valoris, commutatur pro re credita, vel debita credi maioris valoris, vel è contrario, eſſe peccatum. Ex quo infertur etiam neceſſariò veram eſſe doctrinam illam, quam Scotus, [b] tenet, & quam eſſe communem inter alios ait Conradus, [c] & Iacobus Almaynus, [d] ſcilicet omnem emptionem & venditionem, in quam maius, vel minus pretium quàm ſit iuſtum interuenit, eſſe peccatum: cum tali tamen differentia, quod quando exceſſus eſt paruus vltra latitudinem omnem iuſti pretij, eſt peccatum veniale: quando verò notabilis etiam citra dimidium iuſti pretij, eſt lethale, ſiue mortale: ſed tale, quod leges ciuiles non puniunt, imo tolerant: quando verò excedit etiam dimidium adeò eſt grande peccatum lethale, vt intolerabile ſit: etiam ſecundum leges ipſas ciuiles, & poteſtatis profanæ.

48 Sexto, & poſtremo facit, quòd magnus ille Auguſtinus hoc expreſsè affirmat, [a] quem latè ſequitur Henricus, [b] & efficaciter probat cap. 1. [c] quatenus prohibet peregrinis vendere carius, quàm mercato vendantur. Pro quo notè, ac ſingulariter pondero, cap. *cum dilecti.* [d] quatenus reſeruat remedium agendi ſuper deceptione, &c. canonicè, non diſtinguendo inter deceptionem citra, vel vltra dimidium: licet gloſſa ibi (potius ſuo, quàm auctoris eius ſenſu) illud reſtringat Confirmantúrque omnia, per regulam, *locupletari.* [e] & *Liure naturæ nemini locupletandum cum aliena iactura.* [f]

49 Non obſtant leges illæ ciuiles. *in cauſa.* [g] & *l. item ſi pretio.* [h] neque illa capitula, *cum cauſa*, & *cum dilecti.* [i] cum illis 4. gloſsis, [k] quæ videntur probare, licitam eſſe deceptionem citra dimidium iuſti pretij: quoniam non eſt mens gloſſarum, neque etiam textuum dicere ita id licere, vt non ſit malum, & in ſe turpe, atque à bonitate abhorrens: ſed quòd lege ciuili non punitur, imo toleratur. Sicut lupanaria, ſecundum S. Auguſtum, [l] & ingurgitationes ante Quadrageſimam in Quinquageſima, ſecundum S. Gregorium, [m] vt S. Thomas receptus ab omnibus tradidit, [n] & nos latius explicauimus in cap. *qualitas.* [o] An autem, & quantum tolererut id lege canonica, poſtea dicemus declarando illa, quæ Panormitanus dixit, [p] per alia ipſiuſmet dicta.

50 Non obſtat etiam, quod Andreas Siculus ait, [q] ſe conſuluiſſe contrarium tam in hoc præſuppoſito, quàm in ſequenti, [r] cirans in id Innocentium Antonium & Panormitanum, [s] & Baldum, [t] non (inquam) obſtat dictum eius. Tum, quia fundat ſe ſuper præallegatis cap. & legibus, quibus eſt reſponſum. Tum, quia Innocentius non dixit, [v] id, quod ei imponunt Baldus & Andreas Siculus: aliud enim eſt dicere illi, qui per illicitam negotiationem quæſiuit aliquid, quod non tenetur reſtituere, conſulendum eſſe, vt id pauperibus diſtribuat, quod ille ait, [x] aliud dicere, non teneri emptorem, vel venditorem ad reſtituendum id, in quo citra dimidium iuſti pretij proximum læſit, vel decepit, quod ipſe non dicit. Multis enim aliis de cauſis, quàm defectu iuſti pretij poteſt eſſe illicita negotiatio: puta ex circumſtantia perſonæ, temporis, loci, verborum ſuperfluorum, & aliis id genus multis, argum. cap. 1. [y] & cap. *decet.* [z] & ſimilium. Secundo quòd ipſemet Innocentius contrarium videtur tenere, [a] & expreſsiùs Panormitanus quicquid imponat ei Andreas Siculus. Tertio quòd etiam ipſemet Andreas dixit, [b] Ioannem ab Annania, quem magnopere laudat, conſuluiſſe contrarium eius, quod ipſe reſponderat: cuius tandem opinioni cedere videtur. Adde, quòd in caſu Andreæ Siculi non fuit ſimplex emptio: ſed permixta cum donatione, vt etiam ipſemet ait. [c] Quarto quòd ipſemet Andreas Siculus nihil aliud affirmat, quam id, quod Salicetus. [d] Ille autem in effectu dicit, primò peccare eum, qui emit rem minoris, quàm valet ab eo, qui ignorat eam pluris valere: & è contrario eum, qui vendit rem pluris, quàm valet ei, qui putat eam tanti valere. Peccare ſecundo illum, qui rem vendit carius, quàm valeat ei, qui ſcit quidem verum eius valorem: ſed preſſus aliqua neceſsitate, vel famis, vel alia emit carius, quò tali neceſsitati ſuccurrat. Peccare tertio illum, qui emit vilius iuſto ab eo, qui ſcit quidem verum pretium: ſed neceſsitate preſſus vendit rem vilius, aliàs non venditurus. Peccare quarto qui quoquo modo mendaciis, vel alia fraude mouet alium ad vendẽdam ſibi rem vilius, & emendam cariùs. Non peccare autem in alio quinto caſu, quando ſcilicet, tam emptor, quàm venditor nouerunt iuſtum pretium mercis, & nulla neceſsitate premente vllum illorum, venditor ſponte ſua, ceſſante omni fraude, dolo, & mendacio vendit vilius, quàm valet, aut emptor emit ſemper cariùs, quàm valet: hoc enim caſu videri poteſt emptor donare id, quod illi detrahit, argu. l. *campanus.* [e] & l. *cuius per errorem.* [f] Quinto perpendendum eſt, quòd Salicetus vir vtique doctiſsimus non audet aſſeuerare etiam hoc caſu poſtremo non peccari: ſed ſolum ait id videri ſaluo meliori conſilio. Sexto perpendendum eſt etiam: quòd Andreas Siculus, [g] vicaulter

discedere

a Lib. 13. de Trinit.
b Quolib. 1. quæſt. 40.
c De emptio.
d De emptio.
e Lib. 6. ff. de re iur. g §. 1. ff. de minor.
h §. final. ff. locati.
i De emptio.
k Capit. cum cauſa. de teſtibus, ca. per tuas. de donatio. & cap. in ciuitate. de vſur. & d. ca cum cauſa. de emptio.
l In ferm. de ordine.
m In cap. de niquo. 4. diſt.
n In d. quæſt. 77. artic. 1.
o De pœnit. diſtinct. 5.
p In cap. cum cauſa. de reſt. num. 4.
q In cap. 1. de emptio. col. 3. & in addit. Balaus ant thent. ad hac. num. 16. C. de vſur.
r Quod apparet. in conſil. 22. col. 2. & 3. lib. 4.
s In ca. quia plerique. de immunit. Eccleſiarum.
t In authent. ad hæc. C. de vſur. oppoſ. 21.
v In diſt. cap. quia.
x In fine n. 3.
y Ne cleric. vel monachi.
z De immunit. eccleſ. lib. 6.
a In c. in ciuitate. de vſur.
b In d. cap 1.
c In diſt. cõſ. 21. lib. 4.
d In diſt. authen. qu. 21.
e ff. de oper. liber. ff. de reg. iur.
g In d. cap. 1.

a De emptio. quæſt. principal. 8. nu. 20.
b In l. 2. C. de reſcind. vend. col. 22.
c ff. de cõtrahend. emptio.
d Col. 4.
c Leg. cum de indebito. ff. de probat.
f L. quiſquis. C. eod. tit. de reſcind. vend.
g In d. l. 2. nu. 8.
h In d. capit. nauigãti. de vſur.
i Oppoſit. 3.
k In regul. peccatum. de regul. iur. lib. 6.
l Num. 29.
m In 4. diſt. 15. quæſt. 2.
n 2. parv. tit. 2. cap. 16. §. 3.
o In ca. quia plerique. q. 9. de immunitate Eccleſiarum.
p De contract. lib. quæſt. 1. colum. 2.
q In fine 3. artic. quæſt. 1. quolib. 6.
r ff. de verbo. obligation.
s In 1. not. ab.
t In cap. cum cauſa. de reſt.
v In cap. cum dilecti.
x De cõſuetud. l. conuenire ff. de pact. dotal.
y Cap. vigilanti. de præſcript.

permittitur tamquã actus bonus, & virtuoſus: ſed ſolùm relinquitur impunitus: vt præſcriptio cum mala fide à lege Cæſarea. Quod neſcio, quare non animaduerterunt illi duo viri alioqui oculatiſsimi Franciſcus Aretinus & Antonius Burgenſis. Per quod adeò ſoluitur eorum fundamentum, vt eo vrens in theatro doctorum merito poſſet riſui haberi: præſertim, ſi quis aſſentiretur Conrado dicenti, [a] non poſſe id, quod ipſi aiunt ſtatui legibus humanis, tam longè abeſt, vt id ſit ſtatutum canonicis: quorum verus intellectus in fine patebit.

54 Secundo principaliter præſuppono, huiuſmodi decipientem, & lædentem non ſolùm peccare lethaliter ita contrahendo: ſed etiam teneri ad reſtituẽdum, vt expreſsè affirmat S. Thomas, [b] & D. Antoninus, [c] & Scotus, [d] vbi poſt alios Gabriel. [e] dicebat hanc eſſe communem opinionem. Et idem tenet Panormitanus, [f] & Bartholomæus Veronenſis, [g] & Antonius Burgenſis, & ferè omnes ſupradicti. Quod probatur primo ex eo, quòd omnis iniuſtitia, & inæqualitas commutationum reducenda eſt in foro animæ ad iuſtam æqualitatem, argum. fundamentorum pro primo præſuppoſito adductorum.

55 Deinde, quòd deceptus vltra dimidium iuſti pretij teneatur reſtituere rem, vel totum illud, quod deeſt iuſto pretio: nec ſatisfacit reſtituendo id, per quod pretium creſcit vltra dimidium, ſecundum Cynum communiter receptum, [h] & hoc non alia ratione, quàm contractus alter non reducitur ad iuſtitiam debitam. Ergo etiam decipiens citra dimidium iuſti pretij tenebitur ad reſarciendum illud vſque ad iuſtum.

56 Poſtremo, quòd omnis damnificatio, retentio, & vſurpatio rei alienæ prohibetur præcepto, de non furando, & eſt peccatum, [i] quod non tollitur, niſi reſtituatur ablatum. [k] At retentio rei emptæ pretio notabiliter minore iuſto contra voluntatem liberam donandi venditoris, eſt damnificatio, retentio, vel vſurpatio rei alienæ contra voluntatem liberam domini. Ergo peccatum inde reſultans non tollitur, niſi per reſtitutionem.

Neque obſtant ea, quæ pro contraria parte citari poſſunt: quoniam eodem ferè modo reſoluuntur, ac illa, quæ contra primum præſuppoſitum adducta reſoluebantur.

57 Tertio principaliter præſuppono eos omnes, qui tenentur ad aliquid reſtituendum, & id ſtatim, aut quàm citiſsimè poſſunt non faciunt, inuita parte, peccare nouo peccato, & perſeuerare in antiquo. Quæ concluſio eſt vtriuſque Thomæ, & rurſus. [l] S. Thomæ, Scoti, & omnium aliorum, [m] & Hoſtienſis, [n] & Petri ab Ancharano. [o] Quare doctiſsimus Adrianus orſurus reſtitutionis materiam, eam appellat ceſſationẽ à peccato: & poſtea, [p] ſemper & continuò ait obligatum ad reſtituendum, peccare mortaliter quamdiu detinet alienum inuito domino: etiamſi non concipiat propoſitum non reſtituendi: quia ſatis eſt ad peccandum, detinere alienum, & non reſtituere: licet non concipiat propoſitum non reſtituendi: quæ omnia etiam alij ſentiunt. Hæc communis omnium concluſio, etiam ſi nemo eam affirmaret, efficaciter tamen probaretur, eo quòd vt ait S. Thomas, [q] eadem videtur ratio omnium reſtituendorum. [r]

58 At quòd debetur mercenario ſtatim eſt reſtituendum, iuxta illud. [s] *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque ad mane.* Deinde probatur, eo quòd parum differunt quoad peccatum accipere, vel detinere alienum inuito domino. [t] At qui capit alienum inuito domino ſemper, & continuo peccat. Ergo, & qui detinet.

59 Poſtremò, quòd præceptum de reſtituendo, licet ſit affirmatiuum: includit tamen intra ſe illud negatiuum, quo iubemur non detinere alienum. Et præcepta negatiua ſemper & pro ſemper, hoc eſt, quolibet tempore obligant, ſecundum doctrinam S. Thomæ, [v] receptam ab omnibus, & in his ab Archidiacono & vtroque Cardinali, [x] & ab Archidiacono. [y] At præceptum de reſtituendo eſt negatiuum, qua parte iubet, nõ retinere. Ergo ſemper, & pro ſemper obligat: ac per conſecutionem qui rem reſtituendã inuito domino detinet in dies, & horas, apponit iniquitatem ſuper iniquitatem (vt verbis Pſaltis vtar.) Confirmantur hæc omnia per l. *in omnibus obligationibus.* [z]

a Lib. in libr. de contractibus, q. 57. in fine quinta concluſionis.
b In diſt. 2. q. 77. artic. 1. ad 1.
c In d. 2. parte titul. 1. cap. 16. §. 3. colum. 4.
d In 4. diſtin. 15. q. 2.
e Quæſt. 10. colum. 19.
f In d. capite quia plerique quæſt. 10. q. 9. & in tractat. de ſimulat. præſup. 2. colum. 3.
h In d. l. 2. C. de reſcind. venditio. q. 8.
i Cap. pœnale. 1. 4. q. 5.
k Regul. peccatum. lib. 6. ca. fi res aliena. 14. q. 6.
l 2. 2. qu. 62. artic. fin.
m In 4. diſt. 15.
n In ſumma. de pœnit. §. fin. colum. 3. verſic. quid ſi nihilam.
o In regul. peccatum colum. 1. de reg. iur. lib. 6.
p Colum. 3.
q In d. artic. fin.
r Argum. ca. fin. 14. q. 6.
s Leuitic. 19.
t Cap. ſæpe. de reſtit. ſpolia.
v 2. 2. qu. 33. artic. 1.
x In ca. ſi peccauerit. 2. q. 1.
y In ſumma. de pœn. d. 5.
z ff. de regul. iur.

a *In d.dist.15. artic.3.q.4.*

quam in hoc citat Richardus. [a]

60 Præsupposito ergo his tribus, scilicet, quòd huiusmodi deceptor peccat mortaliter: & quòd tenetur ad restituendum: & tamdiu perseuerat in peccato, quamdiu detinet alienum, probo nunc hoc nostrum corollarium 13. scilicet huiusmodi, de quo agimus, emptorem, & venditorem etiam si sit laicus, cogi posse ab Ecclesiastico iudice, per viam saltem denunciationis Euangelicæ ad satisfaciendum læso. Et primo quidem, ac irrefragabiliter sic, Ecclesiastica potestas cognoscere potest via denunciationis de quocumque peccato mortali cuiuscumque Christiani, etiam puri laici, ad effectum cogendi eum per censuras Ecclesiasticas ad pœnitudinem: vt habet nostrum hoc 6. notabile, tam sacris litteris, quàm rationibus naturalibus, & pontificiis satis supérque fundatum. At hæc, de qua loquimur, deceptio, & læsio notabilis, siue grauis, siue fiat à laico, siue à clerico, est peccatum lethale, siue mortale, vt habet primum præsuppositum supra probatum. Ergo Ecclesiastica potestas poterit de eo cognoscere ad effectum cogendi decipientem ad pœnitudinem: & per consecutionem ad restituendum, &c.

Nec obstat huic argumento respondere, & concedo Ecclesiam posse cognoscere de tali læsione tali via, in talem finem & effectum, etiam contra laicum, si is conuentus non excipiat, obiiciendo actori conuenienti malitiam: conuentum tamen si vult, eam illi obiicere posse, & excipere: vt ipsemet ratione noua confitebar in solutione oppositionis secundæ, non inquam obstat hæc responsio: quia irrefragabiliter replicari potest, quòd huiusmodi exceptio malitiæ tunc demum habet locum, quando contra talem læsionem proditum est à lege ciuili remedium, per quod illa læsionis iniquitas ad æquitatem reduci potest in foro sæculari, vt [b] prædixi. At quando tale remedium non est proditum, tunc, sine vllius eiusmodi exceptionis impedimento coram iudice Ecclesiastico, potest trahi saltem hac via, de qua loquimur denunciationis, secundum Innocentium, [c] quem sequitur Hostiensis [d] & Ioannes Andreas, [e] & clariùs Petrus ab Ancharano. [f] Quod ipsum dicunt Antonius, Cardinalis, & Ioannes Andreas & Panormitanus, [g] neque est vllus, qui eis ibi contradicat: licet sint, qui non tangant. Et est communis opinio approbata, per Bartholum, [h] quem sequitur Felinus in prœmio Gregorij. [i] Pro quibus de multis, quæ adduci possent, sufficiat cap. fin. [k] adiuncta l. *sicut*. & l. *omnes*. [l] per quæ probatur legibus ciuilibus non esse proditum remedium contra vsucapientem, siue præscribentem cũ mala fide. Et ideo procedi posse ab Ecclesia etiam contra laicum, saltem per viam denunciationis, vt copiosè scribit Panormitanus, [m] & Ioannes Imolensis. [n] Sic etiam quia contra vsurarios, saltem vsq; ad certam quantitatem non erat proditum remedium à lege Romana, quæ illas permittebat, [o] poterant in dubio trahi etiam laici ad iudicem Ecclesiasticum, maximè per viam denunciationis, quo pœnitere, ac per consecutionem restituere cogerentur vsuras extortas. [p] Alia sunt id genus multa, quæ congerit Petrus ab Ancharano. [q] Cum ergo læsio, & deceptio, de qua loquimur, sit peccatum lethale, quando est notabilis disparitas pretij, & mercis, vt probatum est in primo præsupposito: & super eo nullum est remedium agendi coram iudice sæculari, neque secundum leges Imperiales, neque secundum regias: licet hæ copiosius quàm illæ subueniant, vt videre est in titul. 30. [r] adiuncta l. 2. [s] & annotatur in cap. *cum dilecti*. & in cap. *cum causa*. [t] necessariò consequitur posse læsum recurrere super eo ad iudicem Ecclesiasticum etiam contra laicum.

62 Secundo & quidem neruosissimè licet nouè facit, quod eiusmodi venditor læsus, non solùm potest recurrere ad iudicem Ecclesiasticũ: sed etiam videtur teneri, vel ad remittendum debitum, vel ad repetendum sub pœna peccati: quia omnis Christianus tenetur corripere proximum, quem videt perseuerantem in aliquo peccato lethali: & si semel ac iterum monitus non se emendauerit, tenetur eum denunciare Ecclesiæ, iuxta præceptum Domini, de nos mutuo corripiendo, datum Matt. 18. in fortium huic cap. [v] & declaratum vtrobique, ac in 4. Sentent. [x] & per vtrumque Thomam, [y] & ni fallor, vtilius ad vsum, &

B

C

D

E

F

profundius ad disputandum per nos, [a] notabilibus superius collectis, & comment. d. cap. *si peccauerit*. reseruatis. At omnis venditor huiusmodi, qui vendidit rem emptori credenti, vel credere debenti eam multò pluris valere, videt eum non solùm peccasse lethaliter, siue mortaliter, iuxta dicta in 1. præsupposito: sed etiam perseuerare in eo, non restituendo, iuxta dicta in [b] præsuppositis. Ergo vel debet ei donare, quod debet, vel eum monere semel ac iterum, & si non fuerit auditus, denunciare illius peccatum, & perseuerantiam Ecclesiæ: maximè quia is venditor magis, quàm alij tenetur ad hanc monitionem, & denunciationem. Tum, quia certius nouit peccatum eius, & perseuerantiam, quàm alij. Tum, quia alij fortè putant eum liberè, ac gratis donasse emptori eam partem, qua pretium merx superabat. Tum, quia in ipsum peccat emptor non solùm, sicut in alios nocendo ei spiritualiter malo exemplo: sed etiam temporaliter damnificando, vt palam est. Et quando sunt multi, qui possunt corripere, ille primo loco ad id tenetur, qui magis est ad id obligatus, iuxta communem sententiam in locis prædictis receptam: quamuis durum videtur cogere creditorem ad donandum, vel denunciandum.

63 Tertio facit, quòd hanc conclusionem sentiunt omnes, qui affirmant peccare lethaliter huiusmodi deceptorem, vel læsorem: affirmant autem id ferè omnes, vt in primo præsupposito est dictum. Quod ideo videntur non expressisse: quia doctissimis, eisdémque pientissimis vtis superfluum videbatur id exprimere, clamante Euangelio, clamantibus Conciliis, & Romanis Pontificibus, clamantibus Augustino, Hieronymo, Ambrosio, Gregorio cum omnibus, tam nouis, quam antiquis doctoribus, omnes, qui perseuerant in peccato lethali corripi posse, ac debere: & si correpti non se correxerint denunciari Ecclesiæ: & eam non solùm posse, sed etiam debere censura Ecclesiastica castigare, si denunciati, ac blandè moniti se non emendauerint. Non desunt autem qui etiam hoc expresserunt: id enim facit Iacobus Almaynus doctorum ætatis suæ Parisiensium cum primis doctus, ne dicam doctissimus, [c] non obstantibus legibus, & capitulis contra hoc facientibus, quæ ibi citat. Idem repetit, & clarius in lib. de authoritate Ecclesiæ, [d] & Panormitanus canonum interpretum facilè princeps, [e] expresè ait laicum posse conueniri in foro Ecclesiastico super hac læsione: & pondera ipsum sentire, quòd non solum via denunciationis: sed & alia recta, & directa potest hoc fieri: & in cap. *cum causa*. [f] præsupponit, contra talem lædentem posse procedi in foro contentioso canonico, quando peccat. Grauissimus item auctor Ioannes ab Annania, [g] de huiusmodi deceptione ait, se indubitanter credere hoc non licere in foro animæ seu conscientiæ, & sic nec in foro canonico. In quibus verbis pondera verbum, *foro canonico*, [h] subiicit ementi rem pluris, quàm valet non solùm dari in foro canonico officium iudicis, ad repetendum solutum: sed etiam, immo multò magis, ad solutionem impediendam, argument. cap. *quemadmodum*. cum similibus de iureiur. Calderinus etiam, [i] expresè dicit in foro canonico posse agi contra illum, qui sciens iustum rei pretium minoris emit ab eo, qui credebat rem non valere pluris: contra eum item, qui carius vendit ei, qui credebat rem valere tanti. Nec enim, inquit, est credendum, quòd ius canonicum, quod à Spiritu sancto processit, [k] decipientem, vel dolum approbaret. Idem tenet Petrus ab Ancharano, [l] quatenus, [m] concludit in effectu tunc demum licere prædictam læsionem citra dimidium iusti pretij, sine vllo remedio, cùm vterque tam emptor, quàm venditor scit illud: & interuenit præsumptio liberè donandi excessum: non autem cùm sit ob aliquam causam, quæ tollat præsumptionem liberæ voluntatis donandi, puta ob famem suam, vel familiæ suæ, aut vt se, vel suos redimat à captiuitate, vel vt vicinũ rixosum è vicinia tollat, vel ob aliam similem: quia tunc læsus, etiam citra dimidium posset petere, saltem in foro canonico, vt illa inæqualitas ad æquitatem reducatur. Idem tenet etiam expresè Dominicus Sotus vir eruditione singulari. [n]

64 Quarto facit, quòd nullum mouere debet id, quod ait Pantaleo, [o] scilicet Baldum dicere, [p] mercatores ven-

a *In 4. dist. 5.*

b *2. dist. 3.*

c *In prædicta dist. 15. qu. 2. colum. 25.*

b *Colum. prunelt. & qu. quam vesperiarũ vocant colum. 12.*

c *In ca. in ciuitate. de vsur. num. 6.*

f *De test. nu. 4.*

g *In illo eod. cap. in ciuitate num. 8.*

h *Num. 9.*

i *In repet. c. nauiganti. de vsur. colũ. 4.*

k *Cap. si quis diaconus. 50. distin.*

l *In repet. ca. peccatum. de reg. iurg. li. 6.*

m *Num. 21.*

n *In li. de ratio. tegend. membro 2. q. 3. pagin. 3.*

o *In dicta l. 2. colum. 3.*

p *In authẽt. ad hæc. C. de vsur. colum penult. versic. ul. insuper. qui est nu. 19.*

dentes sagacibus, & astutis non posse conueniri per denunciationem Euangelicam. Tum, quia Baldus nihil ibi ait de tali denũciatione, nec de astutis, & sagacibus. Tum, quia Innocentius cuius ille auctoritate mouetur, non ait illud. Tum, quia ratio, quæ in nostro libro tam antiquo, quàm nouo, mouet Baldum ad dicendum, mercatores carius, quàm par est, vendentes non teneri ad restitutionem, falsa est, scilicet: quia, inquit, accusatio debet sequi sensum, non est peccatum iure naturæ: nam multa sunt peccata, quæ comprehendi nequeũt etiam indirectè sensibus. Et peccatum carius vendendi comprehendi potest saltem indirectè sensu: & nec ipse, nec alius potest negare peccatum læsoris vltra dimidium iusti pretij posse in iudicium etiam sæculare deduci: quod tamen non potest aliter cadere in sensum, quàm posse peccatum læsionis citra dimidium. Ex scriptis autem Andreæ Siculi coniicio vitiatum esse Baldum & pro, accusatio debet sequi sensum, legendum esse, cum acquisitio habeat cõsensum; sed etiam secundum hanc litteram est inepta: nam etiam vsuræ habent consensum, & tamen sunt contra legem naturæ, secundum Thomam receptum. [a] Denique ideò neminem debet mouere in contrarium illud Pantaleonis dictum: quia id verum est in eius terminis: cùm scilicet venditio fit sagacibus, & astutis, & ita scientibus valorem iustum, & saltem tacitè donantibus, vt in fine primi præsuppositi dicebam. Addo, quòd Pantaleo nobiscum sentit: siquidem apertè iudicaret succurrendum esse taliter læso, si non esset astutus, neque sagax: & quia id nulla ratione alia defendi posset, quàm quia eiusmodi personæ non videntur læsæ causa donandi, sed facilitatis: consequitur locum esse denunciationi vbicumque læsio talis alia de causa, quàm donandi contingeret.

Quinto facit eum, qui adeò saxeus est, vt hæc non moueriut, terreat saltem illud doctissimi Carlerij probatum à Iacobo Almayno, [b] & supra, [c] à nobis limatum, scilicet, quòd asserere iudicem Ecclesiasticum non posse cogere laicum ad soluendum debitum, quod certificari potest, vel ad cedendum bonis, est errare in materia clauium. Terreat item hæresim esse contrarium huius 6. notabilis, vt supra, [d] habetur, & ex notabili nostro necessariò inferri hoc nostrum corollarium: & per consecutionem illius contrarium, aut hæresim esse, aut eam manifestè sapere.

65 Postremò flectat in hoc maiestatem, clementiam, & benignitatem regiam, eiúsque proceres, quod vitium hoc cariùs, quàm par est, vendendi egentibus, & vilius iusto emendi ab eisdem, præsertim immobilia tam durum substituturn, & vicarium agit virij fœnerandi, quòd latius hodie hoc regnat, quàm olim illud: crudeliùs sæuit in pauperes: occultiùs illorum sanguinem sugit, & in extremam paupertatem, desperationémque miseros adigit, & efficacius animas plurium diuitum æternis cruciatibus obligat. Regnat (inquam) latius: quia imperat non solùm Lusitaniæ toti, & Castellæ: sed etiam reliquæ Hispaniæ, ac Galliæ simul, & toti reliquo Christiano orbi, vnde fœnerandi vitium exulat. Quòd autem crudeliùs sæuiat ex eo colligitur, quòd per huiusmodi emptiones, venditiones, & locationes citra dimidium iniquas, nostra ætate frequenter à cuiusuis ordinis diuitibus lucri fiunt annua triginta, & eo amplius pro centum: cùm tamen per vsuras antiquas solùm possent lucri fieri pro centum quatuor ab illustribus, sex ab aliis, qui non essent mercatores, octo à mercatoribus terra, & duodecim mari, iuxta l. *eos*. [e] secundum illam nouam, eandémque veram interpretationem Hermolai Barbari relatam, & pulchrè probatam à Bartholomæo Sqcinate, [f] quem sequitur Alciatus, [g] omissa expositione glossæ, [h] & aliis, quos omnes efficaciter confutabat Paulus Castrensis. [i]

66 Quod autem per huiusmodi contractus aliquando pro centum lucri fiunt 30. paret ex eo, quòd palsim videas prædium valens ducentis emi centum, & vno: & mox illud locari venditori 30. & pluribus annuis, cum læsione citra dimidium iusti pretij: quoniam ex prædio valente ducentis satis aptè culto redeunt, vt plurimum, ad rectè colentem plures, quàm 20. & ideo locatio facta 30. & aliquot pluribus non excedit dimidium iusti pretij. Quod autem occultiùs paupertum sanguinem sugat, colligas ex eo, quòd sub specie honesti, & beneficentiæ, iustique contractus, veluti ex insidiis aggrediens, plus torquet eos, & plus exigit ab eis.

67 Quod autem animas pluriũ diuitum efficacius æternis cruciatibus obliget eò fit palam, quòd eo periculosior dicitur morbus, quo est ignotior, & occultior, & minus medicis, medicinísque pater. Si ergo vsuræ vitium appellatur vorago animas deuorãs, & facultates exhauriẽs, [a] ob idque omnibus legibus etiam ciuilibus regum Christianorum omnium exploditur, quare hoc vitium iniquè commutandi tam palam substitutum, & vicarium eius, & peius eo non exploditur, & tamquam pestis animarum, & fortunarum nõ vitatur, non fugatur, non confunditur?

CONFVTATIO CONTRARIORVM PRÆFATI corollarij.

SVMMARIVM.

68 Noua non omnia reprobanda: immo multa laudanda.
68 Denunciatio Euangelica vt nouum Christi inuentum, indelebile.
69 Denunciatio cur non minuit laicam potestatem.
70 Fora in duo quis trahi dicatur.
70 Foro in vtroque quandoque quis punitur.
71 Homicida punitus à sæculari, vt potest puniri ab Ecclesia.
72 Deceptio citra dimidium toleratur, sed non approbatur.
73 Decipiens vltra dimidium satisfacit supplendo vsque ad iustum.
74 Argumentum à contrario sensu nihil probat, si est id expressum iure.
75 Vsucapio bene perfecta cur non rescinditur vt deceptio.
76 Pax duplex, bona quæ colenda est: & mala quæ destruenda.
77 Deceptio notoria datur, sed non oportet eam esse talem, vt noscat Ecclesia.
78 Lites malas tollendas, bonas fouendas.
79 Decipientem contra citra dimidium quæ remedia non det Ecclesia contra laicum, & quæ sic etiam directò.
80 Decipiens an teneatur restituere rem cum fructibus.
81 Lege aliqua sæculari vt prouidendum, quòd deceptio minus sæuiat.
82 Decipientes contra citra dimidium cur lites cautè mouenda.
82 Decipientes citra dimidium quo se iure tueri possunt.

CONfirmato nostro, quod iustum, sanctum, & reipublicæ vtilissimum est, corollario, castra desiderantium potiùs, quàm probantium contrarium euertamus, quod vt aptius fiat, quàm maximum illi colligere possunt exercitum in aciem producamus. Colligere possent primo, nouitates esse fugiendas, & hoc nouum, & insolitum esse. Secundo iurisdictionem regiam hoc modo maximè diminutum iri. Tertio per hoc dari viam, qua omnes causæ fori sæcularis trahantur, trahíue possint ad ecclesiasticum. Quarto consequi hoc eumdem reum trahi posse ad duo fora super eodem peccato, & vtrobiq; puniri. Quinto tam canonicas, quàm ciuiles leges scilicet, obuiare huic corollario, nempe cap. *cum dilecti*. & cap. *cum causa*. [b] & l. 6 Sexto vsucapiones, & præscriptiones bona fide completas non videri permissiores, quàm huiusmodi emptiones, & venditiones, & constare illas, etiam in foro conscientiæ seruandas, secundum Communem. Septimo diuites multos deturbatum iri quiete sua, & suis, quæ iniquè emerunt, prædiis, si corollarium hoc teneatur. Octauo non posse notorium esse hoc peccatum, nec per consequutionem spectare ad ecclesiasticum. Nono multas lites nocere reipublicæ, & hoc corollarium plurimas pariturum.

68 Ecce torum, qui contra nos confici potest, exercitum: quem tamen quis vel mediocriter doctus timeat? Quis non eum forti animo excipiat, & fuget? Ad primum igitur horum respondeo primo negando, noua omnia esse reprobanda, vt negandum est, nisi reprobare velis plurima, quæ tex, & dominus noster Ioannes huius nominis III. pro maxima sua sapientia, & religione in hæc sua regna inuexit nouissima, sed optima. Nisi etiam velis reprobare euangelium CHRISTI sanctissimum, quod renouauit & declarauit innumera, quorum de numero fuit potestas, & necessitas, de qua agimus corripiẽdi fratrem,

a *2. 2. qu. 68. artic. 1. ad 3.*

b *De potest. eccles. ca. 11.*
c *In corollar. 2. huius notabilis.*
d *In d. corol. 2.*

e *C. de vsur.*

f *In l. 3. §. final. ff. ad leg. Falc.*
g *Lib. 3. disputatio. 3.*
h *Leg. consessimis. ff. de verbor. oblig.*
i *In d. l. 3. §. fin.*

a *Capit. 1. de vsur. lib. 6.*

b *De empt. & ven. c. 2. C. de rescin. vendi.*

ac denunciandi eum Ecclesiæ, si se non emẽdaret, [a] Deinde respondeo concedendo, nouitates quidem inutiles, & contra sacras Scripturas, & sactos canones non esse inducendas, [b] negando tamen hanc esse talem. Tum, quia plurimum confert animarum saluti, quæ omnibus rebus anteponenda est, vt habet l. *sancimus*. [c] transplantata in cap. *sancimus*. [d] plurimum pauperum vtilitati, & indemnitati, ad quam hortatur nos psalmus ille regius. *Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus*. Tum, quia tam longè abest, vt hoc sit contra canones, aut sacras literas, vt de illarum medio sit haustum. Tertio respondeo hoc non esse nouum, sed antiquum institutum, non cuiusuis regis vel Imperatoris, sed Regis regum, & Domini dominantium CHRISTI IESV Domini Dei nostri, vt [c] supra monstrabam: talé, inquam institutum, quod nulla humana lege scripta, & nullo vsu, nec abusu tolli potest, argum. cap. fin. [f] & capit. *sunt quidam*. [g]

69 Ad secundum respondeo, demirari me solitum illos, qui clamant ob hoc minui iurisdictionem regiam. Tum, quia cognoscere de aliqua re, an sit peccatum, & gratiæ cælestis impeditiuum, & cogere quem ad illius pœnitudinem, ad nullam potestatem sæcularem pertinet, secundum omnes: & ea, quæ supra retigimus, [h] quia hoc negotium spirituale est, terminandum non legibus humanis, non etiam sola lege naturali, sed supernaturali diuinitus in vtroque testamento, maximè verò nouo reuelata. Tum, quia licèt ecclesiastica potestas huius rei cognitionem omittat, nihilo magis tamen eam regia capere potest, quandoquidem secundum eius leges regias huiusmodi emptiones impunes sunt, & tolerantur, sicut secundum leges Imperiales, vt in 2. argum. pro nostra conclusione facto monstrabatur.

Ad tertium negamus vllam causam fori sæcularis trahi ob hoc ad ecclesiasticum, vt latè in secundæ oppositionis solutione diximus.

70 Ad quartum respondeo primo, negando ex hoc corollario inferri posse quem ad duo fora trahi super eodem peccato, & vtrobique puniri: quia id, de quo loquimur peccatum scilicet læsio, & deceptio citra dimidium, non est crimen ciuile, nec super eo quis in foro sæculari puniri potest, vt palam est. Secundo respondeo non esse contra iura, vt vnus & idem super eodem crimine ad duo fora trahatur, quando illud ob varios respectus esset varij fori: nam castigatus à laico Iudice ob vulnus illatum in Ecclesia, quatenus erat solum vulnus, & crimen laicum, castigari potest ab ecclesiastico, quatenus est sacrilegium, secundum Communem, secundum quam absolutus, vel castigatus in altero foro castigari potest etiam iterum in altero regulariter, quando ob varios respectus crimen est vtriusque fori, vt videre est apud Felinum & citatos ab eo. [i]

71 Adde, quòd nemo negabit eum, qui occidisset aliquem, & ob id punitus esset etiam iustè citra mortem tamen, à Iudice sæculari, peccati autem non pœniteret, imo diceret placere sibi plurimùm id feciſſe, posse corripi fraterna correctione, & si non se correxerit, denunciari Ecclesiæ: & si ab ea monitum non pœniteret, ob contumaciam excommunicari: quoniam sæcularis Iudex puniuit eum ob homicidium, quatenus illud erat crimen ciuile offendens proximum, & rempublicam. Ecclesiasticus autem quatenus est offensiuum Dei, & impeditiuum vitæ æternæ, & quatenus adhuc durat per impœnitentiam illam, & contumaciam impedientem, vitam spiritualem, & æternã, quod lex ciuilis nec curat, nec punit, nisi in aliam proximi offensam extendatur. Quamquam hæc ad redundantiam dicuntur, cùm id, de quo agimus peccatum, non sit crimen merè sæculare, nec mixti fori: & ita nec punibile, secundum leges ciuiles, sed solùm secundum diuinas, & ecclesiasticas.

72 Ad quintum, quòd multis videtur Achilles, mihi autem vix Thersites, respondeo, quòd l.2. [k] & cap. *cum dilecti*. & cap *cum causa*. [l] nihil penitus obstant. Non primo lex illa 2. non enim approbat tamquam iustam, emptionem, & venditionem cum tali læsione factam, sed tolerat eo modo, quo præscriptiones cum mala fide introductas author Codicis, in quo illa lex sita est, tolerabat, non dando vllam actionem, vel remedium ciuile lęso, imo tollendo quod aliàs per legem ipsam ciuilem competere poterat. Quæ est sententia S. Thomæ, & ferè omnium theologorum, & canonum peritorum, vt dictum extitit in fine primi præsuppositi: non tamen tollit remedium denunciationis euangelicæ, quod euangelica, & diuina lex ei tribuit, vt supra dictum est: quia noluit tollere, nec si maximè voluisset potuisset, argum. cap. *sunt quidam*. [a] sicut etiam, secundum communem opinionem pro pacto nudo leges illius libri non dant vllum remedium, neque vllam actionem regulariter, [b] non tamen tollunt, nec tollere potuerunt obligationem, & remedium à lege diuina inductum, iuxta ea, quæ latius annotantur in cap. 1. [c]

73 Minus obstant prædicta cap. *cum dilecti*. & *cum causa*. [d] Tum, quia nihil plus saltem faciunt contra nos, quàm lex illa 2. [e] & ita pari facilitate, qua illa refelli possunt. Tum quia illa duo cap. nihil statuunt de emptione, vel venditione facta pretio minore iusto citra dimidium, sed de facta minore vltra dimidium, vt palam ex eorum lectione patet. Tum, quia cap. *cum dilecti*. nihil non disponit, sed solùm declarat: & declarat id, quod nihil facit ad propositum, scilicet iniquam esse sententiam, per quam condemnatur emptor rei minore pretio vltra dimidium ad restituendam rem simpliciter: quia debet condemnari alternatiuè ad hoc, vel si malit ad supplendum iustum pretium, quid te rogo habet hoc contra nos? Tum, quia imo illud ca. singulariter probat nostram conclusionem, quatenus habet illa verba, *Salua quæstione canonum super deceptione*. quæ generaliter permittunt remedium super deceptione, non distinguendo inter deceptionem vltra, vel citra dimidium. Neque plus obstat d. cap. *cum causa*. Tum, quia non loquitur de emptione, vel venditione facta pretio minore iusto citra dimidium, sed de minore vltra dimidium. Tum, quia nihil noui disponit, sed solùm habet ciues illos Viterbienses, qui rem Ecclesiæ emerunt minoris vltra dimidium teneri alternatiuè, vel ad restituendam rem emptam, vel ad supplendum iustum pretium, in quo te rogo, est hoc contra nostram conclusionem? Et ne dicas eatenus contra nos facere quatenus innuit à contrario sensu, quòd si non constitisset de læsione vltra dimidium non condemnasset eos, considera primò, quòd non colligitur hoc tam amplum ex illo contrario sensu, sed solùm, quòd non condemnasset eos in illo iudicio, in quo agebatur de remedio illius l.2. quod non competere læso citra dimidium planè fatemur: sed negamus eum non posse vti remedio legis naturalis, & euangelicæ.

74 Considera secundo, quòd argumentum à contrario sensu inefficax est, cùm desumitur ad probandum id, cuius contrarium est expressum in iure, vt habet cap. *à nobis* 2. de sententia excommunic. & glossa communiter recepta. [f] At contrarium est expressum in iure in ca. 1. [g] & in regul. *locupletari non debet quis cum aliena iactura*. [h] imo etiam in dict. cap. *cum dilecti*, inducto, vt paulo ante inducebam. Considera tertiò, quòd licèt lege humana non esset expressum contrarium, est tamen lege naturali, l. *iure naturæ æquum est neminem cum aliena iactura fieri locupletiorem*. [i] Considera quarto, quod auctor illius decretalis, neque per somnium cogitauit tollere remedium legis euangelicæ, per ciusmodi argumentum à contrario sensu, quod aliquando quidem fortissimum est, vt ait l.1. [k] In proposito autem per omnes has considerationes fragillimum, & risu penè dignum.

75 Ad sextum nego vsucapiones, & præscriptiones, bona fide completas non esse permissiones, quàm emptiones iniquas citra dimidium, vt diximus supra in fine primi præsuppositi: illæ enim non solùm permittuntur ab vtroque iure, sed etiam approbantur tamquam modi, iusti, sancti, & vtiles quærendi dominium: emptio verò iniqua citra dimidium permittitur à sola lege ciuili, permissione tantùm tolerantiæ, denegando remedium ciuile taliter læso: non autem permissione approbationis, & laudationis, vt ex mente fere omnium dictum fuit in primo præsuppositio: à iure verò pontificio neutro modo permittitur, nisi

a *Matth.* 18.
b *Capit. quia nescist. 11. distin. cap. cum consuetudinis, de cõsuetudi.*
c *C. ad. Iul. repet.*
d *1. quæst. 7.*
e *In 4. nota.*
f *De consuetudine.*
g *25. quæst. 1.*
h *In coroll. 7. huius notab. 6. & in coroll. 14. notab. 3.*
i *In capit. de his, de accusa. num. 13.*
k *C. de rescind. vend.*
l *De empt.*
a *25. quæst. 1.*
b *Leg. legem l. in bonæ fidei petens. C. de pactis.*
c *De pactis.*
d *De emptio.*
e *Cod. de rescind. vend.*
f *In cap. significasti. de foro compet.*
g *De empti.*
h *De regul. iur. lib. 6.*
i *ff. de regul. iuris.*
k *ff. de offic. eius cui mãd. est iurisd.*

quis per auarorum somnia putet constitui iura pontificia. Et licèt cõcederemus (quod ipse nunquam faciam) etiam per iura canonica permitti huiusmodi læsionem eo modo permissionis tolerantiæ, quo permittitur iure Cæsareo, ita scilicet, quòd deneget læso remedia iuris humani, & canonici, certè nullatenus concedi potest, per ea tolli remedium legis euangelicæ. Itaque dato, quòd sic læsus neque actionem, neque officium Iudicis (quod pro actione solet dari) haberet, certè habebit denunciationis remedium inductum ab ipso CHRISTO summo legislatore, indelebile per vllam puri hominis legem, siue Cæsaream, siue Canonicam.

76 Ad septimum respondeo, concedendo aliquot diuitibus hoc displiciturum, & pacem aliquorum auarorum turbatum iri: dummodo vicissim fateare, quàm plurimis pauperibus oppressis (quorum sanguis diuitum labris fructus in cœlum clamat) placiturum: dum item fateare esse pacem bonam, & pacem malam, cum S. Thoma recepto, [a] & pacem quidem bonam, quæ cum virtutibus est, seruandam, colendam, & suspiciendam, iuxta illud CHRISTI, *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*. [b] Pacem autem, quæ cum vitijs est, (qualis in nostro casu cum auaritia) violandam, & deturbandam esse, iuxta illud eiusdem. [c] *Non veni mittere pacem, sed gladium*.

77 Ad octauum respondeo primo negando, quòd numquã possit esse notoria huiusmodi læsio: esset enim si quis campum notoriè valentem 20. millibus, quem multi vellent emere, venderet notoriè 11. millibus, protestatus se id facere, sine animo quicquam donandi. Deinde respondeo negando id, quòd præsupponit argumentum, scilicet, oportere crimen esse notorium, vt de illo iudex ecclesiasticus ad effectum, de quo agimus videlicet pœnitentiam, cognoscere possit inter laicos. Tum, quia id numquam inuenitur cautum. Tum, quia contrarium probatur etiam in casu ipso huius cap. vt latius habetur supra, [d] & omnes scribentes post Innocentium hic, & Bartholum, [e] & palam colligitur ex citatis per Felinum. [f] Tum quia non est speciale in notorijs, vt Iudex ecclesiasticus possit cognoscere de his, per viam denunciationis ad effectum pœnitendi: sed quòd possit procedere etiam via recta ad effectum puniendi, vt declarat Panormitanus, [g] per illum textum in hoc memorabilem, qui loquitur de homicidio: dummodo statim commisso notorio crimine non acceleret ad id ecclesiasticus, sed spectet negligentiam laici, vt limitauit Felinus, [h] & Stephanus, [i] tunc enim quia Iudex laicus meritò negligens dicitur, poterit ecclesiasticus cognoscere etiam ad effectum puniendi.

78 Ad vltimum concedo, litium vitiosarum & exauaritia, vel fraude nascentium motum nocere reipubl. modò tu quoque vicissim fateare, summum in rebus bonum esse, iustitiam colere, suá cuique iura tribuere, cum Gregorio, [k] & expedire Reipub. criminum punitionem, [l] & saluti animarum peccantium necessariam esse pœnitẽtiam. [m] Cùm ergo lites hæ, quæ coram Episcopo nostro reuerendissimo super hoc articulo mouentur, non sint vitiosæ, non fraudulentæ, non filiæ auaritiæ, sed misericordiæ, ac pietatis, cùm per eas pauperes leuentur, eorum oppressores arceantur, animæ captiuæ redimantur, æqualitas sancta in commutationibus introducatur, laudandæ sunt & fouendæ, immo & qua parte fieri potest iuuandæ.

79 Concludamus ergo primo, non esse locum remedio l.2. [n] contra huiusmodi ementes, vel vendentes cum læsione notabili, citra tamen dimidium iusti pretij. Non item dari regulariter contra eos actionem, neque officium Iudicis, neque vllum aliud remedium per leges Cæsareas, neque in his regnis per regias: & ideo eos non peccare in hoc peccatum vllum sæculare, vel mixti fori, iuxta definitiones eorum supra, [o] traditas: nihilominus peccare tamen eos contra legem Dei non solùm scienter ita contrahendò, sed etiam post contractum ita ignoranter factum, non reducendo illum ad æqualitatem iustam. Et ideo etiam si sint laici corripi posse, debereque correctione fraterna: & si correpti non se emendarint, denunciari Ecclesiæ potestati, quàm, si se blandè monentem non audierint, poterit per censuram ecclesiasticam eos compellere principaliter

ad pœnitendum, & per consequutionem ad satisfaciendum parti læsæ, iuxta regulas denunciationis Euangelicæ iudicialis, vel mixtæ, vt dictum est.

Concludamus secundo, menti iuris Pontificij, & sanctitati eius conuenire id, quod Panormitanus & Ioannes ab Annania supra relati cum aliquot alijs putant, scilicet recta via, & sine ambagibus via denunciationis euangelicæ competere officium Iudicis contra huiusmodi contractores in foro ecclesiastico, quando, & quoties nullum remedium præstat eis sæculare.

Concludamus & tertio, tolerari quidem posse illum qui negarit tale officium cõpetere in tales cõtractores (quamuis mea sententia iniquè opinentur) non tamen eum, qui viam denunciationis euangelicæ omnino negaret, quippe qui clauibus Ecclesiæ derogare videretur.

80 Decimoquarto infertur, laicum, qui contrahendo vltra dimidium dicitur proximum læsisse, ob id que peccasse, ac quia non restituit in peccato perseuerare, trahi quidem posse hac ratione ad ecclesiasticum Iudicem non tamen ita efficaciter, ac qui citra dimidium iusti pretij, sed notabiliter fertur id feciſſe: quoniam hoc posteriore casu nullatenus poterit declinare forum: priore verò sic, modo, [a] supra, [b] prædicto. An autem conuentus remedio d. l. 2. [c] quando nolens supplere pretium rem ipsam cogitur restituere, teneatur id facere cum fructibus: & An idem sit in omni restitutione iure debita, & non gratiosa, tractauit doctissimus Doctor Emanuel à Costa in illo cum primis subtili, docto, & elaborato commun. l. *Gallus*. [d]

81 Decimoquinto consequitur tandem sapientissimè, ac Christianissimè suæ Reipublicæ consulturum Regem, & dominum nostrum, si aliqua lege, siue religione, & sapientia digna, occurrerit huic pesti tam diræ in animas diuitum, & pauperum patrimoniola sæuienti: qua lata, & à viris integris executioni mandata leuaretur ecclesiastica potestas necessitate occurrendi ei, ne grassaretur inter laicos, & laici laica potestate acrius ab hoc vitio arcerentur. A quo, & omnibus alijs vtinam diuina ope adeo abhorreamus omnes tam laici, quàm clerici, vt exemplo diuorum Cornelij & Cypriani (quibus hic dies sacer est) malimus decies mortem corporum oppetere temporariam, quàm cuipiam illorum vel consentiendo animorum commereri æternam, Amen.

82 Admonemus autem Lectorem lites prędictas ad rescindendas venditiones, vel emptiones ob iniustitiam, quę insurgit ex eo, quòd ille sint factę pluris, vel minoris, quàm valent citra dimidium iusti pretij, non esse leuiter mouendas, vt post hanc relectionem editam admonuimus in Manuali nostro Confessar. [e] Tum quia non solùm oportet probare rem emptam, vel aliàs cõmutatam tempore contractus tanto pluris, aut minoris valuisse in illa regione, iuxta communem æstimationem, sed etiam tãtò pluris, aut minoris valuisse in illo loco, & tempore, & modo vendendi quando, vbi & quomodo, vẽdita fuit. Et quòd etiam emptor, qui prętenderet rem non esse emptam pretio minore iusto probare poterit anno illo, tempore, & loco homines laborasse caritate annonæ, bello, vel peste, aut alia simili calamitate: ob quæ fuit tunc abundantia vẽdentium res venales eiusdem qualitatis, cuius erat res empta, & penuria pecuniarum, & emptorum, ob quòd venditores rogabant emptores, qui ægrè emebant. Quo probato probaretur rem emptam multo minoris valuisse, quàm alio tempore, vel loco, vt tradimus ibidem. [f] Tum quia etiam venditor, qui prætenderet rem non esse venditam pretio maiore iusto posset probare prædicta contrario modo se habuisse, & ideò non sunt facile consulendę huiusmodi lites. Tum quia sunt periculosæ. Tum quia nemo facile condemnare debet in iudicio, vel extra, eos contra quos intenduntur, præsertim si damnum passus sciebat se illud pati, & erat talis persona, quæ illam, vel eius partem donare poterat, & sponte absque vi, metu, & graui necessitate id passus est: eo quod potest iudicari voluisse illud damnum donare, secundum Petrum ab Ancharano, [g] argument. l. *quisquis*. [h] adiuncta l. *quod quis sciens*. [i] quem post Salicetum, [k] defendimus supra. [l]

a *2.2. q. 29. a. 2. ad 3.*
b *Ioann. 14.*
c *Matth. 10.*
d *Eod. notab. coroll. 3.*
e *In d. Extrauag. ad reprimendã. ver. denunciationem.*
f *In c. cum sit. nu. 16. de for. comp.*
g *In c. fi. de sepul.*
h *In d. c. cum sit. de for. compet. num. 16.*
i *De potest. eccl. super laicis casu 30.*
k *In c. si secundi. 12. quæst. 2. Leg. ita vulneratus ff. ad l. Aqu. ea. vt fame. de sen. excom.*
l *Ca. firmiſti mè. 15. qua. 1.*
m *C. de rescindenda vend.*
n *In coroll. 11. huius notab.*
a *In 1. oppositione.*
b *Eod. nota. num. 18.*
c *C. de resci. vend.*
d *§. quid si tãtum in 2. parte. nu. 71. & consequent. ff. de libr. & posthu.*
e *Cap. 23. nu. 85.*
f *Dict. capite 23 num. 78.*
g *In cap. peccatum. de regul. iur. lib. 6. nu. 22. arg. l.*
h *Cod. de rescind. vendit.*
i *ff. de condition. indeb.*
k *In auth. sed hæc. C. de usuris. q. 21.*
l *Eod. notabili nu. 61.*

RELECTIO NON MODO TENEBROSI, SED ET TENEBRICOSI.

CAP. ACCEPTA. DE RESTIT. SPOLIAT.

compoſita, & pronunciata, anno 1547. coram frequentiſſimo, eruditiſſimo, ac longè illuſtri auditorio, in inclyta Luſitaniæ Conimbricenſi Academia.

PRAEFATIO ET PROPOSITIO DICENDORVM.

LIceat mihi, Rector integerrime, Patres Conſcripti, & viri cuiuſque ordinis ornatiſſimi, primùm gratias agere Præſuli noſtro Reuerendiſſimo, eidemque Comiti longè illuſtri, ac viro muſis, & gratijs, præſertim eccleſiaſtæ Illuſtriſſimo: quòd ſua præſentia ampliſſima hanc ſui cantoris relectionem obſcuram alioqui, & humilem illuſtrare dignatur & ſublimare. Liceat item præfari, quod multa me ab actione hac publica retrahebant. Quorum de numero eſt famæ, ac gloriæ [a] periculum, ſine vlla ſpe augmenti earum. Laſſa iam ætas actiones eiuſmodi ægrè ferens. Timor æſtuariæ Fortunæ, [b] ne quæ mihi in ſexcentis, quæ de me ſpectaculis exhibui, tum in Hiſpanijs, tum in Gallijs tempore, & ætate varijs, arriſit: nunc iure, ac more ſuo irrideat. Opinio item nonnullorum iudicantium, me debere iam alijs, quod aiunt lampada tradere. [c] Plura verò eademque firmiora in contrariam me flexerunt ſententiam: nempe, quod Dominus apud Matthæum [d] admonet, ſolùm eum coronandum, qui in finem vſque perſeuerauerit, & quod illa Illuſtris Ezechielis [e] animalia pennata minimè reuertebantur. & quod Alexander huius nominis tertius reſpondiſſe traditur [f] epiſcopo Londonienſi: *Curas & labores paſtorales deponere ob ſenectutem percupienti, indecens eſſe, prius ſoluere militiæ vinculum, quam cedat victori aduerſitas præliorum.* Nam & ſæcularibus litteris Mandrabuli [g] nomine ridetur is, in quo non reſpondent vltima primis. Et eſt peior ſe puero ſenex, [h] nec curat, vt ei tandem cygnea cantio [i] contingat. Sed & auctore philoſophorum Peripateticorum principe: [k] *Magnanimi eſt pluris facere virtutem, quàm famam & gloriam.* Quin & fortiter fugere debemus, ne ſenes ſimus [l] exemplum ignauiæ, ac ſomnolentiæ, qui fauore diuino iuuenes fuimus quale quale ſtrenuitatis ac vigilantiæ. Nec fungenti munere ſuo in re longè pulcherrima, academiæ, præſertim florentiſſimæ legibus ad id adacto, [m] timenda eſt Fortuna, quam conſtanter credimus non eſſe, vt fabulantur, Deam cæcam, ſed tuam [n] iſtam, ſapientiſſime Deus, diuinâ prouidentiam, occultis de cauſsis humana verſantem. Neque minus putamus euentus eius quamlibet varios, & aduerſos etiam hos, quibus fama & gloria, immo & ipſa vita priuamur, nobis profuturos, modo ex animo diligamus te, [o] Opti. Maxim. trinum & vnum. [p] Quem etiam, atque etiam oro, vt propter temetipſum precibus illius longè glorioſæ Virginis Mariæ, ac glorioſorum Apoſtolorum tuorum Petri, & Pauli, quibus hic dies ſacer eſt, in adiutorium meum intendas, [q] idque feſtines Domine facere. Amen.

Iterum ergo ex academiæ inſtituto prælecturus vnum aliquod ex capitulis, quæ ſuperiore anno interpretabamur, elegi hoc non minus vtile quam difficile: cuius initium eſt, ACCEPTA. [r] Ac primùm omnium omnia, quæ dicam non ſolùm Romanæ, quæ vna eſt omnium magiſtra, Eccleſiæ cenſuræ: ſed etiam veſtræ, domini & patres grauiſſimi emunctiſsimæ limæ ſubiicio, nihil aliud ipſe probaturus, quàm quod vos cum illa probaueritis. Principio igitur diuiſa littera, fictóque caſu totius repetitionis, λογόμαχίαι ſcopum, & ἀνακεφαλαιῶσιν, inſinuabimus. Deinde adducemus eius confirmationes, infirmas à infirmis ſegregando.

a Quæ ſunt magni pretij, vt monſtra mo. in repet. c. Inter verba 17. q. 3.
b Iuxta illud Fortunæ ſtuaria, Fortuna Euripus cbilia. 7. centu. 6.
c Chiliad. 1. centur. 2.
d Matthæi. 20 & 24 & ca. miranda, depœn. d. 2.
e Ezechiel. 1, & 10 pen. nata & c. non reuerebantur. de pœn. d. 2.
f Cap. 1. de renunciatio.
g Chiliad. 1. centu. 2.
h Gloſſ. capit. multi. de pœnit. d. 2.
i Chiliad. 1. centu. 2.
k Ethico. 2. quem ſequitur Thom. 2. ſec. q. 129. 4. art. 1 in fine. & nos tradimus in repet. ca. Inter verba. nu. 122.
l Quod teſtatus fuit verbo & facto Eleazarus Machabæorum c. 6. m Argu. l. rem legatam ff. de adim. legat.
n Iuxta declarationem Thom. 3. libr. contra gent. c. 92. & c. 93.
o Iuxta illud Apoſt. ad Roma. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.
p Capit Firmiter de ſum. Trini.
q Alludit ad illa, quæ de hoc ver. late dixit in Enarr. de Orat. ſuper repet. cap. quando, de conſecrat. d. 1. capite. 9.
r De reſtitu. ſpoliat.

Tertio decem difficiles oppoſitiones ſingulas ſingulatim, quo fuerint ordine propoſitæ diſſoluemus. ad gloriam tuam præſentiſsimè Deus, qui linguas etiam infantium ſoles interdum efficere diſertas.

Diuiſio & caſus.

CApitulum hoc duas partes habet. Prior conſulit, poſterior ibi: MANDAMVS, reſpondet. Caſus, ſuper quo facta fuit, is erat. Quidam clericus P. nomine conqueſtus fuit Alexandro huius nominis tertio, ſe ſua Eccleſia violenter fuiſſe ſpoliatum. Ille mandauit quibuſdam iudicibus, vt ſi id eis conſtaret vt illam ei reſtituerent. Quo cognito, reſponſum fuit ei ab aduerſario, id ei non debere prodeſſe, eo quod ſponte abiuraſſet eandem coram Eboracenſi Archiepiſcopo Apoſtolicæ Sedis Legato. Iudices dubitarunt, audienda ne eſſet hæc obiectio ante reſtitutionem? Nec abs re: quoniam pro ſpoliato ſcriptum erat, ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum: contrà verò ipſum legabatur cedenti ſuo iuri, non eſſe ad id regreſſum. Quamobrem eumdem Alexandrum conſuluerunt, qui reſpondit audiendam fuiſſe illam obiectionem, & adeo quidem, vt ea probata, conquerenti ſilentium imponi debuiſſet. Littera ſic habet.

Accepta quæſtione P. clerici, quod violenter fuerat Eccleſia ſpoliatus, vobis dedimus in mandatis, vt ſi hoc conſtaret, eam ſibi reſtitui faceretis. Quo cognito, reſponſum eſt ab aduerſario, id non debere proficere, eo quòd ſpontanea voluntate coram Eboracenſi Archiepiſcopo, Apoſtolicæ Sedis Legato præſcriptam Eccleſiam abiuraſſet, & infra, *Mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit, quod præfatus P. nullo metu, vel vi coactus: ſed ſpontanea prælibatam Eccleſiam taliter abiurauerit, ei ſuper hoc perpetuum ſilentium imponatis.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionem petenti obſtat ſpontanea abiuratio.*
2 *Suum cuique pulchrum.*
3 *Oratio clamoſior aptiori vbi præſtet.*
4 *Exceptio renunciationis etiam ſpontaneæ non impedit reſtitutionem.*
5 *Exceptio peremptoria proponi poteſt poſt probationem intentionis actoris niſi, &c.*
6 *Summa communis præſtat Panormitanæ.*
7 *Nouitas multa commendat, non tamen ſcripta.*

1 B IN hac caſus fictione, quæ communis eſt, colligit Ioannes Andreas, quem Baldus, Antonius, Petrus, ab Ancharano, Cardinalis & Ioannes Imolenſis ſequuntur, petenti reſtitutionem Eccleſiæ, obſtare exceptionem ſpontaneæ abiurationis, &c. At Panormitanus quem ſequitur Petrus Rauennas aliud colligit, ſcilicet, petentem reſtitutionem beneficij non audiri, etiam ſi ſpoliationem probet, ſi probatur illud beneficium prius reſignaſſe.

a Chiliad. 1. centu. 1.

2 Et Panormitanus eò fortè, quod iuxta prouerbium. [a] *Suum cuique pulchrum*, laudat hanc ſuam ſummam, quod pinguior ſit communi. Qui licet non aperiat, qua parte ſit pinguior, verum tamen eſt, quod ait. Primò, quod pinguiore, ac craſsiore Minerua compoſita ſit: & quod plurium verborum non adeo eleganti ſtructura luxuriet, quo tamen nomine nulli erudito fuerit laudabilior.

3 Quia, licet auditorio rudi ac craſſo eo magis interdum dum arrideat oratio, quo fuſior eſt, & clamoſior, etiam ſi fortè ſit, vt Maro ait: *Sine mente ſonus*, quod in iudicandis prælectionibus, quæ ad cathedras & gradus aliquos nanciſcendos fiunt, frequentiſsimum videmus: theatro tamen C eruditorum, cæteris paribus eo placidior eſt, quo aptior, & ſalua perſpicuitate neceſſaria, eſt breuior. Quo nomine Salluſtius præcipuus Hiſtoriographorum habetur multis, in quibus videtur eſſe noſter Gratianus, qui ſingulariter id ſenſit. [a] Pinguior eſt item ſumma Panormitani qua parte comprehendit exceptionem renunciationis non iuratæ: at hac parte non congruit verbis textus qui tantùm agit de abiuratione, & ita de ſola exceptione renunciationis iuratæ.

a In §. 1. 14. diſtin.

4 Sed neque eius decidendi rationi, immo neque veritati, vt in ſolutione ſeptimæ oppoſitionis monſtrabimus: tam longè abeſt vt debuerit illico à principio, pro ſcopo quodam & ἀνακεφαλαίωσει proponi. Pinguior item videtur, quatenus aperit, hanc exceptionem opponi poſſe, etiam poſt probatum ſpolium. at etiam hoc nomine parum laudis habet, tum quia id non colligitur efficaciter ex textu, quoniam verba illa: *Quo cognito*, vnde id excerpendum erat, planius referuntur ad commiſsionis & mandati Papæ notitiam, quam ad ſpolij probationem, vt palam eſt: tum, quia hoc lippis, & tonſoribus patet, attento iure communi * ſecundum quod exceptio peremptoria æquè proponi poteſt poſt intentionem actoris propoſitam, & probatam, ac poſt propoſitam tantùm. iuxta cap. *de teſtibus.* cum gloſſa fin. recepta. [b] adeo quod gloſſ. memorabilis Clem. *ſæpe.* [c] diceret, fatuum eſſe prius exceptionem peremptoriam proponere: quàm actor probet ſuam intentionem.

b De reſti. c §. & quia verbo, partes. de verbo. ſignifi.

* Secundum quod exceptio peremptoria. *Exceptio inquit Vlpianus eſt dicta quaſi quædam excluſio, quæ interponi actioni cuiuſque rei ſoleat, ad excludendum id quod in intentionem condemnationem ve deductum eſt. Exceptiones autem peremptoriæ ſunt, quæ decidunt & perimunt ſeu tollunt omnino intentionem agentis, quales exceptiones iurisiurandi, doli mali, metus; erroris. Et generaliter ſi obtici poteſt intentionem vel actionem agentis, eſſe contra leges & ſenatuſconſulta, quod obiicitur erit peremptoria exceptio. Petrus Gregor. lib. 22. ſyntag. cap. 17.*

5 Tum, quia hæc ampliatio Panormitani parum eſt vtilis hodie, quia non eſt ei locus vbi, & quando iudex aliqua iuſta de cauſſa terminum ad id præfigit, quod poteſt, ſecundum eundem Panormitanum, Felinũ, Decium & communem, [d] quidquid Georgius, & alij ſentiant. [e] Nõ item,

d In cap. paſtoralis. de exceptio. c in d. §. & quia.

cum intentioni actoris directè est contraria, vt ipsemet Panormitanus annotauit hic. [a] Non item secundum iura particularia horum regnorum, vt patet. [b] Nec secundum iura regia Castellæ, [c] immo neque secundum vsum & consuetudinem, quæ fere vbique contrarium induxit. Ex quibus infertur primo communem summam præstare summæ Panormitani. Secundo licere demirari fortunam eius in nouandis ac mutandis antiquis. Quoniam, vt plurimum illæ nitidiores, breuiores, & contextui aptiores sunt, quàm summæ ipsius: à recentioribus tamen interpretibus posthabentur, & à typographis litteris rubeis donantur. Eo inquam magis demirari licet, quod quamuis, iuxta prouerbium *Pleraque commendet nouitas:* [d] in scriptis tamen antiquitas gratiam, nouitas inuidiam conciliare solet. Quod ægrè ferens Flaccus aiebat.

Indignor quidquam reprehendi: non quia crasse
Compositum, illepideue putetur: sed quia nuper.

Hactenus de proœmijs & prima nostræ actionis parte.

a *In 3. notab.*
b *Lib. 3. Ordinat. tit. 15. §. Et quando. & ead. & titul. 3º §. 1.*
c *Libr. 3. Ordinat. titu. 8. leg. 1.*
d *Chiliad. 3. Cent. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones multæ admittuntur contra petitorio agentem, quæ non contra possessorio.*
2 *Lex generalis restringitur quando.*
3 *Electo abiuranti suam electionem obstat abiuratio.*
4 *Argumentum à contrario multis modis solui.*
5 *Cedere cogitur, qui facultatem id faciendi petit.*
6 *Exceptio spontaneæ renunciationis, an obstet.*
7 *Rotæ auctoritas magna, sed non firma.*
8 *Spoliatur nemo, qui non possidet.*
9 *Restitutionem beneficij petens repellitur, obiecto defectu notorio proprietatis.*
10 *Abiurare ecclesiam quid.*

CONFIRMATIO DECVPLEX SVMMÆ PRINCIPALIS.

SEcundam expediturus partem, primum prætermitto tria priora notabilia Panormitani, tum quia contra eorum primum late cum communi tenuimus in cap. *in litteris*, [e] cuius ibi propria sedes est. tum, quia secundum, & tertium parum ad hoc cap. pertinent. Deinde considero multa in multis locis citari pro conclusione communi summaria, quam ipse quoque Panormitanus colligit, [f] scilicet: *Petenti restitutionem Ecclesiæ, obstare exceptionem spontaneæ abiurationis*, quorum tamen pauca sunt satis firma. Et omnium quidem firmissimum est hoc cap. quatenus habet, hunc P. petiisse restitutionem Ecclesiæ, qua se aiebat spoliatum & disponit negandam ei fuisse illam, si aduersarius probaret, eum illam sponte abiurasse.

1 Secundo ad hoc allegatur ca. *super hoc.* de renunciatio. quatenus habet, ei, qui beneficium reposcit obstare exceptionem spontaneæ abiurationis. Sed hoc facile dilui posset respondendo, illud cap. agere de reposcente beneficium quoad proprietatem, secundum glossam 3. [g] non autem ad nostram conclusionem de reposcente quoad possessionem, & ideo non inferri efficaciter ex illo, quia multæ exceptiones opponi possunt contra agentem super proprietate; quæ non admittuntur contra gentem super spolio. [h]

2 Et licet replicari possit, illud cap. generaliter agere de reposcente beneficium, quod non minus comprehendit agentem super possessorio, quam super proprietate, & multi, vt ibi aiunt Innocentius & Panormitanus illam decretalem intellexerunt in agente super possessorio: hęc tamen replicatio non est insolubilis: tum, quia frequentissimè legem generaliter loquentem restringimus, ne procedat in aliquot speciebus ipsius, in quibus non est eadem ratio, vt latius hoc anno diximus, [i] post Cardinalem & Panormitanum ibi declarando glossam illam celebrem cap. *vt circa.* [k] & constat non esse eamdem rationem admittendi exceptionem contra agentem possessorio, ac contra agentem petitorio, per prædicta.

* Tertio ad hoc ipsum allegatur cap. *ad aures.* [l] quatenus probat, ei, qui etiam ad populi clamorem renunciauit electioni suæ, ac iurauit, se non fore Prælatum illius Ecclesiæ, ad quam electus erat, obstare illam abiurationem, ne illi præficiatur. Sed & hoc dilui potest primò, si respondeatur, illud quoque de agente petitorio agere; quoniam qui solum electus est, non potest agere possessorio: quippe qui neque habet ius in re, iuxta decis. penul. Rotæ, [a] neque potest capere possessionem ante confirmationem, iuxta cap. *auaritiæ.* [b] Dilui potest etiam respondendo, illud cap. non dicere hoc in sensu directo. quamuis iuxta glossam fin. eius innuat à contrario, quatenus habet, eum, qui renunciauit electioni suæ præfici posse, nisi iuramento, vel fide præstita eam abiuraverit.

e *Inf. eodem.*
f *In 4. nota.*
g *Eiusdē ca.*
h *Cap. 2. & fi. de ord. cogni. & c. in litteris. infr. eod.*
i *In penult. gloss. capit. ad nostram. 3. de iureiur.*
k *De electio. l. 6. verbo aliorum.*
l *De his quæ vi.*

a *In nouis. quæ in rubricatis est sexta de electione. alias 192.*
b *De electio. lib. 6.*

4 Et constat argumentum à contrario sensu multis modis tolli. sicut pridem diximus cum glossa cap. *significasti.* [c] quorum vnus est, respondendo contrarium eius, ad quod inducitur, esse in iure expressum, [d] quod in nostro proposito contingit.

Quarto facit cap. *ad audientiam.* [e] quod habet, ei, qui grauissimo regis metu iurauit renunciare Ecclesiam suam, & renunciauit: non obstare illam abiurationem, quominus petere posset, eo, quod non iurauit, se non petiturum: sed se renunciaturum. & ita innuit, quod si iurasset, se non repetiturum, obstitisset ei. At hoc quoque argument. quod à contrario sensu desumitur, æquè ac proximum præcedens fundamentum tolli potest.

Quinto allegatur cap. *transmissa.* cum cap. *in præsentia.* [f] quæ probant, renunciationem simplicem, etiam non iuratam obstare renuncianti: ergo fortius obstabit iurata. Sed hoc fundamentum facile tollitur, quoniam illa duo capita loquuntur de repellendo eo, qui agebat petitorio, hoc verò de repellendo illo, qui, agebat possessorio, contra quem non admittuntur tot exceptiones: quot contra illum, vt prædictum est.

5 Sexto facit. cap. *quidam.* [g] qua parte habet, eum, qui petijt, & obtinuit licentiam cedendi; cogendum esse ad cedendum: ergo à fortiori is, qui iam cessit, cogendus est in cessione iam facta perdurare. Sed neque hoc argumentum quidquam concludit: quoniam is, qui obtinuit licentiam cedendi, non cogitur cedere negando restitutionem, si spoliaretur & ita neque concludit, eum qui cessit per denegationem restitutionis cogendum esse stare illi cessioni, sed alio modo, quod nemo negat.

6 Septimo facit decisio illius omnium totius orbis Christiani prætorij celebertimi Rotæ, [h] quæ incipit: *Nota quod, existenti, &c.* & habet agenti de spolio obiici posse renunciationem spontaneam, in quod inducit hoc cap. nostrum, & dictum Innocentij, [i] quod extendit decisionem 62. [k] per hoc cap. & dictum eiusdem Innocentij, [l] ad exceptionem renunciationis causa permutationis factæ. Quibus addit, [m] id procedere etiam in renunciatione solum in manibus superioris facta, sine alia illius admissione. Cui consentit decisio 2. Gulielmi Cassador, [n] & 3. Bernardi Visneti in antiquioribus, quod autem neque firmum esse neque verum in 7. oppositione monstrabitur. Ad idem facit decisio Rotæ, [o] quatenus habet, agenti de spolio obstare pactum & iuramentum de non petendo restitutionem, pro quo est glossa singularis. [p] Quod ampliat decisio Rotæ, [q] procedere in eo, qui post spolium renunciauit petitioni restitutionis cum iuramento.

c *De foro competen.*
d *Cap. à nobis 2. de sent. excommunic.*
e *Eiusdem ti. de his, quæ vi met.*
f *De renunciat.*
g *De renunciatione.*
h *210. in antiquis, quæ in nouæ rubricatis est 6. de renunt.*
i *In glos. 2. c. cum super. de causa possess.*
k *Quæ in nouæ rubricatis est 2. de rer. permut.*
l *In ca. super hoc de renunciat.*
m *352. quæ in nouæ rubric. est 4. de renunciatio. in nou. Si opponatur.*
n *In titul. de renunciati.*
o *401. in nouis, quæ in nouæ rubric. est 13. de restitu. spoliatorum.*
p *In capit. ex insinuatione. de procurato.*
q *428. Nota quod si spoliatus, quæ in nouæ rubricatis est 11. in antiq.*
r *In cap. duobus. de referr. lib. 6. col. 5.*
s *In cap. 2. de reform. col. pen. ult.*
t *§. deiicitur ff. de vi. & vi armat.*
v *Infr. eod.*
x *In cap. super hoc de renunciat. n. 5*
y *§. differentiæ. ff. de adquir. poss.*

7 At hoc fundamentum, quod soli auctoritati illius prætorij nititur, facile tollitur, respondendo, eius auctoritatem magnam quidem esse ac maiorem, quàm aliorum doctorum, cæteris paribus, non tamen necessariam: secundum Dominicum, [r] probatum à Felino, [s] quod communiter ibi, & vbique receptum est,

8 Octauo facit quod is, qui non priuatur possessione non potest agere de spolio, * licet priuetur detentatione, vt habet l. 1. [t] Et traditur per omnes in cap. *cum venissent.* [v] at qui post renunciationem expellitur à beneficio, non spoliatur possessione, licet fortè priuetur detentatione. quia per renunciationem beneficij in manibus superioris factam perditur proprietas, & possessio beneficij secundum Innocentium, [x] communiter receptum: argumento. l. *si quis vi.* [y] Sed & hoc fundamentum diluitur negando, perdi semper possessionem per renunciationem proprietatis etiam in superioris manibus factam, & ab eo admissam. vt in solutione septimę oppositionis nouę apparebit.

* Licet priuetur de tentatione. *Detentatio est insistentia corporalis non dominij caussa, sed ratione alterius effectus vel iuris, quod ei debetur.*

a *Cap. quoniam, & cap. constitutus de filiis presbiterorum.*
b *Decis. 14. in nouis quæ in nouæ rubrica est 2. De rest. spoliator.*
c *De iureiur. ca. si aliquid. 1. & cap. si aliquid. ij. 22. quæst. 4.*
e *Ca. cū contingat. de iureiur. & cap. quamuis de pactis lib. 6.*
e *De renunciatio.*
f *In 2. notab. & in cap. super hoc col. 3. eodem tit.*
g *huius ca.*
h *De insti.*

9 Nono facit, quod defectus notorius proprietatis repellit quem à petitione restitutionis beneficij, [a] quæ communis opinio est recepta per Rotam, [b] & per alios sæpe: & renunciatio inducit defectum notorium proprietatis, vt Panormitanus hic & in cap. præcedenti aiebat, sed neque hoc satis est firmum. quoniam non omnes renunciationes: immo neque maior pars earum inducunt defectum notorium proprietatis, vt in primæ, & septimæ oppositionis solutione monstrabitur.

10 Decimo ergo & postremo fundo eam illa noua, ac insolubili ratione, quod omne iuramentum promissorium, quod sine interitu salutis æternæ seruari potest est seruandum. iuxta, ca. *si vero.* [c] etiam de non petendo, & non contraueniendo actui per se facto, [d] & iuramentum de non repetendo Ecclesiam, etiam metu renunciatam est huiusmodi: ergo illud est seruandum, at abiurare ecclesiam, nihil aliud est, quàm renunciare illam, & iurare se non repetiturum eam, quod non obscurè significat hoc cap. & cap. *cum inter.* [e] vbi Ioannes Imolensis id adnotauit, [f] ergo hæc abiuratio seruanda est, ac per consecutionem petenti restitutionem Ecclesiæ obstat. Quæ est nostra conclusio, & scopus satis confirmatus præsidio primi & postremi fundamenti, reliquis ob suam infirmitatem dimissis. quod facere promisimus in hac secunda parte. Transeamus igitur ad tertiam.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio beneficij metu facta valet.*
2 *Iura non esse trahenda ad gratiam.*
3 *Renunciatio beneficij etiam facta in manibus priuati, nonnumquam tollit possessionem, licet non tollat proprietatem.*
4 *Renunciationes hodie paucæ inducunt notorium defectum proprietatis.*
5 *Renuncians proprietatem beneficij non renunciat semper eius possessionem. Et qua ratione videretur renunciare illam, eadem quoque videretur renunciare remedium illam recuperandi.*
6 *Interdicta licet sint personales actiones: tamen cum competunt ad beneficia causam proprietatis quodammodo habent annexam.*
7 *Renuncianti post spolium, & petenti restitutionem non opponitur renunciatio, sed pactum de non petendo restitutionem sic.*
8 *Spoliatus auctoritate superioris, quando non restituitur.*
9 *Exceptio omnis, & sola quæ respicit possessionem, admittitur contra petentem restitutionem.*
10 *Restitutionem petenti obijcitur pactum de non petendo, & iuramentum de non molestando.*
11 *Exceptio renunciationis etiam iuratæ non admittitur contra spoliatum, cùm malitiosè præsumitur proponi, donec restitutio fiat.*
12 *Malitia facilius præsumitur contra excipientem aduersus agentem possessorio, quàm petitorio.*
13 *Exceptio renunciationis, quæ præsumptione iuris, & de iure præsumitur coacta, non admittitur contra spoliatum.*
14 *Præsumitur aliquid præsumptione iuris, & de iure vsque ad certum tempus, & non post illud.*
15 *Sententiarum trium conformium executio, non impeditur per restitutionem in integrum, etiam Ecclesiæ, vel minoris.*

OPPOSITIO DECVPLEX CONTRA PRINCIPALEM SVMMAM.

IN hac tertia parte admouebimus decem oppositiones, totidem veluti arietes, & bombardas muris huius conclusionis, quibus concussa aut cadet, aut certè nutabit. Harum tres priores ex glossa 1. [g] decerpemus. quarum prima fundatur in cap. præcedenti, quod quasi ex diametro huic contradicit, quatenus habet, contra petentem restitutionem ecclesiæ, non admitti exceptionem renunciationis, etiam iuratæ. Secunda fundatur in cap. *cum venissent.* [h] In cuius casu non fuit admissa contra Archidiaconum quemdam eius abiuratio, qua dicebatur abiurasse quædam iura, in quorum possessione se defendi petebat, antequam in ea defendi iuberetur. Tertia fundatur in cap. *post electionem.* [a] In cuius casu, cuidam * agenti interdicto adipiscendæ ad nouam possessionem quærendam fuit obiecta renunciatio, & abiuratio: qui tamen non obstante illa, neque admissa illius probatione, inductus fuit in possessionem nouam: ergo fortiore ratione agens de recuperanda possessione, est ad antiquam restituendus, cum interdictum vnde vi maiora priuilegia habeat, quam interdictum adipiscendæ, vt cum glossa. capit. 1. supra eodem diximus.

a *De conces. præb.*

* Agenti interdicto adipiscendæ. *Interdictum quorum bonorum à prætore datur ei, qui bonorum possessionem agnouit apud iudicem, hoc est qui declarauit apud magistratum se talem esse, qui posset ac vellet amplecti hæreditatem defuncti, nondum tamen adeptus est corporalem rerū hæreditariarum possessionem aduersus hæredem vel possessorem hoc interdictum dicitur restitutorium siue adipiscendæ possessionis. Interdictum vnde vi locum habet cum quis possessionem soli per vim amisit, & datur directe contra deiectorem vel eum qui mandauit, ratum habuit, aut fraudulenter persuasit deiectionem illi, qui vide possessione ciuili vel naturali alicuius rei immobilis deiectus est, sine omni caussa, vt restituatur ei possessio de qua deiectus est, & omnia ablata. Vel sic Interdicti possessorij tria sunt membra quia aliud est adipiscendæ, aliud recuperandæ, tertium retinendæ, primum competit et quæ non fuit nactus possessionem, & illud est triplex quorum bonorum, quorum legatorum, & Saluianum Secundum recuperandæ scilicet possessionis, nimirum vnde vi, de possessione immobili, vt bonorum raptorum, spoliatore mobili, & quod vi aut clam, contra eum qui in solo alicuius ædificauit. Tertium pro retinenda possessione duplex est, scilicet vti possideris, & vtrubi. Hæc iurisconsulti, quæ his qui iura non didicerunt, aliquam huius loci notitiam afferent.*

b *De lis, quæ vi, met.*

Quarta extra glossam fundatur in cap. *ad aures.* [b] qua parte in sensu directo habet, ei, qui est electus ad aliquam Ecclesiam non obstare renunciationem iuris per electionem ei quæsiti, quo minus præficiatur illi.

1 Quinta fundatur in eo, quod hæc conclusio innuit, aliud esse dicendum de renunciatione meticulosa, & aliud de spontanea. At eadem omnino ratio militare videtur in vtraque: quia vtraque valet ipso iure, & per vtramque perditur titulus, & verè vacat beneficium, secundum communem opinionem, quam tenet Rota. [c] Licet contrarium ei tribuat Petrus Rebuffus, [d] dum more suo plus animum intendit ad cumulandum, & tangendum, quàm ad perpendendum, ac digerendum. Quod ipsum ante Rotam tenuit glossa singularis, [e] quam sequitur Panormitanus cum communi ibi, & idem Panormitanus in cap. præcedenti. [f] Immo. in cap. *ad aures.* [g] vbi eam dixit singularem Rauennas, & ante omnes id affirmauit Innocentius, [h] pro quo putatur esse textus singularis per locum ab speciali. [i] Cum igitur eadem ratio militet in renunciatione metu facta, quæ in sponte, consequens erit, aut exceptionem renunciationis spontaneæ, non obstaturam petenti restitutionem, aut obstaturam etiam exceptionem renunciationis metu factæ: cuius contrarium innuit cap. hoc, & conclusio eius summaria.

c *In nouis 374. quæ in nou. rubricatis est 5. de renunciat.*
d *In libell. de pacificis poss.*
e *Cap. super hoc de renūciatio.*
f *Col. penult. & in fine ca. 2. de his, quæ.*
g *Eod. titul.*
h *In capit. ad audientiam. de his quæ vi.*
i *In clem. 2. §. sane. de pœnis.*

Sexta fundatur in supradicto cap. *ad aures.* [k] qua parte à contrario sensu probat, ei qui electus est ad aliquam Ecclesiam, obstare renunciationem iuris per electionem quæsiti iuratam, etiam si metu sit facta, cuius contrarium innuit hoc cap. & conclusio ex eo collecta & confirmatur ea conclusione ab omnibus recepta, nempe, iuramentum quamlibet iusto metu factum ligare, per cap. *si verò,* & capit. *verum.* [l] quod late ibi anno præsenti confirmauimus.

k *De his quæ vi.*
l *De iureiur.*
m *Capit. ex transmissa. & cap. in præsentia de renunciat.*
n *210. in antiquis, quæ est in nouæ rubr. 6. de renunciation.*

Septima, quod exceptio renunciationis etiam iniuratæ admittitur contra agentem, [m] etiam contra agentem super spolio. secundum Rotam, [n] cuius contrarium nostra conclusio significat à contrario sensu, quatenus de iurata loquitur.

Octaua, quod qui consequitur secundum beneficium incompatibile, non solum videtur perdere prius, per ca. *de multa,* [o] sed etiam illi renunciare, per Clemen. *gratie.* [p] attamen ei agenti de spolio prioris, etiam facto post

o *De præbēd.*
p *De rescrip.*

adeptionē ſecundi non obſtat exceptio huiuſmodi renunciationis, per cap. *licet. 2.* [a] etiam ſi iuraſſet retinere ſecundum, iuxta mentem omnium, licet nemo id exprimat; at is cum iuramento videtur renunciaſſe.

Nona, quod contra agentem de ſpolio non admittitur regulariter exceptio defectus proprietatis. [b] Facit l. *ſi de vi.* [c] etiam in materia beneficiali, [d] etiam ſi probatio ex continenti offeratur, vt late diximus ſuper gloſſam ſingularem cap. 1. [e] at exceptio renunciationis, nulla ratione alia videtur admitti, quam quia concludit defectum proprietatis: ergo non poterit illa opponi contra agentem ſuper ſpolio. Confirmatur hoc ex eo, quod nulla ratio reddi poſſe videtur, quare defectus proprietatis contingens per renunciationem opponi poſſet, potius quam defectus proprietatis alia de cauſſa contingens. Cùm igitur defectus proprietatis contingens alia de cauſſa, non poſsit opponi talem reſtitutionem petenti, conſequens erit, neque contra contingentem ex renunciatione opponi poſſe.

Decima, quod ſi vlla ratio efficax dari poteſt quare contra agentem de ſpolio admittatur exceptio renunciationis, maximè illa eſſet, quod per eam concluditur defectus proprietatis notorius, vt Panormitanus hic, [f] aiebat: at hoc duplici nomine refellitur. Alterum eſt, quod multæ ſunt renunciationes, quæ neque ſunt notoriæ, neque talem defectum notorium inducunt, vt poſtea probabo. Alterum, quod falſum videtur, defectum notorium proprietatis repellere agentem ſuper ſpolio: tum, quia ius commune, quod eſt contra ipſum non repellit, [g] tum, quia in cap. *porro.* [h] videtur probari, petenti reſtitutionem mariti non obſtare conſanguinitatem, quæ inter eos eſſet notoria: per quam tamen notoriè concludi videtur, mulieri deeſſe ius in proprietate. Hactenus de oppoſitionum propoſitione.

OPPOSITIONIS PRIMÆ DECEM SOLVTIONES.

NVnc tua, Deus Optim. Maxim. ope, oſtendemus hanc noſtram concluſionem his decem oppoſitionibus, quaſi totidem duris machinis concuſſam, inſtar cautis Marpeſiæ medijs in fluctibus ſtatis, tremere quidem videri poſſe, non tamen loco moueri. Primam igitur oppoſitionem, eamdemque cùm primis grandem, quæ iuſtam concordiam inter hoc cap. & præcedens petit, noua data tollemus, ſi primum oſtenderimus, nullam, quæ iuſta ſit, hactenus vmquam fuiſſe datam, quod vt faciamus incipiamus à prima, quam dedit gloſſa 1. huius cap. [i] & gloſſa cap. *ad aures*, [k] ſcilicet, quod cap. præcedens continet diſpenſationem: hoc verò, & concluſio noſtra iuſtitiam.

2 Quæ tamen reſponſio communiter reprobatur hic, & per Panormitanum, [l] & meritò: tum quia fugiendi ſunt intellectus deducentes iura contra ſuam naturam ad gratiam, ſecundum Ioannem Andream receptum, [m] iuxta gloſſam quæ multis putatur ſingularis, [n] quæ tamen ſimilem habet in cap. *ex tua.* [o] & cap. *exhibita.* [p] pro quibus textus in cap. *ex multa.* [q] tum quia illud ca. ita intellectum. ſuperuacaneum eſſet contra proœmium huius libri: tum quia ex nullo illius contextus verbo colligi poteſt, illud continere gratiam. Secundam ergo concordiam poſuit gloſſa 2. [r] ſcilicet quòd hoc, & noſtra concluſio intelligantur de exceptione renunciationis ſponte factæ, quæ obſtat petenti reſtitutionem: illud verò de coactè, quæ nō obſtat. Cui tamen ſolutioni repugnant contextus illius, qui expreſsè habet, in caſu illius, obiectam fuiſſe renunciationem ſpontaneam, ſicut & in huius: ad quam tamen probandam non fuit ibi admiſſus, hic autem ſic, quod palam colligitur ex verbis illius capituli, ſcilicet: *Teſtes alterius partis de iuramento, & renunciatione ſponte facta, antequam reſtitutus fuerit, non admittas.*

Tertia concordia etiam ponitur ab eadem gloſſa illius capit. ſcilicet, hoc intelligendum eſſe de renunciatione facta in manibus ſuperioris: illud verò de facta in manibus alterius, quam concordiam tandem tenet Panormitanus ibidem. [s] Contra quam tamen facit primo, quòd ipſemet eam reprobauit ibidem paulo ante. [t] Secundo quod nullatenus congruit illi capitulo, cuius nullo verbo directè, aut indirectè, ſignificatur renunciationem, de qua illud loquitur: fuiſſe factam coram alio, quàm coram ſuperiore. Tertio, quod nouus cap. deciſio non fundatur in eo, quod renunciatio eſſet facta coram ſuperiore, licèt narrando caſum incidenter de illo meminerit. Ex verbis narratiuis legiſlatoris non deſumitur argumentum ſecundum gloſſam ſingularem, [a] niſi in eis fundetur deciſio legis, ſecundum Ioannem Imolenſem. [b]

3 Quarto, quod ſi hæc concordia iuſta eſſet, inepta foret vtraque ratio decidendi huius cap. reddita per ipſummet Panormitanum. [c] Altera enim illarum eſt, quod ideo hic exceptio renunciationis contra agentem de ſpolio admittitur, quia per renunciationem perditur poſſeſsio. at tam per renunciationem in manibus ſuperioris, quàm in manibus alterius factam perditur illa, ſecundum Innocentium, [d] receptum communiter per Antonium & alios vtrobique, & per Panormitanum, [e] per Bernardum Biſnetum, [f] & Gulielmum Caſſador, [g] ergo vel illa ratio decidendi eſt inepta, vel nihil refert quoad hoc, an renunciatio fiat in ſuperioris, vel alterius manibus, quod late probabimus in 7. oppoſitionis ſolutione. Quod autem altera ratio decidendi Panormitani eſſet inepta, ſi hæc concordia foret iuſta, ex eo patet, quod ſecundum illam, ideo petentem reſtitutionem repellit exceptio renunciationis, quia renunciatio inducit notorium defectum proprietatis: at dari poteſt renunciatio facta coram ſuperiore, quæ tamen non ſit notoria, vt palam eſt,

4 Quoniam licet teneamus facta in iudicio haberi pro notoriis, iuxta cap. fin. [h] & cap. *cum olim.* cum eis annotatis, [i] renunciatio tamen poteſt fieri, immo vt plurimum fit coram ſuperioribus extraiudicialiter, & diebus nonnumquam feriatis, & rara eſt, quæ Romæ, vel alibi fiat in iudicio. Quinto facit, quia ſecundum hanc concordiam ratio in illo capitulo expreſſa, ſcilicet quod non eſt veriſimile, quod ſponte iuri ſuo renunciauerit, qui renunciauit ſpoliatus, non congruit deciſioni eiuſdem. Sexto, quod ſecundum hanc concordiam non referret, an quis renunciaſſet poſt, vel ante ſpolium, ſed ſolum an in manibus ſuperioris, vel alterius, quod tamen contra tenorem illius cap. eſt,

Quartam concordiam etiam ea gloſſa poſuit, ſcilicet quod ibi tantùm poſſeſſorio agebatur: hic verò petitorio: ſed hæc reſponſio præterquàm quod diuinat, nimium reſtringit hoc cap. & reddidit inutile. Quoniam notiſsimum erat, per capit. *ſuper hoc* [k] & alia multa iura contra agentem petitorio, poſſe opponi exceptionem renunciationis.

Quintam, in quam communis inclinat, poſuit etiam eadem gloſſa, ſcilicet quòd hoc cap. loquitur de renunciatio ne facta ante ſpolium: illud verò de facta poſt illud, cuius diuerſitatis rationem ait, illam eſſe quod per factam poſt ſpolium ſola proprietas perditur, quia illi ſoli renunciaſſe videtur renuncians, cum ſolam illam haberet: per factam verò ante ſpolium, proprietas, & poſſeſsio amittitur, quia vtramque habebat ipſe, qui renunciabat. Quæ quidem ratio belle confirmatur per illam quotidianam deciſionem Lapi, qui [l] dixit capitulo præcedenti non eſſe locum in eo, qui poſt ſpoliationem quidem renunciauit: ſed ante illam dedit mandatum ad renunciandum. Quòniam is animum videtur habuiſſe renunciandi tam proprietatem, quàm poſſeſsionem. Quandoquidem vtrumque habebat tempore, quo dedit mandatum ad renunciandum.

5 Contra tamen hanc rationem diuerſitatis facit primo, quod falſum eſt, renunciantem beneficium eo ipſo priuari eius poſſeſsione, vt infra, [m] monſtrabimus. Secundo, quod ſi quis renunciat proprietatem beneficij, videtur renunciare etiam poſſeſsionem, vt ipſi aiunt: eo, quod hæc, ſine illa eſſe nequit, argument. cap. *ſi quis obiecerit.* [n] fortiore ratione videbitur renunciare remedium recuperandi poſſeſsionem, cùm nullus debeat reſtitui ad beneficium, antequam monſtret titulum, ſaltem coloratum. ſecundum gloſſam illam vnicam, & communiter receptam, [o] & ea, quæ late adduximus in cap. *in litteris.* [p] Neque obſtat id, quod in cap. præcedenti dixit Imolenſis poſt Innocentium, [q] ſcilicet interdictum eſſe actionem perſonalem, quamuis in rem ſcriptam. [r]

6 Quoniam

[a] *De præſcrīpt.*
[b] *Leg. 1. §. qui via me. ff. de vi & vi arm.*
[c] *ff. de iudic. l. ſiquis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi.*
[d] *Cap. in literis infrà eod.*
[e] *Supr. eod.*
[f] *In 4. notab.*
[g] *Cap. licet. 2. de præbēd. lib. 6.*
[h] *De diuor.*
[i] *Sub fin.*
[k] *De his, quæ vi.*
[l] *In capit. præcedenti n. 8.*
[m] *In capi. ex parte. ſub finem de teſti.*
[n] *In cap. conſultationi. de tēpor. ordin.*
[o] *De fil. preſbyt.*
[p] *De homi.*
[q] *De voto.*
[r] *Ca. præcedentis.*
[s] *Num. 10.*
[t] *Nume. 8.*

[a] *Leg. 1. C. quando non petent.*
[b] *In capit. dilecto. col. 7. de præbend.*
[c] *In 4. notab.*
[d] *In cap. ſuper hoc. & in capit. quod in dubiis. de rēnunc.*
[e] *In d. capit. ſuper hoc.*
[f] *In deci. 3. eiuſdem tit. in antiq.*
[g] *In 2. eiuſd. tit. in nouiſſ.*
[h] *De temp. ord. & cap. ſi. de cohabi. cleri.*
[i] *De verbo, ſign.*
[k] *De renun.*
[l] *In allegat. 24.*
[m] *In ſolut. 7. oppoſitionis.*
[n] *L. 9. 3. capit. quo iure. 8. diſt. l. ait, qui. §. ſi libertus ff. de iureiur.*
[o] *Clem. 1. de eau. poſſ.*
[p] *Infrà eod.*
[q] *In cap. ſuper hoc, de renunciat.*
[r] *Leg. 1. §. final. ff. de interdict.*

6 Quoniam quædam ſunt quæ cauſſam proprietatis habent annexam, [a] qualia ſunt aliquo modo ea, quæ pro beneficiis eccleſiaſticis dantur, de quibus loquimur, qui ex titulo beneficij pendent, quoad reſtitutionem ſaltem ipſius beneficij: & in eo fundantur, adeo, vt per ea ſine titulis nihil poſsit recuperari, ſecundum communem, ergo ſublato fundamento, ipſum quoque ſubmoueri videtur, argum. cap. *cum Paulus.* [b] Quamuis quoad reſtitutionem fructuum, & aliorum damnorum, ſine illo, & eſſe, & dari poſsit.

Secundo facit, quod ſi hæc ratio apta eſſet, illa, quam reddit capit. præcedens impertinens, & inepta foret. Nam ratio, quare textus renunciationem poſt ſpoliationem factam non eſſe admittendam aſſerit, eſt, quia non videtur is ſponte renunciare, at ſi renuncians beneficium, quando eſt ſpoliatus non renunciat, niſi proprietatem, & poſſeſsionem adhuc retinet, vt tenet gloſſa cum communi, quid (te rogo) agit, quod illa renunciatio præſumatur coacta, cum licet præſumeretur voluntaria, idem eſſet dicendum. Tertio facit, quod deciſio illa Rotæ, [c] quam voluit citare Panormitanus in col. penul. cap. præcedentis, longe aliud ſentit, dum ait, ideo opponi pactum de non petendo reſtitutionem, vel iuramentum, de non moleſtando contra petentem reſtitutionem poſt ſpolium factum, non autem renunciatio beneficij.

7 Quia, licet non ſit veriſimile aliquid eorum prima fronte ſponte factum eſſe, tamen minus veriſimile eſt de renunciatione, quippe quæ magis eſt præiudicialis, quoniam tollit proprietatem, quæ maioris æſtimatur, quam poſſeſsio. [d] Diximus, poſt ſpolium factum, quia factum ante non valet, quippe quod daretur occaſio delinquendi, vt ſingulariter dixit Panormitanus, [e] per l. *ſi vnus*, [f] cum ſuis concordatis.

8 Sextam concordiam Innocentius & Hoſtienſis hic addiderunt, quod in hoc cap. ſpoliatio facta fuit auctoritate publica Ordinarij, in præcedenti verò, priuata, pro quibus facit l. *inſtè*, § & gloſſa illa ſingularis nuſquam non laudata capit. *præſentium.* [h] quam nos quoque ornauimus in prælectione cap. *cum contingat*, [i] quæ tamen cōcordia refellitur: tum quia diuinare videtur: tum, quia nec hoc, neque illud cap. ſe ſuper hoc fundat, tum quia tunc demum ſpoliato auctoritate ordinaria non competit interdictum vnde vi, iuxta prædictam gloſſam ſingularem, [k] quando Ordinarius id facit cum cauſſæ cognitione, & ordine iuris ſeruato, non autem cùm aliter eiicitur, per cap. *conquerente*, & ea multa, quæ ibi citauimus, [l] de quo modo eiecto loquuntur Innocentius & Hoſtienſis, quoniam agunt de illa auctoritate, qua in ipſo beneficij titulo iubere ſolet Ordinarius clericis omnibus, & notariis, vt inſtitutum per eum inducant in poſſeſsionem. Agunt enim de illo, cui prouidit Ordinarius accepta renunciatione, & iubet ei dari poſſeſsionem, ſine alia renunciantis citatione.

Septimam tetigit Antonius, [m] ſcilicet quod ibi opponebatur exceptio non veriſimilis contra petentem reſtitutionem, puta, quod ſpoliatus renunciaſſet ſponte, ſed & hæc facile refellitur: tum quia etiam in hoc cap. allegabatur exceptio ſpontanea renunciationis beneficij, quæ non eſt veriſimilis, [n] & tamen admiſſa fuit: tum quia ſequeretur, quod contra agentem poſſeſſorio nulla exceptio eſſet admittenda ante reſtitutionem, quæ non eſſet veriſimilis, quod tamen vt nullo iure probatur: ita videtur reprobari omni fere iure, quo permittitur aliqua exceptio opponi contra petentem illam, qualis eſt excommunicatio, [o] qualis hæreſis, [p] qualia alia multa.

9 Octauam ſuperaddidit Ioannes Imolenſis, [q] ſcilicet, quod textus hic loquitur, quando contra exceptionem renunciationis ſpontaneæ non replicatur, eam fuiſſe factam poſt ſpolium: illud verò quando id replicabatur. Contra tamen hanc reſponſionem facit, quod contra agentem interdicto vnde vi, & petentem reſtitutionem, omnis illa & ſola exceptio, quæ reſpicit poſſeſsionem admittitur, vt poſt Baldum, & Panormitanum, tradidimus [r] ſupra, [s] at replicatio non efficit, quo minus exceptio reſpiciat, vel non reſpiciat poſſeſsionem: ergo ſi exceptio renunciationis eſt admittenda, quando non replicatur de ſpolio interiori, quia reſpicit poſſeſsionem: admittenda quoque erit, quando replicatur de illo.

10 Secundo contra Imolenſem facit, quod eadem ratione ſequeretur, quòd non poſſet opponi etiam pactum de non petendo reſtitutionem, nec iuramentum de non moleſtando ſpoliantem poſt ſpolium factum, quod eſt contra illa, quæ ſupra [a] adduximus.

11 Nonam vltra omnes addimus nos, ſcilicet quod cap. præcedens loquitur, quando exceptio renunciationis, etiā iuratæ, opponitur malitioſè, cauſſa differendi reſtitutionem, quod præſumitur eo ipſo, quod renunciatione facta poſt ſpolium, obiicitur, quæ ſolutio vera quidem eſt in ſe, quoniam quando eſt aliqua cōiectura, quòd renunciatio malitioſè proponitur ad impediendū reſtitutionē, non eſt admittenda, anteaquā illa fiat, per c. *poſt electionē*, [b] quod in ſolutione tertiæ oppoſitionis latius attingemus. Contra tamen hanc concordiam facit primò, quòd etiam contra agentem petitorio non debet admitti exceptio, quæ iure præſumitur opponi malitioſè, per gloſſam ſingularem & dictum Innocentij celeberrimum, [c] dilatatū per nos, poſt Decium. [d] Et aliquid ſpeciale videtur introducere cap. præcedens in materia ſpolij, quod tamen non videretur facere, ſecundum hunc intelligendi modum.

12 Secundo facit, quod parū conuenit illa rationi decidendi illius cap. ſcilicet, quod ſpoliatus non videtur ſponte renunciare, quæ non videtur fundari in malitia excipientis, ſed in metu præſumpto renunciantis. Ad horum prius reſponderi poteſt ex his, quæ in fine 3. oppoſitionis ſcribimus, ſcilicet quod in materia ſpolij eſt ſpeciale, vt ex minore coniectura præſumatur malitia, quàm in materia petitorij. Ad ſecundum reſponderi poteſt, quod ex illo metu præſumpto, naſcitur præſumptio malitiæ illius, quæ eſt cauſſa immediata repellendi exceptionem eiuſmodi, licet metus, tamquam huius malitiæ præſumendæ mater, ſit cauſſa mediata illius repulſionis: & ſecundum hunc intelligendi modum eſt hic textus ſingularis ad id, quod magis explicabitur ſub finē prædictę 3. oppoſitionis.

13 Decimo loco etiam vltra omnes noué, ac verè reſpondeo, hoc cap. & noſtram cōcluſionem intelligendam eſſe de exceptione renunciationis ſpontaneæ talis, de qua nulla eſt præſumptio iuris & de iure, quod ſit metu facta: illud verò capitulum de illa, de qua eſt præſumptio iuris, & de iure, ſaltē quoad reſtitutio fiat, quod eſt metu facta, qualis eſt renunciatio facta poſt ſpolium, quod ſingulariter in cap. præcedēti probatur. Pro quo facit, primò, quod cap. præcedens clarè ſentit differentiam, inter renunciationem factam ante ſpoliū, & factam poſt, nec poteſt dari alia commodior, quàm hæc.

14 Secundo facit, quod non eſt tanta ratio, quare tali præſumptione iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio, renunciatio facta ante ſpolium præſumatur in dubio ſponte facta, quanta eſt quare præſumatur facta poſt ſpolium: Quia in hac, duæ præſumptiones iuris concurrunt, ne videatur ſpontanea, altera quia nemo præſumitur ſponte renunciare beneficio, quo ſuſtentatur, quodque multis ſumptibus, & laboribus fortè quæſiuit, vt habet cap. *ſuper hoc.* [e] Altera, quod videtur ex deſperatione recuperādi ius ſuum id facere, arbitrans ſe non fore potentem ad recuperandum, quod non potuit ſeruare, cùm facilius ſit ſeruare, quàm amiſſum recuperare. [f] Nam duo vincula fortiora ſunt vno. [g]

15 Et ne mireris aliquid præſumi præſumptione iuris & de iure ad aliquod vſque tempus, & non poteſt illud, perpende clem. 1. [h] quatenus præſumit, præſumptione iuris & de iure pro valore trium ſententiarum conformium, donec executioni mandentur, & non poſt. Perpende item deciſionem illam quotidianam Rotæ, quam prodidit Gulielmus Caſſador, [i] ſcilicet neque minori, neque Eccleſiæ concedendam reſtitutionem in integrum contra tres ſententias conformes, donec executioni dentur. Et ita præſumitur præſumptione iuris, & de iure pro illis, donec executio fiat, & non poſt eam factam. Illa verò, quæ contra ſolutionem hanc replicari poſſent de rationis vnitate, quoad hoc, inter renunciationem ſpontaneam & coactā, quatenus vtraque valet, ſoluentur in 5. oppoſit. & quatenus vtraque iurata eſt, vt hic in 6.

[a] *Leg. 2. §. quadā ff. de interdict.*
[b] *1. quæſt. 1.*
[c] *401. quæ in noue rubric. eſt 18. in nouis.*
[d] *Leg. 1. C. ſi de momenta. poſſeſsio.*
[e] *In cap. præced. num. 16.*
[f] *§. pacta ff. de pactis.*
[g] *ff. de adquir. poſſeſsio. h 7. q. 1.*
[i] *In 7. cauſſa nullitat. pag. 152. de reſtr.*
[k] *Cap. præſentium. 7. quæſt. 1.*
[l] *Infrà eod.*
[m] *In princip. e. præcedētis.*
[n] *Cap. ſuper hoc. de renūciatione.*
[o] *Cap. ex inſinuatione. de proc.*
[p] *Capit. quo iure. 8. d.*
[q] *In cap. præcedentis.*
[r] *In cap. 1.*
[s] *Eodem.*

[a] *In fin. 7. cōfirmationis.*
[b] *De conceſſ. præbend.*
[c] *In illo capit. poſt electiō.*
[d] *In ea. licet. de probat.*
[e] *De renunc.*
[f] *Argu. capit. quemadmodum de iureiur.*
[g] *Capit. 1. de treug. & pace. authen. de funct. C. ad S. C. Tertul. & authen. Itaque. Cod. communia, de ſucceſ.*
[h] *De re iudi.*
[i] *In deciſo. 1. de reſtitut. in integr.*

SVMMARIVM.

1 *Abiuratio aquè admittenda aduersus agentem interdicto vnde vi, & agentem retinendæ.*
2 *Sententia super possessione quæ ratione quandoque interlocutoria, quandoque dicitur definitiua.*
3 *Exceptionis vim habens remedium non repellit agentem, cum proponitur per viam actionis.*
4 *Renunciatio per viam actionis proposita non repellit agentem super spolio.*
5 *Agenti per viam attentatorum licèt opponatur defectus notorius proprietatis: non tamen defectus coloris tituli, neque abiuratio spontanea.*
7 *Abiuratio ante possessionem adeptam facta, non potest opponi agenti super ea.*
8 *Qui dat aliquid vt quidpiam eo maius sibi debitum recipiat, timens ne alioqui totum perdat, repetere potest.*
9 *Agenti super restitutione iuriũ beneficij nõ obstaret eius renunciatio: quod tamen quando sit verũ in 7. opposit. tractatur.*
10 *Petens restitutionem beneficij non obstat renunciatio, qua non obstante, renuncians insistit beneficio renunciato.*

OPPOSITIONIS SECVNDÆ NOVEM SOLVTIONES.

a *De instit.*

INtendamus nunc animos in 2. oppositionẽ, quæ iustam petit concordiam inter capit. hoc, & cap. *cum venissent*,[a] quatenus in illius casu, non fuit admissa contra quendam Archidiaconum abiuratio ei opposita, qua dicebatur abiurasse iura quædam, in quorum possessione se defendi petebat, donec defendi iuberetur. Hanc difficultatem conata fuit soluere glossa nostra primò, quod ibi agebatur possessorio, sed hæc solutio refellitur, eo quod hic quoque possessorio agebatur, vt in prima oppositione, dum quartam concordiam refellebamus, probabamus, attamen obstitit exceptio agenti. Secundo respõder, quod ibi renunciatio fuit personalis, id est præiudicans soli personæ renunciantis, & non eius dignitati, quæ etiam inepta est: tum, quia hic quoque personalis erat: tum quia nihil refert quoad hoc, an personalis sit, an realis, cùm in vtraque, quoad hoc eadem inueniatur ratio. Quoniam (cæteris paribus (æquè per vtramque amittitur possessio, vel per neutram, vt infra dicetur. Et amissio, vel non amissio possessionis oriens ex renunciatione est potissima causa, & ratio, quare illius exceptio obstat, vel non obstat agenti possessorio, vt postea monstrabitur.

b *In d.c. cum venissent. in verbo, abiurasse.*

Tertio respõdet glossa,[b] quod ibi agebatur interdicto retinendæ, & ad tuendam possessionem habitam, aduersus quem non admittitur exceptio abiurationis: quæ solutio inepta est duplici nomine. Primo, quia, vt esset apta, oportebat concedere eam admitti contra agentem interdicto vnde vi, & de recuperãda possessione perdita, quod tamen negat ipsa eadem glossa statim subiiciens, eiusmodi exceptionem non obstare etiam agenti interdicto vnde vi, per cap. *sollicite*, immediate hoc præcedens.

1 Secundo, quia vtrumque est falsum. Nam cõtra agentem interdicto vnde vi, admittitur abiuratio spontanea, vt est indubitatum per hoc cap. & omnino eadem ratione admittenda est contra agentem interdicto retinendæ, vt colligi potest per ea, quæ infra [c] dicentur. Hanc oppositionem nescio, quare noster auriga doctissimus ille, ac reuerendissimus Archiepiscopus Panormitanus noluit tractare, nisi fortè, vt hanc quoque sicut plerasque alias huius cap. difficultates dissimularet mittendo lectorem ad ea, quæ in capit. præcedenti dixerat, sed minus sufficientia. Quare quartò respondemus sequuti mentẽ Cardinalis,[d] & Imolensis,[e] quod vt hic, ita ibi fuit admissa exceptio abiurationis, contra Archidiaconum, & quod non prius fuit super tuendo in possessione Archidiaconum definitiuè pronunciatum, quam probatio illius exceptionis admitteretur, vel prius Papa ibi fuisset interlocutus, ne lite pendente, donec super exceptione probationes fierent, quidquam contra possessionem quam præcendebat Archidiaconus nouaretur. Hæc tamen solutio, quæ iam bis in cursu prælectionis placuit, altius nunc perpensa displiceret. Quia eam confundit versicul. *Nos igitur*, illius cap. Primo quatenus probat, fuisse pronunciatum, Archidiaconum esse tuendum in plena possessione libertatum archidiaconatus. Sic enim habet littera: *Nos igitur interlocuti fuimus, Archidiaconum in plena libertatum eiusdem Archidiaconatus possessione tuendum esse.* Quam pronunciationẽ constat esse definitiuam possessorij. Neq; iuuat Cardinalem verbum: *Interlocuti fuimus*, per quod significari videtur, sententiam illam non fuisse definitiuam super possessione, sed aliam interlocutoriam: tum, quia verbum: *Plena possessione*, in ea positum repugnat huic intellectui.

2 Tum quia constat, sententiam super possessorio vno respectu dici interlocutoriam, eo scilicet quod post eam alia plenior speratur, nimirũ super proprietate, licet alio respectu dicatur definitiua, eo scilicet, quod totum negotium possessorij definiat, ob quod à glossa singulari, [a] appellatur, quasi definitiua, & magistraliter, vt aiebat Dominicus.[b] Secundo prædictus versicul. *Nos igitur*, confundit hanc solutionem, quatenus probat, illam sententiam fuisse latam, antequã Archiepiscopus aduersarius Archidiaconi admitteretur ad probandam abiurationem illarum libertatum Archidiacono oppositam, quatenus item probat non fuisse prius admissum Archiepiscopũ ad probandam illam abiurationem, quàm ad probandum quiddam aliud, cuius probatio non debuit admitti, anteaquam ferretur sententia super possessione, nempe quod concessio illorum iurium ab Archiepiscopis facta Archidiaconis, fuit personalis. Habet enim littera. *Archidiaconum tuendum esse donec probatum fuerit legitimè ex aduerso, libertates ipsas Archidiaconis ab Episcopis personaliter fuisse concessas, vel donec legitimè probatum fuerit eosdem libertates Archidiaconum abiurasse.* Tertio confundit prædictam solutionẽ prædictus versic. *Nos igitur*, quatenus probat, quod sententia, quæ post illam interlocutoriam tuitiuam possessionis sperabatur, futura erat super sola proprietate, & non super possessione. Habet enim paullo post littera. *Si ergo alterutrum ipsorum fuerit legitimè probatum Archidiacono super libertatibus ipsius, si neutrum, Archiepiscopo silentium imponatur.* Cùm tamen secundũ intellectum Cardinalis & Ioannis Imolensis post illam interlocutoriam, speranda erat sententia super possessorio, & ante illius probationem poterat Archiepiscopus probare abiurationem.

Quinta igitur vera, & noua cõcordia sit, hoc cap. agere de abiuratione opposita per viam exceptionis, illud autem per viam actionis. Nam ex ipsius cap. contextu clarè colligitur, quòd Archiepiscopus, qui abiurationem allegabat erat actor, & petebat quædam iura, quibus vtebatur Archidiaconus, dicens illa ad se pertinere, ac fuisse renunciata, & abiurata per Archidiaconum. & ita is erat reus, & negabat intentionem Archiepiscopi. Nec obstat, quod ex illa sententia, quam interlocutoriam Papa appellat, clarè colligitur, Archidiaconũ petiisse defendi se in possessione illorum, ne lite pendente super proprietate turbaretur in sua possessione, & ne quidquam contra ipsum innouaretur. Quoniam ex nulla parte illius capit. colligitur, quod contra illam petitionem vlla renunciatio, vel abiuratio fuisset obiecta per viam exceptionis: & constat, remediũ per viam actionis in iudicium deductum, etiam si habeat vim repulsionis, non sufficere ad repellendum, si etiam per viam exceptionis non opponatur, arg. cap. fin. [c] quatenus probat, spolium per viam actionis deductum non repellere agentem de spolio, quem tamen repelleret per viam exceptionis propositum. Non etiam obstat, quod videmur diuinare, eo quod cõtextus illius cap. non habet, non fuisse oppositam abiurationem per viam exceptionis, quia sufficit, quod non habeat fuisse oppositam: cum quod non probatur factum præsumatur nõ esse factum.[d] Ex hac concordia colligitur limitatio memorabilis huius cap. scilicet, vt non procedat quando abiuratio per viam actionis opponeretur.

4 Sexta eademque noua concordia sit, quod illud cap. *cum venissent*, agit de abiuratione opposita agenti remedio attentatorum, seu officio iudicis descendẽte ex edicto, vt lite pendẽte nihil innouetur: hoc verò cap. de abiuratione opposita agẽti interdicto vnde vi. Quæ cõfirmatur primo ex eo, quod cõtra agentẽ interdicto vnde vi, multa possent obiici, quę cõtra agentẽ remedio attentatorũ nõ possunt, præsertim in materia beneficiorũ, vt manifeste colligitur ex Innocentio, [e] vt latè declarat Rota, [f] & latius Panormitanus & alij, vbi latissimè Perusinus.[g]

a *Ca. consultationibus. de off. deleg.* b *In §. definitiua. 2. q. 6.*

c *De ord. cog.*

d *Capit. cum in iure peritus. de offic. delegat. & l. 1. C. de mandat. princ.* e *In capit. dilecte. de maiori. & obedi. & cap. bone. de appe. & c. cum teneamur. de pre.* f *In decis. 14. in nouis. quæ in nouo rubr. est 2. de restit. spoliat.* g *In d. capit. bone.*

a *In illa decis. 14. siue 2. in nou. rubri. de rest spol.*

5 Nam vt cætera prætermittam, quoad propositum nostrum, est illud singulare quod contra agentem via attentatorum, non potest obiici defectus tituli colorati, qui tamen potest cõtra agentem vnde vi, vel alio remedio possessorio, secundum plerosque omnes. Secundo confirmatur hæc concordia, quod licèt etiam agentem remedio attentatorũ repellat defectus notorius proprietatis, quamuis non defectus colorati tituli, vt tradit Rota, [a] tamen in casu illius cap. *cum venissent*, non erat talis defectus notorius proprietatis, vt palam est. Tertio facit, quod licèt ibi non ageretur remedio attentatorum, per quod nouata lite, vel appellatione pendente reuocaretur in pristinum statum, agebatur tamẽ, ne quid lite, vel appellatione pendente nouaretur, quod fauorabilius videtur, cùm proprius iura tueantur quem in possessione iam habita, quam restituant ad habendam, argumento prin. cap. *quemadmodum*,[b] & eorum quæ habentur in l. *si vnus*. [c] Quarto facit, quod quemadmodum supra,[d] diximus, ideo contra agentem de spolio non posse obiici renunciationem iuratam post illud factam, quia præsumitur malitiosè id fieri, donec restitutio fiat: ita posset dici malitiosè videri eum opponere obiectionem, qui ob eam vult innouare, lite pendente, vel innouata, ne reuocentur defendere.

b *De iureiur.* c *§. pactus ne pereat. ff. de pactis, & leg. patre furioso. ff. de his, qui sui vel alie. iur.* d *In 10. concordia prima oppositionis.*

6 Secundum quam concordiam est ibi textus singularis à nemine perpensus, probans, contra agentem remedio attentorum non esse admittendam abiurationem spontaneam, præsertim cùm ageretur, ne aliquid innouaretur. Quæ est æquissima conclusio & nouissima pulchrè limitans huius cap. decisionem.

7 Septima concordia eademque noua, & singularis sit, quod ille textus loquitur de abiuratione, quam dicebatur fecisse Archidiaconus, antequam adipisceretur possessionem Archidiaconatus timore impedimenti adipiscendi eam, vt clarè constat ex versicul. *Inter alia*, & ita perinde præsumitur præsumptione iuris, & de iure coacta quoad iuberetur defendi, sicut abiuratio, quæ allegatur facta post spolium, de qua in decima concordia primæ difficultatis dictum est. Ita, quod eodem modo possit conciliari hoc cap. cum cap. *cum venissent*, sicut cum cap. præcedenti, & ita ibi sit textus singularis à nemine vmquã perpensus.

8 Quod sicut abiuratio, quæ allegatur facta post spoliũ, non obstat petenti restitutionem: ita neq; abiuratio facta ante adeptam possessionem ob timorẽ ipsius impediẽdæ: quæ noua & singularis est, confirmatiq; posset ex eo, quod dans aliquod, vt aliud maius sibi debitum adipiscatur repetere potest, [e] Immo & remittens partem debiti malo debitori, vt reliquũ soluat, repetere potest illud per prædictam condictionem secundũ Alexandrum & Iasonem,[f] allegantes in hoc Iacobum de Arena qui in meo libro super illa l. non scripsit, & promittẽs operas, dum manumittitur, ei, qui eum tenebatur manumittere, meru promittere videtur, secundum Baldum per illum textum, [g] neq; abs re. quoniam qui aliquid mali eligit, quo maius vitet, iusto timore id elegisse videtur, iuxta l. *metum*,[h] & latius per nos anno præsenti tradita, [i] cum definitionem iusti metus declararemus.

c *Leg. fin. & l. 2. ff. de condictio. ob tur. caus.* f *In d. l. fi.* g *In l. 2. n. 2. C. de oper. libert.* h *ff. de eo quod met. caus.* i *In cap. si vero. de iureiur.*

9 Octaua concordia noua item sit, quod illud cap. non agit de renunciatione beneficij, sed aliorum iurium, & libertatum pertinentium ad beneficium: hoc verò ad renunciationẽ beneficij, quæ longè differunt cùm per hanc perdatur, secundum cõmunem titulus, & color tituli, quo carenti non fit restitutio beneficij, iuxta d. glossam singularem, [k] non autem per renunciationem aliorum iurium pertinentiũ ad beneficium, cuius tituli ratione possidentur. Quod verum arbitror in renunciatione saltem non iurata, cum cõtrarium nusquam probetur, & ita limitatur hoc cap. ne procedat in renunciatione saltem non iurata iurium pertinentium ad beneficia Ecclesiastica, quæ memorabilis consideratio est.

k *Clem. 1. de caus. possess.*

10 Nona item & noua cõcordia sit, quod illud cap. agit de renunciatione, propter quam non destitit insistere rei renũciatæ renuncians: hic autẽ de renunciatione propter quam destitit insistere rei renunciatæ, inter quas est maxima differentia. Quia tunc demũ obstat exceptio renunciationis agenti possessorio, cum per eam perditur possessio, & illa occupatur ab alio, antequam renuncians eam iterum accipiat, vt in septima oppositione clarè ostendemus: at licet quis renunciet proprietatẽ alicuius rei, non videtur propterea renunciare possessionem, iuxta glossam singularem, [a] quando saltem non desistit propterea insistere ipsi rei renunciatæ, vt Alexander post Imolensem cum communi ibi resoluit, & pro eis esset casus singularis in d. cap. *cum venissent*, iuxta hunc intelligendi modum, saltem in se verisimum, quo singulariter limitatur hoc cap.

a *In l. si quis vi §. differẽtia. ff. de adquir. possess.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio tractata ante sententiam coram vno iudice, non potest coram eodem post illam iterum tractari.*
2 *Exceptio renunciationis vnius tituli nõ repellit agentem super spolio ratione duorum titulorum.*
3 *Titulis pluribus eiusdem beneficij niti quis potest, non solùm defendendo, sed etiam agendo.*
4 *Tituli saltem colorati defectum obiicere potest agenti adipiscendæ quilibet clericus Ecclesiæ cuius est illud.*
5 *Sententia qua iudicatur, vt titulus agentis suum sortiatur effectum, videtur lata super interdicto adipiscendæ, non recuperandæ.*
6 *Abiuratio quæ obstat agenti adipiscendæ, obstabit agenti recuperandæ.*
7 *Abiuratio non admittitur etiam contra agentem adipiscendæ, cum coniicitur malitiosè opponi.*
8 *Malitia opponentis in cap. post electionem, de concess. præbend. vnde coniiciebatur noua.*
9 *Malitia leuius præsumitur contra opponentem abiurationem aduersus agentem possessorio, quam petitorio.*
10 *Multa nonè collecta ex cap. Post electionem, de concess. præben.*

OPPOSITIONIS TERTIÆ SEPTEM SOLVTIONES.

EN Patres grauissimi, secundum arietem exceptum: vertat ergo suas nostra λογομαχία vires in tertiam oppositionem, quæ petit concordiam inter hoc capit. & capit. *post electionem*, de concess. præbend. quatenus habet, cuidam agenti interdicto ad cuiusdam beneficij possessionem quærendam, fuisse obiectam renunciationem & abiurationem, quæ tamen non obstitit, quo minus in possessionem petitam induceretur. Quam difficultatem repellere conata glossa hîc, & ibi [b] respondit, illud agere de abiuratione obiecta, sed nõ probata: hoc verò de obiecta, & probata: & ideo hic obstitisse, non aut ibi. Quæ solutio vera quidem est in se. Quoniam paria sunt, non allegare, ac allegare, & non probare, iuxta glossam, [c] arg. l. *duo sunt Titij*,[d] & cap. *si sacerdos*. [e] At hæc concordia non congruit, immo repugnat illius cap. contextui, qui sic habet in ver. fin. *Exinde l. adepta possessione, si super renunciatione, vel abiuratione, vel aliquo præmissorum aliquis valeat, & velit aduersus te quidquã proponere ordine poterit iudiciario experiri.* Ex quo clarè colligitur post illam sententiã pro illa potuisse tractari de renunciatione, vel abiuratione illa: & per consecutionem non fuisse admissam ante illam, neque terminum ad eam probandam præfixum. Alioqui enim post sententiam, non fuisset, ad illud discutiendum admissus, arg. capit. *cum inter*, [f] & l. *sub specie*. [g] Neque iuuat hanc concordiam responsio Ioannis Imolensis, [h] quæ & si fortè in sese vera sit, certè tamen apta non est.

b *In verb. resignationẽ, & in gloss. sing.* c *Capit. 2. de consuet. lib. 6.* d *ff. de testam.* e *De off. ord.*

Secundam cõcordiam ponit prædicta glossa, [i] scilicet, quod ibi petens possessionem duabus confirmationibus siue titulis nitebatur, & sola vnius, scilicet prioris confirmationis renunciatio obiiciebatur: hic autem petens possessionem nitebatur soli vni titulo, cuius renunciatio opponebatur. Quæ tamen solutio non est litteræ conformis. Quoniam ille, cui fuit obiecta renunciatio ibi, & cuius obiectione non obstante obtinuit in possessorio, non nitebatur nisi vni titulo: sed alter, qui renunciationem obiiciebat, & succubuit, nitebatur duobus, vt palam ex contextu illius cap. colligitur. Quod demiror, non fuisse animaduersum à Ioãne Imolensi diligentissimo alioqui glossarum interprete. Hæc autem solutio, quamuis non sit conformis contextui: vera tamen in se videtur.

f *De re iud.* g *Cod. de re iud.* h *Ibid. col. 6.* i *In ver. Resignationem.*

2 Et ex ea colligitur singularis declaratio huius textus,

scilicet, tunc demum à repetenda possessione per viam spolij repelli spoliatum obiectu renunciationis cùm solùm titulo, cuius renunciatio allegatur, nititur: secus cum duobus titulis, & vnius tantùm renunciatio opponitur, quæ est longè memorabilis conclusio.

3 Colligitur itē alia singularis scilicet quod potest quis obtinere varios titulos super eodem beneficio, & defendere se ratione illorum, in quod dixit Panormitanus illum textum singularem: est tamen ei similis in cap. *constitutus*,[a] & illud tenet Lapus, [b] Calderinus, [c] vbi olim tenuimus, hanc conclusionem extendendam esse etiam ad agentem, vt scilicet quis possit agere super beneficio, & petere illud ratione multorum titulorum. Quod satis arridet Lapo, [d] dum sentit cap. *vt quæ duas*, [e] non procedere in eo, cui est ius quæsitū rendum: & clarius hoc placuit Calderino. [f] Et quamuis Felinus de hoc dubitet, [g] id tamē affirmat in cap. *in nostra*. [h]

Tertiā concordiā ponit glossa illius cap. [i] ibi *Immo, &c.* glossa finalis ibi: *Vel ideo, &c.* scilicet quod ibi obiecta fuit, exceptio renunciationis ab eo, cuius non intererat eam opponere: quoniā sua institutio non erat canonica, quippe quæ de beneficio viuentis esset ei facta: hic autem fuit obiecta ab eo, cuius intererat, quam solutionem satis esse amicam litteræ ait Panormitanus ibidem, & eam Ioannes Imolensis probat. Quæ tamen profectò frigida nobis videtur: tum quia dubium erat, quando opposuit ille renunciationem, an sua institutio de beneficio viuentis, vel vacante facta esset, ipse enim de vacante sibi factā eam contendebat, duos in hoc producens titulos, & ita prætendebat, suum esse beneficium, ac sua plurimum interesse, ne alter possessionem adipisceretur.

4 Tum, quia non solùm is, qui allegat beneficium esse suum, sed etiam quilibet clericus Ecclesiæ, cuius est beneficium, potest obtinere defectum tituli ei, qui possessionē eius tentat adipisci, ne beneficia tradantur nō habentibus veram, vel saltem apparentem institutionem canonicam, vt est casus singularis in cap. *ex parte*, [k] aduncto dicto Innocentij probato per Imolensem. [l] Facit cap. *accedens*, [m] cap. 1. [n] & cap. 1. de reg. iur. [o] cum annotatis in eis. Et proprius ea, quæ habētur per Innocentiū glossam, & omnes. [p]

Quartam concordiam sensit glossa fin. illius cap. quatenus probat, actum fuisse ibi interdicto possessorio, & intelligit recuperandæ, quia pro suo dicto allegauit capit. *sollicite*, præcedens hoc: quem intellectum reprobat quidem Panormitanus ibidem, quatenus non conuenit litteræ, sed tenet in se verū esse, & Imolensis, [q] expressè ait, verum esse in se, licet dicat non conuenire litteræ. At nobis videtur primum falsum esse in se, quoniam ex illo sequitur, agentem interdicto vnde vi, seu de recuperanda possessione beneficij ecclesiastici non posse repelli abiurationis exceptione, quod palam est contra hunc textum, & communem omnium opinionem.

5 Neque obstat cap. 2. [r] cui nititur illa glossamam illi in prima oppositione late respondimus, deinde ineptum esse hunc intellectum constat, tum quia secundè apparet, vt ibi ait Innocentius, [s] eum, contra quem opponebatur renciatio, habuisse vmquam antea possessionem: tum, quia constat, eum non fuisse ad eam admissum, eo, quia Papa ibi solum pronunciauit, vt institutio illi agenti facta fortiretur effectum id est vt virtute illius apprehenderetur possessio. Etsi actum fuisset recuperandæ pronunciasset, vt ei possessio restitueretur. [t]

6 Quinta concordia, quam Panormitanus & Ioannes Imolensis, ibi probant, est scilicet, quod ibi agebatur possessorio adipiscendæ, quod habet priuilegiū, ne exceptio requirens altiorem indaginem ei obsit. Contra quem facit, quod interdictum recuperandæ maiora priuilegia habet, quam interdictum adipiscendæ, per glossam cap. 1. & alia quæ ibi diximus, [v] & contra agentem interdicto recuperandæ in beneficialibus admittitur abiuratio spontanea, per hoc cap. secundum omnes: ergo etiam contra agentem interdicto adipiscendæ. Facit item, quod contra interdictum adipiscendæ admittitur exceptio nullitatis tituli, [x] ergo à fortiori defectus eiusdem, qui concluditur ex renunciatione.

7 Sexta igitur, quæ Innocentij est, quamque aliqua ex parte sensit glossa final. ibi per illa verba: *Et ideo, &c.* fit, quod illud cap. agit de abiuratione calumniosè, ac malitiosè, hoc est caussa differendi possessionis adeptionem obiecta: hoc autem de ea, quæ sine malitia obiciebatur. Contra quam tamen concordiam facit primò, quod ex nulla parte illius capit. colligi potest, allegationem illam fuisse malitiosam: & in dubio non est præsumenda malitia, neque dolus: [a] secundo, quod ille textus aliquid speciale continere videtur contra opponentē aliquid agenti super possessione. At etiam opponens aliquid malitiosè contra agentem petitorio repellitur, vt etiam Innocentius ipse singularissimè ibi dixit, probatus per omnes, [b] & multos alios, quod post & vltra Decium retulimus in cap. *licet*. [c] Tertio quod secundo oriretur præsumptio malitiæ maximè, vt ait [d] Innocentius, quem sequitur Imolensis, [e] oriretur ex eo, quod non est verisimile, quem sponte renunciare suo beneficio. [f] Sed hoc videtur falsum: tum quia hoc consequeretur, malitiosam quoque præsumendam esse omnem allegationem pacti de non petendo remissionem & donationem, quoniam in dubio nemo præsumitur donare, nec iactare bona sua. [g] Neque dicas aliud esse, cùm agitur plenariè super proprietate, aliud cùm summariè super possessione: tum, quia in hoc nostro cap. super possessorio agebatur, & tamen renunciationis obiectio non fuit reiecta, tamquam malitiosa, tum quia pactum de non agendo interdicto vnde vi, non præsumitur malitiosè opponi contra eū, qui eo agit, iuxta l. *si vnus*, [h] & Rotam. [i]

8 Defendendo tamen hanc solutionem, quæ nobis videtur omnium verissima, simul & vtilissima, respondeo ad horum primū, quod illa malitiæ allegationis præsumptio, nascebatur ex multis coniecturis simul cōiunctis. primo, quòd allegabatur renunciatio beneficij. secundo, quòd allegabatur ab eo, qui nitebatur titulo longè posteriori, & habito à non potente illum conferre iure communi. tertio, quòd per consecutionem allegabatur ab eo, qui secundum ius cōmune præsumebatur intrusus. quarto quòd hoc faciebat contra eum, qui nitebatur titulo ordinarij. quinto, quòd allegabatur contra agentem interdicto adipiscendæ possessionis. sextò, quòd allegabatur renunciatio, lite pendente, facta.

Ad secundum concedimus, neque dolū: neque malitiā in dubio præsumi: at negamus esse dubiū, cum tales coniecturæ sufficientes concurrunt, quales ibi concurrisse, in solutione proximi argumenti præcedētis, iam dicebamus.

9 Ad tertium concedimus, aliquid peculiare, & speciale significari ibi circa exceptionem abiurationis oppositam agenti possessorio: sed negamus id consistere in eo, quòd malitiosè obiecta non admittatur contra illum, quoniam non esset admittenda, etiam contra agentem petitorio, si præsumeretur taliter opposita: sed in eo, quòd minor præsumptio malitiæ, sufficit ad repellendam oppositionem obiectam agenti possessorio, quàm obiectam agenti petitorio. In hoc enim casu sufficit leuis, in illo necessaria est vehemens, vt singularissimè dixit ibidem Innocentius. Pro cuius nos dicto allegamus textum singularem in cap. præcedenti intellecto iuxta nonam, & nouam concordiā in prima oppositione traditam inter hoc cap. & cap. præcedens, aduncto capit. *super hoc*. [k] Nam contra agentem possessorio recuperandæ, non potest opponi exceptio renunciationis post spolium facta: quia vehemens præsumptio est eam malitiosè opponi, vt habet capit. præcedens: contra verò agentem petitorio sic, vt satis probat cap. illud, *super hoc*, quia leuis est illa, quæ ibi præsumi potest malitia. Ad quartum concedo considerationem illam Innocentij probatam per Imolensem non esse veram, vt argumentum conuincit: sed nihil ex eo contra nos colligitur, vt palam est.

Ex hoc intellectu postremo, eodemque vero, & apto colliguntur sequētia. Primo, in illo cap. *post electionē*. H. qui obtinuit egisse possessorio. Secundo, illud possessorium non fuisse recuperandæ. Tertio, malè dicere glossam, [l] illum H. egisse etiā petitorio, quod Panormitanus quoque, & Imolēsis, [m] dānarunt, licet eam Cardinalis probasset, [n] & Calderinus. [o] Quarto, obiectionem, quæ vehementer præsumitur malitiosè opponi, nō esse admittendam etiā,

contra

a 1. *de testibus.*
b *Alleg. fina.*
c *Consil 7. de elect. Dec. in regu. nemo ex his. §. quoties ff. de reg. iur. & in cap. bona. de appel. col. 2.*
d *In d. alleg.*
e *De electio. lib. 6.*
f *In d. consil. 7.*
g *In ea. inter dilectos. de fid. instru.*
h *Col. 2. de reser. pris.*
i *In illo verbo Resignationem.*
k *De concess. præb.*
l *Ibidē. n. 8.*
m *De accus.*
n *De eo qui mitti. in poss. caus. rei seruand.*
o *Libr. 6.*
p *In cap. cum olim. de testibus, & in ea. cum ecclesiastica. de excep. tio, & cap. si quis presbyterorum. de rebus eccles.*
q *Super gloss. in verb. resignationē. nu. 14.*
r *Supra eod.*
s *In fine.*
t *Arg. cap. licet. de sim. ca. qualiter & quando 2. de accusationibus.*
v *Supra eod.*
x *Capit. cum olim. de caus. poss.*

a *Leg. merit. ff. pro soc. cap. ejusdē miscricordes. de reg. iur.*
b *Ibidem.*
c *De probat.*
d *Ibidem.*
e *Col. 4.*
f *Capit. super hoc. de renū.*
g *Le. cum de indebito. ff. de probat.*
h *§. pacta quæ turpem. ff. de pactis.*
i *In deci. 401. in nouis. quæ in noue rubr. est 18. de rest. spoliat.*
k *De renun.*
l *Ibidē verb. confirmari.*
m *Ibidem.*
n *Ibidem.*
o *Consil. 7. de electio.*

cōtra agentem petitorio. Quinto, minorem præsumptionem malitiæ, sufficere ad repellendam obiectionem oppositam agenti possessorio, quàm agenti petitorio. Sexto, renunciationis obiectionem non esse admittendam contra agentem possessorio, quādo præsumitur malitiosè opponi. Septimo non ex eo solo præsumi malitiam, quod allegetur renunciatio beneficij etiam contra agentem possessorio. Octauo multas fuisse ibi coniecturas, vnde illa præsumptio nascebatur. Nono facilius præsumi malitiam contra eum, qui opponit agenti possessorio, quàm contra eum, qui opponit agenti petitorio.

SVMMARIVM.

1 Renunciatio spontanea, & meticulosa non sunt paris effectus.

OPPOSITIONIS QVARTÆ SOLVTIO.

IAm ter hoste fugato, Patres amplissimi, oratio animosior effecta trophæis, facili negotio tollet quartam oppositionem, quæ iustam petit concordiam inter hoc cap. & capit. *ad aures*, [a] qua parte habet renunciationem iuris per electionem quæsiti, non obstare electo. Nam respondere possūm, illud capit. agere de renunciatione ad terrorem populi, & ita metu facta, quod palam colligitur ex illo cap. ibi: *Ad terrorem laicorum renunciauit*, & paulo post: *Renunciatio ad terrorem laicorum facta.*

1 Nostra verò concluſio de renūciatione sponte facta, quod palam colligitur ex illis verbis: *Si vobis constiterit, quod præfatus P. nullo metu, vel vi coactus, sed sponte prælibatam Ecclesiam taliter abiurauit.* Pro qua solutione facit cap. præcedens, qua parte definit, renunciationem post spolium factam, non esse admittendam contra agentem interdicto vnde vi ad possessionem beneficij recuperandam: quia præsumitur metu facta: à fortiori ergo non oberit, si constet metu esse factam, qua ratione autem defendi possit hæc differentia, monstrabit quintæ, quæ sequitur, oppositionis solutio.

SVMMARIVM.

1 Renunciationem metu factam non valere, quæ ratio potissimum olim persuasit auctori, & quæ capitula.
2 Renunciationem metu factam valere, vel non valere plurimum refert, contra Decium.
3 Fortunius laudatus.
4 Electio metu facta ipso iure nulla.
5 Electio solum dat ius ad rem.
6 Matrimonium tam spirituale, quàm carnale metu contractum, nihil valere.
7 Verbum, decernimus, ius nouum significare.
8 Intellectus clem. 2. §. Sane de pœnis.
9 Peccant magis, cæteris paribus, qui bis peccāt, quàm qui semel.
10 Intellectus verborum cap. super hoc. & cap. Ad audientiam. de his, quæ vi. & clem. 2. de pœnis, inter se collatorum.
11 Iuramentum meticulosum valet, nisi cum interponitur super actu alioqui nullo, secundum communem, quæ an sit vera, alibi disputatur.
12 Renunciatio coacta quare non impedit restitutionem, etiam in casu, quo spontanea impediret.
13 Renuncianti metu beneficium non restituitur illud, ante recisionem renunciationis saltem tacitam.
14 Intellectus cap. Ad aures. de his, quæ vi. fortificans intellectum nouum huius cap. & cap. præcedentis.
15 Iudicem, qui iubet restitui beneficiū ei, qui renunciauit illud, eo quòd metu renunciasset, tacitè rescindere renunciationē.
16 Dolor peccatorum prius natura, licet non tempore sit contritio, quàm remittat peccata.
17 Restitutionem beneficij metu renunciati petens, tacitè videtur petere renunciationis recisionem.
18 Restitutionem beneficij petere posse quem aliquando, licet confiteatur nullum se titulum cum petit habere.
19 Renunciatio non omnis tollit possessionem.
20 Renuncians etiam metu beneficium, non potest vti eius fructibus, donec expressè, vel tacitè restituatur. Et ideo nec tenetur dicere preces horarias. num. 21. Neque ordine sacro insigniri ob titulum illius beneficij. nu. 22.
23 Electionem metu factam nullam esse, cur non concludit, renunciationem quoque nullam esse.

OPPOSITIONIS QVINTÆ SOLVTIO.

Renunciationem metu factam tenere.

AD quintam ergo oppositionē transeamus, quæ vno, & eodem impetu fertur in textum nostrum, & solutionem primæ & quartæ oppositionis, quatenus præsupponunt differentiam inter renunciationem beneficij coactam, & voluntariam. Ferrur inquam, eo iaculo validissimo, quòd eadem ratio omnino militare videtur in renunciatione metu facta, quæ in spontanea. Quoniam vtraque tenet, & per vtramque perditur beneficium ipso iure, & cōsequenter per vtramque perditur titulus, & color eius, per ea, quæ in propositione huius quintæ oppositionis, & aliorum ynà cum prima citauimus, ergo renunciatio, quæ est, vel præsumitur metu facta, obest petēti restitutionem, cùm constet, sponte factam obesse: quod est contra hunc textum & prædictas duas solutiones.

1 Hæc oppositio adeo nobis visa est grandis in hunc diē, ab eo, quo primum eam Salmanticæ mouimus, vt ad eam soluendam necessarium putauerimus negare cōmunem illam, de valore renunciationis meticulosæ, opinionem, receptam ab his, quos in huius 5. oppositionis propositione retulimus: & tenere contrariam, scilicet, renunciationem metu factam non esse validam, & per eam non vacare ipso iure beneficium, ad quam tenendam mouebamur, primò necessitate soluendi hanc oppositionem, cui aliter satisfieri non posse videbatur: deinde, quod licet nemo hac ratione vtatur, multi tamen sunt in prædicta opinione, scilicet Rota, [a] dicens, renunciationem metu factam non valere ipso iure, neque per illam perdi beneficium, licet renuncians possit agere, vt rescindatur illa renunciatio. Et rursus Rota, [b] aiens, renunciandum factam in manibus Episcopi ordinarij ad liberandum fratrem de carcere, in quo alioqui mortuus fuisset, nō valere. Idem tenuit Antonius. [c] In quod etiam inclinauit Innocentius, [d] & Hostiensis, [e] vbi expresè dicit, renunciationem beneficij voluntariam & liberam esse debere, aliàs non valere. Decius etiam satis inclinat in hanc opinionem, [f] dum ait, nullam esse huiusmodi renunciationem, aut reuocandam.

2 Quamuis non satis cautè loqui videri possit, [g] dum ait, parum referre, an sit nulla, an reuocanda, cùm plurimum referat. Quod non obscurè demonstrant tot decisiones Rotæ super ea re factæ, ac aliquot corollaria infra deducenda.

3 In eadem etiam opinione est Fortunius totius Cantabriæ, ac omnium, qui linguam suximus Vasconicam clarissimum decus, qui moribus ambiguum maior an ingenio fuerit, [h] at eius opinio parum nobis commodat: quia secundum eum, etiam alia omnia metu facta sunt ipso iure nulla, canonica æquitate attenta.

Omissis tamen Doctorum sententiis, quæ negati possunt, quæque frequenter plus turbant, quàm illustrant veritatem, & frequenter ingenia, præsertim acutiora, tum discentium, tum docentium, confundunt, singulariter & irrefragabiliter mihi videbatur tertio loco, facere hoc capitulum, quatenus à contrario sensu probat, tantam differentiam inter coactam, & spontaneam renunciationem, vt per coactam non impediatur restitutio, per spontaneā autem sic. Quæ tamen differentia stare non posset, si metu facta valeret; quoniam etiam per eam impediretur restitutio, quia per eam quoque non minus perderetur titulus, & omnis color eius & possessio, quàm per spontaneā. Et carenti titulo vero, vel colorato, non est restituendum beneficium ecclesiasticum, secundum glossam illam vnicam & à toto mundo receptam. [i]

4 Quarto facit capit. præcedens, quod in sensu satis directo nō solum habet id, quod hoc cap. scilicet, renunciationem, quam constat metu factam, non impedire restitutionē, sed neque illam, quæ præsumeretur metu facta.

a *374. qua in nouiss. rubric. est 5. de renūciat. in nouis.*
b *In deciſ. 403. qua in noue rubric. est 7. de renūciat. in nouis.*
c *In capit. ad aures. de his quæ vi. qu. 6. num. 2.*
d *Ibidem, & in cap. super hoc de renūciatione.*
e *In summa tit. de renunciatione. §. qualiter.*
f *In cap. 2. de rescri. nu. 4. & consi. 209. col. 2.*
g *In d. consil.*
h *In li. de vltimo fin. illat. 1. nu. 240. & consequentibus.*
i *Clem. 1. de caus. poss.*

Ratio enim, quare ibi renunciatio non impediuit restituentem expressa in textu, illa est, scilicet, quia non est verisimile, quod sponte ius suum renunciauerit, qui renunciauit spoliatus: ergo renunciatio, quæ præsumitur metu facta non impedit restitutionem. Horum duorum capitulorum inductionibus hanc opinionem non solum persuasimus auditorio nostro Salmanticæ ad hinc circiter tredecim annis, cum in hoc tit. interpretando cõcurreremus illi magno, doctissimo, nec minus pio viro, cognomento Montemaior, cathedram primarię functionis magna cum laude tunc regenti, sed etiam auditorio ipsius. Neque fuit vllus, quem sciam, qui in illa, vel alia Academia huic inductioni satisfecerit. Quare idem tenuimus etiam anno superiori, cùm hoc idem cap. ordinariè in hac florentissima Academia prælegeremus.

Quinto pro ead. facit cap. *ad aures*, [a] quatenus probat, renunciãti metu ius sibi per electionem quæsitum, non obstare illã renunciationem, quo minus illi ecclesiæ præficiatur. Sexto capit. *ad audientiam*, [b] quatenus loquens de renunciatione beneficij metu facta, ait, eam robore firmitatis carere debere. Septimo facit cle. 2. [c] quatenus habet, renunciationem factam à coniecto in carcerem, donec id faciat, nullius esse momenti: & eadem ratio videtur de omni alia, quæ iusto metu extorquetur.

5 Octauo facit, quod electio metu facta, est ipso iure nulla, iuxta illum textum pulcherrimũ cap. *vbi periculum*, [d] & glossam memorabilem, quæ 4. est, [e] nonnullis putatam singularem, & iuxta cap. *in nomine domini*, [f] & iuxta ea, quæ tradit Innocentius, [g] ergo etiam renunciatio. Tum, quia contrariorum eadem est disciplina, iuxta late tradita per Arerinum & nouiores. [h]

6 Tum, quia in electione agitur de iure quærendo, & in renunciatione de quæsito perdendo, quod difficilius fit, arg. l. *patre furioso*, [i] & cap. *dilectus*. [k]

7 Nono, quod matrimonium carnale metu contractum ipso iure est nullum, [l] & etiam spirituale. Nam ingressus religionis factus per metum non tenet, [m] ergo & diuortium & dissolutio tam carnalis, quàm spiritualis metu facta nulla erit: quoniam ea, quæ requiruntur ad actus compositionem, videntur requiri, etiam ad eius depositionem. [n]

His tamen non obstantibus re altius excogitata contrariam, quæ communis est, opinionem amplectimur, & tenemus renunciationem beneficij metu factam ipso iure valere. Primum, quia communis est, & eam affirmauerunt Domini Rotæ, & alij quam multi, quos retulimus in huius quintæ difficultatis propositione. [o] Deinde quod in cap. *Abbas*, & cap. *ad audientiam*, [p] agitur de renunciatione beneficij metu grauissimo facta, in qua tamen nihil speciale inducunt, neque declarant: immo ex regula generali omnium aliorum metu factorum respondetur, esse in irritum reuocanda, vt habet cap. *Abbas*, vel quod robore firmitatis debẽt carere, vt habet cap. *ad audientiam*, & ita præsupponunt idem de illa, ac aliis metu factis regulariter esse iudicandum, cum ergo metu facta regulariter teneant, licet rescindi possint, secundum communem sententiam, de qua hoc anno non nihil dixi in cap. *si vero*, [q] & latius in d. cap. *Abbas*, abhinc 27. annis in illa clarissima Tolosatum Academia, consequi videtur secundũ eandem dicendum, renunciationem quoque beneficij metu factam validam quidem licet rescindendã. Hoc eodem ferè modo inducit poterit d. cap. *si vero*, attento principio, quod omni refutante ius suum metu, loquitur, & perpenso fine, qui de renunciatione beneficij agit.

8 Tertio facit Clem. 2. [r] quatenus innuit, aliquid noui per eum inducì super renunciatione beneficij facta metu, ab ecclesiastico detento per laicos, donec eam faceret: tum, quia habet verbum: *Decernimus*, quod suapte natura iuris noui inductionem significat, iuxta sex glossas, quarũ prima est in capit. *eos*. [s] Secunda in clem. fin. [t] Tertia in clem. 1. [v] Quarta in clem. 2. [x] Quinta in clem. *per litteras*, [y] Sexta in clem. 2. [z] Tum, quia exprimit illam nullius esse omnino momenti, non obscurè innuens secundum iura quidem antiqua esse alicuius, licet rescindi possit, secundum autem illud, nullius omnino.

9 Neque obstat replicatio Fortunij, [a] scilicet eundem casum esse illius clem. & illorum duorum capitulorum, *Abbas*, & *ad audientiam*, & eandem rationem, & eadem verba in effectu. Quæ res mouit ipsum ad dicendum Doctores aberrare à veritate, & falsos esse in hoc antiquos. Non, inquam, hæc obstant quoniam primo non est idem casus. Nam illa clem. non loquitur, vt ille putauit, de omni renunciatione metu potestatis sæcularis facta, sicut illa duo alia cap. prædicta satis loqui videntur: sed solùm de facta per detentionem potestatis sæcularis, quoad eam faciat, quod differt à superiori, tamquam species, à genere. siquidem omnis renunciatio, per detentionem violentam potestatis sæcularis, quoad ea fieret facta, est renunciatio facta metu potestatis sæcularis: non tamen contra, omnis renunciatio facta metu potestatis sæcularis, est renunciatio facta per detentionem potestatis sæcularis, quoad illa fieret.

10 Secundo non est eadem ratio specialitatis, quoniam ratio specialitatis illius clem. assignata per Panormitanum, [a] non est ea, quam tribuit ei Fortunius, scilicet quod metu potestatis sæcularis est facta: sed quia per detentionem potestatis sæcularis, quoad resignaret, est facta. Quam non esse eandem ex proximè dictis constat. Et quia maior quædam audacia, & libertatis ecclesiasticæ offensio est, detinere clericum quoad renunciet, quod idem est ac ipsum in carcerem priuatum, vel publicum coniicere; quàm alio genere metus ad id faciendum cogere: quia eo casu bis peccatur, scilicet detinendo, siue in carcerem coniiciendo, & in cogendo metu ad renunciandum: in alio verò semel, scilicet metu cogendo: & cæteris paribus, quo maior est numerus delictorum, maior est offensio, vt est in cap. 1. [b] vbi latius scripsimus, & facit cap. 1. [c]

11 Tertio non sunt eadem verba. Quoniam in d. §. *Sane*, ponuntur illa verba: *Nullius omnino decernimus esse firmitatis*, quæ palã significant actus nullitatem: in cap. autem *Abbas*, illa: *Metu facta debere in irritum reuocari*, quæ potius sonant actum valere, quàm non valere, cùm id, quod non est, nequeat reuocari, vel irritari. [d] In cap. autem *ad audientiam*, ponuntur in verba: *metu facta carere debere robore firmitatis*, quæ longè minus significant, quàm illa, *Nullius sint firmitatis*. Quoniam verba illa: *Debere carere robore*, etiam secundum significationem propriam congruere possunt carentiæ & priuationi faciendæ, per sententiam: cum tamen illa verba, *nullius esse firmitatis*, soli actus nullitati conuenire queant, secundum saltem propriam significationem, arg. cap. *ad aures*, cum ei annotatis. [e] Cum ergo verba cap. *super hoc*, propriè actui valido congruant: verba verò illius clementinæ propriè inualido, & verba capit. *ad audientiam*, vtrique, consequitur, nos esse eadem verba, etiam illorum trium capitulorum.

12 Quarto principaliter facit, quod licet regulariter iuramentum metu cogente factum sit validum secundum communem per cap. *verum*. [f] Fallit tamen quando interponitur super actu nullo, & à iure reprobato per cap. *cum contingat*, [g] & cap. *quamuis pactum*, [h] & cap. *licet*, [i] secundum Vincentium relatum, & valde laudatum, per Panormitanum, [k] communiter receptum, vt ait Francus, [l] & Felinus, [m] at iuramentum interpositum super renunciatione beneficij metu facta, valet, [n] ergo illa non est nulla. Quæ argumentatio neruosissima est, nisi negetur illa Vincentij opinio, quã tractauimus hoc anno in cap. *si vero*, [o] Quinto facit, quod iuramentum de non repetendo beneficium metu renunciatum, valet. [p] At si renunciatio non valeret, tale iuramentum illicitum esset: quoniam in effectu esset iuramentum de non inseruiendo beneficio suo: quod est contra iura, scilicet cap. *relatum*, & cap. *conquerente*, [q] & per consequutionem non valeret, vt habet Regul. *Non est obligatorium*. [r] Sexto facit, quod si renunciatio non valeret, consequeretur, eum, qui metu renunciasset teneri ad pronunciandas preces horarias, etiam si numquam illud recuperaret, quoniã verè habet beneficium ecclesiasticum: & omnis qui illud habet tenetur ad id faciendum. [s] Iuxta latius tradita per nos in Enchirid. De Orat. [t] quod tamen videtur absurdum. Septimo facit etiam, quod sequeretur eum, qui metu renunciauit beneficio suo, posse absque alio patrimonio, & beneficio ordine sacro insigniri, quod non videtur concedendum.

Non

a De his quæ vi.
b Eod. tit. de his quæ vi.
c De pœnis.
d §. caterum de electio. lib. 6.
e Cap. bone. 1. de elect.
f 23. dist. & cap. 1. & cap. si quis pecunia. 79. dist.
g In cap. quod sicut de elect.
h In rubrica. ff. de adquir. possess.
i ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.
k De spon.
l Cap. cũ locum. & capi. veniens. de spons.
m Cap. 1. de his quæ vi.
n Argum. l. si veproponis C. de iur. & e. degradatio. de pœn. lib. 6.
o Num. 7.
p De his quæ vi.
q De iureiur.
r De pœnis. in §. sane.
s De sententia excõmu. ni. lib. 6.
t De ætat. & qualit.
v De causa poss.
x De app.
y De præb.
z De reb. eccles. non alien.
a In d. libro de vltimo fi. illat. 21. nu. 290. & consequentibus.

a In cap. Abbas. de his quæ vi. col.
b De pœnit. distl. 5.
c De treug. & pac. & authenti. defuncto. C. ad Senatus consul. Tertul.
d Le nam & ff. de iniust. rub. & irri. & ea. ad dissoluendũ. de spons. impuber.
c De rescrip.
f De iureiur.
g De iureiur.
h De pactis. libr. 6.
i De iureiur. eod. li. & Authen. sacramenta publi. C. si aduersus vend.
k In cap. cum contingat. col. 2. de iureiur.
l In d. c. quãuis. col. 4.
m In cap. 2. & cap. si vero. de iureiur.
n Dicto capi. si vero.
o De iureiur.
p Dicto capi. si vero.
q De cleric. non residen.
r De reg. iur. in. 6.
s Capi. si. 92. distinct.
t Sine rep. c. Quando. not. 7. num. 2. & consequentibus, de consecrat. dist. 1.

Non obstant illa nouem, ob quæ multo tempore contrariæ adhæsimus opinioni. Ad quorum primum respondemus negando, quod eadem ratio militet in renunciatione coacta, quæ in spontanea ad impediendam restitutionem, dato & concesso, quod renunciatio coacta sit valida per ea, quæ in solutione tertiæ & 4. mox dicemus. Ad secundum, quod Doctorum auctoritati nititur, respondeo, primum, eam non esse necessariam. [a] Deinde, quòd multo plures sunt in contraria, & communi, quàm sustentamus opinione.

13 Ad tertium, & quartum quæ fundantur in hoc cap. & præcedenti, quorũ hactenus solutio idonea mihi nusquam occurrerat, respondeo, concedendo per hæc duo capitula significari illam grandem differentiam inter renunciationem spontaneam, & coactam, scilicet, quod spontanea quandoque saltem impediat restitutionem possessionis beneficij, quod quando contingat dicemus, infra, [b] non autem coacta etiam his casibus, quibus impediret spontanea: negando tamen huius differentiæ rationem, & causam esse, quod altera sit valida, & altera inualida & nulla: sed secundum aliam longè diuersam, scilicet quod spontanea rescindi nequeat, coacta verò sic.

14 Et consequenter concedendo, renunciãti metu beneficium non esse restituendum illud, ante rescissionem talis renunciationis metu factæ. At negando, quod in casibus horum duorum capitulorum restitutio debuerit fieri, aut facta fuerit immediatè ante rescissionem renunciationis tacitam, vel expressam. Nam in hoc cap. solum indirectè, & à contrario sensu probatur, renunciãti metu non esse negandam restitutionem. An autem illa immediatè ante renunciationis metu factæ rescissionem, an post, debeat fieri, non exprimit: & ita per alia iura potest intelligi, eam esse faciendam post renunciationis rescissionem. In capit. præcedenti etiam solum probatur, contra eum, qui spoliatus renunciauit, non esse admittendos testes, ad probandam renunciationem fuisse spontaneam, antequam restituatur: quia præsumptione iuris, & de iure, præsumebatur coactè facta, quoad restitutio fieret. An autem hæc fieri debeat ante rescissionem, an postea nihil aperit: & æquè apte potest intelligi de facienda post rescissionem renunciationis, ac de facienda ante: ergo vt aliis iuribus concordet intelligendum erit, de facienda post eam rescissam, quæ est singularis vera, & noua declaratio.

15 Quæ quidem responsio pulchre confirmatur per ca. *ad aures*, c quatenus habet, eũ, qui metu renunciauit electioni de se factæ posse præfici illi Ecclesiæ, non obstante illa renunciatione, etiam ex iure antiquo, secundum Abbatem, & Panormitanum communiter probatos. At intelligendum est illud secundum eosdem, facta restitutione aduersus illam renunciationem, quę planè expositio est quam simillima nostræ. Ex quibus infertur primo, solutio quinti contrarij fundati in d. capit. *ad aures*, scilicet, quòd ibi non dicitur renunciationem electionis non tenere: sed simpliciter, eam non obstare, quo minus is, qui metũ renunciauit præfici possit Ecclesiæ, ad cuius regimen fuerat electus. quod duobus modis intelligi potest. Primò quidem secundum Innocentium ex nouo iure, scilicet electione noua quærendo. Secundo, & aptius etiam ex antiquo, sed vt prædictum est, secundum Abbatem quem sequitur Panormitanus, [d] prius facta restitutione aduersus illam renunciationem metu extortam: quæ posterior solutio germanior est contextui eius. Neque obstat, quod Fortunius noster, [e] damnauerit hanc solutionem dicens prædictam solutionem non fieri ex mente illius c. tum, quia id negari potest: tum, quia satis est, quod non fiat contra mentem eius, & fiat secundum aliorum iurium mentem. [f]

Secundo infertur, iudicem, coram quo est obiecta renunciatio petenti restitutionem beneficij, postquam probatum fuerit, eam metu factam, prius debere illam rescindere, quàm restitutionem faciat, vel fieri iubeat.

16 Tertio infertur, iudicem, qui beneficium restituit metu renunciãti, non obstante renunciatione, quia metu facta erat, videri illam tacitè, ac prius saltem natura rescindere: & renunciãti, ius quod renunciauit, reddere, quasi quoddam necessarium præambulum, & antecedens ad restitutionem faciendam. Nam in his duobus cap. præsupponitur, rectè iudicare iudicem, qui spoliato iubet restitui beneficium, non obstante renunciatione metu facta. At id per superius dicta non esset rectè factum, nisi tacitè per quamdam consecutionem rescindere videretur illam, tamquam quoddam præambulum ad restitutionem necessarium, eo, quod volens aliquid videtur velle id, sine quo illud consistere nequit. [a] Sic & Deus condonaturus peccatum mortale propter dolorem peccatoris, prius natura, licet non tempore facit eum contritum, secundum glossam 1. & ea, quæ latius ibi diximus in capit. *dixi*. [b] Et is cui debetur hæreditas ex testamento, & ab intestato, acceptando eam, tamquam legitimam, & delatam ab intestato, prius natura, licet non tempore videtur renunciare illam, tamquam delatam ex testamento: quia acceptatio legitimæ præsupponit delegationem ab intestato: cui non est locus, donec fuerit delationi ex testamento, vt pulchre probat l. *illud*. [c] Et iudex condemnans aliquem ad restituendam rem alicui eam petenti, tamquam suam, tacite, ac prius natura videtur declarare, illam esse eius, secundum Bartholum, [d] quod communiter receptum esse testatur Iason. [e]

17 Quarto infertur, eum, qui petit à iudice restitutionem beneficij, non obstante renunciatione metu factam, videri petere tacite, ac prius natura, rescissionem illius renunciationis. Quoniam sententia iudicis conformis esse debet libello, ac petitioni partis, saltem tacite. [f] Immo fatuus est iudex, qui super non petitis pronunciat. [g] At iudex, à quo petitur restitutio beneficij, non obstante renunciatione meticulosa, poterit prius illam rescindere, immo videtur id facere tacitè, si iubeat illud ei restituere. per dicta in proximo corollario: ergo qui talem restitutionem petit, videtur quoque petere talis renunciationis rescissionem, nec mirum. Nam qui agens petitione hæreditatis, vel rei vendicatione petit restitutionem rei, videtur petere, vt iudex pronunciet ipsum hæredem, vel dominum, quoniam hoc est antecedens necessarium. secundum Bartholum, [h] & glossam singularem & posteremam, [i] quam ibi ad id commendat Antonius, [k] quatenus sentit, eum, qui petit iura episcopalia videri tacitè petere rescissionem contractus, qui eorum petitionem impedire potest, quasi præambulum, & antecedens necessarium, ergo & is, qui petit restitui sibi beneficium, non obstante renunciatione meticulosa, meritò videbitur petere illius rescissionem, tamquam præambulum, & antecedens quoddam necessarium.

18 Quinto infertur, posse quem petere nonnumquam restitutionem beneficij, licet careat titulo, & id confiteatur, modò sperer sibi competiturum per restitutionem iuris præteriti, tempore quo restitutio facienda erit sibi. In præsenti enim casu, qui spoliatus post renunciationem metu factam petit restitutionem, non habet titulum. Quoniam illum perdidit per illam renunciationem, immo & tacite fatetur se carere illo. Attamen restitutionem petere potest, eo quod ipso facto rescissa renunciatione restituetur ei titulus ille pristinus, sine alia noua collatione, per cap. *Abbas*. [l] vbi hoc expressè colligit Panormitanus, [m] quod ipsum facit in cap. *ex parte*, [n] & in cap. *si vero*. [o] quem ibi sequitur Felinus. Quod cõfirmatur alia singulari decisione Dominici de sancto Geminiano, [p] scilicet, enm cum quo dispensatur super beneficio, absque canonico titulo per eum obtento, posse suam collationem antiquam, sine alia nouè facta continuare.

19 Sexto infertur, non perdi possessionem beneficij per omnem renunciationem, per quam perditur eius proprietas. capitulum enim hoc præsupponit, posse quem spoliari post renunciationem metu factam, & ob id petere restitutionem. super quo multa vtilia, & numquam satis exerta & aperta prodemus infra. [q]

20 Septimo infertur, eum qui beneficium metu renunciauit, non posse iustè, ac cum bona conscientia tenere illud, & eius fructibus vti, nisi tacitè, aut expressè id ei conferatur, aut restituatur, etiã si à possessione ipsius aliter non discessisset, neque deiectus esset: quoniam nullum titulum habet, quippe qui per renunciationem perdidit omnem illum, quem habebat, iuxta hanc communem à nobis

a Cap. ego solis 9. distinct.
b In oppo. 7.
c De his quæ vi.
d Ibid. nu. 2.
e In d. lib. de vltimo fin. illat. 21. n. 391.
f Arg. c. cum expediat. de electio. lib. 6. l. 1. ff. de inofficiosa. dot.

a Lrg. 2. ff. de iurisd. omn. iudi. cap. præterea. de offic. delegat.
b Capit. consuetudinem. de pœnis. distinct. 1.
c ff. de adquir. hæredi.
d In l. ex diuerso. num. 2. ff. de rei vend.
e In §. omnium. Instit. de actio. nu. 140.
f Capit. licet Heli. de simo. cap. qualiter, & quãdo. 2. de accusat.
g Leg. fin. C. de fideicomi. libert.
h In d. l. ex diuerso. ff. de rei vendi. n. 2.
i Cap. constituto. de relig. domi. in princip. n Num. 2.
l De his, quæ vi. in ver. restituas vniuersa.
m Not. 2.
n Infra eod. col. 6.
o De iureiur. vltimo nota.
p In Cap fin. 01. distinct.
q In 7. oppositionis ioui. 10.

a Capit. 1. de reg. iur. lib. 6.

b In 5. epitol.

c Regul. qui actionem. ff. de regul. iur.

d Et c. misc. de renuntiatio.

sustentatam sententiam: & beneficium sine titulo canonico non potest licite teneri. a Arbitraremur autem foro conscientiæ satisfactum iri, si iudex competens, etiam parte non citata rescinderet renunciationem, si & quatenus metu facta esset: & renunciantem ad ius pristinum restitueret, per ea, quæ diximus, supra. b

21 Octauo infertur, eum qui metu renunciauit beneficium non teneri ad pronunciandas preces horarias, siue horas canonicas, si sola ratione illius beneficij renunciari ad id tenebatur: quia iam non habet beneficium, nec sufficit ei esse debitum: alioqui enim præsentatus ante institutionem, & electus ante confirmationem, teneretur ad eas, quod nemo concedit.

22 Nono infertur, eiusmodi renunciantem non posse ordine sacro insigniri ad titulum illius beneficij: quia nullum talem habet. Nec obstat, quod qui actionem habet, rem videtur habere. c Quia illud est impropriè, vt sonat verbum, videtur, & latius ibi declarat Decius.

23 Ad sextum & septimum satis abundans responsio colligitur ex solutione replicationis factæ supra, contra tertium nostræ conclusionis fundamentum. Ad octauum respondeo negando, similitudinem quoad hoc inter electionem, & renunciationem: tum quia electio quamdam libertatem hoc, vel illud optandi præse fert; cui longè plus repugnat metus, quàm renunciationi: cui, vt valeat, sufficit regulariter consensus renunciantis: tum quia coactio ad eligendum proximius magis repugnat vtilitati publicæ, quàm coactio ad renunciandum: tum ob alias dissimilitudines, quæ facilè reddi possunt.

Ad nonum respondemus negando consecutionem à contractu matrimonij, & ingressu religionis, ad renunciationem beneficij: tum quia etiam nō infertur ex eis etiam ad eorundem renunciationem: nam illa consensu partium contrahuntur, quo tamen nō dissoluuntur: tum quia in illis contrahendis non solùm libertas simpliciter, sed plena exigitur, propter maximam, quam contrahens subit captiuitatem: quæ non exigitur in renunciatione beneficij, probante illam superiore: per quam plerumque excutitur seruitus, & libertas quæritur, iuxta ea, quæ habentur in ca. 1. d

Tenentes igitur communem opinionem, quæ habet, renunciationem coactam valere, respondemus directo ad quintam oppositionem id, quod ex solutione primi, tertij, & quarti fundamenti pro nostra antiqua opinione adductorum facilè colligi potest, nempe, falsum esse, quod eadem ratione impedire debeat restitutionem renunciatio coacta, qua spōtanea: dato, quod vtraque valeat. Quoniam coacta licet valeat: est tamen rescindibilis, & cum rescissa fuerit, nihil impedit: spontanea verò valet, & nequit rescindi. Quod si fortè vrgeas ergo saltem donec coacta rescindatur, perinde impedit ac spontanea, lubenter concedemus: intelligendo tamen sufficere rescissionem illam tacitam: de qua in solutione tertij, & quarti fundamenti est dictum. Hactenus de oppositionis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum æquè obstat agenti possessio, ac agenti petitorio: & agenti super iure quærendo, sicut agenti super iure quæsito. num. 3.*
2 *Electo ius ad rem tantùm quæritur.*
4 *Iurans metu renunciare aliquid, potest id renunciatū repetere.*
Iuramentum confirmans renunciationem beneficij videtur factum post perditam possessionem, tenendo cum communi eam perdi per renunciationem solam.
6 *Renunciatio beneficij metu iurata obstat: & non obstat agenti possessorio, obstante absolutione, non obstat post eam.*
7 *Renunciatio metu facta, & metu iurata duplici nomine obstat etiam agenti possessorio: & ita duo sunt facienda, quo minus obstet.*
8 *Restitutionem petens non obstante renunciatione meticulosa, tacitè petit rescissionem illius. qui autem idem petit, non obstante iuramento meticuloso, non videtur tacitè eius absolutionem petere.*
9 *Intellectus cap. si vero. de iureiuran.*
10 *Iuramentum de non petenda absolutione illicitum, sed non in vniuersum.*

A

OPPOSITIONIS SEXTÆ SOLVTIONES.

AD sextam ergo transeamus oppositionem, quæ petit concordiam inter hoc cap. & conclusionem, prædictam summariam ex vna parte, quatenus probant, beneficij renunciationem meticulosam etiam iuratam non obstare petenti restitutionem: & ex altera inter ca. *ad aures*, a quatenus probat, beneficij renunciationem meticulosam, quæ iurata est, obstare reposcenti illud: & confirmationem eius, quæ haber iuramentum, etiam metu factum, si licitè seruari potest, esse seruandum. b Quod speciatim probat, abiurationem beneficij meticulosam obstare reposcenti illud.

a De his quæ vi.

b Cap. si vero. de iureiur.

Hanc oppositionem soluimus, primo ex mente glossæ illius ca. c scilicet, illud de agente petitorio loqui: nostrum autem cap. cui concordat præcedens, de agente possessorio. Et constat multa opponi posse contra agentem petitorio: quæ contra agentem possessorio non possunt. d

c Ad aures.

d Cap. 2. & fin. de ordin. cognit.

1 At hæc solutio refellitur, primo quod iuramentum de non agendo super spolio iam facto, ita obstat agenti possessorio, sicut iuramentum de non agendo super petitorio agenti petitorio: iuxta glossam, e & Innocentium, f Speculatorem, g decisionem Rotæ, h receptam per Panormitanum, i & communiter alibi ab aliis. Secundo refellitur, quod eadem omnino ratio est, cur repelli debeat agens possessorio, ac agens petitorio: quia neutri licet contrauenire iuramento licito, etiamsi sit metu præstitum. k

e Ca. ex insinuatione. de procur.

f In cap. super hoc. de renunciatio n.

g De petit. & posses. §. final. vers. 15.

h 401. quæ in noue rubric. est 18. de rest. spoliat.

i In cap. præcedenti, num. 16.

k Cap. si vero. & ca. verum. de iureiurando.

Secundo, respondebat quidam ex auditoribus nostris perdoctus, quod in ca. præcedenti iudex ex officio procedebat, vt ipse dixi pōderando illa ver. *Sollicitè perquirere cures*: & ita iuramentum partis non poterat opponi iudici, qui non iurauit: in ca. vero *ad aures*, procedebat ad instantiam partis, cui suum iuramentum meritò opponitur, sed hæc responsio non est satis firma. Quia primo licet secundum eos, quos sequebatur ibi verum sit in casu cap. præcedentis, iudicem processisse ex officio quoad inquisitionem temporis, in quo renunciauit; an scilicet renunciasset ante vel post spoliationem, qui fuit vnus articulus incidens: nemo tamen negat ibi non fuisse processum ad instantiam, & petitionē partis in principale, scilicet restitutionis petitione, quod facilè colligitur ex illis verbis: *Sed testes H. quibus intendit, &c.* Et ideo cum petendo, suo iuramento contrauenire, merito debuit à petitione principali & per cōsecutionem ab omni alio incidenti repelli. l Secundo contra hanc solutionem facit, quod decisio illius ca. non fundatur in eo, quod iudex ex officio suo procedebat: sed quia non videtur renunciasse sponte, qui spoliatus renunciauit, vt expressus illius contextus habet. Tertio contra eandem facit, quod hoc nostrum cap. idem in hoc significat, quod præcedens: at palam est in hoc actum fuisse ad partis instantiam & petitionem.

l Argu. regulæ, accessorium. de reg. iur. li. 6.

2 Tertio respondemus, quod in d. cap. *ad aures*. agitur de eo, qui renunciauit electionem, & ita solum ius ad rem. iuxta decisionem pen. Rotæ, m communiter receptam, quidquid glossa singularis dicat, n & ita ius quærendum.

m In nouis, quæ est 6. in noue rubr. de election. aliàs 492.

3 Hic verò de illo, qui renunciauit ius in re iam quæsitum: quod difficilius tollitur, arg. l. *seruus*. o coniuncta l. fi. p cum his, quæ ait glossa & congerit Decius, q sed etiam hæc solutio refellitur: tū, quia siue de iure quærēdo agatur: siue de quæsito, nemo debet contra suum iuramentū admitti. r

n In ca. quæsto. 63. distin.

o Cod. de pactis.

p Cod. de ad qui. pos. l. 3. C. de hæred. instit.

q In d. l. seruus. num. 8.

4 Quarto respondebat alius auditor noster, quod in ca. præcedenti, qui renunciauit, non iurauerat seruare renunciationem: & ita non repetere, sed renunciare, quod postea fecit, vt contigit in cap. *ad audientiam*. s Pro quo ponderabat, quod in d. cap. 2. prius de iureiurando, quàm de renunciatione meminit: neque ait renunciationē iuramento firmatam fuisse: cùm tamen in d. ca. *ad aures*, de renunciatione iuramento firmata agatur, sed neque hoc placet: tum quia illa verba illius cap. *Testes alterius partis de iuramento, & renunciatione facta non admittas*, satis apertè significant, textum agere de renunciatione iurata: tum quia cap. hoc nostrum, de iurata renunciatione agit. attamen hoc idem, quod precedens significat.

r C. ap. si vero. de iureiur. & cap. debitores. eod. tit.

s De his quæ vi.

Quinto, respōdebant Panormitanus & Ioannes Imolēsis, t quod ibi iurauit antequā spoliaretur: & ita iuramētum

t In illo capit. ad aures.

extende

a In glos. t. illius capitu.

extendebatur etiam ad possessionem, quam iurans habebat: in cap. vero præcedenti renunciauit & iurauit spoliatus, & ita non videbatur comprehendi possessio, quam tunc non habebat, quæ tamen solutio tollitur. Primo per ea, quæ supra in prima oppositione, contra quintam concordiam inter cap. præcedens & hoc nostrum adduximus: deinde, quod illud ca. habet locum etiam in electo nōdum confirmato, vt etiam ipsi sentiunt, a & ita in eo, qui non possidebat.

5 Postremo, quod iuramentum de non repetendo beneficium renunciatum post renunciationem, sit etiam si paulo post, & ita post possessionis amissionem tenendo cum communi perdi eam, per ipsam solam renunciationem: licet nos aliter dicamus in opp. sequenti. at hæc tria capitula de iuramento non repetendi beneficium renunciatum agunt: ergo intelligenda veniunt de iuramento non repetendi facto post possessionis amissionem.

6 Sexto ergo respondemus id, quod in cap. *ad aures*. significatur, scilicet, obstare renunciationem etiam metu factam, si iurata sit repetenti beneficium, intelligendum esse ante habitam à iuramento absolutionē: id autem quod hic significatur, scilicet, talem renunciationem iuratam non obstare, si metu est facta, intelligendum esse post habitam absolutionem. Quæ interpretatio simul iuuat, & iuuatur per aliam ei simillimam, quæ supra in quintæ oppositionis solutione defendendo cum communi, renunciationem beneficij metu factam tenere diximus: id quod habent hoc cap. & præcedens, scilicet, talem renunciationem factam, non obstare petenti restitutionem: intelligendum esse obtenta prius tacitā, vel expressā restitutione: quoniam ante illam nec expressè, neque tacitè obtentam obstabit.

7 Ex qua duplici interpretatione collegitur noua, & singularis conclusio: scilicet, duo esse necessaria, quo non obstet renunciatio meticulosa iurata petenti restitutionem beneficij: quibus casibus obstaret spontanea, scilicet absolutio à iuramento, ne iuramētum obstet: & resissio renunciationis, ne renunciatio obstet: sed vnum tantùm esse necessarium: cum sola renunciatio meticulosa, sine iuramento interuenit, scilicet renunciationis rescissionem. Vnum item tantùm, cùm solùm iuramentum meticulosum de non repetendo interuenit, scilicet, absolutionem ab eo.

8 Arbitramur autem, quod licet petens restitutionem, non obstante renunciatione metu facta, rectè petat: immo tacitè videatur petere rescissionem illius renunciationis, & iudex iubens restitutionem fieri, nō obstante renunciatione metu facta, tacitè videatur illam rescindere, per latius dicta in quintę oppositionis absolutione. beum tamen qui petit restitutionem beneficij: quam iurauit non petere, siue addiar non obstante, quod id metu iurasset, siue non peccare, nec videri tacitè petere absolutionem: immo potius videri transgredi iuramentū illud metu factum. Quoniam ante habitam absolutionem contrauenit suo iuramento: quod non licet, iuxta capitula prædicta, *verum & si vero*, c cuius verum intellectum hinc colligas, quatenus magna cum trepidatione respondetur ibi ad quæsitum.

b In 4. & distinct. 38. argumē. 9. q. 3.

9 Perinde enim est, quod ibi dicitur, ac si diceret: beneficium non potest petere, qui abiurauit illud metu, ante absolutionem: quia id esset contrauenire iuramento. Potest autem petere absolutionem: quia id præter iuramentum est. Addo tamen, eiusmodi renunciantem posse petere absolutionem, etiamsi iurasset id non facere: quia tale iuramentum illicitum est, secundum Felinum, d arguentem illius dicti singularis Richardi, e scilicet votum de dispensatione voti non petenda minimè valere. Quod tamen, vt restringitur per ipsum: ita & dictum Felini restringendum est, quod in d. cap. 1. latius dicebam. Posset & septimo dicere quis, hoc cap. non agere de renunciatione iurata: sed de abiuratione. quod verbum videtur significare, etiā aliud, quam renunciationem cum iuramento, vt apud Plinium in prologo, *abiuratus*, significat, valdè coniunctus. Et apud Maronem. *Abiuratæque rapinæ*, appellantur contra ius ereptæ. Et apud Plautum, *abiurare*, est creditum cum iuramento negare. Et ita non mirum, quod hic significet simpliciter renunciare. Hæc tamen cōcordia non placet. Tum, quia cap. præcedens de renunciatione iurata loquitur: & tantæ difficultatis est conciliare solum illud ca. cum

c De iureiur.

d In cap. constitutus. de rescrip. nu. 9. & in cap 1. n. 4. de iur. iur. & in ca. præterea 1. n. 19. de sponsa.

cap. *ad aures*. sicut hoc & illud: Tum, quia vltra ea, quæ in 6. oppositionis solutione adduximus ad probandum, iuris canonici peritis, abiurationem, significare renunciationem iuratam in materia renunciationis, est casus optimus id irrefragabiliter probans, in dicto ca. *si vero*. a

a De iureiurand.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio spontanea beneficij obstat agenti super proprietate tantùm: vel super petitorio, & possessorio simul, secundum omnes.*
Et etiam agenti super possessorio tantùm, secundum Communem, num. 2.
Quæ tamen non est tenenda. num. 3.
4 *Restitutionem petentem repellit pactum, de non petendo illam, factum post spolium.*
5 *Per solam renunciationem non inducitur defectus notorius proprietatis ob duas causas.*
6 *Renunciatio beneficij, qua ratione videatur respicere possessionem eius.*
7 *Renunciauit, qui beneficium in fauorem vnius, si spolietur à tertio restituitur.*
8 *Possidere possumus iustè quoad vnum, & iniustè quoad alium.*
Sed non possumus possidere quoad vnum, quin etiam quoad alium possideamus iustè, vel iniustè.
9 *Renuncians beneficium, & nihilominis insistens ei, possidere videtur illud: & si spolietur agit de spolio, maximè, si din incubuit. num. 13.*
10 *Renuncians dominium, an, & quando renunciat possessionem: & quod hodie pauci renunciantes beneficia per hoc solum eorum possessiones perdunt. num. 11.*
12 *Renuncians beneficium, etiam animo perdendi possessionem, & antequam ea occupetur ab alio, rediens ad eam, possidere videtur, cum ampliatione vtili.*
14 *Cassador. siue Cassodorus secum pugnantia vbi videatur dicere.*
15 *Occasionem delinquendi non esse dandam.*
16 *Possessio æquè continuari, aut nouè apprehendi potest virtute tituli renunciati, ac alterius ipso iure ob aliquam causam perditi.*
17 *Possessio beneficij sine titulo quæri non potest.*
18 *Possessio beneficij quæritur, & continuatur virtute tituli perditi ipso iure.*
19 *Possessio rei non transfertur in alium per clausulam constituti ab eo, qui eam non possidet: sed possessio beneficij sic ab eo, qui ei post renunciationem insistit.*
20 *Restitutionem beneficij petenti non obstare plus, cæteris paribus, renunciationem, quàm aliam perditionem tituli.*
21 *Renunciatio (etiam quibus casibus obstat restitutionem petenti aliam) alia ratione obstat.*
22 *Renunciatio non omnis admissa à superiore tollit possessionem.*
Et è contrario, aliqua in manibus eius, qui non est superior tollit eam. num. 23.
24 *Rotæ decis. 352. defenditur in vno articulo, & refellitur in tribus.*
25 *Renuncians beneficium extra manus superioris, an egeat nouo titulo?*
26 *Collatori datum tempus ad conferendum quando currat à die renunciationis facta extra manus superioris.*
27 *Beneficium collatum à Papa eodem die duobus, in quorum fauorem fuit renunciatum coram notario Cancellariæ, debetur ei, cui cum clausula gratificationis fuit collatum: licet posterius in eius fauorem fuisset renunciatum.*
28 *Renunciatio beneficiarij non facit ipsum perdi Ecclesiæ, donec illi superior consentiat.*
29 *Renuncians beneficium etiam in manibus superioris, sine nouo titulo, redit ad illud antequam admittatur, vel reprobetur.*
30 *Renunciationis admissio frequenter pertinet ad alium, quam beneficij collatio.*
31 *Renunciationis admissio à Prælato facta longè aliud est, quàm dimissio à iurisdictione.*
32 *Renunciatio facta in manibus priuati, & approbata post sex menses, præsumitur, vel fingitur fuisse approbata ab initio.*
33 *Renuncianti beneficium in manibus eius, qui eam admittere nequit, licet non perdat illud, sæpe perdit possessionem:*

& vo id repelli à petitione restitutionis ipsius.num.34.

35 *Intellectus cap. Quod in dubiis, de renunciat. nouus Petri Rebuffi reiectus.*

36 Denuo *verbum, quid significet, & verificari in actu verbali contra Petrum Rebuffum.*

37 *Renunciationis realis, & verbalis differentia noua.*

38 *Beneficium dimittens, iuxta cap. si beneficia. de præbend. lib. 6. nec proprietatem, nec possessionem perdit.*

39 *Possessionem sub conditione relictam, vel traditam nec perdi, nec quæri ante illam impletam.*

40 *Conditionem exprimi posse in spiritualibus, quomodo.*

41 *Acceptatio beneficij indebiti non tollit ius iterum acceptandi debitum, quia tacitè conditionalis est.*

42 *Gomez, ius reiectus.*

43 *Possessio ciuilis dat ius liberè redeundi etiam vi ad rem possessam. num. 48.*

44 *Liberè quid fieri potest.*

45 *Intellectus cap. si beneficia, quoad vnum, & quoad alium. nu. 46. & quoad aliud, num. 47. & qualis reditus consulendus sic dimittenti. num. 49.*

50 *Beneficium dimittens iuxta cap. si beneficia de præbend. lib. 6. quomodo gaudet regula de triennali possessio.*

51 *Tempus regulæ de triennal. continuum esse oportet.*

52 *Possessio ciuilis non interrumpitur, cum ex continenti quæritur naturalis.*

53 *Beneficium dimittere facto tantum, aut verbis, & facto in casu cap. si beneficia, paria esse, nouè.*

54 *Regulæ de triennali quoad d. cap. si beneficia, ratio, declaratio, & defensio, noua.*

55 *Possessionem beneficij non perdi, per sententiam priuatiuam.*

56 *Ioan. Barthac. nomunquam pro luce tenebras obducit.*

Oppositionis septimæ solutio tractans, an, & quatenus renunciatio obstet potenti restitutionem: cum multis contra, & præter communem.

1 AD septimam oppositionem, quæ fundatur in ca. *ex transmissa*, & in ca. *in præsentia*. [a] quatenus probant, exceptionem renunciationis spontaneæ, etiam non iuratę, admitti contra agentem super beneficio, cuius cõtrarium videtur innuere hoc cap. respondemus, primo illud esse verum, quando opponitur agenti super petitorio, ac possessorio simul, vt ibi palam probatur. Neque immeritò: quoniam renũcianti iura sua, non est dandus ad ea regressus. [b] Sed hoc nihil obstat nostro, cap. quod loquitur de agente tantùm possessorio recuperandæ: cõtra quem non admittuntur ea omnia, quę solent cõtra agentẽ petitorio. [c]

2 Respondeo secundo concedendo, secundum opinionem communem, verum esse illud etiam quando agitur super possessorio tantùm, etiam recuperandæ. Quod tenent decisiones Rotæ, [d] quas collegit Gulielmus Cassador, [e] & decisio Capellæ Tolosanæ, [f] & ibi eius additio, & idem Innocentius communiter receptus, [g] & clarius in cap. præcedenti, [h] & clarius in hoc cap. receptus per Ioannem Andream, Panormitanum, & Imolensem. Et Gomezius, [i] & alibi fæpè.

3 Contra quam tamen communem videtur tenendum primo, quod renunciatio rituli solùm, defectum eius, & ita solius proprietatis inducit. [k] & sic solùm videtur repellere petentem illam, & nõ petentem possessionem: quia illa, nihil habet communem cum ea. [l] Secundo, quod conclusio communis prædicta, nullius textus verbis probari videtur. Nam præcipua iura, quæ ad eam fundandam citantur sunt hoc ca. & præcedens, vt videre est in prędictis decisionibus at verba horum capitulorum hoc non probant, quia non agunt de renunciatione sola simplici, sed de iurata. Neque respondeti potest, eandem videri rationem de vtraque, quoniam constat longè alia esse. Nam etiam solum iuramentum absque renunciatione, sufficeret ad impediendam restitutionem, iuxta glossam singularem & receptam, [m] quæ habet, etiam pactum de non petendo ad id sufficere.

4 Quod etiam tenet decisio Rotæ, [n] vt supra in sextæ oppositionis solutione dictum est. Tertio quod nulla efficaci ratione videtur fundari possessolæ enim tres redduntur: quarum tamen nulla est efficax. Non prima, scilicet quòd per eam perditur ipso facto beneficium. Quoniam etiam ob alia multa crimina, actiones & negligentias, perditur beneficium ipso facto. [a] Quæ tamen spoliato petenti restitutionem obiici nequeunt, iuxta cap. *item cum quis*, [b] & ea quæ latius ibi diximus.

5 Non etiam satisfacit ratio secunda, scilicet quod per renunciationem perditur notoriè titulus, & color eius; partim quòd licet renunciatio esset notoria, non ideo esset defectus proprietatis notorius: quia potuit post renunciationem alium quæsiisse titulum, vel causari renunciationem esse nullam, ob simoniam, vel aliquam aliam causam, partim quòd in prima oppositionis solutione probauimus, multas, immo ferè omnes renunciationes fieri occultas, aut certè non notoriè: & per consecutionem non posse inducere vacationem beneficij notoriam. Quas tamen obiici posse restitutionem petenti tenet communis, nullum ponens discrimen, inter renunciationem notoriam, & aliam, modo sit spontanea. Non satisfacit etiam tertia frequentius recepta, scilicet, quod omnis exceptio respiciens possessionem potest opponi contra petentem restitutionem, vt copiosiùs diximus in cap. *in litteris*, [c] & per renunciationem non solum perditur proprietas, sed etiam possessio beneficij: & ideo exceptio renunciationis respicere videtur possessionem, & spolium: adeo, vt qui eam opponit spoliato reperenti beneficium, tacitè negare videtur, illum fuisse spoliatum: quia tacitè, siue virtualiter, ait, quod non possidebat illud: sed solùm detinebat, quando ab eius possessione fuit expulsus. Hęc autem ratio, licet colorata sit, & ei nitatur Innocentius, hîc & in prælegatis locis, cum quasi omnibus supra citatis: & licet nemo aliquid ei opponat, destruitur tamen.

6 Primum eo quod hoc consequeretur, non competere remediũ restitutorium ei, qui renũciauit beneficium in fauorem alicuius: & spoliatur à tertio, quod durum esset, & cuius cõtrarium ait Gulielmus Cassador. [d] definitum fuisse in illo celebri prætorio Rotæ, & sanctissimè quidem: quod tamen ita definiri non potuisset, si per renunciationem perderetur possessio. Quoniam illud non datur non possidenti. [e]

7 Neque obstat id, quod nos aliàs respondebamus, scilicet, decisionem illam procedere in renunciatione admissa Romę in fauorem certæ personæ, cum illa clausula consueta apponi in curia, scilicet: *In fauorem talis personæ: & non aliter, nec aliàs*. Per quam constat renunciantẽ non fuisse animum relinquendi, nec beneficium, nec possessionem eius, nisi quatenus esset acquirenda illi, in cuius fauorem renunciauit: & propterea, tertium non posse obiicere illi spoliato renunciationem, quæ quoad illum non fuit facta. Non inquam hoc obest: quoniam replicari poterit, ex hoc cõsequi, posse quem possidere beneficium, quoad vnum, non possidendo illud quoad aliũ: quod absurdum videtur.

8 Nam quamuis inueniamus quem possidere iustè quoad vnum, & iniustè quoad alium: adeo, vt spoliatus ab vno possit agere de spolio: & spoliatus ab alio non. Qualis est violentus possessor, qui iniustè possidet quoad spoliatum, contra quem non restituitur; si ex continenti spolietur ab eo, iuxta l. 3. [f] & cap. fin. [g] Quoad tamen alios iustè possidet, & spoliatus ab eis, potest agere prędicto interdicto. [h] Quamuis, inquam, hoc inueniamus: non tamen inuenimus posse quem possidere quoad vnum, qui non possideat quoad alium iustè, aut iniustè.

9 Quarto contra prædictam communem cõclusionem, simul & contra prædictam rationem facit, quod renuncians beneficium sponte, si postea incubuerit illi, vsque adeo dicetur illud possidere: vt spoliatus ab aliquo rectè possit de spolio agere. non obstante renunciatione, secundum Innocentium, [i] & clarius paulo post versiculo: Item post, [k] quod ipsum tenet Calderinus, [l] & expressius Antonius, [m] ergo renunciatio etiam prędecens spoliationem, non concludit, spoliatum non possedisse tempore, quo fuit spoliatus.

10 Quinto etiã tam cõtra cõclusionem, quàm cõtra prędictã 3. rationẽ facit, quod renũcians dominiũ alicuius rei,

a De renunc. b Cap. quam periculosum. 7. q. 1. l. quæritur. §. si vẽditor. ff. de ædil. edict.
c Cap. 2. & cap. fin. de ordin. cogni.
d 67. Nota, quod resignationis. & 216. Nota, quod existente. qua in nonę rubric. sitt 2. & 6. de renunciatio. in antiquis, & decis. 23 Fuit dubitatũ qua 1. est in nouiss. rubric. de rerum permutat. & 26. Permutãti, qua est 2. eod. tit. & 332. ff opponatur. quæ quæstio. est de renunciatio. in nouis. & decis. 4. in nouiss.
e Num. 4. de restit. spoliat.
f Quæ. 492. An agenti.
g In cap. super hoc. de renunc. nu. 1. & 2.
h Super eod.
i In regula. de triennali. q. 24. pagi. 2.
k Arg. c. quæ periculosum 7. q. 1.
l Leg. naturaliter. §. nihil. commun. ff. de adquir. poss.
m In cap. ex insinuatione. de procurat.
n 401. in nouis, quæ in nouę rubrica. est 17. de rest. spoliat.

a Capit. licet canon. capite committitur. de electio. lib. 6. cap. eum, qui de præbend. eod. lib.
b Infra eod.
c Infra eod.
d In 4. decis. de restitutio. spoliat.
e Leg. 1. §. deiicitur. ff. de vi, & vi armat. cap. consultationibus. de offi. deleg.
f §. eum igitur. ff. de vi, & vi armat.
g De ordin. cogni.
h Le. 1. §. qui vi à me. ff. de Vi, & armat.
i In cap. super hoc. nu. 5. post principiũ.
k De renunc.
l In consil. 4. de renuncia.
m In fin. huius capitis & præcedentis.

a Leg. si. quis vi. §. differẽtia. ff. de adquir. possess.

non renunciat possessionem, nisi eam quoque velit renunciare. [a] Neque eo ipso, quod quis vult perdere dominium, vult etiam perdere possessionem, secundum glossam singularem illiusmet. §. vbi, licet multa super hoc inuoluant Bartholus, Paulus, Imolensis, Alexander & Aretinus sua conuersi in viscera dextra: illa tamen videtur verior resolutio, quam Alexander post Imolęsem posuit ibid. Nempe, quod volens perdere dominium, & possessionem rei, vtrumque perdit: volens autem perdere possessionem, tantùm illam, & non dominium: volens autem perdere dominium tantùm, neutrum eorum: & in dubio, eum, qui vult perdere dominium, velle quoque perdere possessionem: nisi quando non obstante voluntate perdendi dominium, insistit ipsi rei. nam tunc videtur nolle perdere possessionem, neque perdit illam.

11 Cum igitur plerique omnes hodie renuncient beneficia sua per procuratores, & ipsi insistant eorum possessioni, per se, vel alios, donec Bullæ, vel tituli eorum, quibus voluerunt illa conferri, sibi intimentur: consequens est, eos non perdere possessiones suas, per renunciationes illas. Et quòd quando possessio perditur propter renunciationem, ideo dicatur perdi quia renuncians videtur habere animum perdendi expressè, vt dixit Oldradus, [b] & Ioannes Andreas, [c] Rota, [d] si ergo vel per protestationem expressam, vel insistentiam rei, vel aliam coniecturam constet de animo contrario retinendi eam, non perdetur, [e] & ne dicas, quod secundum hanc resolutionem communem, renuncians beneficium, & nolens perdere possessionem, non perderet dominium eius: cuius tamen contrarium nos præsupponimus: considera quod hoc, aliud esse in beneficiis Ecclesiasticis: aliud in aliis rebus profanis. Beneficiorum enim dominium renunciari non potest etiam simul cum possessione: etiam ab eo, qui id maximè vellet, sine superioris auctoritate, [f] in profanis autem contra. [g] Et ita non est mirum, quod cum superioris auctoritate perdere possit dominium beneficij, etiam si possessionem perdere nolit: sicut & profanorum dominiũ auctoritate principis ad id accedente perditur, non perdita possessione: vt cum quidpiam donatur, aut venditur Ecclesiæ, [h] & notatur in c. 2. [i] & latè per recentiores, [k] & alibi sæpè.

12 Sexto, etiam contra præfatã cõclusionem, & rationem facit id quod expresè tenet Innocentius, [l] scilicet, eum, qui per renunciationem perdit possessionem beneficij, si antequam occupetur ab alio redeat ad ipsum, incipere iterum possidere: adeo, vt si spoliaretur, agere posset de spolio. Quam singularem doctrinam secuti domini Rotæ, tria singularia dixerunt, [m] scilicet, possessorem beneficij, qui in principio, vel in medio litis renunciat liti, & causæ, ac beneficio, de quo agitur, condẽnandũ esse in fructibus per eum perceptis: nisi constet dimisisse ipsum realiter possessionem: & si tali possessione spoliaretur, restitui debere: neque actorem posse apprehendere, sine executoris auctoritate possessionem illam ab eo detentam. Neque obstat, quod in prædicta decisione habetur, taliter renunciantem perdere possessionem iuris, licet incumbat possessioni facti realiter. Quoniam eorum propositi nõ fuit dicere, eum solum detinere beneficium sic renunciatum, & non possidere: quia continenter subiiciunt, eum restituendum esse, si spoliaretur, quòd palam falsum esset, si solùm detineret: quia nudo detentatori deiecto non datur interdictum vnde vi, secundum communem per l. 1. [n]

13 Illud etiam dictum Innocentij secutus Panormitanus, dixit, [o] eum, qui renunciauit beneficium, si postea diu detinuit illud, & spolietur, restitui debere, non obstante renunciatione. Neque obstat, quod ipsemet Panormitanus, ait ibidem, petenti restitutionem beneficij, obstare renunciationem iudicialem. vel aliam notoriam: quia, vt ipsemet ait, ea ratione tunc obstat: quia inducit defectum notorium proprietatis: & non ea quod concludat, eum non possidere post renunciationem: per quam vir doctissimus satis significat, tertiam rationem supradictam parum firmam esse. Neque aliud sentit Antonius. [p]

14 Neque obstat, quod Cassador [q] affirmare videtur, dictum prefatũ Innocentij non habere locum in beneficialibus: sed in profanis tantùm: tum, quia Innocentius expressè de renunciatione, ac possessione beneficiorum agit ibidem, vt palam est: tum, quia Cassador in illa decisione rei difficultate superatus, non semel videbitur secum pugnare illi, qui attentè, ac defixis in eius dicta oculis, illam decisionem perlegerit.

15 Septimo facit, quod conclusio, quam impugnamus: nempe spoliatum omnem repelli à restitutione per renunciationem spontaneam præcedentem: si vera esset occasionem daret spoliandi plurimos, qui sua beneficia renunciant Romæ, vel alibi longè à loco vbi ea sita sunt: non deserentes tamen propterea eorum possessiones. Nã conscij illarum renunciationum possent eas possessiones vacantes occupare, vel notas facere alijs, quorum interesset eas capere per litteras autenticas, quibus constaret, eos renunciasse illa, quibusque per consecutionem agentes de spolio repelli possent. quæ occasio nullatenus, danda est: [a] ergo neque illa conclusio renenda.

16 Octauo facit, quod nulla ratione, neque textu probari potest: non posse quem continuare antiquam: vel quærere nouam possessionem beneficij iustè, vel iniustè, virtute rituli perditi per renunciationem, ac virtute perditi ipso iure, ob aliquam aliam causam: puta crimen, negligentiam, vel actionem aliam.

17 Quia si aliqua, maxime illa, quod sine titulo colorato non potest quæri possessio, iuxta glossam singularem Clemen. [b] & ea, quæ copiosè tradidimus contra Panormitanum. [c] At illa ratione non probatur hoc. Quoniam cæteris paribus titulus coloratus canonicus per renunciationem perditus, tam coloratus est: quam titulus coloratus, & fortè non canonicus perditus ipso iure, per adeptionem alterius incompatibilis, iuxta cap. *licet canon.* & c. *commissa*. [e]

18 Ergo sicut perditio tituli ipso iure contingens alia de causa, quam renunciationis, non facit quem inhabilem, & incapacẽ possessionis nouæ vel antiquæ: ita neque perditio per recunciationem: at titulus coloratus canonicus ipso iure perditus per adeptionem alterius incompatibilis, vel aliam similem causam, satis habet coloris ad continuandam antiquam possessionem, & quærendam nouam, argum. cap. *licet*. [f] & tradit Rota, [g] quam latè sequitur Felinus, [h] & est textus singularis, [i] quem cum d. cap. licet paulo amplius aperiemus in 10. oppositionis solutione.

19 Facit, quod, renuncians suum beneficium, & remanẽs in eius possessione, potest constituere se nomine alterius possidere: ac ita transferre in alium possessionem, secundum glossam singularem Regulæ Cancell. [k] & probatur in c. *cum venisset*, [l] secundum vnum intellectum: at qui non possidet, non potest per clausulam constituti, transferre in alium possessionem, per l. *quamuis*. [m] vbi Angelus & Alexander, [n] & tradit Decius, [o] ergo qui renunciauit beneficium animo retinendi possessionem, possidet illud. ergo etiam titulus coloratus, & canonicus renunciatus, satis coloris ad id habebit.

Concludamus ergo contra communem opinionem, exceptionem renunciationis beneficij, etiam spontaneæ, ac præcedentis spolium, non obstare petenti restitutionem, nisi quando facta fuit animo vero: vel præsumpto perdendi quoque possessionem, vel induceret notorium defectum iuris. Quam planè conclusionem saltem tacitè tenuit etiam ipsa communis, quatenus probat, duo illa dicta Innocentij pro hac citata in 4. & 6. fundamento, ex quibus hæc necessario fluit: & eam affirmat Panormitanus, (quo multum lætor.) [p]

20 Ex qua conclusione & fundamentis eius infertur, exceptionem renunciationis, cæteris paribus, primo non plus obstare petenti restitutionẽ beneficij, quã aliam perditionis tituli ipso iure contingentis. quoniam eadem ratio militat in omnibus. Nam omnis actus, per quem ipso iure perditur titulus beneficij, factus animo vero vel præsumpto, perdẽdi quoque possessionem, facit cã perditi: sicut actus renunciationis. Et sicut alij actus, quibus perditur titulus ipso iure non tollunt possessionem, si fiant, sine tali animo vero, vel præsumpto perdendi possessionem: ita neque renunciatio, vt ex prædictis planè infertur: quamuis negari non possit illa differentia, quod actus

b Cæsil. 227. de voto.
c In additio. Specul. §. fi. & additio. 4.
d Decis. 10. in nouis. quæ in nouæ rubr. est 3. de restit. spoliat.
e Arg. c. cum cessante. de appellat.
f Cap. admonet. & capit. quod in dubiis. de renũciatio.
g Leg. 2. ff. pro derelicto.
h Leg. fin. C. de sacrosanctis eccles.
i De consuet.
k In le. quoties. C. de rei vendi.
l In d. capit. super hoc n. 5. versic. Itẽ post.
m In decis. 158. in nouis quæ in nouè rubr. est 1. de renunciatio.
n §. deiicitur. ff. de vi, & vi armat.
o In cap. præcedenti. nu. 7.
p In capit. in litteris. n. 27. coniunctis eis, quæ dixit. nu. 26. infr. eod.
q In 4. dec. de restit. spoliat. num. 4.

a Argumen. l. conuenit. ff. de pactis, dotal. c. ex parte. de cõiuget.
b 1. de cartif. possess.
c In ca. in litteris. n. eod.
d De præbend.
e De electio. lib. 6. cap. ite cum quis. inf. eodem.
f 2. de præb. lib. 6.
g In decis. 5. de restit. spoliat. in antiquioribus.
h In cap. cum olim. col. 8. de re iudic.
i In cap. litteras de conces. prabend. k 34.
l Infr. eod. m §. 1. ff. de adquir. possessi.
o In reg. contractus. ff. de reg. iur.
p In disputatio. Titius. col. 9.

renunciationum frequentius fiunt animo perdendi quoque possessionem: quàm alij actus, per quos ipso iure perduntur tituli beneficiarij.

21 Secundo infertur non vna & eadem ratione, omnem exceptionem renunciationis impedire restitutionis petitionem: sed aliam alia. Nam illa, quam comitatur iuramentum de non petenda illa, vt contingit in casu nostri textus, ideo impedit, quia iuramentū licitum seruandum est [a] Illa verò, quæ est notoria, ideo quia inducit defectum notorium proprietatis eam petentis, quem constat in his spiritualibus impedire restitutionem, iuxta. cap. *quoniam*, & ca. *constitutus*, [b] illa autem, quæ inducit possessionis amissionem. ideo quia non censetur spoliari, vt restitutionem petere possit. per l. 1. c & per ea, quæ in rubrica supra [d] latius diximus, illa verò quę iurata est, quęque inducit possessionis amissionem duplici ratione: quia scilicet iuramentum est seruandum: & quia non censetur spoliatus. Illa demum, quæ iurata est, quæque inducit amissionem possessionis, & notorium defectum, triplici ratione: duabus scilicet præcedentibus, & propter notorium iuris defectum. Quæ resolutio vti noua, ita illustrat materiam hactenus confusam: & non solùm tenebrosam, sed etiam tenebricosam: & per eam soluitur etiam nona oppositio, & vna pars decimæ, vt ibi dicemus.

22 Tertio infertur, aliquam renunciationem in manibus superioris factam, non obstare restitutionem petenti: illam scilicet quæ extra iudicium occultè, vel saltem non notoriè ita fieret, in manibus superioris, vt non induceret defectum proprietatis notorium. iuxta ea, quę Panormitanus [e] sensit, [f] & Antonius, [g] neque amissionem possessionis, iuxta citata supra. [h] neque vallata iuramento non petendi restitutionem. Et quoniam vt plurimum ita fiunt hodie renunciationes, consequitur, hodie vt plurimum non perdi possessionem, per renunciationem etiam admissam à superiore.

23 Quarto infertur, dari posse renuntiationem beneficij non admissam à superiore maioris effectus, quoad hoc, quàm aliam admissam. Quoniam dari potest renunciatio à superiore admissa, quæ non impediat restitutionem, vt in corollario præcedenti probatum est. Et dari potest alia non admissa, quæ impediat eam: puta, quæ fieret in manibus notarij, vel alterius non habentis admittendi potestatem, animo discedendi à possessione, & perdendi eam. Per talem enim renunciationem, licet non perderetur ipso iure titulus, & proprietas illius, per ea, quæ leguntur, & notantur in cap. *quod in dubiis*, [i] perderetur tamen possessio, per resolutionem veriorem. Imolensis & Alexandri, [k] supra in 4. fundamento, pro nostra conclusione formato, relatam.

24 Quinto infertur, defendi posse aliquo casu decisionem Rotæ, [l] quatenus habet, pententem restitutionem beneficij, repelli posse per renunciationem in manibus superioris: quoniam, per talem aliquando perditur possessio renunciantis. & ideo, si antequam eam nouè apprehendat, illa occupetur ab alio, non competit ei remedium restitutorium. Quamuis videatur nobis non posse illam defendi, quatenus habet per talem renunciationem non admissam non solùm possessionem semper perdi: sed etiam proprietatem ea ratione, quod admissio Prælati non sit, nisi quædam absolutio, siue dimissio à sua iurisdictione: & quod per eam non confertur, nec aufertur ius, siue titulus in beneficio. & quod renunciantі opus est noua collatione ad regrediendum in illud. Pro qua decisione & illius rationibus allego ipse gloſam à nemine in hoc citatam, & mihi singularem quam hoc nomine donauit ibi Petrus Rauennas, & Panormitanus dixit, se illam nescire alibi.

25 Gloſam inquam quæ secunda est, cap. *quod Dei timorem*, [m] quæ habet, eum, qui renūciat beneficium extra manus superioris adeo perdere illud quoad se, vt redire nequeat ad administrationem eius, absque superioris consensu.

26 Allego item decisionem Rotæ, [n] quatenus habet semestre datum ad conferendum Prælatis, per cap. 2. [o] currere à die cessionis beneficij factę in manibus priuati, si ea post illud tempus probetur à superiore, & illam decisionem etiam Cassador probare videtur. [p]

Quæ quamuis pro illa decisione a faciant, tamen non videtur defendi posse. Nam primo decisio Rotæ Bernardi Bisneti, quæ quarta est [b] in antiquioribus, clarè determinare videtur per resignationem beneficij, quam non est consecuta admissio petita à renunciante illud non perdi. Secundo quod eadem ratio est renunciatione facta in manibus priuati, & de facta in manibus superioris, antequā ab eo admittatur. quia vtraque valet in præiudicium renunciantis: ita neutra in præiudicium superioris, iuxta ca. *quod in dubiis* & cap. *admonet*, [c] & eis annotata: at, secundū nullum, perditur proprietas beneficij per renūciationem factam in manibus priuati: ergo neque per factam in superioris ab eo non admissam.

Tertio, quod auctore prędicto Cassadoro [d] nuper iudicauit Rota, quendam canonicatum fuisse illius, in cuius fauorem posterior renūciatus fuerat à quodam Cardinali coram notario Cācellariæ de more, per schedulam manu propria subscriptam, Et collatus fuit ei à Papa cum clausula gratificationis eodem die, quod alteri: in cuius fauorem prius idem Cardinalis per similem schedulam renunciauerat illum ipsum coram eodem notario, eo, quod per neutram illarum renunciationum Cardinalis defierat esse canonicus, donec fuit admissa à Papa. Et quia vtraque eodem die fuit admissa, & vtrique eodem die collatus canonicatus, merito antepondus fuerat is, cui gratificatio facta fuit: cui tamen non fuisset locus, si per priorem renunciationem nondum admissam vacasset canonicatus, vt palam est.

28 Quarto facit, quod nullo iure probatur, non posse renunciantem post renunciationem beneficij in manibus superioris factam, antequam admissio fiat, redire ad illud, & administrare in eo sine nouo titulo: cū vt Goffredus receptus ab omnibus [e] dixit, non perdat beneficiarius Ecclesiam per renunciationem eius, nisi auctoritas superioris ad id accedat, quod omnes sentiunt. [f]

Quinto facit, quod alioqui consequeretur, posse quem per renunciationem perdere suum titulum, nō solum quo ad se, sed etiam quoad beneficium, volente, nolēte superiore. Quia, volente illo, potest subditus præsentare schedulā continentem renūciationem antequam ille satis aduertat id in ea contineri. Potest item dicere ei illa verba: *In manibus tuis tale beneficium renuncio*, antequam ille satis intelligat, quid velit dicere.

29 Sexto facit, quod is, qui taliter renunciauit sana conscientia, posset redire ad illud beneficium, si superior reprobaret illam secundum mentem omnium: neque domini Rotæ, qui in illam decisionem concurrerunt id negasset.

30 At reprobatio, qua superior non vult admittere renunciationem, non est noui tituli concessio, quoniam frequentissime alius est is, ad quem pertinet admissio, vel reprobatio renunciationis: & alius is, ad quem collatio, arg. gloſæ receptæ per Cardinalem, Imolēsem & omnes, quę penult. Cle. 1. [g] & gloſæ, [h] Clem. 1. de renunc. & eorum, quę ait Innocentius, [i] receptus per Panormitanum & Felinum, [k] & alios alibi. Ergo etiam ante reprobationem renunciationis durat titulus, & per consecutionem vacatio beneficij, quę est effectus renunciationis ab admissione, vel ratificatione superioris nascitur, & non à sola renunciatione renunciantis in manibus eius.

31 Postremo, quia palam falsum est id, quod asumit Rota pro fundamento, nempe admissionem Prelati non esse aliud, quàm absolutionem quamdam & dimissionem beneficij à iurisdictione sua: tum, quia palam est per eam admissionem clericum non eximi à dimittentis iurisdictione, quamuis onere illi inferuiendi liberaretur: tum, quia per admissionem, & exemptionem illius à sua iurisdictione, non perderetur beneficium, alioqui familiares Papæ, & alij exempti à iurisdictione ordinariorū, perderent beneficia, quæ in eorū territoriis haberent, quo nihil absurdius.

Non obstant ea, quæ nos citauimus pro Rota, Non primo gloſa singularis illius cap. *quod Dei timorem*. quæ, vt nullo iure suum probat dictum: ita iure reprobatur ibidem à Panormitano. Non item illa decisio Rotæ, [l] tum, quia dubia est, & facile negari potest: tum, quia loquitur de nūciatione facta in manibus priuati, & ita vel nō reprobar,

quod

a *Ca. si vero, de iureiu.*
b *De fil. presbyt.*
c *§. deiiciatur. ff. de vi, & vi armat.*
d *Eod em,*
e *In cap præcedenti.*
f *Num. 7.*
g *In capit. Interuis. nu. 27,*
h *Num. 10.*
i *Cap. admonet. de renūciat.*
k *In d. leg. si quis vi. §. differentia. ff. de adquir. poſſeſſ. l. 32. Si opponatur in notis, quæ in nō rubri. eſt. 4. de renunciat.*
l *3. 2. Si opponatur in notis, quæ in nō rubri. eſt. 4. de renunciat.*
m *De ſtatu monach.*
n *1. de electi. in antiquioribus.*
o *De conceſſ. prabend.*
p *in 4. deciſ. Rotæ. circa de renunciatio.*

a *325.*
b *In titu. de renunciat.*
c *De remune.*
d *In d. deciſ. 2. de remune.*
e *In titul. de renunciatio. col. 2.*
f *In d. ca. admonet, & ca. quod in dubijs. de renūciat.*
g *De rerum permut.*
h *In verbo. manibus.*
i *In d. capite quod in dubijs.*
k *In ca. cū ex iniuncto. de haret.*
l *De electio. in antiquioribus.*

quod per renunciationem factam in manibus superioris, nondum ab eo admissam, vacet beneficium: vel probat etiam vacare per factam in manibus priuati, quod æquè est contra aduersarium, ac contra nos: tum, quia dici potest in casu illius decisionis, non ideo à tempore renunciationis computari, cursum temporis conferendi: quia per solam illam vacet ab eo tempore: sed quia propter ratificationem factam post semestre lapsum, præsumitur, aut fingitur superior, quoad præiudicium tantùm suum à principio ratam habuisse clam saltem, & in fraudem superioris sui tacuisse: vel quod in pœnam superioris, qui tanto tempore neglexit probare, vel reprobare renunciationem, quam post semestre postea probauit, perinde iudicetur de illa renunciatione, ac si à tempore renunciationis vacasset, ad effectum deuoluendi collationem ad superiorem ipsius superioris, qui eam tamdiu probare neglexit. Quæ clarior responsio est, quàm illa Cassadori. [a]

32 Ex quibus duabus solutionibus duæ singulares conclusiones colligi possunt. Altera est, quod licet regulariter facta non præsumantur, nisi probentur: [b] fallit tamen in approbatione renunciationis factæ, in manibus priuati, quoad superioris præiudicium. Quoniam illa præsumitur facta à tempore renunciationis, si eam approbauit post tempus concessum ad conferendum. Altera est, quod licet regulariter beneficium non censeatur vacare, per renunciationem factam in manibus priuati: fallit tamen quando illa approbatur post sex menses à superiore. Quia tunc censetur vacare à tempore cessionis in præiudicium, saltem ipsius approbantis: licet subtilius dici possit, non vacare tunc beneficium ob renūciationem factam in manibus priuati: sed potius ob approbationem superioris præsumptam, vel à lege in pœnam ipsius fictam.

33 Sexto principaliter infertur, dari posse aliquam renunciationem factam in manibus non superioris, cuius exceptio obstet petenti restitutionem. Quia licet non possit dari aliqua talis, quæ inducat defectum notorium proprietatis: immo neque non notorium, quia illa nequit relinqui: sine superioris auctoritate, [c] & late proximo corollario probatū fuit, potest tamen dari aliqua, per quam perdatur possessio, illa scilicet, quæ fieret animo perdendi proprietatem, & possessionem simul, vel possessionem tantùm, iuxta citata supra. [d] Potest item dari vallata iuramento de non petendo illius restitutionem. ergo propositum, per citata in 6. opposit. [e]

34 Non obstat decisio illa singularis Bernardi Bisneti, [f] affirmantis, eum, qui sic cedit posse agere, & beneficium repetere ab intruso. Nec etiam illa singularis Felini, [g] scilicet, necesse esse facere mentionem de beneficio taliter renunciato in impetratione alterius. Neque illa singularissima Gulielmi Cassadori, [h] scilicet, non obstare, cessionem fuisse factam, nisi admissa fuerit per habentem potestatem, etiam si fiat coram notario Cancellariæ, aut Cameræ Apostolicæ deputato ad recipiendos consensus cessionum, & resignationum: quia licet habeant potestatem recipiendi eas, non ramen admittendi. non inquam, hæc obstant, quoniam solùm probant, non perdi proprietatem beneficij, per talem renunciationem: ex quo non infertur, non perdi possessionem, cuius solius perditio prædecens prætensum spolium sufficit ad impediendam restitutionem, per supra dicta. [i]

35 Septimo infertur, non esse nimium è republica illum intellectum cap. *quod in dubiis*. [k] quem Petrus Rebuffus, [l] ait ad se vsque iacuisse sepultum, secundum quem probat resignationem beneficij in manu laici, verbo simul, & re factam valere: factam verò verbis tantùm minime: tum quia neutra valet, si non probetur à superiore, & vtraque valet, si ab ipso probetur: tum quia ex nullo verbo illius cap. hoc colligas, tum quia omnem resignationem in manu laici factam illius contextus ait esse nullam, per illa verba: *Licet resignatio talium facta laico nullam obtineat firmitatem*. tum quia verbum, *denuo*, quod ipse ponderat ad significandum priorem partem illius cap. agere de renunciatione re, ac verbis facta, nihil facit, quoniam optimè verificatur in eo, qui solis verbis renunciat in manu laici, & ab eo iterum verbo accipit.

36 Quid enim aliud sonat, denuo, quā rursus, & de nouo? [m] ex qua facile colligas, denuo fieri etiam quod solis verbis tractatur: tum denique quia intellectus recepti non sunt mutandi, nisi ratio aliqua, vel vrgens textus nos ad id moueat, [a] quod certe hic non contingit.

37 Octauo infertur, alterum aptius discrimen quam prędictum Petri Rebuffi inter dimissionem verbalem simul & realem beneficij, & verbalem tantùm in manibus laici factam, scilicet, quod per hanc non videatur perdi possessio vt plurimum, per illam verò sic. quoniam ex supradictis colligitur, per solam renunciationem verbalem, etiam in manibus superioris factam, in dubio non perdi possessionem, donec resignans designat incumbere illi: per renunciationem verò verbalem, & realem etiam in manibus laici factam sit. Cum enim per illam designat illi insistere, videtur velle perdere illam, & ita perdit. quia constat posse hoc facere, sine auctoritate superioris.

38 Nono videri potest cuipiam inferri quiddam mirabile scilicet, eum, qui dimittit prius beneficium ob posterius, quod probabiliter putat sibi esse quæsitum, non perdere proprietatem, neque possessionem prioris dimissi, nisi sit ei quæsitum illud alterum, quod clarè dixit Rota, [b] tum quia actus agentium non operantur vltra eorum animum, [c] tum quia dominium, vel possessio sub conditione relicta vel tradita nec perditur, nec quæritur, nisi conditione impleta, [d] quod ibi cum gloſa latius probauimus, quidquid ibi Innocentius quem Panormitanus sequitur, dixisset contra sententiam in prædictis legibus probatam & receptam, & contra se in cap. *inter cætera*. [e] probatum ibi quantum ad hoc per alios, & talis dimissio tacitè saltem est conditionalis.

40 Tum quia nihil videretur perdere, si expresè sub ea conditione relinqueret, quod fieri posset, eo quod etiam in spiritualibus conditio, quæ tacitè inest, exprimi potest, eo saltem omni modo, quo inest iuxta gloſam memorabilem, [f] & alias citatas per nos in cap. *olim primo*. [g] communiterque receptas.

41 Tú quia acceptatio beneficij indebiti expectati non tollit ius iterum acceptandi sibi debitum, iuxta doctrinam communiter receptam, [h] quia tacite intelligitur fieri sub conditione, si beneficium erat ei debitum. nec refert an illa conditio exprimatur, & protestatio fiat nec ne, secundum communem ibidem. Quod etiam tenet Cassador, [i] & id omnes apostolici expectantes cum clausula acceptandi, quod volent intra mensem passim seruant.

42 Quod non ignorans Gomezius, nescio an rei difficultate, an Felini auctoritate superatus, [k] concludit cum Dominico, [l] & Felino, [m] acceptationem sub conditione factam minime valere, à quo duplici nomine fugiendum est. Et quod praxis probata Romæ vbique contrarium seruat: & quod conditio tacitè inhærens, etiam in spiritualibus exprimi potest eo modo penitus, quo inest. Sicut ergo acceptatio beneficij expectati videtur facta sub conditione, & si quatenus acceptanti debitum est: & non refert an exprimatur, vel non exprimatur ea, & neutro casu quidquam præiudicatur acceptanti, si conditio non sit vera: ita videtur quod dimissio vnius beneficij facta ob aliud acceptum, iuxta dict. capit. *si beneficia*. tacitè sit sub conditione, si ei est quæsitum secundum. Nec refert an tacitè, vel expresè fiat, & per consequutionem neutro casu quidquam illi præiudicatur, si conditio non sit vera, cui consequens est nostra illatio, scilicet quod nec possessionem, saltem ciuilem, nec proprietatem perdit.

Quæ quatuor fundamenta licet vrgeant, non tamen concludunt illationem, tum quia is, qui habet animum quærendi possessionem simpliciter secundi, ob quod dimittit prius, qualem habet is, de quo loquimur vt infra, [n] dicemus, videtur etiam habere animum relinquendi possessionem prioris: licet non proprietatem, etiam si exprimeret conditionem tacitè inhærentem, eo modo, quo inest, quod soluuntur primum & tertium. Secundum autem tollitur concedendo, defectum quidem conditionis, quæ tacitè non inest impedire assequutionem, vel amissionem possessionis, non autem defectum eius, quæ tacite inest, vt [o] dicemus.

Ad quartum autem respondeo concedendo quidem

a *Deciſ. 1. de renun. nu. 6.*
b *Le. in bello. §. facti a. ff. de ca. & c. cum iure. de offic. deleg.*
c *Cap. quod in dubiis. &c. admonet. de renuncia.*
d *In hac end. opposit. n. 10.*
e *Nu. 6. & 7.*
f *Deciſ. 3. & 4. de renuncia.*
g *In capit. in noſtra. col. 34. de reſcrip.*
h *In deciſ. 1. de renunciat.*
i *In hac ipſa oppoſitione n. 6.*
k *De renuncia.*
l *In tractat. de pacif. poſſ. num. 149.*
m *Leg. cum prior. ff. de diſtract. pignor. & l. 1. C. de error. calcul.*
n *In coroll. 14.*
o *In d. coroll. 14.*

a *Le. minime. ff. de legib. etiā vulgatis.*
b *In deci. 101. in antiquis, quæ in nouæ rubricatis eſt 7. de reſtitut. ſpolintor.*
c *Le. nō omnis ff. de reb. credi. l in agris. ff. de acquir. rerum domi.*
d *Le ſi me in vacuā. leg. quamuis. §. 1. ff. de adquir. poſſeſſ. cap. olim. 1. de reſt. ſpol.*
e *De præben.*
f *Cap ſignifi caſti. de electi. & ca. ad audientiam. 2. de reſcrip.*
g *Infra. eod.*
h *In cap. cum in multis. de reſcrip. lib. 6.*
i *In deciſ. nouæ num. 4. de conceſſ. præb.*
k *In d. capite cum in multis. num. 102.*
l *In c. 2. col. 3. de electi. li. 6.*
m *In ca. cum cōtingat. col. penult. de reſcript.*

illa, quæ assumuntur in eo de acceptante, procedere quoad proprietatem: non autē quoad possessionē, vt [a] apparebit.

Quare dicimus hanc nouam illationem non inferri efficaciter ex supradictis, , sed esse veram ea ratione quod Romanus Pontifex magna æquitate motus induxit per illud cap. *si beneficia.* fictionem, qua dimissor prioris, de quo ibi, videatur semper possedisse, ac numquam recessisse à priori, saltem ad effectum, deinde ad illud redeundi, ac si numquam discessisset, quod ibi senserunt Archidiaconus, Ioannes Andreas, & Ancharanus & Rota, [b] & Collectarius, [c] & per consequutionem fingitur, non reliquisse possessionem: sicut verè non reliquit proprietatem, & consequenter alter, qui illud accepit, fingitur numquam quæsisse possessionem ad effectum saltem prohibendi liberum redeum illi dimissori: sicut verè numquam quæsiuit proprietatem: tum, quia illud cap. *si beneficia.* habet, huiusmodi dimittentem liberè posse redire ad prius beneficium, non obstante collatione alteri facta, vt habet versic. *statuimus.*

43 Immo & non obstante assignatione alteri facta, vt ex priore parte colligitur, quod verbum ad possessionem refert finis. cap. *prouisorum.* [d] at non posset libere redire, nisi retineret, aut fingeretur retinere possessionem suam, saltem ciuilem, ratione cuius posset, si opus esset pellere etiam vi eius occupatorem, & possessorem naturalem, iuxta notata in l. *clam possidere.* [e]

44 Cum is dicatur libere aliquid posse, quod potest non obstante reclamatione, ac contradictione alterius, per Extrauagantem r. in hoc mihi singularem. [f] & glossam putatam singularem. [g]

45 Tum, quia illud cap. *si beneficia.* præsupponit, illum reditum libere fieri posse etiam post hebdomadam, mensem, annum, & tantum tempus, cuius parua pars esset plus satis nouè prouiso ad capiendam possessionem. Quoniam ait posse redire, posteaquam certior fuerit effectus, nihil iuris sibi quæsitum fuisse in secundo, quod nec facilè, nec citò contingere solet. Et nouè prouisi, quàm citò possunt, etiam vrentes diplomate, curare solent, apprehendere possessionem beneficiorum sibi collatorum. Ergo luce clarius præsupponit, redire posse ipsum libere ad suum prius, etiamsi ab alio eius possessio sit occupata, quod tamen facere non posset, nisi ciuilem saltem retineret possessionem.

Postremo, quod absurdum, & iniquum esset, vt qui tam piè, ac æquè relinqueret alteri secundum, certior factus id non esse suum, oporteret per longam litem recuperare possessionem prioris tam piè relicti: ergo non est affirmandum. [h] An autem cap. illud, *si beneficia.* extendatur ad dimittentem causa permutationis, non disputamus in præsentia. Quia super ipsomet cap. bis olim, & postea in d. cap. *inter cætera.* [i] disputauimus.

46 Decimo infertur ratio clara, quare huiusmodi dimissor propria auctoritate potest redire ad illud suum beneficium prius, vt dicit Archidiaconus ibidem, scilicet, quia possidet ciuiliter, saltem donec volens redire repellatur, iuxta l. *sed & si nolit.* cum sine legis præcedentis. [k] Quod procedit non solum si à nemine esset occupatum, vt omnes ibi affirmant, sed etiam, quando esset, vt videtur sensisse Archidiaconus probatus à Ioanne Andrea, & Petro ab Ancharano, [l] tum, quia nihil in hoc distinguit: tum, quia ea ratione ad id mouetur, quod videtur non diuertisse, nec recessisse ab eo. Quamuis Dominicus & Perusinus ita distinxerint secuti Collectorem decisionum Rotæ, [m] non satis, vt puto assecutum prædicta, quæ altius eis doctissimus ille Archidiaconus & Rota ipsa tota, excepto Collectore, perpenderant.

47 Vndecimo infertur neruosa ratio eius, quod singulariter, sed fragiliter fundatum dixit Probus, [n] scilicet, eiusmodi reuertentem ad suum beneficium non incidere in pœnam cap. *eum qui.* [o] licet auctoritate propria recipiat illud ab alio occupatum, etiam vi adhibita. Ratio enim concludens illa est, quod possidens aliquid ciuiliter, cùm primùm sciuerit id teneri, vel possideri naturaliter ab alio impune potest alium vi depellere, si sponte nolit cedere.

48 Non enim incurreret pœnam l. *si quis in tantam.* C. vnde vi, qui peregre profectus perderet possessionem naturalem suæ domus, quam alius eo abeunte occupasset, & postea rediens eam sibi, sine alia iudicis auctoritate vi reciperet: per ea quæ leguntur, & annotantur in textu & glossa, [a] & pulchrè annotauit Ioannes Imolensis. [b]

49 Duodecimo infertur, ei, qui ita dimiserit beneficium longè vtilius esse clam, aut etiam vi auctoritate propria aut iudicis, sine cognitione procedentis possessionem eius capere, aut continuare, non solùm, si adhuc vacat, sed etiam si sit iam occupatum ab alio, qui nolit eam sibi sponte dimittere, modo id commodè facere possit, quàm expectare, vt iudex, occupatore vocato, cum causæ cognitione eam sibi restituat: tum, quia tardissimè restitutiones hæ fiunt hodie: tum, quia non est cur timeat pœnam capit. *eum qui.* [c] vt prædictum est: tum, quia contra illum occupatorem, si petat restitutionem, potest excipere se non spoliasse eum: sed potius causse, ne spoliaretur ab eo sua possessione, saltem ciuili, quam veram, licet per fictionem quæsitam habet, quod facile facier, probato coram iudice nō esse sibi ius quæsitū in secundo: & ob id illud omisisse, ac ad suum prius rediisse. quæ longè quotidiana sunt.

50 Decimotertio infertur ratio efficax illius decisionis singularis Petri Rebuffi, [d] scilicet, eum, qui triennio possedisset beneficium pacificè coniuncto tempore, quo illud possedit, antequam ab aliud dimitteret, cum tempore, quo possedit, posteaquam redijt ad illud iuxta dict. capit. *si beneficia.* gaudere regula de triennali possessore. quoniam per prædicta fingitur non amisisse possessionem, saltem ciuilem. Pro illatione facit illud Collectarij, [e] scilicet volenti redire ita in suum prius beneficium, non posse referri quæstionem vllam defectus iuris, etiam quia, vt ille ait, fingitur non mutatus. Facit, quod talis acceptio secundi per ignorantiam probabilē facta, & reditus ad prius nihil ei præiudicat, vt illud ipsum capit. habet.

51 Non obstat primo, quod triennium illud debet esse continuum, vt late tradit Gomezius, [f] quoniam per prædicta apparet, esse continuum saltem fictè: quia ciuilis possessio eius, qui ex continenti postquam sciuit alium occupasse naturalem, recuperat illam, non censetur interrupta, vt diximus in capit. *olim.* [g] post Ioannem Imolensem. [h] Atis, qui recuperat naturalem, aut vi, aut sponte ab occupatore beneficij à se dimissi, cum primum nouit sibi non esse quæsitum secundum, ex continenti videtur eam recuperare, quia tunc primum nouit, se per fictionem veram ciuilem possessionem habere, per prædicta. [i]

52 Non obstat secundo, quod prædictus Petrus Rebuffus ait, [k] stricto iure veriorem esse contrariam sententiam: tum quia hanc nostram appellat æquiorem: tum quia eius fundamenta tolluntur per considerationem possessionis fictè continuatæ: tum quia etiam ipse tandem, [l] sentit hanc nostram opinionem seruandam in eo, qui dimisisset prius re tantùm, & non verbis. & æquè facile est idem defendere in dimittente verbis & facto, ac in dimittente tantum facto. quia vtroque casu per dimissionē prioris verè perditur possessio eius: & per dimissionem posterioris fingitur non perdita per supradicta.

53 Tum quia æquitas illa illius capit. *si beneficia.* nullum videtur recipere rigorem aduersus tam sanctè dimittentem primò prius, ne duo beneficia habeat: deinde posterius, ne alienum occuper, argument. versicul. *ne talis.* [m]

54 Decimo quarto infertur mirabilis differentia inter dimissionem, & acceptionem beneficij quoad possessionem: & inter dimissionem, & acceptionem quoad proprietatem. quoniam per eas sub conditione tacitè actui inhærente factas quæritur, & perditur possessio, siue illa exprimatur, siue taceatur: & siue verificetur, siue non, vt vtiliter iuxta ac singulariter colligitur ex decisione Rotæ, [n] quæ determinat, eum, qui accepit possessionem alicuius beneficij sub conditione expressa, si ei deberetur, & saluo iure alterius, & non aliter, & post eam acceptam spoliatum, restituendum esse, antequam aduersarius admittatur ad probandum, illud beneficium non fuisse ipsi debitum: & ita non fuisse adimpletam conditionem sub qua inductus, & admissus fuit in possessionem. Proprietas verò non perditur, nec quæritur per tales dimissiones, vel acceptiones conditionales, nisi purificentur per ea, quæ dicta sunt supra. [o]

55 Decimo

a In d. corol.
b In eadem decis. 101. in antiq. quæ in noua rubricatis est 7. de rest. spoliat.
c In cap. Relatum nu. 6. de cleric. non resi.
d De præbēd.
e §. qui ad nundinas. & l. sequenti. ff. de adquir. poss.
f De emptio.
g In verb. libere. Clem Dudum. de sepult.
h Le. nā quod absurdum. ff. de bonis libe. capi. dudum. de prabend. lib. 6.
i De præb.
k ff. de adquir. poss.
l Ibidem.
m 101. in antiquis quæ in noua rubric. est 7. de rest. spoliator.
n In d. capit. si beneficia. col. fin.
o De præbē. lib. 6.

a d. §. qui ad nundinas.
b In ca. olim. nu. 6. inf. eod.
c De præbē. lib. 6.
d In tituł. de pacif. poss. nu. 143.
e In ca. relatum. de cler. nō resid. n. 6.
f Super regu. de triennal. possess. qu. 16. & qu. 20. & 40.
g Inf. eodem
h Num. 6.
i In coroll. 9.
k Vbi supra.
l Num. 148.
m Et ver. statuimus, illius cap.
n 158. Quidā. in antiquis, quæ in noue rubricat. est 10. de restit. spoliat.
o In illatione noua.

a In l. quoties. C. de rei vendic. nu. 5.
b In ver. possessio. nu. 28.
c In ca. cum nostris. de cōcess. prabend.
d In l. 1. sub finem. C. cōmunia vtriusque ind. & in l. traditionibus. sub finem. Cod. de pactis.
e In l. ex hoc iure. sub finē. ff. de Iustit. & iur.
f In d. l. quoties.
g In d. capit. cum nostris. col. 3.
h In illo cap.
i In d. l. ex hoc iure.
k In d. capit. cum nostris.

55 Decimo quinto infertur, non esse verum, quod ait Baldus, [a] quem sequitur Ioannes Barthachius, [b] scilicet perdi possessionem beneficij ecclesiastici per sententiam priuatiuam contra possessorem latam. Neque id ait Innocentius, quem ipsi citant. [c] Sed neque ipse Baldus id ait. [d] Neque Angelus, [e] licet id eis in illis locis tribuat prædictus Ioannes Barthachius vbi supra, immo nec, vt arbitror ipsemet Baldus, [f] voluit dicere, quod dixit, sed id quod ait Innocentius, [g] scilicet, in iuribus incorporalibus, vbi nihil corporale attingitur, quales sunt electiones, & iurisdictiones, per sententiam priuatiuā: saltem illam, per quam imponitur silentium, adimi possessionem victo, & quæri vincenti.

56 Tum quia pro suo dicto Baldus allegat Innocentium, [h] tum quia Baldus in aliis duobus prædictis locis, & Angelus, [i] in hoc casu loquuntur: tum, quia Innocentius, [k] expresse contrarium ait in possessione beneficij in hæc verba: *Si autem talia sunt incorporalia, vbi aliquid corporale attingitur, vt in præbenda, possessor condemnatus non prohibetur per aduersarium exercere vt prius. &c.* Et non est verisimile Baldum qui in aliis locis recte intellexit Innocentium in eo loco perperam intellexisse: sed potius excidisse illi verbum beneficij, pro verbo iuris incorporalis nihil corporale attingentis.

57 Ob quæ obiter admonemus lectorem, Ioannem Barthachium, virum alioqui perdoctum, & laboriosissimum, & qui suo illo indice plurimum lucis attulit iuris peritis, non nihil tenebrarum frequenter obducere, dum sicut in hoc loco auctorum sententias parum fideliter colligit, & negligentiùs expendit, quo vitio, vt plurimum laborare video nostros, qui allegationum copia, & auctorum nomenclatura potius, quàm iudicio, & perpendiculo, gloriam sibi comparant.

SVMMARIVM.

1 *Αντιλογία siue oppositio difficilis.*
2 *Possessionem prioris beneficij non perdit qui eo ipso, quod eius dominium perdat, per adeptionem alterius, vel alio modo. & num. 19.*
3 *Renunciatio, vel alia beneficij amissio, sine animo perdendi possessionem præsumitur fieri, quoties post eam factam, insistitur illi.*
4 *Renunciare non videtur prius, qui adipiscitur posterius: sed priuatur illo.*
5 *Clericus contrahens cum corrupta, vel diu se enormibus miscens, an renunciet priuilegio clericali: & qui delinquit, vel contrahit in alieno territorio an proroget.*
6 *Titulus coloratus quoad vnum effectum, & non quoad alium.*
7 *Intellectus Clem. Gratia. de rescript.*
8 *Argumentum à iure quærendo ad quæsitum, non valere.*
9 *Beneficio ipso iure perdito per non promotionem, incumbens per triennium, gaudet regula de triennali possessore & etiam quilibet alius, quoquomodo id perdens. num. 10.*
11 *Disputatio quæstionis nouæ super breuibus ad capiendam possessionem de more solitis conceds episcopis.*
12 *Clausula resolutiua breuibus de more inseri solita tenor.*
13 *Extrauag. Iniunctæ tenor, & caussa finalis expressa, & nu. 14. & tacita. num. 30. & 40.*
16 *Papa dum quid vult esse infectum irritat consequentia illud.*
17 *Renunciatio intra tempus legitimum non publicata quando nulla.*
18 *Possessori non audito, sua possessio non tollenda, etiamsi dominium perdiderit ante declarationem. num. 20.*
21 *Dubius de iurisdictione sua non iudicat.*
22 *Exorbitantia non extendi ad similes casus quando, &c.*
23 *Litteræ Apostolicæ quæ, & constitutionem præstituentem terminum ad eas expediendas, restringendam esse.*
24 *Felini lapsus insignis.*
25 *Gomez. ij indiligentia, & lapsus communis illius, & Felini.*
26 *Possessio cum sola supplicatione signata præhensa restituenda.*
27 *Supplicatio signata sufficit ad absoluendum reum, & probat quoad quid. num. 28. non autem quoad quid. 29.*
30 *Dispensationes signatæ, etiam litteris non expeditis prodesse in totum in conscientia foro, in exteriori vero tantum quoad quid.*
31 *Administrare possunt etiam hodie sine litteris aliquot Prælati & Prælatæ.*

32 *Extrauagantis, Iniunctæ, pœnam exigere præsumptionem, & malam fidem præsumentem. Quæ lex punit, non punit simpliciter transgredientem. num 33.*
34 *Ordinatus inordinate, ipso iure hodie suspensus est, & si ante suspensionis sublationem celebrat irregularis cum quotidiana & noua limitatione. num. 35.*
36 *Gomezij lapsus circa extrauag. Iniunctæ.*
37 *Vacationem inductam per breuia Prælatis concedi solita ad possessionem capiendam, nouam esse.*
38 *Possessio an capiatur nomine prouisi, vel nomine Camerę Apostolicæ plurimum referre in materia extrauagan. Iniunctæ.*
39 *Litterarum expeditio quando includit earum ostensionem.*
40 *Clausula habens rem pro infecta quanto maioris virtutis, quam quæ cassat.*
41 *Prælati gesta intra sex menses breuis valere, licet numquam expediat litteras.*
42 *Regulæ Cancellariæ. 18. & 34. pulchra & noua declaratio. Et quod neutra illarum habet clausulam, quæ rem pro infecta habeat contra Gomezium. num. 45.*

OPPOSITIONIS OCTAVÆ SOLVTIO.

OCtauæ oppositionis dilutio etiam ex prædictis infertur. Si quidem illa fundabatur in capit. *licet. 2.* [a] quatenus secundum intellectum receptum, habet, eum, qui per adeptionem beneficij posterioris, eiusdemque incompatibilis, perdit prius ipso iure, iuxta capit. *de multa.* [b] illud renunciare videri, iuxta Clement. *Gratiæ.* [c] non tamen ob id perdere possessionem eius, neque debere ab ea expelli, antequam audiatur, & iudicetur esse pellendus, immo posse agere de spolio, & restituendum esse, si aliter spoliaretur. Cuius contrarium innuit hoc capit. Primo quatenus probare videtur, per renunciationem spontaneam perdi possessionē, & ideo eius restitutionem petentem repelli posse per eam. Secundo quatenus suadere videtur, per amissionem tituli beneficij iure ipso incursam perdi possessionem, eo quod illa in beneficio sine titulo, saltem colorato haberi nequit, argument. glossæ singularis, [d] & per talem amissionem tituli peraitur color eius, secundum Panormitanum receptum. [e]

1 Hæc *ἀντιλογία* siue contradictio, & oppositio gemina, licet non semel à nobis fuerit in hac, & Salmanticensi Academia, in consessu eruditionis præclaræ virorum publicè obiecta, numquam tamen satis soluta fuit. Quæ tamen per dicta in præcedenti oppositione facile tolletur. Posteriōr quidem pars negando, perdi possessionem beneficij per amissionem tituli eius, etiam iure ipso incursam: immo neque perdi colorem eius, quoad effectum saltem continuandi possessionem, vel eam nouè quærendi, per ea, quæ diximus in præcedenti oppositione, [f] & ea quæ singulariter Archidiaconus prius, & postea glossa non relato eo, dixerunt, [g] eum, qui perdidit ipso iure beneficium prius, per acceptionē posterioris, non perdere eius possessionē, & dici titulo possidentē, licet iniusto.

2 Quibus glossa illa singulariter in fine de suo addidit, dispositionem illius decretalis, & prædicta omnia dicta de eo, qui perdit ipso iure prius beneficium per adeptionem posterioris, procedere etiam in omni alio, qui ipso iure perdit beneficiū: prior autem pars huius oppositionis tollitur respondendo, dominium beneficij sæpissime perdi posse, & perdi ipso iure non perdita possessione, nō solùm per negligentiam, delictum, acceptationē alterius incompatibilis, & alias actiones: sed etiam per expressam renunciationē, modo ea fiat sine animo amittēdi possessionem.

3 Vt præsumitur fieri, quoties beneficiarius nō obstante illa negligentia, acceptatione, delicto, vel renunciatione per se, vel per alium insistit illius beneficij possessioni, ob ea quæ dicta fuerunt in oppositione præcedente. [h] Et ita quamuis, sine præiudicio veritatis concederemus, per adeptionem posterioris incompatibilis videri quē renunciare prius: tamen quia id facit, sine animo amittendi possessionem, cùm non desistat per se vel alium insistere priori non amittit eius possessionem, ad hunc saltem effectum possessionem satis colorandi.

4 Diximus *sine veritatis præiudicio*: quoniam nobis verius videtur, eum, qui tale posterius beneficium acceptat non renūciare prius, sed perdere potius, & priuari à iure, & pari

a De præbēd. libr. 6.
b De præbēd.
c De reserip.
d Clement. 1. de causs. poss.
e In cap. cum nostris. de cōcess. prabend.
f Num. 10.
g In dicta ca. livet. 2. verb. Te non vocu.
h Num. 9. & aliis 4. sequētibus.

pœnam illam à lege inflictam. Tũ quia ea. *de multa*, & extrauagans. *execrabilis*. expresè habent, talem ipso iure priuari: & non habent, videri renunciare. Tum quia non renunciat expresè, sed neque tacitè saltem frequenter, cùm non habeat, nisi perrarò animũ id faciendi tacitum, immo retinẽdi vtrumque, vt per eadem iura patet. Tum, quia si non relinquatur prius, perdit etiam posterius, vel per sententiam, secundum tempus. cap. *de multa*. [a] iuxta glossam memorabilem Extrauagantis, *execrabilis*. Ioannis xxij. [b] secundum tempus hodiernum extrauagantis. *execrabilis*. At si videretur renunciare, non incurreret illam pœnam. Quoniam per renunciationem liberatur ab illa, vt prædicta Extrauagans habet, etiam verbalem secundum tempus. cap. *de multa*, vt glossa illius 2. docet. Quamuis non hodie secundum §. *qui vero*. prædictæ Extrauag.

5 Tum, quia verius est, clericum, qui contrahit cum corrupta non renunciare priuilegio clericali, quia non potest, [c] sed priuari eo, per cap. 1. [d] Tum, quia sicut aliàs dicebamus, [e] clericus, qui diu se ingessit enormibus, dimisso habitu, & tonsura clericali, perdit quidem ipso iure priuilegium clericale, sine alia monitione, secundum Ioannem Andream & communem ibi: vel saltem post trinam monitionem, secundum Panormitanum ibidem: non tamen eo perdit, quod videatur illi renunciare, quod frequenter nec vult facere, neq; si maximè veller, posset: sed perdit per pœnam legis, quam merito, volens nolens incurrit. Tum quia, vt in cap. *dilecti*. [f] declarando ea, quæ Panormitanus scribit, [g] dicebamus, clericum, qui contrahit, vel delinquit in territorio episcopi alieni, eius iurisdictioni subiici quoad ea: sed non per prorogationem expressam, quam nec facit, neque facere potest, sine consensu sui episcopi. [h] Neque fortiori ratione per tacitam, quam non intendit. saltem frequẽter facere, neque si maximè intenderet, posset: cum nequeant illa esse maioris potentiæ, quam expressa, argument. notatorum in cap. *qui tacet*. & cap. *is qui tacet*. [i] sed per dispositionẽ legis: quæ cum volentem nolentem ob factũ suum subiicit alieno episcopo.

6 Ex quibus infertur primo intellectus Clement. *Gratia*. [k] quatenus habet, renunciare videri suæ gratiæ, qua expectat vnum beneficium, eum, qui alterum illi repugnans accipit, sicut enim illam Clement. [l] vtiliter ampliauimus ad multa, & in his nouissimè ad accessus, & regressus quotidianos: ita nũc subtiliter illam, & omnia per nos ibi supradicta declaramus, intelligenda esse non de vera renunciatione expressa, neque tacita: sed de perditione iuris illius ad rem, quæ vim renunciationis habet, quoad illum effectum amittendi, de quo loquitur. Quod auctor illius constitutionis satis intellexisse creditur, eo quod non dixit: *Renuncias*, sed: *Renunciare videris*, quod improprietatem designat, iuxta l. 1. [m] adiuncta glossa. [n]

7 Secundo infertur eneruatio argumenti primo aspectu nerui cuiusdam aduocati Melchioris relati per Gomezium, [o] quatenus ex d. clement. *Gratiæ*. sumebat argumentum ad probandum, renunciare prius beneficium curatum, qui accipit alterum illi simile. Quæ tamen argumentatio duobus modis eneruatur: tum, quia, vt prædictum est, negari potest illam clement. agere de renunciatione: sed de priuatione iuris, quæ quo ad effectum perdendi, illi æquatur: tum, quia non sequitur renunciat expectatiuæ & iuri ad rem: ergo & prouisioni, ac iuri in re. Quoniam hoc non potest renunciari, nisi in manibus superioris, illud autem sic, vt [p] dicebamus.

8 Tertio infertur destructio illius illationis, quam illemet Melchior faciebat, scilicet is, qui accipit posterius videtur renunciare prius: ergo perdit eius possessionem ciuilem & naturalem: quoniam ex suo antecedenti concesso, non sequitur sua conclusio, quandoquidem non per omnem renũciationem perditur possessio, per dicta proxime in hac, & præcedenti oppositione.

9 Quarto infertur, facilis defensio illius conclusionis quotidianæ, ac aureæ, quam Gomezius vir varia lectione, & rara eruditione clarissimus ait, [q] post multa placuisse prætorio Rotæ, quam nos quoque ante operum eius editionem affirmauimus, argumento eorum, quæ ait glossæ illius regulæ. [r] Conclusionis, inquam illius, scilicet, eum, qui triennio possedit ecclesiam parochialem, sine presbyterio pacificè, posteaquam debuit ad presbyterium promoueri. vti potest beneficio illius regulæ de triennali possessore, & per eam repellere contra se agentem. Quoniam non obstat illa priuatio iuris, quominus insistens beneficio etiam ipso iure perdito, dicatur illud possidere per triennium, si tanto tempore incubuit ei, per prædicta.

10 Quinto infertur, idem esse dicendum de illo, qui contra dispositionem. cap. *de multa*. tenuit prius per triennium, vel contra extrauagantem. *Execrabilis*. Ioan. xxij. vtrumque pacifice per triẽnium: & de quolibet alio, qui beneficium perdit ipso iure, siue propter violentiam, iuxta capit. *eum, qui*. [a] siue ob non solutionem pensionis, vel dimidiatorum fructuum, quæ dimidiatam annatam vocant, siue ob aliquid aliud, quod ad id sufficeret iure communi, vel particulari: & nihilominus ei per trienniũ insisteret. Quoniam hi omnes pari ratione ea se regula defendere possunt longè efficacius per ea, quæ à nobis in hac oppositione, & præcedenti sunt adducta, quàm ea, quæ adduxit Gomezius ibi rei difficultate superatus, nõ semel veluti labans. Quibus consequens est, idem dicendum de renunciante, modo is, & prædicti allegent titulos nouos, vel dispensationes sufficientes, licet eas non probent, vt Cardinalis sentit, [b] & Cosmas, [c] vel saltem non confiteantur defectum proprietatis. Alioqui enim ille defectus efficeretur notorius, per confessionem illam iudicialem: & ita cum constaret, cum mala fide, & contra conscientiam tenere, merito non debet gaudere beneficio illius regulæ, iuxta ea, quę tradit Petrus Rebuffus, [d] & longè satius esset eo non gaudere, quam mentiri. [e]

11 Diximus etiam satis coloratum quoad hunc effectum. Nam quoad effectus illos, de quibus tractatur in cap. *cum nostris*. & cap. *litteras*. [f] forte non est. vt [g] iterum tangemus.

12 Sexto infertur, decisio illius quæstionis, quæ anno superiore occurrit, cum in alijs, tum in hac tua Ecclesia Conimbricensi, Reuerendissime Præsul, ac Comes longè illustris. Quam prælectione publica proponere ac rei difficultatem ostendere coram auditorio doctissimo, & ad id vocato, coëgit me rumor sparsus: quod in regis, & domini nostri, ac tui, qui eius eras confessarius gratiam, Capitulum tuum multis nominibus egregium simularet dubietatem, quæ non erat, quo minus pronunciaret sedem vacare. Quæstio, inquam, plurimum controuersa, simul & noua fuit. An Capitulum iure debeat, an saltem possit Episcopo contradicente administrare episcopatum, tamquam sedes vacet, quod litteræ prouisoriæ non ostendantur intra sex menses à die datæ breuis Apostolici, de more concedi soliti ad capiendam possessionem Episcopis, apud sedem Apostolicam prouisis, cum clausula illa: *Volumus autem, quod intra sex menses à data præsentium computandos, litteras Apostolicas super prouisione, & præfectione huiusmodi sub plumbo in totum expedire, & iura Cameræ Apostolicæ propterea debita persoluere omnino teneatis. Alioqui eisdem sex mensibus elapsis prouisio, & præfectio prædictæ nullæ sint, & esse censeantur.*

13 Fuerunt viri eruditione clari, cum hîc: tum alibi, qui dicerent posse, debereque Capitulum id facere æquè, ac faciebat ante illius breuis præsentationem. Pro quibus ipsi ita primo colligebamus. Nullus episcopus, aut superior Prælatus, neque vllus Abbas, vel Prior, qui Abbati æquatur, potest administrare dignitatem illam, ad quam promotus est apud sedem Apostolicam: neque recipi à Capitulo, sine illius litteris: neque cum illis, nisi prius ostensis, per extrauagantem *iniunctæ*. [h] quam citauit Panormitanus, [i] & meliorem mundi appellauit Nicol. Boërius. [k] At in nostro casu Episcopus non habebat litteras expeditas: & si habebat, non ostendebat: ergo neque ipse administrare poterat, neque Capitulum, vt id faceret, permittere: & per consecutionem per Capitulum, & non per Episcopum tali casu debet Episcopatus administrari.

Secundo argumentabamur, quod intentio Romani Pontificis concedentis gratiam, est attendenda. [l] At intentio Papæ, qui eiusmodi breue concedit, est eo casu, quo non expediretur litteræ intra sex menses, inducere eandem vacationem, quæ fuit ante illud breue concessum: & in illa non potuisset Capitulum recipere Episcopum, neque obedire illi: sine litterarum ostensione: ergo neque in hac.

a De præb. — b § Qui vero vero ipso iure priuari, vel ipso iure. — c Ca. si diligenti. de foro compet. — d De bigam. lib. 6. — e In cap. perpendimus. de sentent. excommunicat. — f De foro cõpe tent. — g Ibi notabili 4. — h Cap. significasti. illo tit. — i Capite scienti. de regul. iur. lib. 6. — k De reser. — l In prælectiõe si quando. Excepti. sexta. num. 1. de reseriptis. — m § deinceps. — n Verb. videor. ff. de vi & vi armat. — o In regula de triennali possess. q. 10. — p In d. nu. de cap. si quãdo. — q In d. qu. 10. — r Quæ est 33. col. 8. & penult. — a De præben. lib. 6. — b In cap. cum nostris. de cõcess. præbend. quæst. 12. — c In statutis Ecclesiæ Gallican. de pacif. possess. in gloss. 1. col. 5. & 8. — d In titul. de cisi. possessor. num. 28. — e Argum. ea. Matthæus. de simo. — f De concess. præbend. — g In oppositione x. — h De electio. — i In cap. nostri. & c. quaniter. de elect. & in capit. in nostra. de rescrip. — k In lib. de legato. prælud. 5. col. 3. — l Cap. super litteris. de rescript. ea. fin. de præbend. & ea. cum in illis. §. 1. eod. titu. lib. 6.

14 Tertio, quod causa finalis & principalis illius extrauagantis expressa est, ne is haberetur Episcopus, de quo dubitaretur, an esset, vt patet ex procemio ipsius, vnde illa colligi solet, iuxta cap. *quia propter*. [a] & tradit Gomezius, [b] at lapsis sex mensibus, merito dubitari potest, sit Episcopus, nec ne: ergo necessaria erat litterarum ostensio, vt Episcopo Capitulum pareat.

15 Quarto, quod causa finalis tacita illius extrauagantis fuit, ne iura Cameræ Apostolicæ fraudarẽtur, vel nimium differrentur susceptis Episcopis sine litteris: at si post hos sex menses in breui contentos, Episcopus posset continuare possessionem antea receptam, & Capitulum ei obedire, sine litterarum expeditarum ostensione, perinde consequeretur fraus iurium Cameræ Apostolicæ: ac si ab initio per solam signaturam recipieretur.

Quinto formabamus argumentum, quod nonnullis apprimè eruditis fuit insolubile, scilicet, quod in materia, vbi agitur de receptione, & obedientia Episcoporum, per litteras expeditas, intelligimus litteras expeditas & Capitulo ostensas, per d. extrauagantem, *iniunctæ*. at breue, per quod Episcopo mandatur dari possessio, loquitur de receptione, ac obedientia Episcopi: ergo per expeditionem litterarum, quam exigit intra sex menses, intelligenda est expeditio cum ostensione earum.

16 Sexto facit, quod cùm Romanus Pontifex ea, quæ iuris sunt positiui vult haberi pro nullis & infectis, non solùm ea ipsa, quæ vult haberi pro talibus annihilantur: sed etiam facta virtute illorum, iuxta glossam singularem, [c] celebratam à multis, in quibus est Cardinalis cum Panormitano & Imolensi, [d] & Panormitanus, [e] & Felinus: [f] at Romanus Pontifex per huiusmodi breue non solùm vult Episcopos, quibus illud concedit, priuari episcopatibus suis; vel ipsos vacare, si litteras intra sex menses non expedierunt: sed etiam vult prouisiones, & præfectiones prædictas nullas esse, ac tales censeri: ergo prouisio, & præfectio prædictæ: immo & possessio earum virtute accepta, & alia omnia inde secuta erunt nulla.

17 Confirmatur hoc per regulam Cancellar. [g] quatenus habet, renunciationem eius, qui post eam factam in manibus Papæ sex mẽses, vel in manibus ordinarij vnum vixit, & in possessione moritur, habendam esse pro nulla: ac per illam annihilationem perinde perit illa renũciatio, & vacatio inde manans, cum possessione virtute illius accepta, ac si numquam fuisset facta: ergo etiam per annihilationem prouisionis, & præfectionis per huiusmodi breuia inductam, perinde pereunt illæ, ac si numquam factæ fuissent: at si numquam illæ factæ fuissent, necessaria esset ostensio litterarum: ergo etiam si factæ fuerint. Confirmatur hoc per regulam Cancellar. [h] inductam eodem modo, quo regula prædicta. [i]

His tamen non obstantibus contrarium infertur ex prædictis id, quod etiam tunc visum fuit nobis iuri consonantius, scilicet, neque Capitulum debuisse, neque potuisse, administrare hunc episcopatum, te, Reuerendissime Præsul, non consentiente: immo contradicente ac administrare volente.

18 Primo, quòd nemo potest, neque debet inuitus à possessione sua, præsertim legitime quæsita repelli: nisi auditus & damnatus, [k] etiamsi dominus rei possessæ ipso iure illud dominium perdat, & illa sit beneficium Ecclesiasticum, vt habet c. *licet*. [l] cum multis aliis, quæ nos ad aliud propositum copiosè citauimus. [m] At Episcopus in casu proposito quæsiuit, & non quomodocumque sed legitimè possessionem per breue prædictum: ergo nec potuit, nec debuit inuitus ea priuari, antequam audiretur, & damnaretur.

19 Secundo facit, quod nemo perdit possessionem rei, etiamsi sit beneficium Ecclesiasticum, propterea tantùm quod perdat titulum eius, etiam ipso iure, ob aliquam negligentiam, delictum, aut aliam actionem: nisi animus verus, vel præsumptus perdendi eam intercesserit, vt [n] concluditur est: ergo licet ob negligentiam expediendi litteras Apostolicas Episcopus perdidisset episcopatum quoad proprietatem: non tamen ideo perdidisset quoad possessionem: cum non fuerit ei animus perdendi eam: ergo non vacabat quoad eam episcopatus: ac per consecutionem non poterat Capitulum absque magna præsumptionis specie, decernere eum vacare, & tamquam vacantem administrare.

Tertio, quòd ea, quæ ipso iure perduntur, tolli non possunt à possessore, antequam per iudicem competentem declarentur esse perdita. [a] At in nostro casu non fuit declaratum per vllum iudicem, episcopatum ipso iure perditum esse ergo non potuit is tolli ab eo, qui eum qui tenebat, etiam si verè vacasset per prædictam negligentiam expediendi litteras intra sex menses.

Quarto, quod nemo potest iudicare in causa sua. [b] Nemo item potest iudicare suum superiorem. [c] Nemo item dubius de iurisdictione sua potest iudicare, iuxta doctrinam Bartholi, [d] & Petri ab Ancharano & Felini per illum textum, [e] & glossam singularem, [f] at hoc casu causa erat Capituli, & Capitulum erat inferior, iudicando saltem ratione possessionis: in qua erat Episcopus, & dubitabat de iurisdictione: quia dubitabat de vacatione: ergo neque poterat pellere eum, sine cognitione, neque cognoscere, an esset pellendus: ergo non potuit declarare episcopatum perditum fuisse, esseque in se deuolutum eius administrationem.

Quintò facit, quòd dispositio conditionalis non habet effectum ante conditionem impletam, [g] neque virtute illius potest iudicari aliquid, prius, quàm constet illam esse impletam, argument. l. *duo sunt Titij*. [h] at prædictum breue est conditionale, quarenus inducit vacationem. Inducit enim eam sub illa conditione: *Si non expediantur litteræ intra sex menses*: ergo nihil poterit fieri per illud, donec constet, eas non fuisse expeditas intra illos. at hoc in ipso fine sex mensium constare nullarenus poterit: tum quia fieri potuit, vt penultimo, vel vltimo die illorum expeditæ fuissent Romæ: tum quia danda erat aliqua dilatio allegandi eas esse expeditas: eo quod multis de causis, terra, mariquæ contingentibus fieri potest, vt litteræ Romæ confectæ intra sex menses non possint ostendi Conimbricæ, etiam intra duodecim.

22 Sexto facit, quod dispositio à iure communi exorbitans non est extendenda, [i] præsertim cum non continet materiam iuris: sed aliquid contra, vel præter ius, secundum Panormitanum, [k] quem sequitur in notabili casu Gomezius. [l] Præsertim si etiam sit pœnalis, [m] & maximè ad eum casum, in quo non esset eadem ratio. at extrauagans illa *iniunctæ*. exorbitat à iure communi: continet pœnam: disponit in materia, quæ est contra vel præter ius: & in casu alio à nostro: & in quo maior ratio suader decisionem illius extrauagantis. Exorbitat, inquam, à iure communi. Quia illud habet, æquè probari posse facta per testes: ac per instrumenta, [n] extrauagans autem prædicta disponit prouisionem episcopatuum, & cæterarum dignitatum non posse probari, nisi per instrumenta, immo neque per omnia instrumenta, sed tãtum per litteras Apostolicas expeditas, quales solæ bulla munitę dicũtur, [o] vt tradit Felinus, [p] & Gomezius, [q] & ante illos glossa regulæ Cancellar. [r] cõtinet pœnã immo multas pœnas: & contra multos, vt ex eius lectione palã est: disponit de casu alio à nostro.

23 Nam disponit de prima, & noua receptione Episcoporum, & quorumdam aliorum, in quo maior ratio suadet, decisionem illius extrauagantis, quam in continuanda receptione antiqua, argument. cap. *quemadmodum*. [s] ergo non erit ad eam extendenda. Et in specie, quod omnis constitutio & regula Cancellariæ requirens scripturam ad probandum sit stringenda, & non extendenda affirmat Rota, [t] quam in id citat Ripa. [v] Et quod illa ipsa extrauagans, *iniunctæ*. sit restringenda speciatim ait glossa eius. [x]

Postremo confirmo hæc per glossam mihi singularem eiusdem extrauagantis quæ, [y] ait, ostensionem litterarum esse quidem necessariam à principio, cum possessio capiatur, non autem postea.

Ad primum ergo fundamentum in contrarium adductum respondeo illam extrauagantę inducere nouas pœnas, & agere de receptione prima, & noua: in nostro autem casu agi de receptione antiqua continuanda, & de non repellendo iam recepto: & ita esse diuersum casum à contento in ea, & non solùm diuersum: sed in quo non est eadem ratio, quæ in illa, vt palam est: & ideo non esse ad

a De electio. & l. fin. ff. de hæredi. instit. — b In regula de annali posse. ff. qui. 1. — c In Clemẽt. 1. verbo, pro infectis, de cẽsibus. — d Ibidem. — e In consi. 84. primi voluminis. — f In ca. 1. col. 7. & in ca. fi. col. 3. & 4. de constitut. & in cap. ceterũ col. penul. de reseript. — g 34. — h 18. de infirmo resignante. — i 34. — k Cap. 1. 2. q. 1. c. 2. de causs. poss. & propriet. — l 2. de præb. lib. 6. — m In prælect. cap. cum contingat. de reseript. in 3. cons. nullita. num. 3. — n In oppositione 7. — a Capi. cum secundum leges. de hæred. lib. 6. & l. 4. ins, q ui debitorẽ, in princip. ff. de iure. Fisci. — b Leg. 1. C. ne quis. in ius causa ius dicat cap. 1. 4. quæstio. 4. — c Ca. cũ inferior. de maior. & obed. & cap. inferior. 21. distin. — d In l. multũ interest. ff. de condictio. & demõstratio. — e In ca. 1. de offic. deleg. — f In cap. fin. verb. peremptoria. de appellat. — g Cap. si. pro te. de rescrip. lib. 6. 1. sedere diem. ff. de verbor. signi. ficat. — h ff. de testat. tutel. — i Cap. quæ à iure. de regu. iuris, libr. 6. — k In capit. ad audientiã. de cleric. non resident. — l In regu. de triennal. qu. 10. pag. 10. — m Ca. Pœna. de pœnit. dist. 1. — n Le, in exercendis. C. de fide instrumento. — o Cap. licet. cap. quãquam grauiu. de crimi. falsi. — p In capit. ex diligenti. col. fin. de simon. — q In regul de non iudi. iuxta form. q. 1. pag. 3. n 69. — s De iureiurand. — t In decision. 532. qua in nouã rubric. est 27. de reseript. in nostris. — v In ubric. de constit. nu. 50. libr. 2. reseponsorum. c. 1. — x Verb. præsumat. — y In verb. recipiant.

hunc extendendam, per dicta in penult. fundamento.

24 Ex hac solutione, & duobus postremis fundamentis pro nostra opinione factis infertur primo, lapsum fuisse Felinum, [a] quatenus per illam extrauagantem tenuit generaliter omnes, qui per eodem Apostolicam prouisi accipiunt possessionem beneficiorum per solas supplicationes signatas, esse intrusos. Cuius auctoritas in hunc diē multos fallit, ac multò plures forte fefellisset, nisi nos olim abhinc viginti duobus annis, in Academia Caturcensi à doctissimo doctore Antonio de Petrutia, quem aliquando prælegentem audiuimus: cuius insignis repetitio extat, [b] cum ambo super eodem casu consuleremur moniti, multa eius consilia reddita secūdum illud dictum Felini reiecta fuisse à Senatu Parlamentæo Tolosæ residenti, postea Salmanticæ idipsum non semel auditorium nostrum monuissemus, quod & in hac Academia frequēter fecimus: neque immerito. Quoniam illa extrauagans est exorbitans & pœnalis: & solùm disponit de Episcopis & Abbatibus ac Prioribus, qui loco eorum sunt, & illis æquantur. Neque est eadem ratio in aliis beneficiis minoribus, quę in illis maioribus, propter maius periculum. [c] Quod etiam tenuit Blasius Tolosanus doctor (quem præceptorem habuimus.) [d] Felinus autem, vt arbitror, falsus fuit summario Ioannis Francisci Pauini, illius & aliorum extrauagantis proditoris.

25 Secundo infertur indiligentia quædam Gomezij viri alioqui diligentissimi, qui, [e] sequutus Felinum, [f] dixit, eum, qui accipit possessionem alicuius beneficij litteris non expeditis, perdere omne ius, quod habet: licet supplicationem habeat signatā, in qua re ambo bis peccant. Primo quod illam extrauagantem extendunt ad beneficia in ea contenta: deinde quod præsupponunt eos, qui contra dispositionem illius possessionem capiūt, perdere ius sibi competens, quod nusquā habet illa extrauagans quam in hoc citat Gomezius neque regula [g] Cancellariæ quam in id citat Felinus vt palam ex eorum contextu constat. Neque est verum, nisi cum violenter accipitur possessio, quo casu etiam si litteris expeditis id fieret, perderetur ius, per cap. *eum qui.* [h]

26 Tertio infertur, longè rectiùs esse illud Cassadori, [i] scilicet regulariter restituendam beneficij possessionem ei, qui eam cum sola signata supplicatione accepit, per illam extrauagantem, *iniunctæ*, inductam per locum ab speciali: ac si clarius diceret, illam extrauagātem seruandam quidem esse in casibus in ea contentis: non esse autem extendendam ad alios, & ita non esse restituendum eum, qui spoliaretur possessione, quam sine litteris expeditis, & ostensis caperet in dignitatibus contentis in illa extrauagante: alios autem qui aliorum beneficiorum possessionem caperent sic. Facit, quod signata supplicatio gratiam perfectam continet, & tribuit ius, vt habet c. *institutionis.* [k] adiuncta glossa, [l] tradit Baldus, [m] Panormitanus, [n] adeo, vt etiam si Papa signans statim moreretur, nihilominus duraret gratia: & per mortem eius, cui facta esset, censeretur vacare beneficium, secundum Rotam, [o] & tradunt recentiores in rubr. de constit,

27 Quarto infertur, verum esse illud, quod singularius dixit Cassador, [p] nempè, absoluendum esse in petitorio eum, qui ostendit solam supplicationem signatam, per quam constat non esse ius actori: etiam si vna vel altera sententia esset pro actore lata, non obstante regula Cancellar. [q] de non iudicādo secundum formā supplicationis.

28 Ex quo subinfert, solam supplicationem signatam facere fidem quoad possessorium: & etiam quoad petitorium ad absoluendum tantum reum, quæ conclusio noua & mirabilis est.

29 Quinto infertur illud Ioannis Milis, [r] scilicet, prouisum à Papa ante cōfectas litteras, non habere canonicum titulum, intelligendum esse quoad hoc solùm, vt litteris non expeditis non possit iudicari canonicus: non autem quoad alia, vt idem Cassador, vtiliter declarauit, [s] quem sequitur Gomezius, [t] memor erroris Felini & non sui superius relati: licet Ioannes Mil. simpliciter sequatur glossam illius regulæ & Felinum, [v] Quod fuit dictum Rotæ. [x]

30 Pro corollario facit id, quod sæpe contra multos consului, etiam ante Cassadori & Gomezij operum editionem, per glossam in hoc aptā regulę Cancellar. [a] Nempè solam supplicationem signatam, quæ dispensationem ad duo incompatibilia continet, quoad forum conscientiæ sufficere sine litteris expeditis, immo & quoad forum exterius, quando in eo non agitur de illis incompatibilibus, sed de alio tertio: immo & si de illis ageretur, modo ante sententiam litteræ expeditæ præsentarentur. Quæ pulchrè declarat procedere Gomezius, [b] non obstante regula, [c] quæ habet dispensationem non suffragari, nisi litteris expeditis. Quoniam illa de suffragio, vel auxilio iudiciali est intelligenda, & non de quolibet: sed de eo, quod est necessarium ad finem principalem ipsius per prædicta. Quod non solum in dispensatione duorum incompatibilium, sed etiam in qualibet alia dispensatione pari ratione dicendum est. quo plurimorum animos scrupulosos confirmare potes. Quamuis idem Gomezius parum sibi constans, [d] aliter, sed frigidè loquatur.

31 Sexto infertur, eum, qui eligeretur vnanimiter à Capitulo, esseтque immediatè Papæ subiectus, simul & à Curia Romana longè remotus, recipi posse à Capitulo, & administrare etiam hodie litteris non expeditis super electionis confirmatione: tum, quia etiam nullatenus confirmata electione recipi posset, & administrare per ca. *nihil.* [e] tum quia illa extrauagans non debet extendi, vt prædictum est, vltra ea, quæ continet: & solùm continet prohibitionem apprehendendæ possessionis, & administrandæ dignitatis virtute prouisionis Apostolicę: ergo non extenditur ad apprehentionem possessionis, virtute alius medij legitimi: quale habet huiusmodi electus: tum, quia Oldradus, [f] determinat, Archiepiscopum Bracharensem nostrum primatem, qui est immediatè sedi Apostolicæ subiectus, distantem à Romana curia, vltra 30. dietas, ad magnam instantiam sui Capituli: & propter Ecclesiæ suæ necessitatem vrgentem, nondum obtenta confirmatione à sede Apostolica, administrando & bonorum Ecclesiæ administrationi se immiscendo, non incurrere pœnas illius extrauag. Quod etiam annotauit Ioannes Franciscus. [g]

Septimo infertur, illam extrauagantem non comprehendere illos, qui electi à Capitulis confirmantur ab alijs inferioribus à Papa. Illi enim post suas electiones confirmatas poterunt administrare, ac recipi sine litteris Apostolicis, vt Ioannes Monachus aiebat. [h] Quoniam illa de solis apud sedem Apostolicam promotis disponit: & non est ad alios per prædicta, extendenda.

Octauo infertur, quod licet vero propius arbitremur, illam extrauagantem locum vendicare sibi, etiam in Abbatissis: quoniam genus masculinū concipit fœmininum, præsertim in dispositione legali. [i] Quod pleroſque omnes affirmare testatur Decius, [k] etiam in materia odiosa, & pœnali, secundum Cynum post Odofredum, [l] & Albericus per illum textum, [m] & alia, quæ vbi supra citat Decius, tamen Abbatissæ electę possent recipi, & administrare sine litteris sedis Apostolicæ, vel alijs; iuxta formam cap. *indemnitatibus.* [n] per prædicta duo proxima corollaria. quæ res est quotidiana.

32 Nono infertur, eum, qui bona fide, sine dolo non aduertens id sibi non licere, administrarit, non incurrere pœnas illius.

33 Quoniam illa extrauag. solum punit præsumentem, ac temerarium, vt declarat glossa eius, [o] & dispositio puniens aliquid præsumentem, non comprehendit eum, qui id bona fide ignorauerit, aut imprudens, siue inaduertens facit, secundum Cardinalem singulariter. [p] Per quod aliqua dixi, [q] & multa in multis casibus respondi.

34 Quorum vnum quotidianum est, non esse ipso iure irregulares, per extrauagantem Papæ Pij, quæ incipit *cum ex sacrorum.* qui ante legitimam ætatem, vel extra tempora iuris, vel sine litteris dimissorijs, ordine sacro insigniti in eo ministrant, bona fide, sine dolo, sibi licere putantes: eo quod illa extrauagans solos ministrare præsumentes nouè efficit irregulares. Nam iure anteriori, neque ita ministrantes essent irregulares, neque per illam inordinatam ordinationem, essent ipso iure suspensi: sed suspendendi, per cap. *vel non est compos.* [r] Per quod plurimi, ignorantes illam extrauagantem respondere solent, non effici irregulares etiam eos, qui dolo ac scienter in illis tribus casibus

a *In cap. veniens. col. 2. de accusatio. & in capi. no Dei. col. 2. de simon.*

b *In l. 2. ff. de iurisdict.*

c *Argumēt. cap. vbi periculum. de electio. lib. 6.*

Guilelmi. de Mōte Laud. pregul. 1. de regul. iuris, libr. 6

c *in regu. de non ind. iuxta formam supplic. q. 1.*

f *In d. capite veniens, g 25.*

h *De præben. libr. 6.*

i *In decisio. 8. restit. spol.*

k *25. quæst. 2. & Clement. dudum. §. nos enim.*

l *In verbo, verbo, de sepult,*

m *In l. final. C. de legi.*

n *In cap. nostri. de elect. & cap. in nostra. de refer.*

o *In decisio. 882. Notab. quod vbi gratia. quæ in noua rubric. est 87. de rescript. in antiquis.*

p *In decis 2. de re indic.*

q *21.*

r *In reperto, verb. gratia, Apostolica.*

s *In d. decisio. 8. de restitut. spoliat.*

t *In d. regula 25. qua. 3.*

v *In cap. scisitatus. de rescript. n. 23.*

x *In decisio. 458. in noua, que in noue rubric. est 20. de cōcess. præbend.*

a *13. & aptiorem regulā 52.*

b *In d. qu. 5. c 53.*

d *In q. 9. eius. dem regule.*

c *De electio.*

f *Consil. 6. Posito sine præiudicio.*

g *In glos. fin. illius extrauag.*

h *In glos. illius extrau.*

i *Le. 1. § 1. ff. de constitut. pecu. leg. 3. in princip. ff. de negot. gestis.*

k *In regul. 2. num. 108. ff. de regu. iuris.*

l *In l. quidā que. C. de seruitis fugit.*

m *In l. si quis id quod. ff. de iurisd. omni. iudic.*

n *De electio. libr. 6.*

o *In verb. præsumat.*

p *In Clemē. 1. de priuil. q. 3.*

q *In ca. 2. de iudic.*

r *De tēpor. ordinandor.*

inordinatè ordinati administrant. Nec mirum: quoniam omnes, qui ad hunc diem commenti sunt in illud cap. ac alia ei similia in eo errarunt, credentes, ita ordine insignitos, non esse ipso iure suspensos: sed per iudicem suspendēdos. Quod ipsum fecere Theologi, [a] vbi Maior, [b] parui facit peccatum, quod incurrerent celebrando sic ordinati. Quod ante illum dixit Diuus Antoninus. [c] Et vera quidem esset eorum sententia, attentis legibus in corpore iuris clausis: non tamen attenta illa extrauagante quam curauimus nobis Roma deferri, posteaquam illam extare didicimus ex Villa Diego. [d]

35 Longè verò falsa attenta illa, post quam non solum grauiter peccat, qui sic ordinatus ante absolutionem à suspensione celebrat: sed etiam incurrit irregularitatem à solo Papa delebilē: nisi, vt prædixi, bona fide putans, id sibi licere, ac alioqui nō facturus, id faceret. Tunc etenim non videretur eam incurrere propter verbum, *præsumpserint*, in ea positum, & doctrinam Cardinalis prædictam quoad forum præsertim conscientiæ: neque quoad forum exterius, si probabilis apparere posset ignorantia. Quæ conclusio firma nobis videtur in eo, qui non solùm bona fide ministrauit in ordine sacro, quo sic insignitus fuit, sed etiam bona fide illum suscepit, putans id sibi licere. Maius autem dubium fuerit, an idem dici possit de illo, qui temerariè quidem suscepit ordinem: sed bona fide, facta pœnitentia illius malè susceptionis, putans id iam sibi licere, in eo ministrauit. Quod in hunc diem affirmare non ausi fuimus: nunc autem, salua eruditorum sententia, videtur posse affirmari: tum, quia pœna hæc irregularitatis solum imponitur ei, qui præsumpserit ministrare: quoniam ei, qui inordinatè ordinatur, alia pœna suspensionis ipso iure infligitur, & in imponenda pœna suspensionis non ponderatur præsumptio: in imponenda verò irregularitate sic: tum, quia frequenter bona fides excusat ab irregularitate: quæ tamen non excusat ab excommunicatione, iuxta glossam singularem quæ penult. est cap. *solet*, [e] quæ habet, eum, qui bona fide putans se iustam habere appellandi causam, appellat, & post appellationem excommunicatus celebrauit, fidens suæ appellationi, esse quidem excommunicatum, si declaretur malè appellasse: non esse tamen irregularem: tum, quia Panormitanus, [f] dicebat, irregularitatem pœnam esse contemptus: & ideo, eum, qui nescit se excommunicatum, si celebrat, non esse irregularem. Quod proculdubio verum est de eo, qui probabiliter id ignorat: tum, quia Dominicus, [g] dixit, irregularitatem non contrahi, sine dolo: vt latius scripsi in cap. *cum contingat.* [h]

Decimo infertur, verū videri quod ait glossa prædictæ extrauagantis eam fallere in eo, qui prouisus à Papa ob eius obitum non potest litteras expedire, nisi post multum temporis, is enim qui ob hoc administraret, vel susciperetur sine litteris, non diceretur præsumere, neque per consecutionem incurreret pœnas eius per prædicta.

Vndecimo infertur, iustè me nuper respondisse cuidam Abbati, eum non incidisse in pœnas illius extrauagantis quoad forum præsertim conscientiæ, eo quod bona fide putans sibi licere, administrauit aliquot pauca, eadémque satis obscura negotiola abbatiæ, quæ illi collata erat per supplicationem Papæ signatam.

Duodecimo infertur, tutè item me respondisse Capitulo insigni huius Ecclesiæ, non oportuisse timere pœnas illius extrauagantis, eo quòd non pronunciarent, sedem vacare in casu prædicto: licet iustè possent id pronunciare. Quoniam tantæ rei dubietas eximebat eos à vitio præsumptionis, sine qua illius pœnæ non incurrunt, vt prædictum est.

36 Decimotertio infertur, parum cautè dixisse Gomezium, [i] per illam extrauagantem reprobari decisionem Ludouici Romani, [k] scilicet, constitutionem, vel regulam de expediendis litteris intra certum tempus, non includere episcopatus: tum, quia vera videtur & eam probat Felinus, [l] tum quia illa extrauagans nihil contra illam facit. Quoniam speciatim agit de Episcopis & superioribus, & ideo licet comprehendat eos, & tractet de litterarum expeditione: non tamen probat generaliter constitutionē, & regulam tractantem de litterarum expeditione, comprehendere eos: sed solùm eam, quæ speciatim disponit de illis: tum, quia illa extrauagās non agit de tempore aliquo ad expediendas litteras præstituto: sed de necessitate illas expediendi, quo possessio capi possit, & dignitas administrari. Hactenus de solutione primi argumenti.

37 Decimoquarto infertur solutio secundi argumenti, scilicet, quòd per clausulam in eo tactā inducitur quidem vacatio ipso iure: sed non illa, quæ primo erat: sed noua: tum, quia pœnalis dispositio ita interpretāda est in dubio, vt quam minimum pœnæ contineat, argum. l. *si de interpretatione*, [a] & aliorum vulgarium: & secundum hac interpretationem minus pœnæ continet hæc dispositio pœnalis. tum, quia æquè aptè, immo aptiùs intelligi potest, vt vacatio, quam inducit, intelligatur incipere à fine sex mensium, quàm à die concessionis breuis: tum, quia non habet breue, prouisionem, & præfectionē haberi pro infectis. Quod maioris virtutis erat, quam annihilatio, iuxta glossam singularem, [b] tum, quia neque disponit, vt sint nullę, & censeantur esse tales ex tunc: scilicet à die prouisionis, & præfectionis, sed quod sex mensibus elapsis, censeantur nullæ, si intra illos non expediantur litteræ: non obscurè adiungens, annilationem lapsui sex mensium, [c] ac per consecutionem significans, inducere nouam vocationem contingentem per negligentiam expediendi litteras: & non continuationem vacationis antiquæ. argumento eorum, quæ infra [d] dicuntur.

38 Decimo quinto infertur, illi extrauaganti locum esse in eo, in cuius fauorem possessio esset accepta, non tamen eius nomine: sed Cameræ Apostolicæ, vsque ad certum tempus, vel donec illi prouisum esset, quod frequenter fit. Is enim non posset accipere possessionem, neque administrare in dignitate contenta in illa extrauagante virtute solius supplicationis signatæ, sine litteris expeditis, & Capitulo ostensis. Quia eo casu ageretur de receptione noua illius, & de possessione nouè illi quærenda: licet de antiqua Cameræ Apostolicæ quæsita. quod nuper cuidam illustri genere viro respondimus: percupientes respondere contrarium, quòd ei longè grauius fuisset.

39 Decimosexto infertur, solutio tertij argumenti: scilicet, causam finalem illius extrauagantis non esse, ne is, de quo dubitatur, an sit, habeatur Prælatus: sed ne, qui non est, recipiatur nouè in Prælatum, vt ex proœmio illius colligitur, quæ causa cessat in eo, qui fuit semel legitimè receptus, vt palam est.

40 Decimoseptimo infertur solutio quarti argumenti: scilicet non esse causam finalem, sed impulsiuam illius extrauagantis illam, ne iura Cameræ Apostolicæ soluenda fraudentur, aut certè non esse verum, quod æquè illa fraudarentur per antiquæ receptionis continuationem, ac per nouam. Quoniam verosimile est, sedem Apostolicam ita suæ Cameræ cauturam, cùm eiusmodi breuia concedet ad accipiendam nouam possessionem: vt in illius consequenti continuatione, non possint æquè, atque antea sua iura fraudari.

41 Decimooctauo infertur, solutio quinti argumenti: scilicet, in omni quidem materia, vbi agitur de noua receptione, & obedientia Prælatorum in illa extrauagante contentorum, per litteras expeditas, intelligi de expetis, & ostensis eis, qui eos recepturi sunt: at in casu horum breuium non agi de noua receptione Prælatorum: sed de eis, expellendis, vel retinendis.

42 Decimonono infertur, solutio sexti argumenti, eiusdemque plurimum vrgentis, scilicet, aliud esse decernere, vt aliquid habeatur pro infecto: quod prædictum breue non facit: aliud casare aliquid, & annihilare, & decernere nullum in aliquem euentum: quod prædictum breue habet, vt singulariter annotauit Panormitanus. [c] Quod probant singulariter duæ glos. coniunctæ, scilicet glosa singularis Clemen. 1. [f] quæ recepta per omnes adiuncto textu probat, omnes effectus, etiam iam productos alicuius dispositionis, censeri reuocatos, cùm statuitur, vt illa habeatur pro infecta: & glosa memorabilis cap. *debet*, [g] quæ probat, reuocata & annihilata constitutione, non censeri reuocatos effectus ab ea iam productos.

43 Vigesimo infertur, omnia facta per Prælatos post acceptam possessionem virtute talium breuium intra sex

a *In 4. distin. 24*

b *Quæst. 1.*

c *3. parte, tit. 14. cap. 16.*

d *In tractat. de irregul. §. 10.*

e *De sentent. excommuni. lib. 6.*

f *In ca. pagoralis. §. verū do appellat. col. 4.*

g *In ca. is cui. §. 1. not. 1. de sententia excommunicat. lib. 6.*

h *De rescrip. remed. 2. n. 7.*

i *In d. reg. de non iudi. iuxta form. q. 9. & in cēs. 348. col. 2.*

l *In ca. eam te de rescrip. col. 3.*

a *ff. de pœnis.*

b *Clem. 1. de immunit. ecclesiarum.*

c *Argum. l. in delictis. §. si extraneum. ff. de noxal.*

d *In illat. 21. & 22.*

c *In c. que in Ecclesiarum. de constitut. nota. 4. & in fine capit. non debet. de consang. & affinit.*

f *De immunit. Ecclesiarum.*

g *De consanguin. in verb. de cæter.*

mentes natos eis ad expediendas litteras, esse, ac mansum iri validè etiam si numquam eas expediant. Quoniam, vt ex prædictis colligitur, prouisiones illorum Prælatorum, non decernuntur infectæ, & à sua origine nullæ: sed annihilantur per illorum sex mẽsium lapsum. cui consequens est ordinationes, litteras dimissorias, visitationes, processus iudiciales, sententias, fructuum locationes, & alia id genus omnia per ipsos intra illos sex menses facta, valida mansum iri. quod longè memorabile est, ac à nemine, quod meminerim, tactum.

318.& 341. 44 Vigesimoprimo, infertur solutio vltimi argumenti, quod in regula Cancellariæ [a] fundabatur, scilicet, illarum regularum clausulas tacitas, vel expressas minus irritantes esse; quàm illa, per quam res habetur pro infecta: plus tamen, quam illa, quæ simpliciter cassat actum: eo quod aliquos effectus iam productos à renunciatione, ante eius cassationem, cassat; quod non facit simplex cassatio: non autem omnes, quod facit illa, quæ rem habet pro infecta per prædicta: nam si is cui collatio beneficij facta est, per infirmi resignationem, ante viginti dierum lapsum, & infirmi mortem, accepta illius possessione, celebrarit, oblationes susceperit, contulerit, vel præsentauerit in beneficium ad collationem ipsius spectans, vel aliud id genus aliquid fecerit, omne id valebit, etiam si postea mortuo renunciante intra viginti dies cassetur renunciatio, per quam ipse habuit titulum, argum. regulæ, *factum legitimè*, de regulis iuris, lib. 6. Et ita vides, non omnes effectus productos ab illa renunciatione, quæ per illam regulam cassantur, tollitur: tolli autem aliquos. Nam collatio virtute illius renunciationis facta, possessio item quæsita cassatur: quæ est memorabilis, eademque quotidiana illius regulæ declaratio: neque per glossam illius neque Gomezium, neque aliquem alium, quem meminerimus, in hunc diem tacta. Gratia breuitatis omittimus monstrare, idem esse dicendum circa cassationem renunciationis, inductam, per regulam Cancellariæ, [b] eo quod non fuerit illa intra debitum tempus publicata.

45 Vigesimosecundo infertur, non satis cautè dixisse Gomezium, qui obiter tamen, & aliud agens sentit, [c] allegando illam glossam Clem. 1. d renunciationem eiusmodi resignantis, & intra viginti dies morientis, pro infecta haberi, id enim neque illa regula dicit, neque est verum.

46 Tum, quia in proxima illatione monstrauimus, non annihilare illam regulam omnes effectus productos ab illa renunciatione; quod tamen faceret, si eam haberet pro infecta, per prædicta: tum quia ipsemet paulo superius dixit, vacationem illam, quam illa regula fingit venire per mortem infirmi renuncians, qui moritur intra viginti dies, non esse veram, sed fictam: ergo prima resignatio non habetur pro omnino infecta: quoniam operatur, vt vacatio, quæ alioqui vera contingeret per mortem, non contingat nisi ficta: tum, quia ipsemet paulo inferius, ait beneficium ita vacans per mortem infirmi, qui familiaris esset alicuius Cardinalis non comprehensum iri sub regula de impetrantibus, per obitum familiarium Cardinalium; & ita fateatur oportet, eiusmodi renunciationis effectum aliquem perdurare, consecuta eius cassatione, ac per consecutionem non haberi eam, pro infecta. Quamquam hanc eius posteriorem decisionem & si non reprobemus; certè in præsentia non approbamus: sicut nec contendimus cum illo, qui dixerit, Gomezium intellexisse, illam renunciationem habendam pro infecta quo ad quid: non quo ad omnia, modo confiteatur, non satis aptè in id allegasse glossam illam singularem Clem. 1. de immunit. Eccles.

SVMMARIVM.

1 *Renunciationis beneficij exceptio aliquando impedit restitutionem, aliquando non: & quando impedit, nunc alia, & nunc alia ratione id facit.*

OPPOSITIONIS NONÆ SOLVTIO.

1 AD nonam oppositionem respondemus negando, exceptionem renunciationis nulla ratione, alia impedire restitutionem, quàm quia inducit defectum proprietatis: immo dicimus, per eam non impediri restitutionem: cùm nihil aliud, quam defectum proprietatis inducit: at quia plerumque inducit defectum notorium proprietatis, vel amissionem possessionis, vel habet vinculũ iuramenti non repetendi, & nonnumquam omnia prædicta, vel aliqua ex illis, ideo exceptio renunciationis aliquando nõ impedit restitutionẽ, & aliquando sic, & quando impedit, nunc impedit alia ratione, nec alia: & aliquando duabus, & interdũ tribus, vt clarè resolutũ fuit supra. [a]

a *In solutione 7. opposit. num. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Intellectus capit. licet 2. de præbend. lib. 6. numer. 6. 10. & 31.*
2 *Restitutio non competit omni malè expulso.*
3 *Restitutionem quandoque impedit exceptio defectus dispensationis. num. 14. & 19.*
4 *Possessio quæ non colorata, quæ colorata, & varia. num. 23.*
5 *Restitutionem impedit reseruatio. Quando numer. 44. & sequent.*
6 *Possessio colorata non perdit colorem, perdito titulo, & num. 12.*
8 *Possessio, nec color eius perditur semper renunciatione.*
11 *Spoliatus priori beneficio ipso iure perdito restituitur, non ostensa dispensatione.*
15 *Intellectus cap. constitutus. & cap. quoniam. de filiis presbyter. discussus. & num. 17.*
16 *Possessionem beneficij non impedit ius commune contrarium.*
18 *Beneficium patris numquam datur immediatè filio, &c.*
20 *Didacus Couarruuias laudatus.*
21 *Intellectus cap. ad decimas, huius titul. lib. 6.*
22 *Restituitur beneficium perditur per cap. de multa, non autem perditum per extrauag. execrabilis idem, num. 31. & quære. num. 32.*
24 *Possessio, quæ parit restitutionem, non semper annihilat prouisionem illam tacentem, neque è contrario.*
25 *Annalis possessio quid pariat, & quid triennalis violenta, non violenta. num. 26.*
26 *Intellectus regul. de annali possessore, & regulæ de triennali, num. 27.*
28 *Simoniacus quando restituendus.*
29 *Spoliatum litigioso beneficio quando, & quare non restitui.*
30 *Beneficium reseruatum quousque tale manet, & litigiosum non esse tale,*
32 *Beneficium vacans per capit. de multa. retentum vltra tempus extrauag. execrabilis, non est reseruatum: licet, &c.*
33 *Beneficia vacantia per promotionem ad alia restituenda, nec reseruata regulariter, nisi sit Papalis. num. 34.*
35 *Gulielm. Cassador. laudatus.*
36 *Reseruatio obstat restitutioni, & quare contra Azetin.*
37 *Intellectus cap. si eo tempore. de electio. lib. 6.*
38 *Reseruatio impedit possessionis assecutionem, licet non inducat notorium iuris defectum. numer. 39. Et restitutionem etiam non probata ex continenti. num. 40. Et etiam generalis est odiosa. Et quinque axiomata singularia de illa num. 43. & 44. 45. & 46.*

OPPOSITIONIS DECIMÆ SOLVTIO.

AD decimam oppositionem, quatenus fundatur in eo, quod nulla ratio alia reddi possit, quare petenti beneficij restitutionem, obstet renunciatio, nisi quia per eam inducitur notorius defectus proprietatis: respondeti potest per dicta supra, [b] scilicet id falsum esse. Quoniam possunt reddi etiam aliæ duę ibi relatæ, & paulò superius probatæ. Quatenus autem proponit, falsum esse, quod defectus notorius proprietatis impediat restitutionem beneficij Ecclesiastici, per cap. *porrò*, [c] respondemus negando in casu illius cap. intercessisse defectum notorium proprietatis, vt nouè, latè, simul & clarè demonstramus in cap. *in litteris*. [d] Quatenus autem adducitur probatio ex cap. *licet 2.* [e] qua parte probat, eum, qui adeptus est beneficium curam animarum habens annexam, non posse pelli ab altero, quod prius habebat simile illi, antequam audiatur: licet ideo credatur illo ipso iure priuatus, vt episcopus conferre possit illud alteri, etiam eo non vocato: non obscurè significans, restituendum eum esse, si ab eo pellatur non auditus: cùm tamen contra ipsum restitutionem petentem sit ius commune, contentum in capit.

b *In coroll. 2. solutionis, 7. oppositionis.*
c *De diuortiis.*
d *Iufra eod.*
e *De præb. libr. 6.*

a *De præbẽd.* multa. a & in extrauaganti Execrabilis Ioan. xxij.

1 Ad hanc oppositionem respondemus. Primum meminisse nos bis negare in publica disputatione, ex eo capit. colligi, eum, contra quem est ius commune, restituendum esse. Dicebamus enim ibi non probari, restituendum esse ante omnia eum, qui post adeptionem secundi spoliatur priore, quia ibi solùm dicitur, malefacturum Episcopum, qui eum sine causæ cognitione possessione talis beneficij, priuauerit: at ex eo non infertur, eum ante omnia esse restituendum.

b *De eo, qui mittitur in possess. caussa rei seruan. li. 6.* c *ff. & Co. ad leg. Iu. de vi.* d *Clem. 1. de caus. poss.* e *In decisio. 679. quæ in nouè rubric. est 20. de rest. spol. in antiq.* f *Cap. 1. de re iudi. lib. 6.* g *Cap. præsentiũ. 7. q. 1.* h *Infra eod.* i *In tractat. reseruat. q. 4.* k *Colum. penult. in ea. ex parte. sub finem de for. compet.* l *Ibidem col. penult.* m *De fil. pres.* n *Eloc iii. li. 6.* o *371. Nota quod vbi. ij in nouæ rubr. est 15. de rest. spoliat. in nouis.* p *De concess. prabend.* q *Cap. cũ nostris eod. situ. de concessio. prabend.* r *In cap. licet 2. col. 2. de prabend. li. 6. & in cõs. 86. col. fin.* s *In ea. in nostra de rescrip. coroll. 30. in princip.* t *Consil. 499. In præmissa.* v *Vt lit. pend. lib. 6.* x *In decis. 419. Nota nunquid. in antiquis. ij in nouæ rubric. est 17. de restitut. spoliat. & in decis. 4. Bisneti. eod. titul.* y *16. in nouis, quæ in nouæ rubr. est 3. de rest. spoliat. & prædictã 4. Bisneti. eodem titul.* z *Conclusio. 336. in possessorio.* a *In tractat. de potestate, ac excell. regia. qu. 72. in*

2 Quoniam multis malè expulsis non competit restitutio ante omnia: tum quia qui sine vllo titulo te vi expelleret à beneficio, quod tũ quoque sine titulo detines, & illud sibi acciperet, male quidem faceret: & duplici nomine, nempe, quod sine titulo id capit, contra cap. 1. [b] Et quod vim tibi facit contra totum titulum, [c] attamen non restitueris, si tuam possessionem nullo titulo iustificare, siue colorate possis, iuxta glossam singularem receptam. [d] Quod in hac ipsa specie singulariter decidit Rota, [e] tum quia male fecerit iudex, qui caussa cognita contra iustitiam, aliquem sua possessione priuauerit. [f] at ille priuatus, nisi appellatione, vel alio iuris remedio sibi prospexerit, per restitutionem iuuari non poterit, iuxta glossam singularem, [g] & iuxta ea, quæ in cap. *conquerente*, [h] latius diximus. Ex quo infertur, eos, qui dicunt in casu illius, cap. *licet*, non competere restitutionem malè priuato possessione, non dicere aperte contra illud capit. sicut in cautè dixit Æneas, [i] immo quod non solum hoc non sit aperte contra illud capit. neque contra vllum aliud, sed quod sit verum, facit. Primo illa determinatio Vincentij, quem sequuntur Antonius Aretinus, Felinus, & clarius omnibus Panormitanus, [k] scilicet, quod cõtra rescriptum impetratum ab spoliato altera ex duabus dignitatibus, quas tenebat, super spolio illius expressa ea caussa, quod dispensationem haberet eas tenendi, potest opponi exceptio defectus dispensationis per viam subreptionis, licèt tangat proprietatem: eo quod illa caussa non expressa, non fuisset illi concessum rescriptum etiam super spolio. Ex quo Panormitanus, [l] pro indubitato colligit, nec refellitur ab vllo, spoliatum altera ex duabus dignitatibus, etiam si spolietur à priuato, non esse restituendum, nisi facta fide, saltem quali quali de dispensatione.

3 Secundo faciunt & neruosè quidem capit. *constitutus*, & capit. *quoniam*, [m] qua parte probant, eum spoliatum, contra quem est ius commune, non esse restituendum, probant enim, filium presbyteri spoliatum beneficio paterno non esse restituendum: quia ius commune verat talem successionem.

Tertio facit c. *ad decimas*, [n] quod habet, spoliatũ decimis, quas contra ius cõmune tenebat, non restitui ante omnia.

Quarto facit decisio illa singularis Rotæ, [o] quæ habet spoliatum altero duorum beneficiorum incompatibilium, quæ vltra tempus statutum in extrauagante *execrabilis*, Ioannis xxij. tenuit, non debere ante omnia restitui: eo quod apparet talia beneficia non posse iure teneri.

4 Quinto facit capit. *litteras*, [p] qua parte probat, possessionem præbendæ prioris eius, qui alteram similem accipit in eadem Ecclesia, non esse coloratam, dum ait, impetrationem illius validam fuisse, etiam non facta de illa possessione vlla mentione: quæ tamen non fuisset valida, si fuisset colorata: cum de possessione colorata meminisse oporteat. [q] Et quod talis possessio non sit colorata affirmat etiam Dominicus, [r] iure cassante colorem tituli, secundum eumdem vtrobique. Id ipsum affirmat Felinus, [s] post alios, quos ibi refert, præsertim Romanum, [t] qui vitiose ibi citatur.

Sexto facit, quod non restituitur is, qui cum titulo ordinarij, accepta possessione beneficij, super quo litigabatur, non auditus, nec vocatus expellitur mandato executoris, virtute sententiæ latæ super possessione: eo quòd contra ipsum est ius commune, scilicet capit. *si hi contra quos*, [v] vt singulariter, ac vtiliter determinat Rota. [x]

5 Septimo facit, quod reseruatio beneficij cum decreto irritanti facta non solùm inducit collationem beneficij: sed etiam possessionem, secundum decisionem, Rotæ, [y] & Egidium [z] & Antonium Corsetium, [a] in 42. li-

b *In ea. in litteris col. penult. inf. eod.*
c *In tractat. de reseruat. q. 4. & 1. nu. 11. & 41. effectu.*
d *In 2. consil 409. in præmissa consultatione.*
e *In penult. notab. illius capit.*
f *Ibidem 3. notabili.*
g *Leg. minor. §. 1. ff. de euictione.*
h *2. q. 1. & in l. 1. ver. infirmabitur ff. de fer.*
i *Incep quæstio de elect. klm consi. 191. in caussa. col. pen.*
l *In tract. reseruat. in qu. 7. effect. 41.*
m *In Consi. 227. in 16. m nouis. qua in nouæ rubri. est 3. de rest. spoliat.*
n *De iudic.*
o *In addit. Specul. de petit. & possessio. § fin. pin c. præced. ti. col. fin.*
p *In c. litteris. n. 29. infr. eo.*
r *In c. quo iure. co. 3. dist. 8.*
s *In c. cum olim. col. 8. de re iudic.*
t *In repertor. verb. Beneficii. quo quæs. vlti decis. 1. de restit. spoliat. n. 7. & in decis. 14. super regul. Cancel. num. 7.*
x *An. 6. vsq; ad 20.*
y *In d. c. licet. ver. conferre.*
z *De concess. præb.*
a *In c. præc. col. fin.*
b *In d. consil. 227.*
c *In addi. Specul. § fi. & additio 4.*
d *In decis. 16. quæ in nouæ rubr. est 3. de rest. spoliat. in nouis.*
e *In c. cum no stris. de cæres. pra. q. 6. & 18.*
f *In solut. 7. oppositionis.*
g *ff. de pactis dotalibus.*
h *De consuet.*
i *In decis. 1. n. 6. de rest. spoliat.*
k *In oppositio. octauæ. à nu. 15. vsq; ad 30.*

mitatione illius regulæ. Quod spoliatus ante omnia. &c. & Panormitanus, [a] vbi diximus, & tradimus, & tradit Aeneas de Falco. [b] & Romanus, [c] at beneficia incompatibilia, quæ tenentur contra extrauagantem, *execrabilis*, Ioannis xxij. non solum vacant ipso iure: sed etiam videntur reseruata, per §. *qui vero*, eiusdem extrauagantis: ergo spoliato altero illorum non competit restitutio ante omnia, neque per consecutionem ei, contra quem ius commune facit.

6 Contra tamen hunc modum intelligendi prædictum cap. *licet 2.* [d] & quod in casu illius cap. pulsus à suo beneficio antequam audiatur, ante omnia sit restituendus, multa vrgent. Primum, quod [e] Dominicus colligit, possessionem nemini esse auferẽdam, nisi discusso iure possidentis. Vnde infert contra executores litterarum Apostolicarum, qui vocatos possessores beneficiorum, & paratos ad allegandum sua iura non curant audire: sed illico mittunt impetrantes in possessionem eorum. Cui addit Perusinus, [f] possessionem sic sine ordine iudiciario, & ita de facto datam, reuocandam esse, sine ordine item iudiciario, iuxta glossam memorabilem. [g] quæ à plurimis putata singularis similem habet in ca. *Primates*. [h] etiam sine citatione, secundum Innocentium, [i] per quæ pro indubitato præsupponit restitutioni ante omnia locum esse in illius capit. casu. Id etiam clare præsupponit Decius, [k] & Aeneas de Falcõ, [l] Idem præsupponit Oldradus, [m] relatus, & probatus ab additione quarta decisionis Rotæ. [n] Cuius concilij verba non citato auctore probauit, & posuit Ioannes Andreas. [o] Idem Antonius, [p] & Panormitanus, [q] non tamen Alexandrinus, [r] licet eum quidam in hoc citent. Id ipsum præsupponit cum multis aliis citatis per se Felinus, [s] & Nicolaus Milis, [t] & Gulielmus Cassador. [v]

7 Secundum quod pro hac communi sententia, omissa Doctorum auctoritate, est, quod possessio semel quæsita titulo colorato non perdit colorem per solam priuationem iuris non notoriam, vt latè probatum extitit in oppositione præcedenti, [x] & est sententia Archidiaconi, [y] allegantis in hoc casum cap. *litteris*, [z] vbi ait hoc manifeste probari, quatenus habet, eum, qui habet vnam præbendam in aliqua Ecclesia, & nanciscitur dignitatem simul & præbendam in eadem perdere quidem ipso iure priorem præbendam quoad titulum: non autem quoad possessionem. Habet enim ille textus eiusmodi præbendam vacare quidem iure: non autem facto. & quod possessio non perdatur perdito titulo, per sententiã iuris, neque per sententiam hominis ante executionem affirmat. vltra prædictos in oppositione præcedenti Antonius, [a] dicens, hanc esse causſam, quare in casu d. cap. *licet*, non potest tolli possessio priuato ante vacationem. Quod ipsum tenuit latè Oldradus, [b] & Ioannes Andreas, [c] & Rota, [d] & talem possessionem esse coloratam affirmat Cardinalis. [e]

9 Tertium quod etiam per renunciationem expressam, etiam in manibus superioris factam, & admissam non perditur possessio, nisi inducat clarum defectum iuris, aut verè, vel præsumptiuè id fiat animo perdendi etiam possessionem, per ea, quæ latè, ac efficaciter cõprobamus, supra. [f]

Quartum quòd intentio Romani Pontificis in illo c. *licet*, videtur fuisse declarare, non solũ Episcopũ malefacturum, qui sine causſæ cognitione expulerit prius possidentẽ: sed etiam expulso competiturum remedium restitutorium.

9 Quintum quod contratia conclusio aperiret viam spoliis multis, grauibus delictis, & seditiosis scandalis contra legem *conuenire*. [g] & c. *ex parte*, [h] quod in simili ponderabat Cassador. [i] Multas item grauissimas lites susciteret contra cap. *finem litibus*. de dol. & contum.

10 Videtur ergo dicendum. Primo verum ac germanum sensum prædicti c. *licet*, esse, quod nõ solũ peccat, & malefacit Episcopus, qui tollit possessionẽ prioris beneficij curã animarum habentis alicui, secundo simile adepto, non audito, neque vocato, sed quod etiã ille esset restituendus.

Secundo quod est restituendus, sine vlla dubitatione, si demonstret dispensationẽ ad duo incõpatibilia, etiã per solam supplicationẽ signatã. Quoniã illa sola, sine litteris aliter expeditis sufficit ad iustificãdũ titulũ tãtùm, quãtum satis est ad restitutionẽ faciendã, vt supra [k] tractauimus: & seruat prætoriũ Rotæ, vt præ oĩbus attestatur Gulielmus

Cassador. [a] respondens ad regulas Cancellariæ contrariũ innuentes, vt supra,[b] respondimus ad aliud propositum.

11 Tertio,quod restituendus, est etiam si solum alleget, & non probet, dispensationem, vel aliam causſam specialem,ob quam possent illa duo simul teneri, qualis est illa cap. *dudum* 2. [c] & cap. *super eo*. [d] eo quia defectus dispensationis,vel alterius causſæ similis,causſã proprietatis tãgit & non possessionis,& ita sine illius discussione restituio est facienda, [e] tum quia ratio,quare ipse nõ debuit priuari possessione,antequã vocaretur, fuit:quia potuit sibi competere ius in illo beneficio.Cum ergo etiam post spolium posit ei cõpetere illud, & ostendat aliunde coloré tituli, cuius virtute petit restitutionem, reponendus erit in illo statu ratione pari, [f] tum quia perdito titulo beneficij per sententiam iurtis, non perditur color possidendi,vt in 2. fundamento pro hac parte adducto est ostensum, & omnes pro hac parte supra citati hoc sentiunt.

12 Quarto dico,eum restituendum,etiam si nihil causſæ iustè retinendi ea alleget, modo non fateatur, se illã sine vlla causſa iusta tenere;sed dicat sufficere sibi titulum coloratum quoad restitutionem,& cum de proprietate agetur,ostensurũ se causſam iustam ea retinẽdi, quod eisdem rationibus, quibus præcedens dictum confirmari potest.

13 Ex his quatuor dictis & sex fundamẽtis pro hac parte adductis infertur primo solutio primi fundamẽti,p altera parte adducti, scilicet decisionẽ illã Vincentij & corollarium Panormitani ex ea illatũ;relata in eo,non vendicare sibi locũ in duabus dignitatibus retẽtis contra dispositionem cap. *de multa*, [g] modo nõ vltra tempus extrauagantis, *execrabilis*,Ioannis xxij.nã tunc esset locus dicendis mox. [h]

14 Secundo infertur,solutio secundi argumenti,scilicet restituendum esse quandoque aliquẽ, antequam demonstret dispensationem, licet id quod sibi petit restitui contra ius aliquod cõmune tenuisset, antequam spoliaretur, & tenebit postea quã fuerit restitutus: & ita restringenda esse aliquo modo cap,illa duo *constitutus*,& *quoniam*, [i] quatenus contrarium probare videntur.

15 Vnde glossa eiusdem cap. *constitutus*, dixit,illud procedere, quando agitur petitorio, siue super proprietate: vel secũdum alios petitorio simul,& possessorio. Sec hæc limitatio non congruit prædicto,cap. *quoniam*, [k] quod palam de solo possessorio agit.quatenus habet,clericum,qui est notorie filius eius, qui immediatè fuit beneficiarius alicuius Ecclesiæ,posse ab illa expelli sine testibus, & sine vlla cognitione causſæ, & nullum ei ob id dari remedium restitutorium,per quod ante omnia restituatur.Quare secundo quidam dixerunt, restringenda esse illa ad casus,in quibus ius commune à principio repugnat titulo spoliati: dictum verò cap. *licet*, cum his, quæ supra adduximus ad alios, in quibus à principio nihil repugnat titulo:sed post adeptionem possessionis cœpit repugnare.

16 Sed etiam hoc refellitur:tum quia repugnantia iuris communis non impedit possessionis assecutionem , vt probat cap. *cum de beneficio*, [l] quatenus habet, fieri posse beneficium regulare,sæculare , & à contrario per perscriptionem,quã constat non currere sine possessione, [m] tum quia ex hoc responso sequeretur , clericum sæculare spoliatum beneficio regulari , vel contrario, regulare spoliatũ sæculari, vel minorẽ viginti quinque annis spoliatũ beneficio curam animarũ habente, vel canonicum Ecclesiæ cathedralis , qui nondũ haberet decimum quartum annũ completum , pulsum à canonicatu nõ esse ante omnia restituendum: licet titulo iustificaret , siue coloraret possessionem, nisi etiã dispensationem prius probaret. Quod est contra decisionem Rotæ, [n] Et contra Panormitanum receptum, [o] vbi latius diximus,& alienum ab omnium doctorum doctrina, & praxi.

17 Tertio igitur nouè,sed verè respondeo, illa duo capitula esse limitanda procedere in casibus, in quibus quis petit restitutionem contra tale ius commune , cui numquam,vel perraro solet Papa derogare,quale est edictum, de quo agunt, scilicet, ne filij presbyterorũ succedant patribus immediate,cui numquã in hunc diem est derogatũ.

18 Quoniã etsi multa beneficia patrũ videamus venire ad filios,neque videamus,vllum alium inter illos mediũ, nullum tamen venit immediatè. Quoniam patres solent renunciare primum in fauorem amicorum , quibus fidunt,quibus postea non expeditis litteris , vt sumptus vitentur virtute solius signaturæ,renunciant in fauorem filiorum eorum : & ita mediatè , & non immediatè succedunt patribus sui filij.

19 Capitulum verò *licet*,& supradicta procedunt in casibus,quibus contra petentem restitutionem est tale ius commune,cui facile Papa derogat:sicut in simili id , quod sine permissione principis fieri non potest,dicitur impossibile,cùm id non est solitum fieri ab eo, per l. *apud Iul.* aliàs *idem Iulianus*.a non autẽ,si est solitũ, per l. *intercidit*.[b] Quod olim in c. *super eo*.c Salmaticæ latius tractauimus post alios ibi, [d] & Adrianũ, [e] & alios alibi, quoad matrimoniũ à consanguineis contractum sub conditione si Papa dispẽsarit.

20 Quod nunc noua,eademque,ni fallor, vera consideratione,quæ omnes rem controuertentes conciliasse, illustrassemus, nisi vestra,longe illustris concio,humanitate nimium abuteremur: & ni doctissimus Didacus Couarruuias doctor Salmanticensis nuper summatim, sed diligenter id attigisset, in suo libro, fin quo,quę modestia eius fuit, non erubuit donare nos præceptoris nomine, memor potius illius temporis,quo potuit doceri,quàm huius, quo docere: & nisi propediem edere, diuina ope, pararemus commentaria ordinaria totius huius tituli , in quorum ea parte,qua interpretamur. cap. *litteras*, [g] id inserimus.

21 Tertio infertur solutio tertij argumenti pro contraria parte adducti,scilicet,restringendum esse cap. *ad decimas*. [h] ad tale ius cõmune, quale est illud , de quo loquitur. Quod scilicet non solùm faciat contra petentem restitutionem,sed etiam pro negante illam:qui communis intelligendi modus est tam glossæ, [i] & doctorum ibidem quàm Panormitani, [k] Iasonis cum Communi, [l] & sensit Decius, [m] quatenus, [n] per illud dicebat, non esse restituendam spoliato possessionem, cum manifestè constat proprietatem pertinere ad spoliantem : cuius glossæ intellectum diuersas super eo opiniones consiliando intellectum, item glossæ antepen.& effectum quoad hoc, defectus proprietatis notorij,cum intellectu ca. *porro*,& ca. *significasti*, [o] & c. *si constiterit*. [p] non omnino indiligenter tractamus [q] infra. [r]

22 Quarto infertur solutio quarti argumenti , scilicet quod aliud est petere restitutionem beneficij obtenti contra cap. *de multa*,solum, quod nos diximus iniustum , aliud petere restitutionem beneficij retenti vltra tempus extrauagãtis, *execrabilis*, Ioannis xxij. quod Rota dixit iniustum. [s] Nã priore casu est locus restitutioni,vt [t] dicebamus, quia nihil aliud obstat eam petenti, quàm quod ius commune est contra ipsum:posteriore verò non est locus restitutioni:quia non solùm ius cõmune est contra ipsum: sed etiam reseruatio,quæ munita decreto irritãti beneficium fic retentum reseruat dispositioni Papæ : vt habet illa extrauagans. [v] Et inter alia,quæ obstant petenti restitutionem beneficij est reseruatio Papalis,vt tradunt Panormitanus, & alij citati in vltimo argumento pro priore parte adducto. Quod latius, [x] vbi illud soluemus,dicam.

23 Quinto infertur solutio quinti argumenti , scilicet, possessionem prioris præbendæ ipso iure vacantis per adeptionem secundæ,satis coloris habere quoad vnum effectum:non autem quoad alium. Habet quidem quoad petendam restitutionem,si ea spoliaretur, iuxta d. cap. *licet*. 2. non habet tamen quoad impediendum valorem prouisionis Papalis,quæ nullam de illa faceret mẽtionem , iuxta illud cap. *litteras*. [y] Non enim habet tantum coloris quoad hoc,quantum exigit cap. *cum nostris*, [z] cum ibi late notatis per omnes,& per Cosmam, [a] & Gomezium. [b]

24 Et ne hoc miretis considera primò,quod etiam à cõtrario datur possessio,aut certe detentatio , quæ non parit fructum remedij restitutorij spoliato:parit tamen fructum annihilationis prouisionis habitæ à Papa,non facta de illa mentione,nempe,possessio annalis beneficij reseruati virtute tituli ordinarij accepta.

25 Illa enim spoliatus non est ante omnia restituendus, vt [c] dicam:annihilat tamen prouisionem habitam à Papa, non facta de illa mentione , per ordinationem quamdam Papalem descriptam in Cãcellaria;& relatam in decisione Rotæ, [d] de quo frigide agit Aeneas de Falcan. de reseruat. q. 4. effectu 11. sub finem,& satis confuse,Felinus. [e]

a *§. cõstat. ff. de leg. 1.*
b *ff. de condition. & demõstration. & leguidam. ff. de rebus dub.*
c *De condit. appos.*
d *In d. §. constat.*
e *In 4. de matrimonio. 10. dubio.*
f *In 2. parte cap. 2. sue, tũ vtilis , tum doctẽ in quartum librum. epitomes.*
g *Infr. eod.*
h *Huius titu. lib. 6.*
i *In ver. eundem clericum.*
k *In ca. in literis & capi. item tũ quis. infra eod. & in disput. Titius num. 7.*
l *In l. naturaliter. §. nihil. commun. ff. de adquir. poss. nu. 47.*
m *Cõs. 349. Visis dubus.*
n *Num. 20.*
o *De diuort.*
p *De accus.*
q *In ca. in literis.*
r *Eod.*
s *In illa decisi. 371. Rota quod vbi. in nouis , alias incipit. Fuit dubitatum. de procuratoribus in nouis , qua in noue rubr. est 27.*
t *In 1. illat.*
v *In §. qui vero. vers. si omnia , & singula.*
x *In 7. illatio.*
y *De concess. præben.*
z *De concess. prabend.*
a *In stat utis Ecclesiæ Gallicanæ. tit. de pacif. posse. in verbo , coloratum.*
b *In regu. de trien. q. 27.*
c *In illatio. 7.*
d *n. 783. in antiquis, qua in noue rubric. est 78. de rescriptis. Dic. quod ordinatio Papalis.*
e *In capit. in nostra de rescrip. corolla. 30. versic. Tertio nota.*

26 Quorum dicta facile illustrabis, si dixeris,eam ordinationem solùm confirmari hodie , per regulam Cancellariç,[a] sed etiam extendi ad omnem aliam detentionem annalẽ,siue sit vera possessio cum titulo colorato accepto: siue nuda detentatio beneficij reseruati , de qua loquitur ordinatio illa , siue alterius , vt facile colligas ex Gomezio. [b]

27 Considera secundo inueniri possessionem , quæ quoad vnum parit remedium restitutorũ, & non quoad aliũ,iuxta ea,quæ diximus supra. [c] Considera tertio, quod possessio quæsita per spoliationem , sine violentia , parit fructum regulæ de annali possessore , vt singulariter ait Gomezius , [d] non tamen parit fructum regulæ de triennali, vt latè concludit idem. [e] An autem vllum spolium contingere possit, sine vlla violentia : & an, si quid tale inuenitur definiatur esse id,quod contingit,sine violentia quoad naturalẽ possessionem;non tamen quoad ciuilẽ,in rubrica, [f] tracto,declarando obscurã decisionem Rotæ , [g] & dicta Dominici & Perusini, [h] & aliorum alibi,vnde huius subtilis differentiæ veritas pendet , licet id non animaduertat Gomesius.

28 Considera quarto quod possessio simoniaci,cui non obstat notorius iuris defectus, parit fructum remedij restitutorij spoliato,iuxta ea , quæ in cap. *item cum quis*, [i] resoluimus,non tamen parit fructum regulæ de triennali,vt exprimitur in ipsamet regula, & Iati[o] tractat Gomezius, [k] quamuis differẽtia,quam ponit inter manifestum, & non manifestum,parum placeat,nisi per nõ manifestũ intelligas eum,qui non potest probari simoniacus: qua tamen expositione , insipida redditur illa differentia cuiuis erudito,

29 Sexto infertur,solutio sexti argumẽti,scilicet ei, qui apprehendit beneficium litigiosum virtute tituli ordinarij,negandum quidem restitutionem : sed non ideo solùm , quia qualecumque ius commune est contra illum, sed quia tale,quod habet clausulam decreti irritantis expresse tales titulos , & etiam possessionem , saltem tacitè iuxta intentionem tacitam illius , [l] vt declarat decisio illa Rotæ, [m] & 4. Bisneti. [n]

30 Aliter respõdebat,& adeo coloratè,quidã perdoctus vir,vt multis doctis satisfaceret,scilicet,quod beneficium litigiosum est reseruatũ Papæ,per cap. 1. & 2. [o] & Clem. 1. [p] & ideo nihilo plus quærit possessionem eius prouisus ab ordinario,quàm possessionẽ alterius alio modo reseruati. Quæ tamen solutio minimè placet:tum, quia nulla verba illorum capp. sonant reseruationem:tum quia beneficium semel reseruatum, semper manet reseruatum , etiam si cesset causſa,cur fuit reseruatum, secundum decisionem Rotæ *antiquis* , [q] & cuius hæc sunt verba. *Beneficia collectorum,vel subcollectorum semel reseruata , licet desierint esse collectores,& officium eorum cesset, semper manent reseruata:nec aliquis de eis disponere potest , præterquam Papa, propter decretum Papæ,quia semel fuerunt affecta, quæ affectio numquam tollitur, nisi per collationem Papæ postea subsecutam.* Cum ergo beneficia litigiosa,finita lite,desinant esse reseruata, & cõferri possint per ordinarios,secundum omnes,consequitur, ea non esse reseruata,licet eorum collatio,lite pendente, inhibeatur cum decreto irritante expresse prouisiones, & tacitè etiam possessiones,vt prædiximus.

Septimo infertur,solutio septimi argumenti , scilicet, quod d. cap. *licet*,& nostra conclusio verificantur , primo in suo casu , scilicet in beneficio priori animarum cura onerato,quod vacat ipso iure per adeptionem posterioris similis , iuxta cap. *de multa* , [r] antequam retineatur vltra tempus contentum in extrauagantis , *execrabilis* , Ioannis xxij.quoniam constat id non esse ob id reseruatum:argumentum autem in solis reseruatis viget. Secundo, verificatur ratione pari in omnibus dignitatibus , & officiis, quæ per adeptionem similem vacant virtute illius cap. *de multa*, nec retinentur vltra tempus dictæ extrauagantis.

31 Tertio,in omnibus prædictis beneficiis sic vacantibus,licet retineantur vltra illud tempus:quoniam per hoc non censentur reseruata.

32 Nam per *§. qui vero* d. extrauagantis citatum in argumento,non reseruatur beneficia priora, quæ per adeptionem posteriorum vacant virtute d. cap. *de multa*,sed solùm posteriora,quæ vacant virtute illius extrauag. propter retentionem indubitam priorum tanto tempore,iuxta glossam 3. Zenzelini mihi singularem, [a] & ea, quæ tradit Felinus, [b] quidquid glosa Gulielmi de mõte Lauduno dicat. [c]

33 Quarto,verificatur in beneficiis vacantibus ipso iure, per adeptionem episcopatus,iuxta cap. *cum in cunctis*, [d] quę etiam non sunt reseruata,nisi promotio fiat per Papam, vt dicemus infra. [e]

Quinto,in beneficiis simplicibus vacantibus per adeptionem alterius vniformis sub eodem tecto, iuxta textum singularem, [f] etiam si secundum vniforme sit anexum alteri differmi eiusdem Ecclesiæ,iuxta ampliationem singularem Clem. fin. [g] Quinto in aliis multis casibus, quibus beneficia priora vacant ipso iure,per adeptionem posterioris,iure,statuto,priuilegio, aut consuetudine id dictante, non incidentia per hoc in reseruationum retia.

34 Octauo infertur,non esse locum d. cap. *licet*.& nostrę conclusioni,quatenus habent,spoliatum priori beneficio vacante per adeptionem posterioris,restituendum esse in posterioribus, quæ propter nimis longam retentionem priorum, vacant virtute d. extrauagantis *execrabilis* , quia illa sunt reseruata,per d. *§. qui vero* , neque pari ratione in his,quę vacant per promotionem Romani Pontificis,quia etiam sunt reseruata , per extrauagantem in hoc singularem , [h] siue pronuncietur à Papa vacare illa à tempore promotionis , vt de more fieri solet in promotionibus ad Episcopatus,& alias superiores dignitates, siue postea vacent de curso tempore ad id canonibus præstituto , iuxta capit. *cum in cunctis*, [i] vel iuxta cap. *de multa*. [k] adiuncto cap. *si tibi concesso*, [l] cum similibus, vt singulariter declarat Cassador. [m]

35 Quoniam ablatio possessionis quæsitæ in beneficiis reseruatis auctoritate ordinaria , non producit restitutionem,vt citata in illo 7. argumento probant : & ita semper fuisse obseruatum in illo celeberrimo prætorio Rotæ testatur Collector , [n] & tunc etiam obseruari affirmat Guliermus Cassador vnus,qui fuit ex auditoribus illius, non tam episcopali dignitate,quàm absoluta iuris peritia longè illustris, [o] & merito:tum quia decretum Papæ reseruationi appositũ necdũ inficit titulum , sed etiam possessionem,arg. eorum , quæ leguntur & notantur in cap. *vt nostrum*, [p] & cap. *si eo tempore*, [q] secundũ quæ decretum Papæ efficit, vt possessio beneficij contra eam obtenta , careat omni iuris effectu:& ita sit potius detentatio nuda & iniusta , quàm possessio, iuxta Rotæ sensum. [r]

36 Tum, quia per dictam reseruationem videtur constare clarè defectus iuris petentis restitutionem , qui fortius excludit petentem eam in materia beneficiaria , quàm defectus tituli colorati , iuxta decisionem 14. Rotæ. [s]

37 Aretinus tamen, [t] contrarium tenet & respondet his duobus fundamentis. Priori quidem, quod cap. *si eo tempore*, [v] quatenus habet, omnia, quæ reseruationem sequuntur, carere effectu,licèt electio,quæ præcedit eam valeat, intelligendum esse de his , quæ sine electione , quam sequuntur,consistere nequeunt,qualis est confirmatio , & translatio veri iuris in illo beneficio: non autem de aliis, quæ sine illa consistere possunt , qualis est possessio , quæ potest haberi in beneficio,sine vero iure.

38 Sed hæc responsio tollitur à Bartholomęo Socinate, [x] ea ratione,quod licet quęratur possessio beneficij reseruati, vt dicit Aretinus,nõ tamen cũ iuris effectu:sed quia secundum mentem Rotæ, [y] ac communem opinionem, falsum est id , quod ait Socinas scilicet quæri possessionem beneficij reseruati. Aliter & efficaci[ter] respõdemus id,quod ait Aretinus sine iure quæri possessionem , verum esse in profanis , & etiam in spiritualibus aliis à beneficijs , & etiam in his,intelligendo de iure vero:non autem intelligendo de iure colorato. Hoc enim necessarium est , per supradicta:& reseruatio nõ solùm efficit,vt collatio ordinarij consecuta sit nulla,& inutilis:sed quod etiam sit colore vacua:& per consecutionem etiam ad possessionem quærendam inutilis.

39 Secundo fundamento respondet Aretinus negando, quòd per reseruationem constet notoriè de non iure agentis : quia potest esse subreptitia, & id ei opponi

a *De annali possess. quæ est. 33. sed*
b *In cad. reg. quæstio. 8.*
c *In 7. oppo. num. 8.*
d *In commẽto reg. de annali poss. qu. 64.*
e *In regul. de trien. qu. 11.*
f *Supra eod.*
g *417. in notis. colum. 2. & 3. Si pro spoliato. suspenso. qua in nou. rubri. est 10. de caus. posses. & proprieta.*
h *In ca. eum qui. de præb. lib. 6.*
i *Infra eod.*
k *Ibidem. qu. 12.*
l *In pit. si hi. contra quos. vt lit. pend. lib. 6.*
m *429. Nota nunquid. in antiq. qua in noue rubr. est 60. eod. tit.*
n *De restit. spol.*
o *Vt lit. pend. lib. 6.*
p *Ve lit. pendẽ.*
q *181. in notis , &. in noue rubricatis est 10. de præbend.*
r *De præb.*
a *In eod. §. verb. Vt præmittitur.*
b *Cap. causſæ quæ. col. 5. de rescrip.*
c *In eodem §. eiusdem extrauag. inter communes.*
d *§. de electio.*
e *In illat. seq.*
f *In d. cap. literas. de consuet. prab.*
g *De præ.*
h *Ad regimẽ. tit. de præb.*
i *§. cum vero.*
k *De præben.*
l *Eodem tit. lib. 6.*
m *In decis. 2. de constitut.*
n *In decis. 16. in antiquis , qua in noue rubric. est 3. de restit. spolia. in nouit.*
o *In decis. 1. huius titul.*
p *De apell.*
q *De electio. lib. 6.*
r *In dec. 16. maxime in addit. 2. qua in noue rubr. est 3. de restit. spolia. in nouit.*
s *In nouis Fuit. dubitatum. qua in nouè rubr. est 2. de restitut. spoliat.*
t *In l. naturaliter. §. nihil. commune ff. de adquir. poss. col. vltima.*
v *De electio.*
x *In l. rẽ, qua ff. de adquir. poss. quæst. 9.*
y *Vbi supra.*

potest,& obiici defectus intẽtionis cõcedentis, licet esset inanita clausula, *motu proprio*,iuxta cap. *si motu proprio*,[a] & Cle.*si Romanus Pontifex*,[b] potest item opponi falsitas,etiam post sententiam,iuxta capit. *cum venerabilis*.[c] Et ita multis modis impediri,ne rem notoriam efficiat: sicut etiam instrumentum negatum non facit rem notoriam,secundum Baldum receptum.[d]

Hæc tamen responsio tollitur,primum, quòd per eam non tollitur prius fundamentum, quòd solum efficaciter fundat cõmunem opinionem.Deinde, quòd hæc responsio solùm excluderet reseruationes occultas, non autem notorias,neque illas, contra quas nihil coloratum opponeretur,iuxta ea quæ in simili de instrumento notat Ioannes Andreas,[e] & alij,[f] & alij alibi.

40 Octauo infertur, reseruationis exceptionem impedire restitutionem, etiam si non probetur ex continenti: dummodo intra tempus competens id fiat. Quia hæc exceptio directo respicit possessionem, & per eam negatur in effectu saltem spolium, secundum decisionem Rotæ.[g] Et nullo iure cauetur, hanc deberi citius probari,quàm aliàs eiusdem naturæ,respicientes ipsum possessorium:ergo non est affirmandum.[h] Non obstat,quod contrarium determinauit Rota,[i] quã simpliciter sequitur Æneas.[k] Pro quibus,licet ipsi id non dicant,videri potest facere, quòd ea ratione reseruatio impedit restitutionem quòd defectum iuris spoliati efficit notorium,secundũ Socinatem.[l] At per notorium iuris defectum nõ impeditur restitutio, nisi probetur id ex continenti,secundum Panormitanum, receptum.[m]

41 Non inquam,hoc obstat:tum, quia ratio principalis, & peculiaris,quare reseruatio impedit restitutionem, nõ est illa,quam putauit Socinas,sed alia, scilicet, quod non solum inficit titulum ordinarij: sed etiam possessionem virtute illius acceptam, vt habent prædictæ decisiones & affirmat Cassador.[n]

Arbitramur tamen,quod si reseruatio parum verisimilis opponeretur spoliato, nec ex continenti offerretur probatio, facile præsumi posset malitiosa, ob idque repelli, iuxta ea quæ diximus supra,[o] duplici coniectura in id concurrente, scilicet quod exceptio opposita agenti de spolio facilius præsumitur malitiosa,quàm opposita agenti super petitorio,vt late diximus supra.[p]

42 Et quod res cùm primis odiosa, videtur reseruatio, duabus rationibus,iuxtà glossam memorabilem,[q] quam non solum arbitror procedere in speciali reseruatione:sed etiam generali,arg.cap.*mandatum*,[r] vt clare sentit Cassador.[s] licet contrarium dicat Æneas, immemor illius glossæ,[t] quo casu saluari posset illa decisio Rotæ.[v]

43 Nono infertur,reseruationem beneficiorum in octo mensibus Papę vacantium, impedire restitutionem eorum,qui ab ordinis de illis prouisi, possessionemque assecuti,ac spoliati, se petunt restitui: quod nuper determinauit Rota, auctore Cassadoro.[x] Nec obstat primo, quod, testante eodem quatuor auditores,quorum de numero viderur ipse fuisse,contrarium senserunt. Quia septem ei,quod dicimus,subscripserunt. Non obstat secundo quod collector prędictæ decisionis,[a] dixit, reseruationem quidem specialem certi beneficij obstare petenti restitutionem:non tamen generalem, qualis est illa octo mensium,de qua nostra illatio agit.Non inquam,id obstat:tum quia non affirmat illud:tum,quia non ait non fuisse seruatum idem in generali,quod in speciali, sed rarò vidisse id seruari in generali:tum, quia nulla ratio efficax differentiæ quoad hoc inter illas posset reddi.quod facile mõstremus,ni nos amor finis ab eo reuocaret: tum, quia licet generalis non tam notorium efficiat defectum iuris spoliati,ac specialis,non minus tamen inficit possessionem,cùm æqualis potentiæ decretum irritans habeat vtrumque:tum quia Cassador,[b] ait,maiorem partem auditorum Rotæ affirmasse, nullam esse in hoc differentiam inter generalem, & specialem.

44 Obstat tamen tertio omnium fortissime illa, cui,vt ex Cassadoro colligo, non potuit tota Rota satisfacere, decisio singularis, & quotidiana, scilicet, quòd illud decretum irritans, quod in expectatiuis infertur, non adeo inficit possessionem à prouiso,auctoritate ordinaria in beneficio expectato,acceptam, vt expectans, cum spolians, cogatur ante omnia ei restituere possessionem. Quod quotidie fieri videmus, quodque pro indubitato habere Rotam præsupponit idem Cassador. Cur ergo decretum irritans in reseruationibus inficiat possessionem?

45 Obstat etiam quarto alia singularis decisio scilicet, quòd decretum irritans de more inseri solitum prouisioni Papali super beneficio vacanti non irritat possessionem, auctoritate ordinaria accepta,etiam post datã illius: quod quotidie accidit,& pro indubitato habere Rotam præsupponit Cassador.[c] Quo non omnino vili habeas, candide lector, ob idque facile obliuiscare tot canonum antinomias,nouè nos supra conciliasse, quoque ingenium exerceas,dum edimus commenta.cap. *in literis*.[d] illuc meam de hac duplici antinomia relego sententiam. Vtque id vtilius facias,adiicimus tria axiomata,quæ vix vllus negat.

46 Primum,reseruationem,quo specialior est,& certius corpus beneficij respicit,eo in hoc esse potẽtiorem, quod affirmauit Collector decisionum Rotæ nouarum.[e]

Secundum,reseruationem, ac decretum irritans in accessibus,regressibus,& coauditoriis hodie apponi solita, inficere non solum collationes contra illa factas:sed etiam possessiones virtute illarum apprehensas: adeo vt spoliato,qui virtute coactionis ordinariæ possessionem accepisset,agendi de spolio restitutio sit neganda, vt singulariter decidit Cassador,[f]

Tertium,reseruationem, quo notior est, eo esse in hoc validiorem;& ita reseruationem cap.2.[g] omnium validissimam videri.Quod Collector illius decisionis,[h] subindicauit,& Socinas rei difficultate superatus,[i] veluti labans satis affirmauit. Quæ tria consequitur aliud, scilicet dubitari posse,cur harum alia aliæ in hoc præstet, cum fieri possit,vt per nullam earum inducatur defectus iuris notorius spoliantis, & omnibus insit decretum irritans? Dubitari quoque posse qua in re alia aliis præstet,si per omnes restitutio impeditur.Sed iam plus satis prata bibere.Dixi.

a *De prob. lib. 6.*
b *Eod.titu.*
c *De excepti. In Letiam. num.3.C. de excep. rei. iudi.*
c *In addit. Specul.tit.de exceptio.§.dico. verſ. ſed an reus.*
f *In cn. ſuper literis.de reſcrip. & in c. paſtoralis. de exceptio.*
g *Nota quod vbi, quæ in noue rubricat. eſt 2.de appellat. & 50. Nota quod vbi aliquis quæ in noua rubric. eſt 3. vt lit. pend. Incipit. Si li te pendente, & 471.Nota ſi quæ in noue rubric eſt 4.De confeſſi,& 16.quæ in noue rubr. eſt 3.de reſtitu. ſpolia. in noua.*
h *Arg cap.2. de tranſlat. prælat.§.conſideremus. Auth.de trien. & ſemi collation.3.*
i *In dec.275. Nota quod vbi, in antiquis, quæ in noua rubric. eſt 11. de reſtitutione ſpoliatorum.*
k *In li.de reſeruat. q. 4. effect.11.*
l *In d.l. rem. quæ queſt. 9. verſicul. Sed tu conſidera. ff.de adquir. poſſ.*
m *In capi. in literis.cal.10. infra eodem.*
n *In 1. deciſ. de reſeruatio. num.1.* o *In 3.oppo.n.7.8.& 9.* p *In 3. oppo. num.9.*
q *Capit.præſenti.verb.ſiniturde offi. delegat. li. 6.* r *De reſcrip. & capi. pernenit. 11. q. 1.* s *In deciſ. 3. reſeruat. n.5.* t *In lib. reſeruat.in 2. praluſ.v 275.potenti ſe reſtitui.quæ in noue rubricatis eſt 12.de reſtitu. ſpoliat.* x *In deciſ. 1.huius.titul.*

a *16. quæ in noue rubric. eſt 3.de reſti. ſpoliator.*
b *In d. deciſ. 1.huius tit.*
c *In 2.deciſ. huius titul.*
d *Infr.eodem*
e *Sub finem. 16.quæ in noue rubri. eſt. 3.hoc tit.*
f *In 2. deciſ. huius tit.*
g *De præ.li.6. h 16. quæ in noue rubr.eſt 3.eod.tit.*
i *In d.l. rem quæ.queſt.9.*

Τῷ Θεῷ δόξα καὶ χάριτες.

RELECTIO CAP. ITA QVORVMDAM. DE IVDAEIS.

IN QVA DE REBVS AD SARracenos deferri prohibitis, & cenſuris ob id latis non ſegniter diſputatur.

PRÆFATIO.

EXECVTVRVS imperium Regis, & Domini Nostri Ioannis iij. qui in gratiam Illustris Collegij Societatis IESV, mihi suorum gymnastarum minimo imperauit, vt pro relectione,quam de more Academiæ habere debebam in aliquod cap. tituli de rescri. quem toto hoc anno perlegi, conarer enucleare materiam.cap. *Ita quorundam.* de Iudæis principio, Rector integerrime,Patres grauissimi, viri cuiusque ordinis ornatissimi, nostrum summum Dominum, & ducem Iesum Christum θεάνθρωπον ex animo imploro, vt me pro eius exercitu contra Satanæ copias muniendo dicturum, sua, quæ immensa est, benignitate respiciat, & confirmet, illius quæ cælorum est regina præpotens, παρθενομήτορος glorioſissimæ MARIÆ, ac beatissimorum principum Apostolorum Petri,& Pauli,quibus hic dies sacer est, precibus ad id flexus. Deinde vos omnes vehementer etiam atque etiam oro, ne de terra deserta,inuia,& inaquosa vberiores,selectiores,dulcioresque fructus,quàm ea ferre potest, expectetis, neque enim possunt terræ omnes omnia ferre: Curaturus autem sedulo, vel breuitate insolita: sed grata, vobis placere: omnia, quæ dixero, Ecclesiæ Romanæ, quæ suprema est, censuræ, & vestræ,quæ grauissima,& candida est,limæ submitto.

Ordinem autem alium, quàm solitum seruans, primum pronunciato capituli contextu, summam in ea contentorum nouam, nouéque collectam primo notabili excutiam: Deinde litteræ ordinem de more prælectionum secutus,alia noua notabilia nouè resoluam. Postremo nouam,& necessariam septem glossematũ huius canonis glossam adiungam: in gratiam, & gloriam eorum, quorum opem semel imploratam iterum imploro, Amen.

THEMA SEV CASVS.

Alexander iij. cum Patribus in Concilium Lateranen. à se coactis ægre ferens, quod Christiani in Christianos Sarracenis opem ferrent, primo duplicem abusum proponit: deinde triplicem in abutentes pœnam subiicit, in hæc verba.

ITA quorumdam animos occupauit sæua cupiditas, vt qui gloriantur nomine Christiano Sarracenis arma, ferrum, & lignamina deferant galearum, & pares,aut etiam superiores in malitia fiant illis, dum ad impugnandos Christianos arma eis, & necessaria subministrant. Sunt etiam, qui pro cupiditate sua in galeis, & piraticis Sarracenorum nauibus regimen, & curam gubernationis exerceant. Tales igitur ab ecclesiastica communione præcisos, & excommunicationi subiectos, rerum suarum per principes Catholicos, & consules ciuitatum priuatione mulctari: & capientiũ fieri seruos censemus. Præcipimus etiam, vt per Ecclesias maritimarum vrbium crebra,& solemnis in eos excommunicatio proferatur.

Primum Notabile de ſumma principaliter contentorum in hoc capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Arma, & alia neceſſaria ad impugnandos Chriſtianos ſubminiſtrantes, & naues eorum piraticas gubernantes excommunicati ſunt, & rebus ſuis priuandi, & capientium fiunt ſerui.*
2 *Summa huiuu capitũ,quæ apta, & bona.*
3 *Impugnare non debet quis id,quo fruitur.*

4 *Summa huius capitis non probatur, nisi duobus ex octo pro ea adductis. & 5.*
5 *Bullæ Cœnæ Domini quo ad hoc tenor.*
6 *Capitulum hoc prohibet aliquid, sed solum tacitè.*
7 *Legi non solum Pontificiæ, Cæsareæ, atque Regæ, sed etiam Naturali Diuinæ contraria esse hic vetita.*
8 *Bellum pro patria, & religione iuris naturæ.*
9 *Lex Decalogi, lex naturæ.*
10 *Legem hanc quatenus Papæ est, solus Papa, quatenus alterius Monarchæ, solus ille, quatenus Dei, nemo alius ab eo tollit.*
11 *Capitulum hoc pœnam adiicit.*
12 *Capitulum hoc relicta pœna, quam adiicit, est nouum.*
13 *Licentia Ducum an & quando excuset, & num. 14.*
15 *Exemptus per Papam etiam iniustè, iutus.*

1 PRIMVM ergo, iuxta ordinè prædictum nouè colligo, hanc summam sub hac littera principaliter contentorum, nempe. *Subministrantes Sarracenis arma, & alia necessaria ad impugnandos Christianos, & naues eorum piraticas gubernantes, excommunicati sunt, & rebus suis priuandi, & capitum sunt serui.* Bonitas autem, & aptitudo huius summæ constat ex eo, quod sicut in arithmeticis, omnis summa maior, collecta ex aliis minoribus probatur bona, & apta, si quatuor concurrant, scilicet, quod colligatur ex illis, quod clarè, quod breuiter, quod omnia, & sola in eis contenta contineat.

2 Ita in commentariis iurium omnis summa, siue summarium legis, vel capitis est aptum, & bonum, si ex eo colligitur, si clarè, si breuiter, si omnia, & sola principaliter in eo contenta, contineat: at hæc summa huiusmodi est. Primo enim tota colligitur ex hoc cap. Nam quoad illam partem. *Subministrantes arma, & alia necessaria ad impugnandos Christianos*, colligitur ex illo versiculo: *Dum ad impugnandos Christianos arma & necessaria subministrant.* Quoad illam verò, *gubernantes naues piraticas Sarracenorum*, colligitur ex versiculo: *Sunt etiam.* Quoad illam, *excommunicati sunt*, ex illis verbis: *excommunicationi subiectos esse censemus.* Quoad illam, *rebus suis priuandi*. ex illis: *rerum suarum per principes Catholicos, & Consules ciuitatum priuatione mulctari.* Quoad vltimam vero, scilicet, *capientium sunt serui.* ex illis: *Et capientium fieri seruos.* Quòd autem omnia, & sola, de quibus principaliter hoc cap. loquitur, contineat, constat: quia nihil principaliter continetur in eo, quod non contineat summa, neque è contrario. Nam & deferentes arma, ferrum, & lignamina galearum in contextu expressi, de numero sunt subministrantium arma, vel necessaria ad impugnandos Christianos. Et per versiculum final. *Præcipimus*, &c. non mandatur ferri noua excommunicatio: sed hic lata innouari, vt postea dicemus.

Quòd autem hæc summa clare, & breuiter prædicta demonstret, palam est. Veritas autem huius summæ comprobatur, primo per hoc capitulum modo supradicto ponderatum.

Secundo, & aliis modis infrascriptis confirmatur quidem, sed quoad totum eius ambitum non probatur efficaciter, nisi per hoc cap. & cap. *ad deliberandam.* [a] nam secundus modus est ratio tacta in textu quæ in hanc formam redigi potest.

3 Nemo debet id, ex quo fructum consequitur impugnare. [b] Facit l. *quoniam.* [c] & l. *in arenam.* [d] ca. *cum multa.* [e] At omnis Christianus, ex Christianismo, & Christianis indicibilem vtilitatem recipit. [f] Ergo nullus Christianus debet Christianos impugnare, neque per consectionem Sarracenos eos impugnantes iuuare. Sed hic modos non probat hanc totam summam irrefragabiliter: Quoniam licet concludat malum esse Christianum in Christianos, Sarracenos iuuare, non tamen probat eum triplici pœna, de qua hic, puniendum esse.

4 Tertius modus est, quod lege Cæsarea prohibitum est, ne quis arma vlla hostibus vendat, sub pœna capitis, & rerum priuatione. [a] Immo, & ne vendat barbaris aliis cuiuscumque gentis, quod expresse sentit Azo, [b] & verba clara illius legis [c] sonant: quamuis glossa, & Salicetus incogitanter fortè ibi, & aliquot alij alibi, ad hostes eam restringant. At constat omnes Sarracenos, hostes esse Christianorum, & imperij Romani. [d] Sed & hic modus non probat totam summam prædictam, sed tantum quoad pœnam priuationis rerum.

Quartus modus est cap. *significauit.* [e] quatenus habet, nulla alia de causa, quâ redimendi Christianos captiuos, deferri posse ad Sarracenos ea, quæ hic prohibentur: immo, neque illa de causa tempore belli, secundum multos, de quo postea dicemus, sed neque hic modus totam probat, vt dicetur in fine modi sequentis.

Quintus, quod cap. *quod olim.* [f] secundum communem intelligendi modum, probat etiam alias merces, quam hic prohibitas, non posse ad Sarracenos deferri tempore belli, etiam si pactæ sint in aliquod vsque tempus induciæ. [g] Sed & hæc duo argumenta proxima non probant totam summam, nisi quoad excommunicationem ad summum.

Sextus modus est, per cap. *ad deliberandam.* [h] in illis verbis; *Excommunicamus, & anathematizamus illos falsos, & impios Christianos, qui contra ipsum Christum, & populum Christianum, Sarracenis arma, ferrum, & lignamina deferunt galearum. Eos etiam, qui eis galeas vendunt, vel naues, quicq; in piraticis Sarracenorum nauibus curam gubernationis exercent: vel machinis, vel quibuslibet aliis aliquod eisdem impendunt consilium, vel auxilium in dispendium terræ sanctæ.* Per quæ verba vides probari summam quo ad pœnam excommunicationis: quo ad alias verò probatur per ea, quæ sequuntur. *Eosque rerum suarum priuatione mulctari, & capientium fieri seruos censemus.* Qui modus sextus sicut & primus efficaciter probat prætatam totam summam.

Septimus, quod Extrauagans Clementis V. *multa.* [i] non solum horum: sed etiam omnium aliorum victualium, vt eius verbo vtar, delationem in Alexandriam, vel terras Aegypti prohibet sub prædictis tribus, & aliis nouis pœnis. Quod ipsum etiam, quoad regnum Granatæ sub eisdem pœnis prohibet Ioannes xxij. [k] Sed quia harum Extrauagantium prior localis est, quippe quæ non prohibet, nisi delationem in terras Aegypti: posterior autem localis, & temporalis, quippe quæ tantùm delationem in regnum Granatæ vsque ad triennium prohibebat, licèt plura, quàm hic canon prohiberent: non tamen quoad tot tempora, terras, & gentes prohibent: & ideo non probant efficaciter nostram totam summam.

5 Octauus est processus bullæ, quam Cœnæ Domini appellant, relatus ad verbum à Diuo Antonino. [l] Cuius clausula huc pertinens relata ab Angelo & Caietano vbi supra, illa est: *Excommunicamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, lignamina, & alia prohibita deferunt Sarracenis, Turcis, & aliis Christi nominis inimicis, quibus Christianos impugnant.* Quamuis secundum relationem Antonini non sit id verbum, *Turcis*, nec verbum, *& aliis Christi nominis inimicis*, quæ per recentiores pontifices post Diuum Antoninum addita esse credi par est. Sed neque clausula hæc probat totam summam prædictam. Tum, quod solum punit deferentes: cum summa nostra puniat etiam subministrantes & gubernantes. Tum quia non punit, nisi sententia excommunicationis, & summa continet etiam aliam duplicem pœnam. Qua eadem ratione non probat eam totam etiam nouus modus qui colligi potest ex clausula, quam suæ Bullæ Cœnæ Domini, sanctissimus D. N. Gregorius XIII. in hæc verba inseruit. *Excommunicamus omnes illos qui equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, & chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, cannabem, funes, tam ex ipso cannabe, quam ex quacumque alia materia, & ipsam materiam, aliàque prohibita deferunt Sarracenis, Turcis, & aliis Christi nominis inimicis, quibus Christianos impugnant. Nec non illos, qui per se vel alium, seu alios de rebus Christianæ reip. statum concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum, ipsos Turcas & Christianæ Religionis inimicos certiores faciunt, illisque ad id consilium, auxilium vel fauorem quomodolibet præstant.* * *Ac qui fœderis, nec non eius sacri belli contra ipsos Turcas initi, prosecutionem directè vel indirectè, secretè vel*

a *Leg. 2. C. quæ res exportari non debeant.*
b *In summa.*
c *2.*
d *Leg. final. & ibi. Bald. C. de captiui. & Bartol. in l. hostes. col. 1. ff. eod. & Areti. per illum tex. in auth. nauigia. C. de fur.*
e *Infra eod.*
f *Infra eod.*
g *Dicto cap. significauit. sub finem. in eodem.*
h *Infra eod.*
i *De Iudæis.*
k *In Extra. 1. de Iudæis.*
l *3. p. tit. 24. cap. 72.*

a *Infra. eod.*
b *19. dist. c. 1. & 4. q. 3. §. si quis testibus. cap. 1. §. cuius. 3. q. 8. l. sed. est. 1. de. ff. sol. matri. cap. ex eo. ibi gloss. de reg. iur. lib. 6.*
c *C. de hæred.*
d *C. de offic. testam.*
e *86. distinct.*
f *Cap. 1. §. fin. de sum. Trinit. c. firmissime. c. omnis cap. sine pœnitentia. de consecrat. d. 4.*

publicè, impedire vel perturbare præsumunt. Non obstantibus quibuscumque priuilegiis, quibuscumque Principibus siue priuatis concessis. Quare restat facere quidem omnia prætata pro summa nostra: tamen illam totam probari per hoc cap. & cap. *ad liberandam.* [a]

a *Infra eod.*

* Ac qui fœderis. *Hæc verba Bullæ Gregorij XIII. quam ipse Nauarrus in Manu. explicauit, cuique ipse dum publicaretur præsens affuit non habet. Sed post Gregorium Sixtus V. & qui eius bullam eodem tenore edidit Clemens VIII. hunc §. Paulo aliter euulgarunt, vt ad Hæreticos arma ferentes comprehenderet, sic enim habet. Excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui ad Sarracenos, Turcas & alios Christiani nominis inimicos vel hæreticos per nostras siue huius sanctæ sedis sententias expresse vel nominatim declaratos, deferunt seu transmittunt equos, arma &c. & paulo post, quibus Christianos & Catholicos impugnant, & paulo post ad hæc verba religionis inimicos etiam adiunxerunt nec non hæreticos in damnum Catholicæ religionis, ex quibus patet, quàm multi in hanc excommunicationem incidant, qui fortè in excommunicationem Gregorij non incidissent. Vnde cum inferius Auctor dicit in 4. not. num. 19. & 20, eos in bulla non contineri, qui ad hæreticos prohibita deferunt, loquitur de Bulla Gregorij XIII. non de hac nostra, quam ipse non videratur.*

HAnc tamen summam multa videntur impugnare. Primum quidem totam ipsam quatenus præsupponit hic multa vetari: cùm tamen per nullam eius partem Concilium quidquam vetuerit: sed solum dixerit reprehendendos esse illos, qui de nomine Christiano gloriantes, in eo relata faciunt. Alia vndecim, quibus singulas partes huius summarij singulatim impugnabam, huic primo adieci, cùm hanc relectionem pronunciarem, vt eò æquior, collectior, ac vehementior esset oratio, eoque tenacius in attentione cõtineret auditorem longioris temporis calore æstuantem, quominus ab vno scopo diuerteret: nunc autem arbitratus vtilius, & gratius fore lectori, si huius solius primæ solutionis notabile hoc clausero, aliaque per alia notabilia, iuxta ordinem contextus distinctè collecta, quibus partes nostri summarij clarescent, digessero, id facere constitui.

5 Ad hoc igitur primum oppositum, quod totam summam impetit, vt in eo contentorum prohibitionis auctor, origo, & genus appareant: dico primo, negari non posse, quod Concilium prohibuerit in hoc cap. aliqua.

6 Quoniam Clemens iij. [b] singulatiter, & expresè id in hæc verba testatur: *Licet hoc fuerit in Concilio Lateranensi districtè inhibitum.* vbi glossa recepta, [c] addit, in capit. *ita quorundam.* [d]

7 Secundo dico, nullam hic fuisse prohibitionem expressam: fuisse tamen tacitâ resultantem ex eo, quod pœnæ grauissimæ contra facientes contenta in eo fuerunt statutæ: Cuius simile factum fuit in cap. *si quis suadente.* [e] l. *si quis id quod.* [f] l. *si quis in tantam.* [g] in l. *quisquis.* [h] & aliis capitibus & legibus, quæ pœnam sine vlla expressa prohibitione inducunt.

8 Tertio dico ea, quæ prohibentur per hoc cap. antea fuisse prohibita per leges Cæsareas, & generalius quidem. Quoniam vinum, oleum, & omnia alia lignamina, quæ hic non prohibentur, vetantur per l. i. [i] Immo & arida, secundum glossam, Albericum & Salicetũ ibidem: id quod antea dixerat Azo, [k] prohibetur etiam cos, ferro vt acuatur subiicienda, [l] ars naues fabricãdi, [m] & omnia ad apparatum bellicum pertinẽtia. iuxta l. 2. [n] per quam iubentur capite puniri, & bonis priuari, qui talia Barbaris deferunt: per quam Baldus & Salicetus ibi dixerunt, proditorem esse, qui armis hostes, siue ad se defendendum, siue ad nos offendendum muniunt. Per quam etiam dicit ibidem Baldus filium cuiusdam domini Geri de Pasis fuisse ob id Florentiæ damnatum. Hæc eadem grauiter, & prouidè prohibita sunt etiam per leges regias huius florentissimi regni. [o]

9 Quarto dico, hæc eadem non solùm iure Pontificio, Cæsareo, & Regio videri prohibita: sed etiam diuino, saltem naturali, & saltem quoad aliquod tempus, & locum, primò quidem, quia secundum aliquod tempus, & locum, illa iubet pugnare pro patria, pro religione, ac parentibus, & per consectionem prohibet eos impugnare iuxta, l. *veluti.* iuncta glossa, [a] communiter recepta, & declarata ibi per omnes, præsertim per nostrum bene fortunato ingenio Fortunium.

10 Adeo quidem, vt pro patria, & religione pugnandum sit, etiam contra patrem, iuxta textum singularem. [b] Deinde quod contra præceptum de non occidendo, & non furando facit, qui iniustè bellanti opitulatur, arg. ca. *noli.* ca. *quid culpatur*, cap. *militare.* [c] quæ constat esse præcepta naturalia, secundum S. Thomam receptum, [d] & qui Sarracenos contra Christianos iuuat, iniustè bellantibus opitulatur: quoniam Sarracenorum aduersus nos bellum, quod saltem in Africa, Syria, & tota Europa geritur, iniustum est, secundum omnes; ergo contra illa præcepta facit, qui eos in id iuuat. Postremo, quòd crimen hic vetitum, est sacrilegium admissum contra principatum Christianum, opem ferendo inimicis Christi, vt diligenter annotauit Thomas de Vio, quod nemo non videt esse contra primum primæ tabulæ præceptum, quod est naturale, vt habet l. *veluti erga Deum religio.* [e] Dixi, *saltem quoad aliquod tempus & locum*: quia eatenus tantum exist imo hæc vetita esse lege diuina naturali: quatenus obuiant præcepto primo Decalogi, de colendo Deo, & Christo Iesu Domino Deo nostro, vel præcepto quarto, de colendis parentibus, sub quo est etiam patriæ, & patris patriæ cultus, vel quinto, de non occidendo, vel septimo, de non furando, vel decimo, de nõ inordinatè rem alienam desiderando: quibus obuiant etiã hi, qui ea facientes adiuuant. [f]

11 Ex quibus infertur primo, eum, qui adiicit pœnam prohibitis, videri quoque illa prohibere: quandoquidem Concilium hoc adiiciens pœnam facienti ea, quæ prius fuere prohibita videtur prohibere, per primum dictum. Quod facit ad id quod in cap. *tuam.* [g] disputabam: scilicet, reges seculares, vel non posse prohibitionibus super matrimoniis, & aliis spiritualibus ab Ecclesia factis pœnam addere, aut posse etiam illa prohibere. Quod an, & quatenus verum sit, ibi determinamus.

12 Secundo infertur, Concilium hic nihil nouè saltem expresse prohibuisse: sed tantùm antea prohibitis pœnam nouam adiecisse, & ita partim continere ius antiquum naturale, vel positiuum diuinum & Cæsareum, partim nouum. Antiquum quidem, quoad prohibitionem, nouum verò, quoad pœnam saltem excommunicationis, & seruitutis.

13 Tertio, posse quidem Papam, Cæsarem, & alios Monarchas, & iura Monarcharum habentes, singulos quosque suos subditos in hoc peccantes, à pœnis suarum legum iustè, vel iniustè eximere. [h] A pœnis verò legum aliorum non posse, arg. l. final. [i] & cap. 2. [k] & eorum, quæ latè in repet. cap. *nouit.* [l] ac aliis multis scripsimus. Et ita Papam subditos sibi, tam quam regi, posse ab omni pœna sæculari, & ecclesiastica liberare: subditos autem aliorum Monarcharum ab ecclesiastica posse, à sæculari non posse: alios verò Monarchas posse liberare suos à sæculari pœna: à positis vero in hoc cap. non posse.

Quarto neque Papam, neque alios Monarchas singulos, nec omnes simul eximere posse quem, à prohibitione hac, quatenus est diuina naturalis, saltem sine iusta causa, arg. cap. *sunt quidam.* [m] cap. *inferior.* [n] cap. *cum inferior.* [o] & eorum, quæ latè traduntur in cap. *quæ in ecclesiarum.* [p]

14 Quinto hinc hauriendas esse decisiones illarum quæstionum confessariorum, nempe, an milites Africæ limites propugnantes, vel alij negociatores, siue mercatores, cum licentia suorum Ducum, & Præfectorum: immo & ipsius Regis huic capitulo contrauenientes, peccent lethaliter: an sint in statu damnationis, si habent propositum iterum id faciendi an absolui possint sine proposito firmo numquam id iterandi: an censuras processus Cœnæ Domini incurrant? consequens enim est prædictis id, quod ex facto respondi, nempe eos peccare, in statu damnationis esse, non posse absolui, censurasque prædictas incurrere, nisi Rex, aut Dux eius ea de causa id permitteret, quæ sufficeret ad efficiendum actum licitum, attento iure naturæ.

Sexto scopum, & finem, & intentionem huius prohibitionis esse, ne quis inimicos crucis Christi contra Christianum principatum iuuet: & ne quis faciat ea,

a *ff. de iusti. & iure.*
b *In l. minime. ff. de relig. & sumpt. fu.*
c *23. q. 1. cap. pœnale. 14. quæst. 5.*
d *1. 2. q. 100. artic. 1.*
e *ff. de iusti. & iure.*
f *Arg. capi. 1. ad Roma. ca. notum. 1. qui. 1. cap. 1. de offic. de leg. & l. vtrum. ff. ad l. Pompe. de parri.*
g *De ordin. cogn.*
h *Argum. c. proposuit. de concess. preb. l. Princeps. ff. de leg.*
i *ff. de iurisd. omn. iud.*
k *De constit. libr. 6.*
l *De iudi. in 3. notab. nu. 40. & corol. 17.*
m *25. quæst. 1. n 21. dissim.*
o *De maior. & obed.*
p *De constit.*

quibus in his,quæ ad prælium, & pugnam pertinent, potentia Sarracenorum contra Christianos crescat.

15 Septimo non ligari hoc canone illos, qui à Sede Apost. facultatem habent deferendi Sarracenis hic prohibita, quæcumque sint illa, & quocumque tempore deferant,& quacumque de causſa, & quamlibet infirma facultas ea illis fuerit facta, modo facultatis metas non excedant. arg. prædictorum: & ita Venetos, Genuenses, & alios,de quibus Diuus Antoninus, & alij testantur habere à sede Apostolica facultatem deferendi merces aliquas in certas terras,& intra certum tempus, liberari ab his pœnis, si facultatis metas non excedunt: à peccato tamen minime, si absque rationabili causſa fuerit eis ea facta, quoad tempus, & locum,secundum quæ præceptis decalogi est contraria.

Secundum Notabile de cupiditate huius cap. quod sit auaritia, & sæuitia peior, quàm crudelitas, & quare errant, qui omnem cupiditatem damnant.

SVMMARIVM.

1 *Cupiditas genus ad malam, & bonam. & cupiditas mala genus ad omnem inordinatam: & hic pro auaritia sumitur. num. 2.*
3 *Auaritia cur idolorum seruitus. cur cæca, cur hic secta, n. 4.*
5 *Crudelitas, & sæuitia duo vitia distincta, & vt differunt.*
6 *Auaritiam huius cap. etiam esse sæuitiam.*
7 *Actum vnius vitij fieri alterius, sicut vnius virtutis sit alterius.*
8 *Circunstantiam hoc cap. vetitam necessario consitendam.*
9 *Cupiditas multiplex bona, qualis est etiam habendi tantum, quo statum mutet.*
10 *Magnanimitatis, & humilitatis munera.*
11 *Cupere quos honores licet religiosis.*

1 SEcundo principaliter colligo, quod licèt verbum, *cupiditas*, generatim sumptum, frequentius solam malam, & inordinatam, siue immoderatam significet, vt in cap. *bonorum*. [a] & in cap. *quia radix*. [b] interdum tamen, *solum moderatam*, iuxta illud Apostoli. [c] *Cupiditatem habens veniendi ad vos*. & illud eiusdem. [d] *Testis est mihi Deus quomodo cupiam vos esse in visceribus Iesu Christi*. [e] In hoc tamen cap. pro mala, & inordinata, siue immoderata capitur.

2 Licet item cupiditas mala, & immoderata genus sit ad omne malum desiderium, & malum amorem gloriæ, voluptatis, diuitiarum, & cuiuslibet alterius rei, hic tamen pro cupiditate immoderata honorũ pecuniariorum, hoc est, pro auaritia sumitur: sicut & in d. cap. *bonorum*.

3 Licet item cupiditas hæc immoderata & inordinata nonnumquam dicatur idolorum seruitus, [f] (non eo, quod sit idololatria: sed quod, sicut illa subiicit quem creaturæ ad eam pro Deo colendam: ita hæc subiicit creaturæ ad eam concupiscendam) nonnumquam cæcitas. [g] eo quod iudicium obtenebrat.

4 Hic tamen dicitur læua, hoc est fera, & bestialis: & ita peior, quam crudelis, secundum mentem S. Thomæ. [h] nam crudelis, vt ille, [i] ait, est qui excedit puniendo culpam ratione culpæ: sæuus autem, qui sine culpæ respectu ob vtilitatem, vel delectationem suam cruciat: & Christianus, qui Sarracenos iuuat contra suum caput, quod Christus est, & contra eiusdem membra, è quibus etiam ipse vnum est, [k] sine vllo culpæ respectu ob vtilitatem, vel delectationem suam tendit ad cruciandum: ideo merito sæuus, ferus, & bestialis est.

5 Ex quibus infertur primo, actum auaritiæ, quæ est vitium liberalitati oppositum, de quo in hoc textu etiam esse actum sæuitiæ, quæ est vitium peius crudelitate, clementiæ oppositum, secundum S. Thomam. [l]

6 Secundo infertur, actum, qui secundum suum obiectum pertinet ad vnum vitium, secundum finem pertinere posse ad aliud, vt ad vsum quotidianum confessionum applicando vtiliter diximus in cap. 1. [m] & in manu. Conf. [n] Sicut & actus vnius virtutis potest fieri alterius, vt ad quærendæ virtutis modum compendiosum monstrauimus in cap. *fraternitates*. [o]

7 Tertio ei, qui peccatum auaritiæ, de quo in hoc textu peccauit, non sufficere, confiteri illud sine circumstantia, hoc cap. prohibita, argu. eorum, quæ in dict. cap. 1, [a] latè diximus.

8 Quarto infertur parum circumspecte agere concionatores, & monitores quosdam, qui omnem cupiditatem reprehendunt: tum per prædicta, tum quia omnis ordinata, & moderata, siue ea sit gloriæ, siue honoris, siue laudis, & famæ, est laudabilis, vt late monstrauimus in repet. cap. *inter verba*. [b] & breuius postea in cap. *cum minister*. [c] & in Manual. Confess. [d]

9 Tum, quia magnanimitas, quæ nos ad honores magnos rationabiliter subeundos confirmat, & impellit, virtus egregia est, secundum Aristotelem, [e] & S. Thomam. [f] Tum, quia virtus demissionis animi (quam humilitatem appellamus) solum nos retrahit, ne in magnos honores, præter rationem anhelemus & tendamus: non autem, vt nullatenus eos cupiamus secundum S. Thomam. [g] Tum, quia naturaliter homines bona vtilia cupiunt: & ideo moderatus amor pecuniæ non est peccatum, secundum eundem S. Thomam, [h] tum, quia liberalitas non retrahit nos à quærendis, & seruandis his, quibus nos, & nostri egemus, vt habet cap. *est probanda*. [i] & Thomas. [k]

10 Immo licitum est desiderare, & cupere plura, quam tuum statum deceant, ad hoc, vt te, tuosque à necessitate vtendi arte mechanica eripias, quo altiorum virtutum operibus incumbas, secundum Thomam, de Vio. [l] Immo, & vt ad altiorem statum, & aliorum gubernationem, ad quem natura te idoneum fecit, ascendas, vt idem ibidem singularissimè probat. Tum, quia licet sit consilium Christi, distribuere omnia, quæ quis habet, pauperibus, [m] non tamen est præceptum. Et ideo licet melius sit cæteris paribus rationabiliter omnia propter Deum contemnere, & relinquere: non est tamen peccatum aliqua moderatè appetere, quærere, ac retinere, immo meritum, si rationabiliter id fiat, vt vtrumque probat S. Thomas. [n] Sicut & melius quidem est seruare virginitatem, quàm accipere coniugem, [o] non tamen ideo peccatum est accipere coniugem: immo matrimonium vnum de septem sacramentis est, iuxta cap. *ad abolendam*. [p] & glossam, [q] & omnes. [r] Cuius contrarium hæresim esse definiuit Concilium Tridentinum, [s] quem transcripsimus in Manuali Confessar. [t]

11 Tum denique, quod etiam religiosi, qui sæculo renunciarunt, licitè possunt appetere, & petere honores virtuti debitos: & honores ecclesiasticos, quales sunt, honor presbyterij, & honor magisterij, secundum vtrumque Thomam. [v]

Tertium Notabile quod licet Christiano gloriari, nomine Christiano, immo & quod necesse sit nonnumquam: & quatenus, & quando coram Sarracenis, Lutheranis, & aliis infidelibus, id tacendo, vel se alium simulando in bullam Cœnæ Domini incidat.

SVMMARIVM.

1 *Gloriari se nomine Christiano licere.*
2 *Et quando, & quatenus sit necesse.*

1 TErtio principaliter colligo ex verbo, *gloriantur*. licere Christiano gloriari nomine Christiano: quinimmo, & id ei esse necesse significat Ecclesia Christiana, cum nonnullas Missas ita exorditur. *Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi*. Quod desumptum videtur ex illo Pauli. [x] *Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi*.

2 An autem, & quatenus aliis nominibus id liceat: an item, & quatenus oporteat Christianum coram Lutheranis, Sarracenis, Turcis, & aliis Christi nominis inimicis se profiteri Christianum, & nullatenus vti velo lineo, vel alio signo Sarracenico: an item, & quando, qui talia facit, incidat in censuras bullæ Cœnæ Domini, & id genus alia quotidiana. ad glossam 1. remitto, ne nimium à summarij nostri finibus diuertam.

a De pœ. d. 5.
b 11. q. 3. cone. 5. num. 25.
c 23. quæst. 5. num. 60. & 65.
d Ca. 23. n. 9.
e 4. Ethico.
f 2. 2. q. 129. artic. 1. & 2.
g 2. 2. q. 161. art. 1. ad 3.
h 2. 2. quæst. 118. artic. 2.
i 86. distinct.
k 2. 2. quæst. 117. artic. 1.
l In dict. q. 118. artic. 1.
m Matt. 19. ca. non dicatis. 12. qu. 1.
n 2. 2. quæst. 186. artic. 3.
o Capit. integritas. 32. q. 1.
p De hæret. in prim.
q In cap. veniens. de trãsactio.
r In rubr. de sponsal. & in 4. distin. 26.
s Sess. 24. can. 1.
t Cap. 22. n. 20. & 30.
v In 2. 2. qu. 186. art. 7.
x Ad Galat. 6.

a 47. dist.
b De pœn. d. 2.
c Ad Ro. 15.
d Ad Phili. 1.
e Ca. cupientes. de elec. li. 6. Cle. cupientes. de pœn.
f Cap. auaritia. de præb.
g Cæ. auaritia. de elec. li. 6.
h 2. 2. qu. 159. art. 2.
i Ibid. & art. præcedenti.
k 1. ad Cor. 12. & ca. si quis. 89. distinct.
l In d. qu. 159. art. 1. & 2.
m Nu. 91. de pœn. d. 1.
n Prælud. n. 20.
o Num. 117. de pœnit. d. 3.

Quartum notabile de verbo, Sarracenus, quos comprehendat, vnde dicatur, & an hæreticos, & alios infideles contineat.

SVMMARIVM.

1 *Sarracenorum appellatione an omnes infideles contineantur, tres opiniones referuntur: & relinquuntur. num. 2. quarta ponitur. nu. 7. continentur fautores, n. 8. Turcæ. num. 9. & Sarraceni solo Christi odio pugnantes. num. 10. & apostatæ quidam. nu. 11. & quidam Christiani num. 12. Non autem Sarraceni iustè bellantes. nu. 13. nisi, &c. nec Christianis subiecti, nisi, &c. nu. 14. nec Sarraceni nos iuuantes. nu. 15. nec hi, quibuscum non est causſa bellandi, nisi, &c. num. 16. nec Iudæi. nu. 17. nec hæretici. num. 19. nec pagani. nu. 21. nisi, &c. num. 22.*
3 *Sarracenus, verb. originariè populos post Nabathæos Arabiæ significat.*
4 *Sarracenorum defectionis ab imperio Romano occasio: & eorum prosper successus. nu. 5. & cædes nobilissima. nu. 6.*
18 *Iudæis vbique seruis nusquam est sceptrum.*
20 *Hæresis infidelitatum pestima.*
23 *Lusitanus quis vendens Goæ equos Sarracenis vitat has censuras: & vt Christianus, qui nuper cum Armenijs iuuit regem Persarum contra Turcam, n. 24. & Gallus, qui Aeneobarbo à se vocato fauit, si saltem, &c. nu. 25.*
26 *Bulla Cœnæ, & hoc cap. vt conueniunt.*
27 *Francisco regi fauens, an violarit hæc capit.*
28 *Regem in dubio præsumendum bene agere.*
29 *Bellare habitu quis dicatur, & quanta prudentia hic opus: & quid regibus consulendum.*

1 QVarto principaliter noto verbum, *Sarracenis*, in initio textus positum: & verbum, *Sarracenorum*, postea repetitum, ex quibus colligi videtur nostra summa quatenus innuit, hoc capitulo omnes illos comprehendi, qui hic vetita quibuscumque Sarracenis subministrant, & non alios, qui ea aliis infidelibus deferunt. Pro quo facit, quod cap. *significauit*. & cap. *quod olim*. & ca. *ad liberandam*. [a] Extrauagans item, *copiosus*. [b] Ioannis xxij. & Extrauagans. *Multa*. Clementis v. [c] quibus corroboratur, & extenditur hæc prohibitio, de solis, & omnibus ferentibus opem Sarracenis agunt. Circa quod tamen occurrit difficultas illa primo, quod eadem ratio videtur esse de omnibus aliis infidelibus: ergo & idem ius erit. [d] Deinde, quod clausula bullæ Cœnæ Domini in 8. confirmatione summarij supra relata, comprehendit omnes, qui opem ferunt Sarracenis, Turcis, & aliis Christi nominis inimicis. Tertio quod peior est infidelitas Iudæorum, quàm Sarracenorum, & infidelitas hæreticorum peior vtraque, secundum S. Thomam. [e] Quarto quod verbum, *Sarracenis*, non capitur in hoc cap. prout est nomen gentis, sed prout est nomen sectæ Mahometicæ: & ita videtur significare omnes malas, & reprobas sectas tenentes. Quinto quod multi Sarraceni sunt Christianorum amici, qui vt Christianos frequenter iuuant contra alios infideles, vel fideles iniustè eos inuadentes: ita iustum videtur, vt antidora suscipientes iuuentur, & ipsi ab eisdem Christianis contra infideles alios, vel etiam fideles iniustè illos inuadentes, argu. l. *si non sortem*. [f] & cap. *cum in officiis*. [g]

2 In solutione huius difficultatis, (quæ mihi magna est) quæque inquirit, qui veniant in hac materia appellatione, *Sarracenorum*, tres opiniones inuenio. Prima Siluestri Prieratis viri profecto iudicio ad resoluendum dexterrimo, [h] sentientis hoc verbo, *Sarracenis*, comprehendi omnes Sarracenos, quibuscum rex aliquis Christianus, vel aliqua prouincia Christiana bellum gerit, Sarracenos item eos, qui eis fauent. Secunda est Antonij, Perri, & Ioannis ab Annania, [i] & Caietani, [k] quæ videtur communis, scilicet quod verbo, *Sarracenis*, omnes infideles videntur includi. Pro quibus facit id, quod contra prædictum notabile citabamus. Tertiam videtur sentire, ordinatio regia, [l] quæ innuere videtur, solos Mauros comprehendi. Quia ponit verbum, *mouros*, & mox subdit verbum, *dictos in fueys*, sed nulla istarum definitionũ videtur satis exacta.

a Infra eod. b De Iudæis. c De Iudæis.
d C. ap. 2., de transl. prælat. l. illud. ff. ad l. Aquil.
e 2. 2. qu. 10, artic. 6.
f §. Libertus. ff. de conditt. indeb.
g De testam.
h In verbo, Excommunii. 7. casu 21.
i In notabilibus. capit. ad liberandam.
k Vbi supra v. er. Excommunicat. cas. 30. pag. 2. & 3.
l Titu. 81. lib. 5. ordin.

Primo enim contra Siluestri definitionem facit, quod vetita in hoc cap. etiam, tempore pacis non possunt deferri Sarracenis, secũdum resolutionem suam ibidem, & communem Doctorum, [a] ergo etiam Sarraceni, quibuscum non est Christianis vllum bellum, comprehenduntur. Deinde contra id, quod significat ordinatio regia facit, quod verbum, Sarracenis, siue sit nomen gentis, siue nomen sectæ, multos alios, quàm Mauros, hoc est, ex Mauritania oriundos includit. Tertio contra sententiam magis communem facit, quod eam consequeretur, omnes Christianos, qui abhinc circiter quindecim annis vetita in hoc c. in Angliam, & in aliquot prouincias Germaniæ superioris detulerunt, in hunc canonem incidisse. Quia ab eo tempore rex Angliæ, & aliquot principes Germaniæ declarati fuerunt hæretici à Paulo iij. Consequeretur item, quod Armenij, qui biennio lapso regi Persarum contra principem Turcarum hostem Christianorũ sæuissimum, opem tulerunt, in hanc eandem excommunicationem inciderunt. Galli item, qui abhinc sex annos Aeneobarbo, siue Barbarroxæ duci Turcarum Principis in auxilium suum venienti opem tulerunt. Cæsar item, qui regem Tuneti Sarracenum, contra tyrannum itidem Sarracenum armis restituit. Immo & Rex, & dominus noster Lusitanorum, qui regi Fecensi cõtra alios Reges Sarracenorum fauisse dicitur: & etiam nunc apud Indos aliis Sarracenis contra alios Sarracenos fauere auditur.

3 Quarto ergo loco, vt aliter eam resoluam, admoneo primo, originario verbi, *Sarraceni*, significatu, significari populos Arabiæ post Nabathæos, Plinio auctore, [b] dictos à Sarraca eiusdem Arabiæ vrbe: non à Sara vxore Abrahami, quo se iactant: vel illo argumento quod à Sara Sarani dici debuissent, & non Sarraceni, sicut ciues Sarræ Sydoniæ vrbis, Sarrani sunt dicti. Eam tamen Mahometus ansam amplexus vanissimæ genti persuasit, eos solos omnium mortalium legitimos esse diuinæ professionis successores.

4 Admoneo quoque secundo, causſam, & originem defectionis huius gentis à Romano imperio, Ecclesiaque Romana hanc, quæ sequitur, fuisse: *Ex ea Sarracenorum gente delecta militum manus Heraclio Imperatori Christiano militabat, quando ille regem Persarum Cosdroam paganum vicit, & cepit: cumque stipendium peteret, is, ad quem ea res pertinebat, subiratus respondit: Vix est vnde Græco, & Romano militi soluatur, & hac canum turba tam impudenter efflagitat stipendium.*

5 *Ad quam vocem ira succensi ab Heraclio, & Romano imperio defecerunt. & in Syria auĉti Damascum occuparunt: & inde auĉto ex his, qui domi remanserant, exercitu Aegyptum ingressi facile ea terra potiti sunt, vicinorum Arabum commeatu, & auxiliis aditi. Qui deinde Mahometi figmentis imbuti Persas bello petitos vicerunt, Deinde Antiochia nobilissima vrbe capta. Hierosolymis potiti, diuexata Rhodo, & Sicilia, toti ũ Africam, & Lybiam ad Oceanum vsque suis opibus, & perfidiæ adiecerunt. Quin & Hispanias omnes, præter Cantabros, & Asturcs occuparunt. Immo & Gallias aggressi, Burdegalaque, Pictauisque direptis, vsque ad Ligerim fluuium occuparunt, reliqua omnia occupaturi, ni Carolus Martellus magna virtute occurrisset, & quadringenta millia militum ex eis obtruncasset.* Paulo Aemilio eruditissimo, fidelique auctore.

6 Admoneo tertio, his successibus factum esse, vt hoc nomen, *Sarraceni*, quod à principio nomen fuit gentis, nunc sit, immo & tempore huius cap. iam cœperit esse nomen sectæ Mahometicæ deditorum.

7 His igitur præmonitis difficultatem prædictam resoluturus dico, illo verbo, *Sarracenis*, in hoc cap. posito comprehendi Mahometicæ perfidiæ sectatores omnes, & solos, qui Christianæ Ecclesiæ res occupant, vel impugnant actu, vel habitu: & fautores eorum, quatenus tales sunt. Dixi, *Mahometicæ perfidiæ sectatores*: quoniam verbum hoc, *Sarracenis*, in hoc cap. positum, vt prænonui, licet à sua origine nomen gentis fuisset: antequam tamen hoc cap. & cap. *ad liberandam*. [c] constituetur, iam cœpit esse nomen sectæ: & ad hunc vsque diem tale perseuerat. Dixi, *omnes*, ad includendum, non solum eos, qui Syriam, in qua terra sancta, vestigiis summi ducis nostri Iesu Christi ornata, sita est, incolunt: sed etiam Ægyptum, Lybiam, Mauritaniam, & residuum maris nostri tractum, vsque

a In cap. significatur. & in cap. quod olim. inf. eod.
b Libro 6. ca. 28.
c Infr. eod.

ad Oceanum in Africa occupant. Assyriam item, Arabiam, & Mesopotamiam in Asia: Græciam quoque, & alia (proh dolor) multa, quæ Christianorum fuerunt, in Europa tenent. Dixi autem, *solos*, ad excludendos alios infideles, quorum specialiorem mentionem paulo post faciemus. Dixi, *qui Christiane Ecclesiæ res occupant*, &c. ad excludendum eos, qui id non agunt. Dixi, *habitu*, ad comprehendendum eos, qui res Christianas actu quidem non impugnant: tamen impugnarent, si possent odio Christianismi. Dixi, *fautores eorum*, ad comprehendendum omnes, qui prædictis Sarracenis fauent, & opitulantur: quod nemo alius (quod sciam) tetigit.

8 Nam Siluester, qui solus videri potest id tetigisse, non ait illud de fautoribus simpliciter, sed de Sarracenis Sarracenorum bellantium fautoribus, verum autem videtur; quia satis opis fert Sarracenis contra Christianos, qui fert opem eis, qui Sarracenis contra Christianos bellantibus opitulantur. arg. l. *is qui opem.* & l. *in furti.* [a] Addidi, *quatenus sunt tales*, ad excludendum eos, qui iuuant Sarracenos prædictos alio iusto respectu.

9 Ex qua resolutione infertur primo, comprehendi Turcas. Tum, quia etsi, vt aiunt, aliquid inter eos, & alios Sarracenos distat: tamen omnes sunt Mahometicæ perfidiæ sectatores, & generali nomine dicuntur Sarraceni: licet bi sint Sarraceni Turcæ, & alij Sarraceni Arabes, & alij Sarraceni Mauri, Aegyptij, Africani, Persæ, & alij alio nomine speciali appellentur. Sicut & omnes in Christum credentes generali voce Christiani dicuntur, iuxta textum & glossam singularem, [b] & licet alij sint Christiani Romani, alij Græci, alij Hispani, alij Galli, & alij alio nomine speciali dicti. Tum, quia ipsi Turcæ occupant nunc Syriam, vbi terra sancta est, facit cap. *ad liberandam terram sanctam.* [c] ibi: *In dispendium terræ sanctæ.*

10 Secundo infertur comprehendi omnes Sarracenos principales, & fautores eorum, quibuscumque est bellum Christianis ob Christianismum: licet nulla, quæ fuerint Ecclesiæ Christianæ, occupent: quales videntur aliquot in Indiis, & in insulis Indici, & Persici maris: quia constat eos esse Sarracenos, & impugnare Christianismum: quæ res maximè Christianæ Ecclesiæ peculiaris est, & qua maximè ab aliis omnibus distat. [d] Non obstat, quod cap. *ad liberandam.* [e] ob occupantes terram sanctam, vel occupare volentes principaliter constitutum videtur, vt ex illis eius verbis: *In dispendium terræ sanctæ*, & ex Concilio generali, vnde desumptum est, satis colligitur. Tum, quia principium illius cap. simpliciter excommunicat omnes deferentes arma Sarracenis, contra Christum, & populum Christianum: & tales sunt Sarraceni, qui odio Christianismi cum Christianis pugnant, etiamsi nihil aliarum rerum eorum detineant, detinerève velint. Tum, quia illa verba huius cap. *ad impugnandos Christianos*, omnes eos impugnantes comprehendunt. Tum, quia verba processus Cœnæ Domini relata supra, [f] omnes nominis Christiani inimicos includunt. At constat, Sarracenos impugnantes Christianos ob Christianismum, esse tanti nominis inimicos.

11 Tertio infertur, comprehendi etiam apostatas perfidos, qui Glaucum Homericum insigniter stupidum imitati, Christianismum pro Sarracenismo, hoc est, χρύσεα χαλκείων, aurea pro æreis commutarunt. Hi enim licet baptismo renati fuerint, & in Hispania, Gallia, vel alia Christianorum terra, & non in Arabia orti: Sarraceni tamen sunt, prout nomen, *Sarracenus*, nomen est sectæ, non gentis, vt prædictum est.

12 Quarto infertur, comprehendi etiam Christianos in terris Sarracenorum, de licentia suorum Regum negotiantes. Tum, quia satis videtur deferre Sarracenis quoad mentem huius cap. & sui similium, qui defert subiectis eorum, è quorum manibus, cùm volent, ea Sarraceni habere possunt. Tum, quia per hoc potentia regum Sarracenorum crescit: eo enim quis maior, & potentior est, quo maioribus, & potentioribus præest. [g] Tum: quia satis tradit Sarracenis, qui tradit Christianis negotiatoribus, mox ea illis vendituris & traditurus. arg. l. *qui sic soluit.* [h] Quod tamen, mea sententia, non procedit in Christianis ibi habitantibus, & volentibus tenere arma abscondita, quo ea in Sarracenorum perniciem, cum opportunum fuerit, exerant, & stringant. In his enim, & verba, & ratio huius cap. cessant.

Quinto infertur, solutio illius quæstionis quam ex facto interrogabat: An in huius canonis, & processus Cœnæ Domini censuras inciderit, qui prohibita vendidit non Sarracenis: sed Iudæis, & Christianis apostatis Sarracenorum terras habitantibus, & Christianis ibi negotiantibus? Respondendum enim videtur, per prædicta, incidisse.

Sexto infertur, etiam solutio illius quæstionis, quam ex facto interrogabat: An qui Christianis Constantinopolim, & alias Græciæ vrbes, oppida, & rura inhabitantibus vendiderunt arma, quo ea occulta in perniciem Sarracenorum haberent, inciderint in hanc excommunicationem? Respondendum enim videtur per prædicta, non incidisse.

13 Septimo infertur, non comprehendi Sarracenos, quibus bellum iustum est contra Christianos: & neque occupant, neque occupare curant res Ecclesiæ Christianæ: neque pugnât odio religionis, sed ob aliam causam. Quales fortè sunt aliquot nunc apud Indos, qui pugnant aduersus Christianos, non ob religionem, sed ob terras, quas ipsi putât malè à nostris occupatas. Qui si bellum iustum aduersus nos facerent, & religionis causam non immiscerent, non putarem profectò comprehendi, quia huius canonis mens est eneruare potentiam Sarracenorum, iniustè contra nos pugnantium, vt ex omnium scriptis satis colligitur. Si autem iniustum bellum facerent, putarem ipsos includi: quoniam bello iniustè suscepto, quo aliqua ex parte illud iustificent, religionis causam miscere solent, & incipere odio nostræ religionis, & amore suæ perfidiæ pugnare.

14 Octauo infertur, non comprehendi Sarracenos, in terra Christianorum, sub potestate Regum eorum degentes, etiamsi sint prohibiti habere eiusmodi arma, & alia ad apparatum bellicum pertinentia. Tum, quia in eis cessat ratio principalis huius prohibitionis: ergo & ipsa prohibitio, vt habet l. *adigere.* [a] cap. *suggestum.* & cap. *meminimus.* [b] cum annotatis in illis per Panormitanũ & Decium. Tum & neruosius, quia hi, licet Mahometicæ perfidiæ sectatores sint: non tamen occupant res Christianas, neque impugnant eas actu, vel habitu: quod requiritur, vt hic includantur, per resolutionem præmissam. Excipio tamen eos, qui probabiliter præsumerentur hîc vetita emere, quærere, vel accipere ad deferendum aliis Sarracenis, extra Christianorum imperia degẽtibus: vel ad seruandum abscondita, in Christianorum perniciem proferenda, cum exercitus Sarracenicus nos inuaderet: eiusmodi enim, saltem habitu, res Christianas impugnant.

15 Nono infertur, non comprehendi Sarracenos, qui impugnant alios Sarracenos contra Christianos pugnantes, vel nos contra illos defendunt, adiuuantvé: immo neque Sarracenos, qui casibus licitis, iuxta Oldradum, [c] & resolutionem communem, [d] à Christianis rogati, iustè illos defenderent, vel iuuarent contra alios Christianos suas terras inuadentes, vel iniustè illas occupantes. Tum, quia causa finalis huius c. cessat, saltẽ quoad ea, quę post bellum illud expletum contra nos vsui esse non possent. Tum & neruosius, quia eiusmodi Sarraceni, licet alio respectu sint inimici Christianorũ, & res Ecclesiæ occupent, vel impugnent: hoc tamen, quo Christianos contra alios infideles iuuant, vel infideles contra Christianos iniustè bellantes impugnant, non sunt tales. Quamuis semper, quoad eius fieri potest, curare debet Princeps vsurus Sarracenorum auxilio, ne illis ea tradat, quæ illo bellò expleto contra Christianos vsui esse possint, qualia sunt arma.

16 Decimo infertur, non comprehendi etiam Sarracenos, quibuscum est pax Christianis, quique nõ fauent aliis cum Christianis belligerantibus: & inter quos, & Christianos nulla est iusta causa bellandi, quales sunt multi, vt audio nunc circum terras Indiæ Lusitano imperio parentes: inter quos, & Christianos numquam ob religionem, neque ob aliam causam fuit bellum. Hi etenim, licet Mahometicæ perfidiæ sectatores sint: res tamen

[a] §. *opes. ff. de fur. & §. interdum. Inst. de obligat. quæ ex deli. nasc.*

[b] *Cap. 2. 22. dist n.*

[c] *Infra eod.*

[d] *Capit. ad mensam. & cap. audi de nigue. 11. q. 3.*

[e] *Infra eod.*

[f] *In 8. confirmatione, post tab. 1.*

[g] *Authen. de defunct. clinic. § Nos igitur. collat. 3.*

[h] *ff. de solut.*

[a] §. *quamuis. ff. de iure patro.*

[b] *De appella.*

[c] *Consil. 71. Nunquid.*

[d] *In capit. ad liberandam. infræ eodem.*

Christianas neque occupant, neque actu, vel habitu impugnant. Excipio tamen, illos qui sciuntur, probabiliterve creduntur, ea esse mente, vt primo quoque tempore, data eis ad id potentia, & opportunitate, suis sedibus expellant Christianos, eo præsertim, quod Christiani sint. quoniam huiusmodi Sarraceni, etsi actu non impugnant res Christianas: habitu tamen id faciunt, & per consecutionem sunt Sarraceni, de quibus hoc cap. loquitur per resolutionem præmissam.

17 Vndecimo infertur, non comprehendi Iudæos, quatenus Iudæi sunt, quia non sunt Mahometicæ perfidiæ sectatores, & ita neque Sarraceni. Dixi, *quatenus Iudæi sunt*, quia quatenus subiecti Sarracenis, comprehendi possent: puta, si habitarent terras subiectas Sarracenis hic comprehensis: Quos tamen arbitror comprehendi per processum Cœnę Domini. Quoniam etsi non sint Sarraceni, neque Turcæ: sunt tamen inimici nominis Christi, & adeo quidem, vt si pro voluntate nocendi nobis esset eis potentia, multo grauius, quam illi nomen illud, quod super omne nomen est, infestarent.

18 In quo tamen eius infinita bonitas quam optime nobis consuluit, dum eis se, lucemque suam apertam renuentibus, ademit potentiam, virtutem, & animum, perpetuæque scruituti, ac ignominiæ apud omnes gentes eos addixit. Iuxta enim prædictionem Iacob, [a] à Deo, ablatum est eis sceptrum, & regia potestas, post veri Messiæ Christi sacrosanctissimum aduentum, vt nusquam postea apud eos sit, vel fuerit. Nam vllam eorum gentem esse clausam inter montes Gog & Magog, quæ tempore Antichristi ei sit adhæsura, vanissimum esse constat, etiam attestatione Iudæorum, qui id maximè explorauerunt. Neque enim illud significauit Ioannes, [b] & liber illud continens apocryphus est: & à Hieronymo & ab omnibus alijs reiectus.

19 Duodecimo infertur, non comprehendi per cap. hoc, neque alia iura communia, hæreticos Sarracenis non subditos, quia non sunt Sarraceni, immo neque pro processum bellæ prædictæ: quia non sunt Turcæ, neque nominis Christiani inimici.

20 Quoniam, etsi Romanæ Ecclesiæ non obsequantur: venerantur tamen nomen Christi, neque est omnino par ratio de illis, ac de Sarracenis: quoniam, etsi peior est eorum infidelitas, quàm Sarracenorum, & plus peccẽt, quàm Sarraceni: iuxta doctrinam prædictam, & receptam, D. Thomæ, [c] non tamen sunt inimici nominis Christi, sicut & illi: & ita neque sub verbis horum capitulorum, neque prædicti processus comprehenduntur. Hæc autem dixerim de hæreticis: nam de apostatis dictum est supra. [d]

21 Decimotertio infertur, non comprehendi Paganos, tum, quia non sunt Mahometicæ sectæ, neque per consecutionem Sarraceni: & ita verba horum capitulorum eis non conueniunt: & quibus verba legis non conueniunt, ipsa lex eos non comprehendit. [e] Tum, quia non inuenitur in eis eadem ratio, quæ in Sarracenis prædictis, vt palam est: tum, quia cùm ipsi credant plutalitatem Deorum, credere quoque possunt nostram sanctam legem, & alias multas esse sanctas: quod multi faciunt, licet suam quoque credant bonam. intelligo autem hanc illationem de illis paganis, quibuscum nec est, neque fuit vllum bellum Christianis, quique nos odio non habent, eo quòd simus Christiani, quinimmo humanè nos suscipiunt, & nobiscum contrahunt.

22 Illi enim, qui Christianos odio haberent, eo quod sint Christiani, licet non comprehendantur sub hoc cap. neque sub cap. *ad liberandam*: & cap. *quod olim*, & cap. *significauit.* [f] & minus sub extrauagante *copiosus.* [g] comprehenduntur tamen, mea sententia, sub prædicta clausula Cœnæ Domini: quę non solum Sarracenos, Turcas: sed etiam omnes Christiani nominis inimicos comprehendit: at constat tales Paganos Christiani nominis esse inimicos.

23 Decimoquarto infertur, solutio quæstionis illius, quã etiam ex facto interrogabar, An Christiani Goam, vel alias Indiæ ciuitates inhabitãtes, & de terris quorumdam Sarracenorum equos indomitos, aut inualidos, aut macros agentes, eosque postea iam disciplinatos, aut pingues, aut robustos effectos, alijs Sarracenis vendunt, in prædictas censuras incidant? Respondendum enim videtur, per prædicta, incidere, nisi illi Sarraceni nullum cum Christianis bellum, neque iustam causam bellandi, etiam secundum opinionem eorum haberent, neque habuissent, neque odio haberent Christianos: eo quòd sint Christiani, neque fauerent alijs cum Christianis belligerantibus, neque eo animo esse crederentur, vt quàm primum eorum ad id potentia sufficeret, Christianos de suis sedibus expellant. Non tamen eos, mea sententia, excusat, quod equos, quos alijs Sarracenis vendunt, ab alijs emunt: tum, quia vendunt eos pretiosiores: tum quia prius eos in terras Christianorum agunt, & eorum potestati subiiciunt, & contextus huius cap. non paritur, vt res prohibita, etiamsi de terris Sarracenis ad Christianas sit delata, ad eas iterum reportetur.

24 Decimoquinto infertur, solutio illius quæstionis ex facto propositæ: An Christianus Hispanus, qui cum alijs Christianis Armenijs Regi Persarum, cum Turcarum principe Christianorum hoste fæmissimo, proximis annis pugnanti, opem tulit, in has censuras inciderint? Respondendum enim videtur, non incidisse illum, neque alios Armenios.

25 Decimosexto infertur, etiam solutio illius, quæ in facto est: An qui Anglo iampridem ab Ecclesia non sine Catholicorum grandi dolore, & iactura, declarato hæretico, Galliam Catholicam affligenti, vel etiam intra regnum suum sese continenti, hæc prohibita vendiderint, & vendunt, in has censuras inciderint? Respondendum enim videtur, non incidisse. Quod ipsum arbitror dicendum esse de his, qui Lutheranis, & alijs nobilissimæ, sed miserandæ Germaniæ hæreticis talia detulerunt.

26 Decimoseptimo solutio item illius, quæ ex facto proponitur: An qui Aeneobarbo, siue Barbarroxæ classis Turcicæ duci à Gallo in sui defensionem vocato, & intra portum Tolonensem agenti, aliqua de prohibitis hic dederit, fecerítve, in has censuras inciderit? Respondendum enim est, non incidisse, si saltem in casu, qui bona fide videbatur ei permissus, fuisset vocatus: & si non tradidit ei arma, triremes, aut alia, quæ expleto illo bello essent contra Christianos vsui futura. An autem ille casus fuerit de permissis, viderint illi, qui in eo consuluerunt: tametsi arbitrer credere posse confessarium, cui non constaret contrarium, eum fuisse de permissis, vel qui bona fide putaretur permissus, quoad effectum absoluendi pœnitentem, cui de hac re esset scrupulus. ob tanti regni tantam auctoritatem, pietatem, & eruditionem.

27 Decimononо infertur, satis rectè me respondisse illi grandi quæstioni, quam me Roncamuallem nostram Virgini matri sacram visentem, interrogauit magnus quidem Hispanus, cùm rex Galliarum Francisc⁹ ante paucos annos quatuor exercitibus quatuor partes imperij Cæsaris, nempe Rusilionem, Nauarram, Brabantiam, & Lucemburgum infestaret, cumque scriptis aliquot doctorum virorum bellum illud Galloturcicum diceretur. Quæstio enim erit an in Regem Galliæ, eiusque regnum eadem libertate, ac ferocia Cæsariani pugnare possent, ac in Turcas, & eorum terras, an item his capitulis esset locus contra vendentes eo tempore arma, & alia hic vetita Gallo: eo quod ille esset Turcis fœdere coniunctus, videreturque multis illo in Cæsarem maximo apparatu bellico Turcicis rebus plurimum fauere: quippe quo à persequendis Turcis Cæsarem diuerteret, & opes extenuaret. Respondi enim ipse, ex facto ius oriri, [d] & ex tenore

[a] *Genes. cap. penult.*

[b] *Apocalyp. 20.*

[c] *2. 2. qu. 10. art. 6.*

[d] *In coroll. 3.*

[e] *Le. 4. §. ratio. vbi Bartol. & Paul. ff. de damno infect. & cap. indemnitatib. §. supradicta. quod in hoc est iuris optimum. de ele. lib. 6.*

[f] *Infra eod.*

[g] *De Indais. Ioan. xxij. & sub extrauag. multa. Cle. 5. eod. tit. in 1. & 2. commun.*

[a] *In not. 8.*

[b] *In not. ab. penul. de sen.*

[c] *Infra eod.*

[d] *Leg. si ex plagis. §. in clinio. ff. ad l. Aquiliam.*

fœderis à Gallo cum Turca icti penoere solutionē. Nam si fœdus contineret, vt Gallus Turcæ faueret, etiam eo respectu, quo Turca Christiani nominis est inimicus, vel in perniciem iniustam alicuius principis Christiani, præsertim quatenus Christianus esset: vel contra dispositionem. & prohibitionem huius cap. & ei concordantium, idem de eo, quod de ipso Turca iudicium esse, per prædicta. Si autem fœdus tantum haberet, vt neuter eorum alterum bello infestaret, causa religionis (quatenus erat necessarium) excepta, vel quod Turca defenderet Gallum iniustè inuasum à Christianis; & vicissim Gallus Turcam iniustè inuasum à Sarracenis, longè aliud esse dicendum de eo, quam de Turca, licet iniustè alia de causa bellarit.

28 In dubio autem, donec aliud constaret, non esse credendum, tanti regni tantum Regem tam fœdum fœdus cum Turca iniisse, vt se, suosque omnes in tam fœdam ignominiam, tamque fœdas censuras coniiceret, [a] etiam si talia indicia haberentur quæ sufficerent ad iustè credendum, eum mouisse bellum iniustum, orbique Christiano damnosum, & odiosum. Nec displicuit illi magnati equissimo nostra hæc æqua responsio: neque vlli debet ea displicere, ne cogatur confiteri, Lusitanos, Italos, Heluetios, Germanos, & alios omnes, qui ei fauissent, vel aliqua hic verita subministrassent, in has censuras incurrisse: quod ipse certe nec de Castellanis confiteri auderem.

29 Vigesimo infertur, eum dicendum habitu impugnare Christianos, qui eo animo est, vt primo quoque tempore nacta potentia, & opportunitate impugnandi eos, id faciat, absque alia iusta causa, quam quia sunt alterius religionis: ideoque magna reipublicæ prudentia, parique animi virtute, ergaque Deum religione opus esse illi, qui arbitraturus est, an ille, aut ille Sarracenorum, aut Paganorum Rex, qui nulla Ecclesiæ Christianæ bona occupat, neque actu impugnat, dicendus sit tam ē impugnare habitu. Nam neque quilibet timor vanus ad id iudicandum sufficere debet. neque certitudo belli mouendi est necessaria. Pauciora item signa sufficere arbitror, ad iudicādum animum bellādi habitualem esse regi Sarracenorum, etiam si numquam cum Christianis bellum gesserit: quām ad iudicandum eiusmodi animum inesse regi Paganorum, cum quo Christianis numquam fuit bellum; quales multos esse audio apud Brasilienses: eo quod Sarracenorum bona pars tota est in impugnando Christianismo: & facilius iustè rimeri potest bellum ab homine sectæ tam infensæ Christianismo, quam à Pagano longè ad amicitiam Christianorum aptiore, vt palam est. In dubio autem arbitrandum esse iudicarem, potius inesse animum habitualem pugnandi, quam contrarium, Quin etiāsi à consilijs regum Christianorum essem, obnixe eos etiam atque etiam orarem, ne permitterent suis, vt vlla arma, aut vllos equos, aut vlla nauigia infidelibus vllis extra dominia Christianorum degentibus subministrarent? immo nec artem ea fingendi docerent. Quoniam omnes timeri possunt, ne adepta in id potentia, & opportunitate eis impugnent Christianos, volentes eos pedetentim fidei Christianæ, immo & suo imperio subiicere. Et quamuis hoc magis expedire, magisque è re Christiana esse putem; non tamen arbitror esse necessarium, nisi id, quod superius dixi, secundum iuris rigorem, neque secundum iuris necessariam æquitatem.

Quintum notabile, quid appellatione armorum hic, & alibi contineatur, cum nouis, & iuri consonantibus corollariis.

SVMMARIVM.

1 Arma etiam propriè omnium artium instrumenta: hic autem pro solis bellicis accipitur, num. 2. quorum variæ species, & inuentores. num. 3.
4 Arma bellica esse arma defendendi, etiam propriè, contra Angelum. & laso. & etiam fustes, & lapides contra eosdem, & alios. num. 5. non autem cultellum parum. num. 6.
7 Arma non esse aliquando lapides, intentionis defectu & non significationis, cum intellectu nouo gloss. clem. 1. de statu monacho. num. 9.
8 Beneficium cur non semper curata includit.
10 Arma bellica noue desinit: qualia nulli homini à natura data, num. 11. & noue diuiduntur, num. 13.
12 Intellectus nouus l. Armorum. de verb. signif.
14 Arma non esse omnia nocentia, nec semper in id fabricata, num. 15. esse præsumpta, & non præsumpta. num. 16.
17 Arma cur in aliis statutis aliud significant, & latius. num. 21. cur hic interdum lapides, & interdum non. nu. 19. & idem de lignis. num. 20.
18 Intellectus l. 1. & ibi Bartho. ff. ad l. Iuli. de vi public. & §. fin. Authent. de armis.
22 Arma non esse arcem, neque triremem, neque equum: & ideo rusticum posse nutrire, & agere equum, licet arma deferre nequeat. num. 24.
25 Et quæ sunt quoad capit. resolutiuè: & cultellum non esse, nisi intentio, &c.
23 Postliminio in armis locum non esse.
26 Armorum materias, prout huiusmodi, non esse arma neque equos, & mulos; & ideo, &c. num. 27. neque secures, rastra, & c. & ideo, & c. num. 28.

QVinto principaliter colligo ex verbo, *arma*, partem illam summarij nostri, quæ habet, veritum esse Christianis, ne qua Sarracenis arma subministrent. Circa quod occurrit illa difficultas, quod hoc consequeretur, nulla vllarum artium instrumenta posse à Christianis eis deferri: quia omnia illa appellatione armorum continentur. arg. princip. & cap. *non pila*, & cap. *conuenior*. [a] & glossæ. [b] Neque lapides, aut fustes. Quoniam eorum appellatione continentur. [c] Quod tamen esse falsum vsus contrarius dicitur significare.

1 Ad soluendam hanc difficultatem, quę plus quàm mediocris est, quæque summam prędictam quoad verbum *arma*, impetit & inquirit, quid eo nomine contineatur: dico primum, armorum appellatione largè, sed propriè sumpta, contineri omnia omnium artium instrumenta: vt agriculturæ, iuxta illud Maronis. 1. Georgicorum.

Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. Et artis pistoriæ, iuxta illud eiusdem 1. Aeneidos: *Tum Cærerem corruptam vndis, cerealiaque arma*

Expediunt. ideſt, instrumenta, quibus ad pistorium opus vtimur, vt pilis, mola, vanno, cribro. Et artis nauticæ instrumenta, iuxta illud eiusdem 5. Aeneid.

Colligere arma iubet, validisque incumbere remis. Et artis studendi, iuxta illud Plinij: *Cuius arma erant, non venabulum, & lancea: sed stylus, & pugillares.* Et lacrymæ, & orationes arma dicuntur clericorum, [d] & instrumenta nauium, [e] dicuntur armamenta, & armatur nauis, cum instruitur. [f]

2 In hac autem materia, & similibus non ita latè accipitur verbum *Arma*, sed tantum pro instrumenti artis militaris: & ira pro armis bellicis, iuxta illud. [g] *Quomodo pereunt arma bellica.*

3 Quæ varia sunt: quorum inuentores scribit Plinius, [h] & species plurimas, [i] Gellius, [k] & Vegetius commemorat. [l]

4 Secundo dico, quòd appellatione armorum, etiam ad bellica restricta continentur arma defensionis causa parata, etiam propriè, vt Albericus, [m] quæ id irrefragabiliter probat in hæc verba: *Armorum appellatio non vtique tantùm scuta, & gladios, & galeas significat: sed etiam fustes, & lapides.* Cui similis est in *§. sed ex constitutionibus.* [n] & l. 3. [o] Probat, inquam, irrefragabiliter: quia iuris consultus agens de propria verborum significatione ait, armorum appellatione significari scutum, & galeam, quę constat esse defensionis causa parata. Non obstat, quod contrarium tenuit Angelus, [p] & eum sequatur Iason, [q] argument. eius, quod ait Bartholus, [r] scilicet, quod ex illa prohibens haberi arma, non prohibet arma defensionis causa parata. Non inquam id obstat: quia ratio, quare appellatione armorum non veniunt ibi defensoria, non est, quia non sunt propriè arma, sed quia defuit intentio animi legislatoris ad comprehendendum ea. Quod conijcitur ex materia legis, quæ agit de vi publica, quæ non infertur armis defensiuis: sed offensiuis, vt palam est. Itaque in hoc cap. etiam defensionis tantùm

a Argn. 86, 1, de reg. iur. & le. merito. ff. pro soc. & ca. 1. 40. dist.

a 23. qua. 1. 8.
b Leg. Nepos Proculus ff. de verb signific.
c Leg. Armorū ff. de ver. sign. leg. 3. in princ. vers. armis. ff. de vi, & vi arm. 1. §. sed ex constitutionibus. Instit. de interdict. & §. item lex Iulia. Instit. de publi. iudi.
b In princip. & in ca. conuenior. 23. q. 8.
e In leg. 1. §. magistrū. ff. de exercitor.
f Eadem l. 1. § non autem.
g 2. Reg. 1.
h Lib. 7. capi. 56. natural. histor.
i Iustin. in §. fi. Auth. de armis, colla. 6.
k Lib. 10. noctium Attic. cap. 20.
l Libr. 4. de re milit.
m In l. armorū. ff. de verb. significat.
n Institu. de inter. o §. armis. ff. vi & vi arm.
p In §. ex maleficijs, n. 12. & 13. Institu de actio.
q Ibidem n. 83. & sequ.
r In l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publi.

a Co. quæ res export. non deb.
b Vbi supra.
c In l. 1. §. oc-casorum. ff. ad Sylan.
d Consil. 199. num. 4.
e §. quia veto. verb. arma, de stat. monach.
f Authen. de armis. collat. 6.
g §. si quis cōmilitonem. ff. de re milit.
h Ca. cum in illis. in prine. de prob. li. 6.
i Et in rub. de prabend.
k De rescrip.
l In coroll. 11.
m Corolla. 5.
n In l. si pignore. §. furē ff. de fur. & in l. armatos. ff. ad l. Iul. de vi pub.

nia naturans, vt vtar verbis glossæ, [a] videtur ei datum, quo principaliter alium offendat, seu seipsum defendat. Quod vtinam terrarum reges, saltem Christiani, satis animadverterent: quò à bellis horrendis abstinentes pacem placidam semper amplecterentur. Quod pulchrè in paroemia: *Dulce bellum inexpertis*, tractatur.

12 Secundo infertur, legem illam *armorum*. [b] significe. & omnes similes habentes, lapides esse arma: nouè, ac singulariter intelligendas esse, de lapidibus ad prælium arte paratis: quales sunt pilæ lapideæ aptæ vt à bombardis emittantur, vel de lapidibus ad nocendum assumptis.

13 Tertio infertur, arma bellica propriè dicta, diuidi primo in offensionis causa parata: & in defensionis causa comparata. Secundo in arma, quæ sunt bellica intentione animi fabricantis tantum. Quæ definiri possunt esse *arma bellica in prælium principaliter facta*: & in arma, quæ sunt bellica, intentione animi ea assumentis tantum: quæ definiri possunt, esse *arma bellica in prælium assumpta licet in alium vsum principaliter ficta*: & in arma, quæ sunt bellica, tam intentione animi fabricantis, quam assumentis: quæ definiri possunt, esse *arma bellica in prælium principaliter ficta, & assumpta*.

14 Quarto infertur ratio reprobandi eos, qui satis oscitanter dixerunt, omnia, & sola, quæ nocere possunt, posse propriè appellari arma, reprobatur enim hoc per prædicta. Primò quidem, quia frustum durum panis, cœnophorum, & alia multa, antequam ad nocendum assumantur, sunt de numero eorum, quæ nocere possunt: & tamen non sunt arma, secundum Angelum receptum. [c] Secundo reprobatur, eo quod arma defensoria, quæ neque intentione fabricantis, neque intentione assumentis nocere possunt, sunt arma bellica.

15 Quinto infertur, fieri posse, vt quemadmodum ea, quę intentione fabricantis non sunt arma bellica, intentione assumentis ea fiunt arma bellica: ita etiam ea, quæ sunt arma bellica intentione fabricantis, quandoque fiant non bellica intentione assumentis ea; adeo quidem, vt desinant comprehendi sub statuto prohibente illa deferri. Verbi gratia, lanceæ, vel enses ligati in fasciculo, quem mulio suis mulis, aut calo humeris ex alio oppido in aliud portat, vel baiulat, non dicentur arma, quoad illud statutum. Nec pugio paruus acutus amici, quo monachus intra cellam suam deficiente alio cultello, pennam ad scribendum aptat, quoad prædictam Clement. Neque ensis, quo quispiam deficientibus alijs gladiolis, ad panem, & carnes secandas vtitur. Neque pusio, siue paruus puer, qui de alia in aliam domum arma mutat, dicetur ea deferre, quoad illud statutum. Quorum ea vna ratio est, quod his casibus, illa arma non considerantur vt arma, sed vt quædam res aliæ.

16 Sexto infertur, probari posse, esse arma bellica, quæ non præsumuntur talia: & non esse arma bellica, quæ præsumuntur talia, & ita nonnumquam dicenti, aliqua esse arma, incumbere probationem, & nonnumquam neganti: si enim constet, me detulisse enses, & contendam, illos non fuisse tunc mihi arma, oportet, me id probare. Et si constet me detulisse lapides, & contendam, eos non fuisse tunc mihi arma, aduersario incumbit probatio, quòd fuerunt. Quæ enim principaliter in prælium parata sunt, præsumuntur deferenti fuisse arma, nisi contrarium probet. Et ē contrario ea, quæ principaliter non sunt ad prælium ficta, non præsumuntur arma fuisse deferenti, nisi probentur talia.

17 Septimo infertur, quod verbum, *arma*, prolatum in materia, in qua solum agitur de offendendo, sola offensoria, & non defensoria comprehendit. Qui est germanus intellectus doctrinæ Bartholi. [d]

18 Prolatum item in materia, in qua solum agitur de armis bellicis ex intentione fabricantis, sola facta principaliter ad prælium dici arma, & non alia. Qui est germanus intellectus. §. fin. [e] prolatum autem in materia vtrique congrua, qualis est nostra, vtraque comprehendi.

19 Octauo infertur, in huius cap. & bullæ Cœnæ Domini censuras incurrere eos, qui lapides, & alia, quæ nocere, vel defendere possunt, licet non sint principaliter in hoc

a Leg. respiciendum. ff. de rebus, &c.
b ff. de verb.
c In dict. l. si pignore, §. fu-rem. ff. de fur. & le. 1. §. armatos. ff. ad l. Iu. de vi publ.
d In l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ.
e Authen. de armis. col. 6.

parata

parata, Sarracenis subministrant, vt illis in prælijs ad offensionem, vel defensionem contra Christianos vtantur: non autem illos, qui in alios vsus bona fide deferunt, etiam si fortè Sarraceni casu aliquo eis in prælio, contra mentem deferentium vtantur, vt latius ex infra dicendis [a] colligas.

a *Ex 10. nota.*

20 Nono infertur, multa esse, quorum ad Sarracenos delatio malo animo facta hoc cap. includerentur, eadem sine tali animo effecta non includantur. Infertur & ratio defendendi Prieratem dicentem, quod delatio lapidum ad ædificandum, & lignorum ad ignem fouendum non est hic prohibita.

21 Decimo infertur ratio, quare verbum, *arma*, in alio statuto contineat solum offensoria, in alio verò etiam defensoria: & in alio sola in prælium fabricata in alio verò etiam in prælium assumpta. Est enim ratio diuersitatis, varietas finis dispondtis: finis enim statuentis, ne arma extra regnum, vel ciuitatem deferantur, est, ne ciuitati, vel regno desint arma, quibus hostes à finibus suis prælio arceant: vel ne hostibus detur copia eorum, quibus ciuitatem, vel regnum imperant. Et quia in hunc finem, tam arma causa defensionis, quàm offensionis parata, sunt necessaria, ideo vtraque tali statuto videbuntur contineri, iuxta l. 2. [b] & iuxta hoc cap. & cap. *ad liberandam*. [c] Finis autem statuentis, ne quis arma, quibus vim faciat domi habeat, est, ne vis publicâ vlli fiat. Et quia ea vis armis offensionis causa paratis, fit principaliter, ideo tale statutum alia non continebit. iuxta doctrinam Bartholi. [d] Finis statuentis, ne quis arma sine eius permissu fabricetur, est, ne arma: quæ sunt bellica intentione fabricantis, penes priuatos sint auctoritate priuata: ideo sub eo continebuntur omnia arma, quæ sua fabricationis forma in prælium destinat, tam defensoria, quàm offensoria: non autem cultellus ad aprandas pennas, vel ad panem, vel carnes scindendas. Non item vlla alia, quæ sola intentione assumētis sunt arma bellica, iuxta §. final. [e] cum sua glossa singulari. Ex qua consideratione multæ quæstiones quotidianæ solui possunt, & multa multorum dicta probari, reprobari, & conciliari, quod breuitatis gratia non prosequor.

b *C. quæ res expor. non de.*
c *Infra eod.*
d *In d.l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publi.*
e *Authen. de armis. collat. 6.*

22 Vndecimo inferri, arcem, ex qua nos, & illam propugnamus, triremes, è quibus pugnamus, & equos, cum quibus præliamur, non esse arma bellica. Quoniam licet in prælium, principaliter aut sint ficta, aut assumpta, & id genus omnia, per resolutionem prædictam dicantur arma: non tamen sunt assumpta ad præliandum eis, sed ad præliandum ex eis, vel cum eis. Non enim præliamur arce, neque nauibus, neque equis: sed ex eis, vel cum eis, hoc est, adiuti eis: & ita per illam particulam, *eis*, adiectam definitioni excluduntur à numero armorum. Facit pro corollario hoc cap. *ad liberandam*. [f] quatenus post excommunicationem deferentium arma Sarracenis, excommunicando vendentes naues eisdem, non obscurè significat, nauem non contineri appellatione armorum. Facit etiam processus Cœnæ Domini quatenus excommunicationi deferentium arma addit excommunicationem deferentium equos. Quod antea facit Extrauagans *multa*. [g]

f *Infra eod.*
g *De Iudæ.*
h *ff. de capti. & postlim.*

23 Facit quarto lex illa singularis, 2, [h] quæ habet, nauem longam, & onerariam in bello amissam, si recuperetur, ad pristinum dominium postliminio reditum iri. equum item, arma verò non item, igitur neque nauis, neque equus, vnde, vel cum quibus pugnamus sunt arma.

i *Authen. de armis. collat. 6.*
k *In l. 1. adle. Iul. de vi pu.*
l *In rubric. de fabri. libr. 11.*
m *Le. 1. C. de armorū. uſ. libr. 11.*

24 Facit item, quod licet iure communi Romano nemo priuatus, possit facere arma, vel vendere, [i] vt tradit Bartholus, [k] & glossa, [l] communiter recepta, immo neque regulariter portare iure Codicis. [m] nullo tamen iure prohibetur priuatus nutrire, vendere, vel agere equum.

25 Duodecimo infertur resolutio totius huius difficultatis, scilicet vel verbum, *arma*, in huius cap. contextu positum prohiberi sola, & omnia arma bellica, tam defensionis, quàm offensionis causa parata, quæ sua fabricatio, vel intentio animi deferentis actu, vel virtute, in prælium destinatiquo tota hæc difficultas resoluitur.

Decimotertio infertur, non incidere in has censuras. propter delationem armorum eos, qui deferent Sarracenis scalpella, siue cultellos paruulos ad aptandas pennas, neque alios cultros fictos ad scindendum panem, quorum

A in prælio non est vsus, quoniam non sunt arma, per prædicta. Qui tamen talia deferent dolo malo, vel sine dolo malo, lata tamen culpa per incogitantiam, tantam gladiolorum copiam deferendo, vt vir quilibet prudens vereri posset, quod eos in talia arma conflarent ad impugnandum Christianos, in hunc canonem inciderent: non quia arma deferent: sed quia vtilia ad bellum contra Christianos malo animo vero, vel virtuali, subministrarent, iuxta resolutionem, & definitionem necessariorum ad impugnandos Christianos positam infra. [a]

a *In 4. dicto, notab. 10.*

26 Decimoquarto infertur, deferentes ferrum, vel aliam quamcumque armorum materiam, prout armorum est materia, non incidere in has censuras, eo quòd videantur deferre arma, quia non deferunt arma. Quoniam materia armorum quatenus est eorum materia, non est arma. Dixi, *quatenus est materia*, quia si quis ferrum afferat, vel tradat, quo ipsomet ferro infecto pugnetur, de numero eorum erit, iuxta dicta supra. [b] Dixi, etiam eos non incidere, eo quod deferant arma: quoniam qui deferunt ferrum, incident; eo quod deferunt ferrum, quod expressè hic vetatur, & infra, [c] dicetur. Ij autem, qui deferunt materiam aliam armorum, tunc demum incident, si ea mala mente actuali, vel virtuali, vt ex eis arma contra Christianos faciant, deferunt, & aliàs non, iuxta dicenda infra. [d]

b *In 4. dicto.*
c *In notab. sequenti.*
d *In 4. dicto. notab. 10.*

27 Decimoquinto infertur, eos, qui deferunt equos, vel mulos grandes, quibus Sarraceni egent ad portandum in bello commeatum, non incidere in has censuras, eo quod deferant arma, vt quidam contendebat, quia non sunt arma, per prædicta: sed eos, qui deferunt equos, incidere in censuras bullæ Cœnæ Domini, quia ibi specialiter excommunicantur. Eos autem, qui mulas, in nullas: nisi mala mente actuali, vel virtuali deferant ad bellum contra Christianos, per dicenda infra, [e] & quæ super clausula Cœnæ Domini extra repetitionem dicam.

e *In d. notab. 10.*

28 Decimosexto, eos item, qui secures, rastra, ligones, perticas, & id genus alia rustica, vel aliarum mechanicarum artium instrumenta, etiam ex ferro confecta deferunt ad Sarracenos, non incidere in has censuras, eo quòd arma deferant: quia hæc nullo modo sunt arma, neque intentione fabricantis, neque intentione assumentis: nisi ea mente deferantur, vt eis Christianos impugnent, vel se defendant ab eis: quoniam tunc essent arma intentione subministrantis, vel assumentis. An autem alio nomine, quàm quia deferant arma, incidant in has censuras? Respondeo incidere, si ea mala mente actuali, vel virtuali subministrant Sarracenis ad impugnandos Christianos, vel se defendendum ab eis, faciendo fossam, vallum, murum, vel alia in prælium, vel bellum opportuna. Quia subministrant necessaria, vel vtilia ad impugnandos Christianos, eo animo malo actuali, vel virtuali, vt eos impugnent, iuxta resolutionem ponendam infra. [f]

f *In 4. dicto. notab. 10.*

Sextum notabile, quod delatio ferri ad Sarracenos prohibita est: sed non ob hoc alia armorum materia, licet ob aliud sic, &c.

SVMMARIVM.

1 Ferri delatio ad Sarracenos prohibita tam infecti, quam facti, num. 2. Et quid infectum, contra Silues. num. 3. Sed ob hoc alia armorum materia non, num. 5. nec clauiculi, gladioli, &c. num. 12. nisi. &c. num. 13.
4 Aurum, vel argentum infectum, vel factum quid. Et neutrum hic specialiter prohiberi, num. 9. nec materiam ferri, num. 10. Sed generaliter sic, si mala mente, &c. num. 11.
6 Lex pœnalis de vno frequenti ad aliud rarum extenditur, cum est eadem ratio: alias non. num. 7.
8 Ferri delatio peior, quam alterius materiæ.

1 SExto principaliter noto verbum, *ferrum*, ad hoc quod delatio ad Sarracenos est hic vetita. Id ipsum probatur in cap. *ad liberandam*. § & in dict. extrauagante *multa*. & in clausula processus Cœnæ Domini, vbi idem verbum constanter repetitur.

g *Infra eod.*

2 Ferrum intelligo factum, vel infectum, per l. 2. [h] quod etiam Angelus à Clauasio vbi supra dixit.

h *Cod. quæ res expor. non debet.*

3 Per ferrum autem infectum, non rectè intellexit Siluester venam ferri, siue ferrum, ex qua ferrum conflatur.

4 Quoniam sicut per argentum infectum, & per aurum infectum intelligimus argentum, vel aurum, ex quo nihil est formatum, [a] & adeo quidem, vt vas argenteum fractum non dicatur argentum factum. [b] Ita & per ferrum infectum Imperator, [c] intellexit ferrum, ex quo nihil aliud formatum esset. Quod, meo iudicio, rectè intellexit Angelus dum in hæc verba scripsit: *Per ferrum factum intelligi ferrum tantùm, per quod possent pugnare, vel se munire: quia brocheta, & similia, non credo sunt sub ipso comprehensa.* Caietanus autem vir eruditione, & acrimonia ingenij spectabilis, cui hactenus assensi, videtur nunc mihi perpendenti penitus eius dicta secum pugnare. Quia primo sentit verbo *ferrum*, posito in dicto processu, præcipuam materiá armorum comprehendi, significans aliam materiam armorum non contineri: & qua ratione ibi non contineretur, eadem quoque hic non contineretur. Deinde ait, per verbum, *prohibita*, positum in dict. clausula comprehendi omnem materiam primariam, & secundariam armorum. Quod nequit esse verum, nisi ea hic, & in dict. cap. *ad liberandam*, esset prohibita. Quia verbum, *prohibita*. illius clausulæ solû intelligitur, de prohibitis in his capitulis simpliciter: id est, quoad omne tempus: & locum prohibitis: ergo secundum illa, secundaria materia hic prohibetur, & non nisi per verbum *ferrum*, ergo contraria sentit ibi vir doctissimus, scilicet per verbum *ferrum*, intelligi omnem materiam omnium armorum, & tantùm primariam, & præcipuam eorum: quæ sunt contraria.

a *Le. cum aurum. l. etsi nõ sint. §. argenta facto. & §. infecti. & leg. Quintus Mu. ff. de aur. & arg.*
b *Dict. lege. Quintus. §. cum aurum.*
c *In d. l. 2.*

5 Quare cum mente Angeli concordans, & paulo clarius loquens dico, per ferrum intelligi omne ferrum, tam factum, quàm infectum: & solum illud. Per factum intelligendo ferrum, ex quo aliquid fabricatum est: per infectum vero, ferrum ipsum in massa, vel lamina extensum, vel conglobatum, & non venam ferri, neque aliam materiam armorum. Primo quidem, quia vna sola armorum materia, scilicet ferrum hic prohibetur. Secundo quod hæc constitutio est pœnalis, & pœnalissima: & ideo restringenda. [d]

d *Leg. interpretatione. ff. de pœn. capit. pœna. de pœnit. disiunct. 1.*

6 Nec iuuat respondere id, quod ipse aliàs respondebam: scilicet, quod hic exprimitur ferrum, tamquam frequentissima armorum materia: & quod constitutio pœnalis loquens de vno, eo quòd id frequentius contingit, non excludit aliud, in quo est eadem ratio: sed ratius accidit, iuxta glossam singularem & receptam Clement. 1. [e]

e *Ver. Præsidentes. de re script.*

7 Non, inquam, iuuat hæc responsio: quoniam non est eadem ratio de ferro: & alia armorum materia: siue quòd hæc sit eorum præcipua: siue quòd nequeant tam dura arma fieri ex alia: siue quod alia armorum materia, magis abundabant Sarraceni, tempore huius Concilij, saltem, quàm hac: quæ eorum præcipua est. Tertio moueor, quod hic, & in dict. cap. *ad liberandam*. & in d. extrauagante, & in dict. processu continenter exprimitur ferrum. Et quamuis iam inde à Martino quinto quotannis fulminetur ter, secundum glossam, [f] vel saltem semel, nostra ætate, secundum Cardinalem & Ananiam, [g] numquam tamen vllus Romanus Pontifex adiecit ei, vel aliam materiam.

f *Clem. 1. de ind.*
g *In ca. quod olim. inf. eod.*

8 Facit etiam quod Sanctissim. D. N. Gregorius XIII. in præfata clausula adiecit verba illa, *stannum, chalybem, omniaque metallorũ genera*, quod non fuisset necesse, si per ferrum intelligeretur omnis materia armorũ. Quarto facit, quod licet peccatum sit subministrare Sarracenis aliam materiam armorum: non tamen est tam grande, ac ministrare ferrum, vt palam est. Postremo, quod omnia iura exprimunt, ferrum, non obstante, quod exprimant arma, & è contrario, satis clarè per id significando, quod appellatione armorum nõ veniret ferrum, neque appellatione ferri, arma, ex alia saltem materia, quam ex ferro facta: at certè tanta, & maior ratio suaderet, vt appellatione armorum veniret in tali materia ferrum, & alia materia armorum: quàm quod appellatione ferri veniret alia materia ab eo diuersa, vel terra, vnde ferrum conflatur: ergo nihil tale veniet. Facit, quod appellatione lignaminum, galearum, vt infra [h] dicemus, non comprehenditur omnis galearum materia, sed solùm lignea.

h *In not. se 1.*

Concludo igitur, appellatione ferri, comprehendi hic,

A & in processu Cœnæ Domini, & alijs iuribus præcitatis, omne, & solùm ferrum factum, vel infectum, quatenus est mediatè, vel immediatè vtile bello: declarando verbum, *infectum*, vt supra: & consequenter clausulam sanctissimi D. N. fuisse necessariam, & circumspectam, dum extendit prohibitionem ferri, ad prohibitionem stanni, chalibis & omnium aliorum metallorum.

9 Ex quo infertur primo, nõ comprehendi hic argentũ, neque aurum, neque cuprum, neque aurichalcum, neque stannum, neque plumbum, neque vllum aliud metallum: neque fraxini, neque coryli, neque aliæ arbores, hastis, & clypeis ligneis fingendis aptæ, non item vena ferri, seu terra, quæ in ferrum conflatur. Quoniam nihil horum est ferrum factum, vel infectum.

B

10 Secundo infertur, eos, qui hæc, & id genus alia mediatè, vel immediatè bello vtilia Sarracenis deferunt, non incidere in censuras bullæ Cœnæ Domini, propter prohibitionem ferri in eo factam.

11 Immo neque propter verbum, *prohibita*, nisi cum ea mente formali, vel virtuali deferant, vt eis in bello contra Christianos vtantur: tunc autem sic, iuxta dicenda infra. [a]

a *In 4. dicto, notab. 10. & coroll. 10. eiusdem.*

12 Tertio infertur, neque etiam eos, qui deferunt Sarracenis clauiculos, quos, vt opinor, Angelus appellat, *brochetos*, & scalpella, seu gladiolos ad pennas aptandas, & cultellos, & diuersi generis fibulas ferreas, & id genus alia, non incidere in prædictas censuras. Quoniam etsi sunt ferrum factum: non tamen sunt ferrum mediatè, vel immediatè vtile bello: quippe etsi suaptè natura mediatè vtilia sint bello: non tamen sunt secundũ prudentis viri iudiciũ.

C

13 Quia non est credendum, Sarracenos eis esse in bello vsuros: nisi tanta multitudinem eorum quis deferret, vt vir prudens meritò vereri posset, ne eis in vera arma conflatis in bello vterentur. Tunc enim ob intentionem malam virtualem incideret, licet formalis abesset, iuxta dicenda infra. [b]

b *In prædicto notab. 10. 4. dicto, & coroll. 10.*

Septimum notabile quod verba illa, lignamina galearum, barbara sint, & quid contineant, cum multis nouè declaratis.

D

SVMMARIVM.

1 Barbaria verbis sæpe Romanum Pontificem vti, & ius Pontificium magna ex parte Gothicum, num. 7. & cur. num. 5. præsertim hic, num. 9. non tamen abuti sacra Scriptura. num. 11.
2 Lignamen, pro ligno, barbarum: & pro lignamina, malè nouè repositum, lignamina, num. 3. & impudenter. num. 4.
4 Latinè callens non putet omnia Latinè scripta callere.
12 Lignaminum latior prohibitio in bulla Cœnæ, quàm hic: & circa sub eis contenta doctores longè varios esse: licet parum attentè idem sentiant. num. 13. & resolutio per plura dicta. num. 14.
5 Galea, pro specie nauis barbarum: & fuisse triremes, quinqueremes: immo duodecim & quindecim, & ordinum 12. 20. 30. & 50. num. 6. & galeas ad bellum aptiores, vbi, & quare. num. 15.
10 Andr. Alciatus miraculum nostræ ætatis litterarium magna cum iactura litterarum mortuus.
16 Galearum materiam omnem neque hic, neque in processu Cœnæ Domini prohiberi; & ita nec stupam, picem, &c. num. 17. nisi, &c. num. 18. galeas autem sic, hic, & ibi. num. 20. & naues in processu, & in cap. ad liberandam, infra eod. num. 22. & ligna fraxinea, & corylea, & similia: & alia trunca, vbi, & ad quem locum, & per quæ iura prohibita. num. 19.
19 Intellectus declarationis Gregor. IX. nouus.
21 Materia vetita, vetatur factum ex ea, non contra.
23 Ligna fraxinea, & corylea oblonga, & alia trunca, vbi, & ad quem locum, & per quæ iura prohibita.

E

1 SEptimo principaliter noto verba illa, *lignamina galearum*, ex quibus duo colligo: alterum quidem extra materiam principalem cap. alterum verò intra eam. Id, quod extra eam colligo, est: Romanos Pontifices frequenter dictiones barbaras, & ex vulgari sermone desumptas sermoni suo Latino miscere solere.

F

2 Hæc enim duo verba: *lignamina galearum*, barbara sunt:

quamuis enim verbum *lignum*, planè Latinum sit: vnde sit, A ligneus, & ligneolus, pro eo, quod ex ligno est: & lignarius, pro eo, quod ad lignum pertinet: & lignile, pro loco, vbi ligna seruantur ad comburendum: & lignosus. pro eo, quod duritiem ligni refert: & lignari, pro ire ad secanda, vel deportanda ligna: vnde lignatio, & lignator: lignamen tamen nusquam videtur esse apud emendatè loquentes. Apud tamen Alexandrum hic & Innocentium, [a] & Clementem V. [b] & in processu annuo diei Cœnæ Domini: & in commentarijs omnium recentiorum passim vsurpatur pro materia lignea, galeis fabricandis idonea.

a *In capit. ad liberandii infra eodem.*
b *In extrauag. Multa, de Iude.*

3 Quamuis quidam libri nouè excusi pro, *lignamina*, habeant *ligamina*: quos qui emendauit, latinitati quidem verborum consuluit, cum ligamen pro ligamento, vel ligatura, apud Columellam sit; menti tamen Concilij non satisfecit. Quoniam ea non fuit, exprimere ea, quibus ligantur galeæ: sed materiam, ex qua fiunt, ligna, scilicet, quę voce barbara dixit lignamina, vt etiam satis constat ex Platina in fine vitæ Alexandri iij. qui præfuit Concilio, in quo hæc statuta fuêre. Facit, quod eodem verbo vsus fuit Clemens V. [c] Eodem item vtuntur omnes Romani Pontifices in bulla Cœnæ Domini.

c *In extrauag. de iud.*

4 Quæ arguunt impudentiæ fuisse, mutare illud: & temeritatis vbique iam hodie grassantis eorum, qui ad amussim putant, se omnes facultates callere, si nil ac verborum, quibus scriptæ sunt, significationem callent: & satius putant rem sermoni, quam sermonem rei cedere, contra cap. *intelligentia*. quod parum ipsi venerantur. [d] Licet item verbum *galea*, penultim. breui planè Latinum sit, cum pro capitis munimento accipiatur, iuxta illud Plinij. [e] *Galea, gladium, & hastam Lacedemonij inuenere*: vnde galeare, pro galeam induere: & galeatus, pro galea indutus, verbum tamen *galea*, pro eo genere nauis, quod remis agitur, quales sunt biremes, triremes, quadriremes, & quinqueremes, siue duodecim ordinum, quales habuit Alexander magnus: vel quindecim, quales Ptolomæus Soter vel triginta, quales Demetrius Antigoni: vel quadraginta, quales Ptolomæus Philadelphus, vel quinquaginta ordinum, quales Ptolomæus Philopator, auctore Plin. [f]

d *De verb. significa.*
e *Lib. 7. c. 56.*
f *Lib. 7. c. 56.*

6 Nullibi, inquam, verbum galea, pro his apud emendatè loquentes inuenitur. Quamuis glossa singularis, [g] posteritati scripserit illum versiculi. *Armo caput galea, pelagus percurro galea*: quo docuit eam differentiã inter id, quod illa vox significat penult. breui, & inter, id quod penult. longa.

g *In sapit. ad Apostolice. de re iudic. lib. 6. in ver. in galeis.*

7 Est igitur satis, immo plus satis certum, Romanos Pontifices suas constitutiones Latinè compositas dictionibus barbaris, & Gothicis respersisse. Et adeo quidem vt non erubuerit Laurentius Valla dicere, [h] ius Ponrificium, siue Canonicum ex maxima parte Gothicum esse. Quod tamen verum non est.

h *In proœmio lib. 3. Elegãt.*

8 Causa verò, quare aliqua ex parte tale sit, illa videtur esse, quod postquam Gothi, & Vandali semel, iterumque Italiam inuadentes Romam ceperunt: vt imperium eorum, ita linguam quoque victi acceperunt: & quod sanctissimi patres orationis perspicuitati, qui maxima debet inesse legi, i magis, quam ornatui, & puritati tribuere voluerunt.

i *Capite erit autem lex. 4. distinct.*

9 Addę, quod in proposito nostro peculiaris interuenit ratio vtendi illa voce barbara, *galearum*: quia vix inuenias aliam solam Latinam, quæ sola, & omnia, quæ illa, significet: etsi sciam esse vocem, nauis longæ, & vocem, triremis, & id genus alias. Quod est in causa, vt ipse quoque eo vti decreuerim præsertim quod loquendum sit, vt plures, & sentiendum, vt pauci, secundum Aristotelem. 1. Topi. cap. 2. Sic & Iurisconsulti, quos tantoperę laudat ibidem ipse Laurentius, multa vulgari loquendi consuetudini tribuerunt. Nam & *exorcizare, pro cantaminibus mederi, [k] & liberum, pro filium numero singulari, [l] dixerunt: & denaria neutro genere, & alia plurima, quę [m] admonuit Andreas Alciatus qui non sine magna omnium litterarum iactura, hoc anno è vita decesit, vir dignissimus, qui omnium studiosorum, & peritorum lachrymis defleatur, & pijs precibus adiuuetur.

k *In l. 1. ff. de variis, & extraord. cogn.*
l *In l. ius cognationis ff. de ritu nupt.*
m *In fine lib. 4. de verb. quis.*

* Et exorcizare pro cantaminibus mederi. *Exorcizare vt à nostris vsurpatur pro damonem sacris quibusdam verbis expellere a Iurisconsulto sumptum esse satis iudicant ipsius verba quæ talia sunt, Non tamen si incantauit, si imprecatus est, si vt verbo impostorum vtar exorcizauit, non sunt illa medicinæ genera &c. Impostorum nomine Christianos haud dubie quorum ille erat hostis infensissimus intelligens. Vide Cæsarem Baranium Tomo 1. Annalium ad Christiannum. 54.*

10 Quippe quem Deus Optim. Maxim. pro miraculo eo nomine, nostro sæculo dedit, quòd tam absolutam Græci Latinique sermonis cognitionem cum tam absoluta iuris vtriusque prudentia, totius historiæ lectione, & memoria coniunxerit, vt etiam omnium harum facultatum summates multa summa se ab eo nouè admonitos, doctosque esse fateantur. Vtinam eius consuetudine, & colloquio ita fruar in cælis, ac eius iudicium, eruditionem ac stylum suspicio, & veneror in terris, Amen.

11 Addo tamen primo, quòd, licet vtcumque ferri possunt, qui bona fide, etiam plus satis dictioni Romanorum Pontificũ detrahunt, quo meliora lectoribus persuadeant: illi tamen, qui hoc faciunt, vt leges Pontificiæ, eędemque sacrosanctæ cum auctore earum contemptui habeantur, nullatenus sunt tolerandi. [a] Grauissime item reprehendendi, qui audent dicere. Romanos Pontifices abuti sacra Scriptura in suis canonibus: quod subtiliter de more refellit Thomas de Vio, [b] vt in repet. cap. *in Leuitico*, de pœnit. [c] dicimus.

a *Capit. nulli fas. & cap. si Romanorũ. 9. dist. incl.*
b *In quæst. vlt. li. viginti & septẽ quæstionum.*
c *Distinct. 1. not. 23.*

12 Alterum, quod ad materiam huius cap. colligo ex prędictis verbis, est, delationem lignaminum galearum ad Sarracenos prohiberi. Quod ipsum repetitur in cap. *ad liberandam*, [d] & in dict. extrauagante *multa*. In processu autem Cœnæ Domini non aditur verbum *galearum*. sed simpliciter prohibetur delatio lignaminum: & ideo rectè ait Angelus à Clauasio, [e] per illam clausulam comprehendi quęcumque ligna, per quę naues, galeę, aut aliq machinę bellicę possent fieri ad impugnandum Christianos, vel defendendum se ab eis: non autem alia, quę solum igni fouendo, vel alicui alij simili actioni à bellicis remotę essent idonea.

d *Infra eod.*
e *In ver. excommunicatio. 5. §. 1.*

13 Siluester autem, qui parum attento lectori videri potest concordare cum eo, ait, per verba huius cap. comprehendi omnia lignamina, vel ligna, quę ait Angelus contineri sub clausula dicti processus; quod tamen longè diuersum est à dicto Angeli. Nam hic ponitur verbum, *lignamina*, cum determinatione *galearum*: ibi autem absolutè. Quod autem Siluester id sentiat, patet: quia non refert tenorem prędicti processus; sed solum huius cap. & cap. *ad liberandam*; & licet etiam referat tenorem extrauagãtis *multa*. vbi hoc verbum etiam ponitur absolutè, sicut in dicto processu: tamen illa extrauagans est localis, & ideo ex illa non potest elici probatio quoad omnia loca, vt ille elicit. Glossa vero in extrauagantis, *Copiosus*. [f] sentit, per illud verbum simpliciter prolatum, vt ibi fertur, solum includi ea, ex quibus galeę, & alia nauigia fieri possunt: Caietanus autem vbi supra sentit, per verbum *lignamina*, tantùm prohiberi materiam galearum, & nauium præcipuam: quoniam ea sola per illud verbum prohiberi ait in dict. processu. Materiam autem secundariam, scilicet vela, & sartias, vt eius verbo vtar, & alia prohiberi, per verbum, alia prohibita, posítum in illo processu.

f *De Iud. Ioan. xxij. in verbo, lignamina.*

14 Ipse vero arbitratus aliquando, omnes hos patres ferè idem dicere, omnes probabam: nunc autem attentius rem perpendens dico primo, Angelum rectè dicere, eo quòd, licet nemo animaduerterit, in processu simpliciter prohibentur deferri lignamina, sine vlla mentione galearum: at constat, ligna extruendis alijs machinis bellicis, quàm galeis, vel nauibus esse lignamina: ergo omnia illa prohibentur. Facit, quod per detractionem verbi *galearum*, quod restringebat verbum, lignamina, videtur cap. hoc ampliatum, per illum processum.

Dico secundo, labi glossam prædictam extrauagantis, *copiosus*. quatenus verbum, *lignamina*, simpliciter prolatum restringit ad ligna galearum, & nauigiorum tantum.

Dico tertio, labi etiam Siluestrum, quatenus putauit, dispositionem huius cap. tam latam esse in hoc ac dispositionem dictę clausulę dicti processus: cum palam sit, verbum, *lignamina*, simpliciter prolatum, vt in d. clausula profertur, esse genus ad verbum, lignamina galearum in textu nostro positum: cùm omnia lignamina galearum sint lignamina: non tamen

non tamen contra, omnia lignamina sint lignamina galearum.

a *Infr. eod.*

Dico quarto per dispositionem huius c. comprehendi sola ligna extruendis galeis, siue nauibus longis, quas vulgari sermone *galeras* appellamus idonea. Tum, quia non omnis nauis est galea, vt hoc c. & ca. *ad liberandam*, [a] probant. Tum, quod si Concilium de lignis cuilibet naui fabricandæ aptis intelligere voluisset, dixisset vtique, lignamina nauium, expresso nomine generis, quo postea infra est vsus, dum ait: *Nauium piraticarum*, arg. cap. *ad audientiam*. [b] Tum, quia postea Concilium Generale, [c] eisdem verbis est vsum. Et postea cum hanc dispositionẽ voluisset Clemens V. [d] ampliare quoad terras Ægypti, vt etiam ampliaret quoad hoc: sicut & quoad aliquot alia abstulit verbum, *galearum*. Tum, quia, vt prædixi, ideo voce illa barbara galearum vsum est Concilium, quod non occurrebat alia Latina, quæ omnia, & sola, quæ illa barbara significat, satis perspicuè saltem exprimeret: cùm tamen si omnia nauigia, vel naues comprehendere voluisset, multæ tales Latinæ occurrissent.

b *De præscri.*
c *In d. cap. ad liberandam.*
d *In d. Extrauag. multa.*

15 Tum, quòd non est eadem ratio de lignaminibus, vel lignis galeis fabricandis aptis, & de aliis, cum galeæ ad bellum nauale in mari Mediterraneo: in quo solo tempore huius Concilij Christiani cum Sarracenis pugnabant, aptiores sint, quàm naues onerariæ: immo earum vsus primarius ad id tantùm tendit: cum tamen aliarum primarius ad alia sit: & ideo dispositio pœnalis de vna specie non includet aliam: etiam si sub significatione larga contineretur. Tum, quod audio, Africanis esse quidẽ copiam lignorum ad fabricandas naues partas aprorum: non autem ad faciendas longas, & galeas. Tũm denique, quod supra, [e] diximus, per prohibitionem ferri, non prohiberi omnem armorum materiam: sed ferream tantùm.

e *In notab. præcedenti.*

Dico quinto labi etiam Caietanum quatenus sentit, per verbum, *lignamina*, positum in clausula processus, solùm includi lignamina galearum, & nauium: & non aliarum machinarum bellicarum ad offendendum, vel defendendum aptarum: quatenus item putat, per verbum, prohibita, positum in illa clausula processus Cœnæ Domini, intelligi omnem aliam galearum & nauium, secundariam materiam, scilicet vela, sartias, &c. Quoniam si talis materia secundaria per verbum, lignamina simpliciter ibi positum non includitur, minus includetur per verbum, *lignamina galearum*, positum hic, & in d. ca. *ad liberandam*. quod est minus generale. Et si per hęc verba, *lignamina galearum*. hic, & ibi posita, non comprehenduntur, per nulla alia horum capp. comprehenduntur: & per consecutionem non dicuntur prohibita per hæc capp. Et cum verbum, *prohibita*, positum in d. clausula referatur ad prohibita in his: consequitur, quod si per verbum, *lignamina galearum*, non comprehenduntur, neque comprehendentur per verbum, *prohibita*.

16 Concludo igitur sexto quòd per verbum, *lignamina galearum*, positum hic: & in d. cap. *ad liberandam*, solum prohibentur ligna galeis fabricandis apta: per clausulam autem processus Cœnæ Domini prædictam, omnia ligna apta quibuscumque machinis bellicis struendis ad offendendum, vel defendendum mari, terráve: non autem aliæ materiæ armorum, galearum, vel nauium secundariæ.

17 Ex quo infertur primo, non incidere in censuras horum capitulorum eos, qui stuppam, canabem, picem, fila, & clauiculos deferunt Sarracenis.

18 Quia, licet ad ædificationem galearum, & nauium pertineant, & sint quædam eorum secundaria materia: non tamen sunt lignamina.

19 Intelligo tamen hoc, nisi ea mente formali, vel virtuali deferantur, vt sint eis materia secundaria earum: quibus postea impugnent Christianos. At tunc non incident, propterea, quod prohibeantur per hæc verba, *lignamina galearum*: sed quia generatim hic, & in d. ca. *ad liberandam*. statuitur, vt omnis qui ea, quæ sunt mediatè, vel immediatè, vtilia bello faciendo contra Christianos hac mente defert Sarracenis, sit excõmunicatus, vt infra, [f] latè dicetur.

f *In 10. not. g.*

Secundo infertur ex hoc, iuxi consonantissimam fuisse declarationem illam, qua fertur Gregorius IX. declarasse, non incidere in censuras horum capitulorum eum, qui contenta in corollario præcedenti ad Sarracenos defert, nisi malo animo contra Christianos, vel in perniciem terræ sanctæ deferret. Fuit enim mens dicere illorum delationem, sine malo animo non esse prohibitam specialiter in his capitulis: sed generaliter sic, si malo animo fieret: sicut & omnium aliorum ad bellum mediatè, vel immediatè vtilium delationem: hoc animo formali, vel virtuali esse prohibitam infra [a] demonstrabimus.

a *In notab. 10.*

20 Tertio infertur, eos qui galeas deferunt Sarracenis esse excommunicatos, tam per hoc cap. & dict. cap. *ad liberandam*. quàm per clausulam dicti processus. Quia qui defert galeam, lignamina galeæ defert, & nõ qualiacumque: sed lignamina ligata in galeam, & compacta, quo modo vtiliora sunt, quam soluta, & impacta.

21 Tum, quod licet prohibito eo, quod ex aliqua materia fit, non censeatur prohibita materia: vt prohibitis armis, non censetur prohibita armorum materia, si nihil aliud prohibitionis extensiuum interueniat, vt per dicta, [b] probatur: prohibita tamen materia rei alicuius artificialis, eo fine, ne ipsa res habeatur, censetur res ipsa prohibita, & à fortiori: *Quia propter quod vnum quodque tale, & illud magis*, iuxta Authen. *Multo magis*. [c] & eleganter determinat Petrus ab Ancharano. [d] Tum, quia qui galeam, & lignamina galeæ defert, lignamina defert: argumento ab inferiori ad suum superius affirmatiuè, quod validissimum est, secundum Baldum receptum. [e] Ergo etiam erit excommunicatus, per dictam clausulam, quæ excommunicat deferentes lignamina fine additione.

b *In 5. & 6. not.*
c *C. de sacrosanct. eccl. cum in cunctis de elect.*
d *In capit ad liberandam. infra eodem. col. 1.*
e *In l. conuẽticula. C. de epis. & cler.*

22 Quarto infertur, etiam deferentes naues esse excommunicatos: sed non per hoc cap. sed per d. ca. *ad liberandam*. & per d. clausulam. Per d. cap. quidem, *ad liberandam*, quatenus vendentes naues excommunicat: & licet excommunicato deferente non videatur excommunicatus solùm vendens, vt hoc cap. cum illo coniunctum probat: tamen è contrario excommunicato vendente nauem Sarracenis, ne deferatur eis, à fortiori videtur excommunicatus deferens, sicut in corollario præcedenti dicebam, quod licet prohibita aliqua fabrica, ipsius materia non videatur prohibita: si aliud non interueniat: tamen prohibita materia alicuius rei, ne res ipsa habeatur, à fortiori videtur ipsa res prohibita; quod autem per dictam clausulam excommunicentur, patet. Quia illa excommunicat deferentes lignamina: at qui naues defert, lignamina quoque nauis, quibus compacta est, defert: quia ex lignis, vel lignaminibus constat illa, [f] & excommunicans deferentes materiam certæ rei, à fortiori videtur excommunicare deferentem ipsam rem ex ea factam, iuxta prædicta, & illam determinationem Petri. [g] At clausula prædicta excommunicat deferentem lignamina: ergo.

f *Le. inter stipulantẽ. §. fœram. ff. de verb. oblig.*
g *In d. c. ad liberandã. col. 1.*

23 Quinto infertur, decisio illius quæstionis: An qui ex montibus Cantabricis inter plurima ligna trunca igni fouendo tantum apta, multas fraxinos, & corylos proceras, tereteſque: sed indolatas, vixque dimidiatum pedem crassas, idoneas tamen igni fouendo, quam fabricandis hastis, & lanceis, non tamen nauibus: detulit Alexandriam Ægypti, incidisset in censuras huius canonis, processũque Cœnæ Domini? Respondendum enim est primo indubiè incidisse in censuras extrauagantis *olim*. Nicolai iiij. infra [h] relatæ: & in extrauagantem *multa*. [i] ratione omnium lignorum illorum, tam truncorum, quàm aliorum. Quia illæ feruntur in omnes Christianos deferentes quæscumque merces, siue bellicas, siue aliàs in Alexandriam, & alias terras Ægypti. Dico secundo, quod si in alia loca Sultani, vel Turcæ detulisset, etiã incidisset in censuras d. extrauagant. *olim*, Nicolai iiij. iuxta dicta. [k] Dico tertio, non fuisse eum incursurum censuras huius canonis, & dicti cap. *ad liberandam*. si ad alia loca aliorum principum Sarracenorum detulisset, ratione lignorum truncorum, & rebus bellicis inutilium: immo neque ratione aliorum, si mẽs mala tam virtualis, quàm formalis iuxta dicta eos contra Christianos defuisset. Quia non deferebat arma, neque ferrum, neque lignamina galearum specialiter hic, & in d. cap. *ad liberandam*. prohibita, neque alia bello vtilia mente: quod requiritur, vt dicantur generatim prohibita hîc, & in d. cap. ad liberandam, iuxta resolutionem nostram infra referendã. [l] Dico quarto, eum incidisse in censuras processus Cœnæ

h *In notabil. 10. corol. 13.*
i *De Iudæ.*
k *In d. coroll. 13.*
l *Notab. 10. in 4. dicto.*

Domini, & in eadem incaiurum fuisse, ad quoscumque Sarracenos detulisset, non ratione lignorum truncorum, & ad bella inutilium: sed ratione aliorum, ex quibus arma lignea effici potuerunt. Quoniam etsi non detulit ferrum, neque arma, neque lignamina galearum: detulit tamen lignamina, ex quibus arma fieri poterant. Et processus Cœnę Domini generaliter excommunicat deferentes lignamina, sine additione galearum, vt supra dictum est, & declaratum.

Octauum notabile, qui dicantur subministrantes, vel deferentes prohibita Sarracenis: & quid inter illa distet, cum multis quotidianis ex eo illatis.

SVMMARIVM.

1 *Deferre, & subministrare, an sint idem.*
2 *Arma, & necessaria subministrátiũ definitio, & declaratio. n. 3.*
4 *Intellectus quatuor illius Apostoli:* De his, quæ foris sunt, nihil ad nos.
5 *Infideles non continentur hic, & cur. num. 6. & qua lege, & à quo puniendi sint. num. 8.*
7 *Excommunicationis solus Christianus capax.*
9 *Excommunicatur nemo lege, nisi lethaliter peccans.*
10 *Mens mala actualis, & virtualis.*
11 *Excommunicationem impedit interdum id, quod non impedit peccatum lethale.*
12 *Delatio vetitorum, à delatione aliorum differt, & etiam à subministratione eorundem, & à venditione. num. 13.*
14 *Intellectus nouus huius cap. & cap. ad liberandum. num. 15.*
16 *Subministrare genus ad deferre & definitur num. 2. & continet vendere. num. 18. permittere extrahi de portu. num. 20.*
17 *Agi, portari, ferri vt differunt secundum Iurisconsultos.*
19 *Lex pœnalis de strictè significato, ad largè significata extenditur quando.*
21 *Deferunt qui in aliud delata tradunt etiam donando, nu. 22. & permutando, num. 23. & cooperando. nu. 24. non autem portando de vna terra Sarracenica ad aliam, nisi, &c. num. 27. neque portando Sarracenos ipsos armatos. nu. 28. nec qui deferunt, & non tradunt. num. 29.*
25 *Ignorantia, quæ excusat, & quæ necessitas. num. 26. & quæ paruitas. num. 30. & quæ gratitudo. num. 31.*
32 *Excommunicatio hæc non semper referuata.*
33 *Excommunicationem hanc incurrunt transfuga, & arcem, oppidum, vel speculam tradens, & se dedens, & arma perdens, quando. num. 34.*

1 OCtauo principaliter noto verbũ, *deferant*, ex quo duæ difficultates videntur colligi aduersus summam nostram. Altera quidem, quòd est nimis ampla, eo quòd includit omnes subministrantes hic vetita Sarracenis: cum tamen contextus huius cap. solos deferentes videatur includere, qui multò pauciores sunt, quam subministrantes. Quia vendentes tantùm non videntur deferre, vt singulariter approbat cap. *ad liberandam*. [a] quos tamen nemo dicat non subministrare. Altera verò, quòd summa includere videtur etiam infideles deferentes: cùm tamen contextus hic solos Christianos includere videatur. Tum, quia de his, qui foris sunt nihil ad nos. [b] Tum, quia illi excommunicati nequeunt, cum non sint Christiani, iuxta cap. *omnis Christianus*. [c] tradit Dominicus receptus. [d]

Et per hoc cap. excommunicantur ei contrauenientes.

2 Ad soluendas has duas difficultates, quæ prædictam nostram summam, quoad verbum, *subministrantes*, impetunt, inquirúntque quos comprehendat: quidque inter illud, & verbum, *deferentes*. distet, dico, nos non parum super hoc cogitasse, ac tandem multa, quæ in hoc scribebamus, in hanc breuem definitionem resoluisse, scilicet, hoc verbo contineri Christianos solos, & omnes, qui lethaliter peccant in deferendo hic speciatim vetita Sarracenis: quacumque id mente faciant, vel subministrando mala mente actuali vel virtuali, vt talia tradantur illis ad Christianos impugnandos, si timor mortis, captiuitatis, vel cruciatus eos non excusat.

3 Dixi, *Christianos solos*, quoniam arbitror alios etiam principibus Christianis subiectos, & inter Christianos degentes non contineri.

4 Non quidem propter illud Apostoli. [a] *De his qui foris sunt, nihil ad nos*, quia id intelligendum est, quoad excommunicandum eos directè, secundum Calderinum, [b] quod satis sentit S. Thomas, [c] vel quoad puniendum eos alia pœna spirituali, secundum Dominicum, [d] vel quoad compellendum eos ad susceptionem fidei Christianæ, secundum Aluarum, [e] vel quoad cogendum eos seruare leges contrarias suis, quas vere, vel falsò prætendunt se diuinitus accepisse, & non sunt naturalibus contrariæ, vt nobis videmur singulariter colligere ex cap. *gaudemus*. [f] adiuncto cap. fin. [g]

5 Non item illa ratione, quod non dicantur propriè subministrare: & ita desit significatio verborum huius ca. neque ideo, quod Ecclesia habeat potestatem, quoad hunc casum in infideles legibus Christianis subditos, sicut in puros laicos: sed quia deest intentio mentis Concilij eos includendi.

6 Quod deprehenditur primum ex eo quod intentio auctoris ex procemio deprehenditur. [h] Et procœmium huius cap. indicat, Concilio non fuisse mentem comprehendendi alios, quàm Christianos.

7 Deinde, quod prima, & naturalissima pœnarum huius cap. est excommunicatio, cuius non est capax nisi Christianus, iuxta d. cap. *omnis Christianus*, [i] & cap. *Romana*. §. in vniuersitatem. vbi Dominicus receptus id annotauit. [k]

8 Postremo, quod multo in hoc grauius Christiani, quàm infideles peccent, vt postea dicemus: & ideo pœna contra Christianos imposita non videtur extendenda ad infideles, [l] ipsi tamen infideles subiecti Catholicis, qui hæc prohibita fecerint, poterunt puniri à Cæsare in suis terris, pœnis inductis per dictam l. 2. [m] & à Rege nostro, & aliis Regibus, pœnis legum suarum in suis, iuxta ea, quæ Calderinus, [n] tangit: & Felinus. [o] Et Romanus Pontifex non solum quatenus est Rex poterit sibi subditos pœnis prædictæ l. 2. punire: sed etiam quatenus Papa est suos, & omnes omnium Regum, ratione sacrilegij, quod aduersus Christianum principatum admittunt, vt in primi oppositi solutione tangebam, arg. eorum, quæ Calderinus vbi supra dicebat. Dixi *omnes*, vt tam summates, quam infimates: & tam qui Asiam, vel Africã, quàm qui Europam colunt, comprehenderemus. Diximus, *qui lethaliter peccant*. Quoniam non arbitramur hic contineri, qui in hoc faciendo non peccant, vel non saltem lethaliter. Non quidem ideo, quòd propriè non dicantur subministrare, & ita desit verborum huius cap. significatio: sed quia deest intentio mentis ad comprehendendum eos.

9 Quod colligitur ex eo, quod nemo incidit in excommunicationem maiorem generaliter à iure latam, nisi ob peccatum lethale, [p] vt affirmat Paludanus, [q] Adrianus, [r] & nos latius tradidimus in reper. cap. *Inter verba*. [s] & postea in Manual. Confess. latinitate donato. [t] Et Concilium hic inflixit excommunicationes ipso iure eis, quos comprehendere voluit. Dixi, *in deferendo hic vetita specialiter Sarracenis*, ad comprehendendum deferentes illa, quacumque mente id faciant: & siue per seipsos siue per alios, vt habet cap. *significauit*. [v] vbi Panorm. [x] ab alijs receptus id annotauit: & nos latius ibi trademus: & est similis textus in c. *quod olim*. [y]

10 Dixi, *vel in faciendo vt mala mente*, &c. ad comprehendendum omnes, qui quoquomodo curant mala mente actuali, vel virtuali, vt aliqua vtilia bello perueniant ad Sarracenos, quibus nos impugnent, vel sese à nobis defendant, iuxta dicenda, [z] vbi de hac mente mala duplici opportunè agetur.

11 Addidi, *& timore mortis, captiuitatis, vel corporis cruciatus non excusantur*: eo quòd arbitremur esse, qui in faciendo prædicta non excusentur à lethali peccato: à censura vero sic, argu. cap. *si verò*. [a] secundum communem, & verum intellectum. Tametsi Fortunius noster aliter illum textum intellexerit, [b] de quo infra, [c] iterũ, atque iterum dicemus.

12 Ex quibus infertur primo, grandem differentiam esse inter delationem vetitorum specialiter ex vna parte, & inter aliam subministrationem eorumdem: & delationẽ, vel subministrationem aliorum ex altera. Primo quidem: quia delatio specialiter vetitorum, quacumque mẽte fiat, inducit excommunicationẽ: delatio verò aliorum nõ: nisi mala mente ad impugnandos eis Christianos fiat. Secũdo, quod

a 1. *ad Corinth 5.*
b *In cons. 5. de Iudæ. sub finem.*
c *In d. cap. 5. lectio. fin.*
d *In ca. multi. 2. quæst. 1.*
e *De planct. eccles. libr. 1. art. 37.*
f *De dimoriis.*
g *Eiusdẽ, tit. & cap. final. qui filij sint legit.*
h *Leg. final. ff. de hæred. instit. c. quia propter. de electi.*
i 11. *quæst. 3.*
k *De sentent. excommunic. libr. 6.*
l *Argum. le. interpretationẽ. ff. de pœnit. & cæteræ de pœnit. distinct. 1.*
m *C. quæ res expor. non debet.*
n *In d. consil. 2.*
o *In ca. 1. limit. 5. de consilit. & in cap. Iudæi. 2. infr. eodem.*
p *Cap. nemo 2. 11. q. 3.*
q *In 4. d. 18. q. 1. art. 2.*
r *In 4. de claub. q. 3.*
s 11. *quæst. 3. conclu. 6. coroll. 21.*
t *Capit. 27. num. 9.*
v *Infr. eod.*
x *In not. 4.*
y *Infra eod.*
z *In not. 10.*
a 1. *versic. neque ille. de sentent. excommunic.*
b *In libr. de vltimo fine, illat. 12. versi. Quarto infr.*
c *In corollar. 13. & in d. ca. significauit.*

alia subministratio, quam delatio specialiter vetitorum si mala mente actuali, vel virtuali non fiat, non inducit excommunicationem: delatio verò sic. Cuius ratio clarior infra [a] reddetur.

a *In 10. nota.*

13 Secundo infertur, vendentes galeas, & naues Sarracenis, sine mente mala actuali, vel virtuali non incidere in excommunicationem per hoc cap. quia non deferunt vetita specialiter hic: neque faciunt mala mente aliquid, quo ad impugnandos Christianos aliqua eis perueniant: incidere tamen, per cap. *ad liberandam*. [b] quoad prohibitionem specialem huius cap. scilicet delationis galearum: singulariter extendit ad venditionẽ galearum, & nauium, vt ibi, & [c] infra, [d] tangemus.

b *Infra eod.*
c *In nota. 10.*
d *Eidem.*
e *Infraco.*

14 Tertio infertur, prohibitionem generalem cap. *ad liberandam*, [e] non esse generaliorem, quàm sit generalis huius: quia impensio consilij, vel auxilij machinis, vel quibuslibet aliis in dispendium terræ sanctæ, quod videtur illud cap. addere, sub prædicta subministratione comprehenditur: quàuis specialis prohibitio illius cap. sit generalior, qua parte specialiter prohibet venditionẽ galearũ, & nauiũ Sarracenis: cùm ea hic non prohibeatur specialiter.

15 Quarto, verum, & germanum intellectum illius c. *ad liberandam*. [f] esse, quod illa dictio, *etiam*, quæ ampliativa & implicativa est, iuxta l. *Etiam*. g & Clem. *religiosus*. h & Clem. 1. i & vtrobique Cardinalis, [k] non ampliat hoc cap. quoad prohibitionem generalem: neque implicat super verbo, *subministrant*, huius c. sed ampliat prohibitionem specialem huius c. in illo, paulo superius, repetitam: & tantum super illa implicat. Sic enim habet: *Excommunicamus omnes deferentes arma, ferrum, & lignamina galearum*, & mox subdit: *Eos etiã qui galeas eis vendunt, & naues*. quod refertur ad verba præcedentia illius cap. quæ continent prohibitionem specialem huius: & addit ei aliam specialem prohibitionem.

e *Infraco.*
f *In versic. Eos etiam.*
g *ff. de minor.*
h *De procuratorib.*
i *De testam.*
k *Num. 1.*

16 Quinto infertur, appellatione subministrantium comprehendi non solum deferentes, baiulantes, portantes, agentes, ducentes, trahentes: sed etiam quoslibet quoquomodo prædicta mala mente facientes, vt illa ad Sarracenos perueniant. arg. eorum, quæ Albericus ait, [l] non obstante differentia, quam Iurisconsultus docuit, [m] inter ferri, portari, & agi.

l *In rubri. C. quæ res expor. non deb.*
m *In l. ferri. ff. de ver. sign.*

17 Tum, quia nimium propriam, nimiumque subtilem eam dixit ibidem vir doctissimus Alciatus, quia contextus huius cap. non solum habet, deferentes, sed etiam, subministrantes, quod est verbum valde generale, vt ex Marco Tullio, Cæsare, Quintiliano, Collumella, & aliis colligi potest, & etiam ex l. 1. [n] vbi dans nummos dicitur subministrare: & fama consentiens subministrat præsumptionem, [o] & qui alit aliquem, necessaria ei subministrat. [p]

n *ff. si seruus exitero.*
o *Ca. præterea. de testib.*
p *Capit 1. de cohabit. clerí. & ca. final. de magist. & capit. Episcopus. & capit. eum secundum. de præbend.*

18 Sexto infertur, appellatione subministrantium, comprehendi vendentes, permutantes, donantes, & quouis alio titulo ea in Sarracenos transferentes. Quoniam quicumque hæc faciunt, subministrant: & in omnibus vna est ratio: & ideo, licet latè, & improprièt antùm dicerentur subministrare: tamen comprehenderentur.

q *In cap. fin. de consuet.*
r *In cap. 1. de tempor. ordi. libr. 6.*

19 Quoniam tunc etiam lex pœnalis de vno casu ad alium extenditur, secundum Antonium [q] receptum à Dominico & Perusino, [r] & ab aliis alibi communiter.

20 Septimo infertur, comprehendi sub hoc verbo etiam eos, qui permittunt subministrátes, & per consecutionem sub generali prohibitione huius cap. eos qui permittunt talia de suis terris, portubus, vel ciuitatibus extrahi, vt deferantur Sarracenis. Quoniam hi mala mente actuali, vel virtuali subministrant, saltẽ per alios: quod sufficit. [s] Facit etiam extrauagans, *multa*, [t] æquè excommunicans permittentes hęc extrahere de portubus suis, ac deferentes, & mittentes. Et defendi posset, quod licet illa extrauagans sit quoad alia localis: non tamen est quoad hoc.

s *Cap. significauit. & ca. quòd olim. infra eod.*
t *De Iudæis.*

21 Octauo rectè dicere Siluestrum incidere in hunc canonem, qui ad sui tuitionem defert ad Sarracenos arma, & postea eis ob pecuniam vendit. Cui consequens est, rectè quoq; ex facto nos respõdisse, hoc ipsum esse dicẽdum de his, qui aliqua hic specialiter prohibita in suarum q; nauium ornamentũ, vel turamentũ deferũt, & postea illa, vel eorũ aliqua vendunt, vel donãt, quoniã negari non potest, omnes hos detulisse Sarracenis hic prohibita specialiter.

22 Nono infertur, rectè nos respondisse, etiam incidere in hanc excommunicationem Christianos, medicos, chirurgos, legatos, & alios, qui sufficienti ad id facultate muniti adeunt Sarracenorum principes suis armis ornati, & postea vel rogati, vel aliquo munere donati ab eis, ob gratitudinem ea ipsis donant: nisi rei paruitas, & temporis, loci, vel personarum circumstantia eos à peccato lethali excusaret, vt paulo post dicemus: quia negari non potest, eos detulisse Sarracenis prohibita hic specialiter.

23 Decimo permutantes arma, etiam pro armis incidere in hunc canonem. quia etiam id est deferre: Et non refert, quo titulo eis arma deferantur, vt eis muniantur, modo eis tradantur: nisi permutatio ita fieret pro alijs armis à rei bellicæ experto, vt certus esset, se iuxta adagium accipere. χρύσεα χαλκείων aurea pro æreis, siue meliora, & vtiliora pro peioribus, vel inutilibus, vt respondimus interrogati de specie, in qua miles prudens, equum omnino indisciplinabilem, & sessori perniciosum, pro disciplinabili, & sessori parenti, neque aliqua ex parte suo peiori permutauit. In ea item specie, in qua Christianus arma sua parum apta pro armis Sarracenis aptissimis, soluta Sarraceno pecunia pro maiore valore iusta commutauit. hoc enim non est, tam deferre, quàm tollere arma Sarracenis.

24 Vndecimo infertur, incidere in hunc canonem etiam adiuuantes, & cooperantes ad deferendum, vel subministrandum eo modo, quo deferentes, vel subministrantes: quoniam deferre, vel subministrare dici possunt, & per consecutionem etiam nautas iuuantes ad agendum naues, in quibus hæc vetita specialiter, vel generaliter portantur: modo neque ignorantia, neque mali animi defectus excuset eos plus, quàm deferentes, & subministrantes principales, quod videtur procedere etiam si non esset alia nauis, in qua nautæ illi mercedem lucrarentur.

25 Duodecimo infertur, alios, qui ignoranter talia portant, incidere in hunc canonem, & alios non. Quia fieri potest, vt alij faciant illud ignorantia facti, vt qui nesciunt, nec scire tenentur, an talia deferant, vel ad talia deferendum iuuent. aliquos etiam paruulos, vel rusticiores posset ignorantia iuris excusare: alios vero non, iuxta ea, quæ habentur in cap. *ignorantia*. [a] Et ita alij lethaliter peccarent, & per consecutionem inciderent in excommunicationem: alij verò non, iuxta secundam partem prædictæ resolutionis. Qui tamen ignorantes talia prohibita, ad Sarracenos detulerunt, & cùm rescirent illa prohibita, vendiderunt, committunt in hunc canonem. Quia non tam delationem, quàm traditionem eorum Sarracenis prohibere voluit, vt palam est.

a *De reg. iur. libr. 6. & §. notandum. 1. quæst. 4. & l. 2. & leg. cum quis. Cod. de iur. & fact. ignor.*

26 Decimotertio infertur, eos, qui fame, vel vi adacti contra voluntatem suam, ne perirent, talia vetita tradiderunt, non esse excommunicatos: tum, quia pro redemptione captiui Christiani id licet, vt in d. cap. *significauit*. dicam: tum, quia nõ videntur peccare præferentes legẽ naturæ de se conseruando legi humanæ, de non deferendo arma Sarracenis, quatenus humana est, immo neque quatenus naturę, quia non tam immediata, vel propinqua principijs eius est, ac illa, vt in d. ca. *significauit*, dicam. Tum, quia licet peccarent mortaliter, tamen pia mater Ecclesia non videtur eos velle excommunicare, argumen. d. cap. *si verò. 1*. [b] Licet grauiter obstet. cap. *sacris*. [c] nisi respondeatur, illud agere de his, quæ per se mala sunt, vel de communicante in his, quæ per se mala sunt. Nos autem de his, quæ non ex se: sed ob finem sunt mala, de quo paulo latius. [d]

b *De senten. excommunic.*
c *De his, quæ vi.*
d *In d. c. significauit.*

27 Decimoquarto infertur, portantes hic vetita de vna terra Sarracenorum ad aliam, non incidere in hunc canonem, secundum declarationẽ Gregorij IX. [e] quem Angelus & Siluester referũt. quæ quia nihil noui inducebat, sed solum declarabat, non fuit sublata per procœmium lib. 6. Ratio fuisse videtur, quod mens huius cap. fuit impedire, ne de rebus Christianorum aduersus eos muniretur potentia Sarracenorum, per supradicta. Id tamen limitandum nobis videtur, vt procedat, quando eiusmodi translatio ita fit aduersus alios Sarracenos, vel in alios fines, quòd per ea non fiant Sarraceni formidabiliores Christianis, neque munitiores: alioqui secus, vt si deportarent arma ex vna ciuitate, quæ neque Christianos impetit, neque ab eis impetitur bello, ad aliam, quæ vel impetit

e *In Extraua. gat. Postulastis.*

Christianos, vel ab eis impetitur. Tunc etenim, si mala mente actuali, vel virtuali id facerent, incurrerent, etsi non tamquam deferentes hic specialiter vetita: saltem tamquam auxilium ferentes, contra. cap. *ad liberandam.* [a] & subministrantes necessaria, contra istud.

28 Decimoquinto infertur, idipsum quoque dicendum esse de his, qui portant ipsos Sarracenos cum suis armis, licet id quoque indistinctè licere dixerit Silvester. Sicut etiam Angelus vbi supra, indistinctè, ac verè dixerit non esse excommunicatos, qui arma, ac vetita detulerunt quidem ad Sarracenos, sed pœnitentia ducti ea eis non tradiderunt, immo reportarunt, quia verba subministrationis cum effectu vid entur intelligenda. [b]

29 Licet contra dicendum sit de his, qui ea detulerunt, vendiderunt, & tradiderunt, licèt postea pœnitentia ducti ea redemissent, & reportassent: quia hoc casu perfectum ob pœnitentiam, non desinit esse perfectum. [c]

30 Decimo sexto infertur, non incidere in hunc canonem eos, qui parum de his Sarracenis ministrant: quia, qui non peccant lethaliter, non incidunt in eum, per secundam particulam nostræ resolutionis: at contrauentionem præcepti etiam diuini excusat à lethali culpa imperfectio actus, & paruitas rei, secundum S. Thomam receptum. [d] vt paruitas rei furtim sublatæ, secundum eundem receptum. [e] & paruitas vindictæ, secundum eundem. [f] Pro quibus omnibus soleo ponderare textus in c. *vnum.* [g]

31 Decimo septimo legatum, redemptorem captiuorum, vel alium quempiam apud principem aliquem Sarracenorum aliquot negotia iusta gerentem, qui eiob rem bene gestam, vnum pugionem, vnum arcum, vel aliud id genus aliquod armorum donaret, non incidere in hunc canonem, nisi fortè id probabiliter præsumeretur futurum in causa, vt alia illius generis arma, vel ibi fabricarentur, vel aliunde quærerentur, quoniam paruitas rei donatæ efficit, ne ob id damnum notabile Christiano exercitui fieret, neque notabile augmẽtum Sarraceno accederet: & per consecutionem, ne lethalis offensa admitteretur.

32 Decimooctauo infertur, non incurri excommunicationem reseruatam Papę omni casu, in quo virtute horum duorum cap. excommunicatio incurritur. Non enim in casibus, quibus ob aliam causam, quàm delationis hic prohibitorum, incurritur, vt cum glossa fin. dicemus. Quæ est quotidiana, & consolantissima conclusio.

33 Decimonono transfugas, qui cum suis armis ex exercitu Christianorum ad Sarracenicum transeunt, incidere in hunc canonem.

Vigesimo infertur, decisio illarum quæstionum quotidianarum, scilicet, an qui Sarracenis speculam, arcem, vel oppidum munitum armis tradit, vel traditionem consulit, vel iuuat ad illud, incidat in hunc canonem? Et quid de illo, qui perdidit arma, ita vt perditio illa fuerit causa, vt ad Sarracenos ea venirent, cum arma non nisi turpiter perdantur. [h]

34 Et quid de his, qui flagrante prælio se dedunt, vel relictis armis fugiunt? Et quid de captis, & victis, qui se cum suis armis, ne occiderentur, dederunt Sarracenis? Respondendum enim est, incidere in censuras, virtute specialis, vel generalis prohibitionis, eos omnes, qui hæc faciendo lethaliter peccarunt, nisi mortis, captiuitatis, vel cruciatus ad id iustus eos excuset: iuxta supra dicta, & dicenda, [i] infra. [k]

Vigesimoprimo rectè nos respondisse, quòd non incidit in hanc censuram ille nobilitatis Lusitanæ adolescens, qui cùm sibi Sarracenum transfodienti lanceam deciderit è manu dextera, brachio sagitta transfixo, debilitata, nec posset eam, nisi descenderet ab equo, recuperare, neque sine periculo mortis posset ab eo descendere, propter inimicos Sarracenos instantes, eam reliquit.

Nonũ notabile quòd plus peccãt Christiani iuuando Sarracenos, quã illi faciendo, & quare, &c.

SVMMARIVM.

1 *Christianus Sarraceno iuuans plus peccat, quam ipse, & quare.*
2 *Consentiens quando plus, & quando minus peccat.*
3 *Excommunicatus est qui iuuat quandoque, licet non qui facit, & an semper, num. 4.*

1 NOno principaliter noto illa verba: *pares, aut superiores*, ad hoc, quod non solum tantùm, sed etiam plus peccant Christiani, qui arma Sarracenis subministrant, quàm ipsi Sarraceni, qui Christianos impugnant.

2 Contra quod facit primo resolutio glossę 1.[a] quatenus per illos versic.

Consensus, spernit, suadet, iuuat atque tuetur.
Hic minus, hìcque minus luit hic æqualiter, hic plus.

Resoluere videtur, omnem quidem consentientem peccanti peccare: sed eum, qui consentit negligendo impedire peccatum, & eum, qui consentit suadendo, vt committat, minus peccare, quàm qui facit: eum autem, qui consentit iuuando, tantumdem, eum verò, qui tuendo id, quod factum est, non esse peccatum, plus: at qui Christianus Sarraceno subministrat arma solum videtur consentire, præstando opem: quod ad summum reducitur ad suasionem, vel adiutorium, & non ad tuitionem iustitiæ belli eorum contra Christianos: ergo non peccant plus.

3 Secundo facit, quod licet regulariter, qui iuuat delinquentem in ipso actu delinquendi, æquè peccat, ac qui illud facit: non tamen qui per actum remotum eum iuuat: & ideo neque est tantum puniendus, quantùm qui facit, neque quantùm qui per actum propinquum iuuat. secundum Baldum, [b] communiter receptum.

Tertio facit, quod Christianus comitans, & iuuans Sarracenos bellantes contra Christianos, non videtur, plus peccare, quàm ipsi: at is magis videtur delinquere, quàm Christianus vnum, aut alterum ensem illis vendens: ergo is non videbitur plus peccare, immo neque tantùm, quantum ipsi. Sed responderi potest ad primum, resolutionem quidem illius glossæ veram esse, quando cætera sunt paria: non autem quando disparia, puta, cum, vt ait Bartholus communiter receptus, [c] alię qualitates, propter quas augetur delictum, inueniuntur plus in iuuante, quàm in faciente: Verbi gratia, Petrus filius Martini iuuat Ioannem, vt patrem suum Martinum occidat: certum est, Petrum adiutorem plus peccare, plusque puniendum esse, quam Ioannem occidentem. Quoniam hic solum homicidium committit, & in solá legem Corneliam de Sicariis incidit: ille verò Petrus patricidium admittit, & pœna patricidij est puniendus, vt ex prædicta doctrina Bartholi, [d] expresse infert Salicetus. [e] Et ita contingit in proposito: quoniam in Christiano iuuante Sarracenum in bello contra Christianos inuenitur qualitas Christianismi, quæ eius delictum plurimum aggrauat: efficit enim, vt dicatur pugnare contra suum caput, quod est Christus, [f] & tradit S. Thomas, [g] & contra suam matrem, quę est Ecclesia, [h] & contra fratres membra eiusdem corporis, cuius est ipse. [i] Ad secundum nego Christianum, qui Sarracenum iuuat, contra Christianum, in ipso bello, non peccare plus, quàm ipsum Sarracenum, ob rationem proximè dictam.

4 Ex quibus infertur primo, frequenter contingere, vt is, qui iuuat, incidat in excommunicationem, in quam non incidit, is qui iuuatur. In casu enim huius cap. Christianus adiuuans Sarracenos, deferendo eis arma, quibus Christianos impugnent, excommunicatur: cum tamen ipse Sarracenus non excommunicetur. Is item, qui scit Petrum esse clericum, & Ioannem id ignorantem adiuuat, quò Petrum percutiat, incidit in excommunicationem, quam Ioannes non incurrit, & alijs mille casibus. quod plurimum est omnibus, præsertim cõfessarijs, & cõsultoribus attendendum.

Ex quo secundo inferri videri potest alicui, quòd quibus casibus faciens incurrit excommunicationem, eisdem quoque consentiens eandem incurrat. Quæ est quæstio: quam hic nos determinaturos nuper promisimus, cum quasdam declarationes Manuali Confessar. libro perutili adiiceremus. quam tamen, ne nimium crescat hæc relectio, ad cap. *significauit.* [k] remittimus. quamque postea in præfato Manuali Latinitate donato resoluimus. [l]

Decimum notabile, quod subministrans necessaria Sarracenis ad impugnandos Christianos incidit in hoc cap. & quæ sunt illa, cum vna, & viginti illationibus.

[a] *Capit. 1. de offic. deleg.*

[b] *In le. 1. C. ad l. Iu. pecu.*

[c] *In l. is, qui opem. nu. 5. ff. de furt.*

[d] *In d. leg. is qui opem. ff. de furt.*

[e] *In l. 1. Cod. de rapt. virgi. col. fi. versic. Quarò è contra.*

[f] *Ad Eph. 1. g 3. par. q. 8. art. 1.*

[h] *Cap. fin. de for. comp. ea. 1. 12. d.*

[i] *1. ad Corin. 12. & ca. singula. 89. dist.*

[k] *Infra eod. l Sub ea. 27. num. 51.*

[a] *Inf. eodem.*

[b] *§. hæc verba. de pœn. d. 2. vbi late diximus.*

[c] *Le. qui ea mente. ff. de furt. cap. 1. de præsumptio. cli eis annotatis.*

[d] *1. 2. qu. 88. art. 5. & 6.*

[e] *2. 2. qu. 59. art. 4. & qu. 66. art. 6.*

[f] *Quæst. 158. art. 3.*

[g] *§. fi. 25. dist. in ver. obrietas assiduas. & ver. exasperauerit.*

[h] *Leg. 2. ff. de capti.*

[i] *In d. capit. significauit.*

[k] *Eodem.*

[a] *Ass. sol. matr.*

[b] *ff. de offic. præfect. prætor.*

[c] *12. quæst. 1.*

[d] *In ver. Excommunicat. 5. casu. 21. §. 4.*

[e] *In eod. ver. casu 20.*

[f] *In ver. Excommunicat. 7. casu. 21. colum. 2. & item. num. col. 3.*

[g] *In verbo, Excommunic. 6. §. 4.*

[h] *In 7. nota.*

[i] *De re milit.*

[k] *In pri nc. e. quod olim infra eodem.*

[l] *Num. 2.*

[m] *Libr. 4.*

[n] *Leg. fin. ff. mandat. cap. dudum. 2. de electio.*

[o] *Sine repet. cap. quando. de consecrat. dist. 1. notab. 13. & sequẽt. & notab. 20. num. 41.*

[p] *De offi. deleg. l. pro hærede. ff. de adquir. hæred. regul. qui tacet. lib. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Necessaria ad impugnandos Christianos subministrans Sarracenis excommunicatur, & qua sunt illa, secundum multos, nu. 3. & qua secundum auctorem, nu. 4. & probantur. nu. 11. confutantur contraria. nu. 12.*
2 *Necessarium tripliciter iurisperitis sumi.*
5 *Bellum, & prælium, vt differunt.*
6 *Animus verè malus qui, & qui æquipollenter, & quod est triplex. num. 10.*
7 *Scire, & scire debere paria.*
8 *Actus expresse factus ob aliquem finem, vel tendens in illum, & lata culpa non consideratum, pares, & quid est actum redire in suam formam. num. 9.*
13 *Intellectus cap. quod olim. infra eodem.*
14 *Ratio necessario concludens lex est, nec refert: an sit immediata, vel non dummodo concludat. nu. 15.*
16 *Prohibita hic duplicia, generaliter & specialiter, & definiuntur. nu. 17. & numerantur. nu. 18. & quare diuersè prohibita. nu. 24. & in quo differunt, nu. 26.*
19 *Intellectus cap. Ita quorundam, & cap. ad liberandam, & in quo conueniunt, & differunt inter se: & in quo ab Extrauag. Multa. num. 20. & in quo Extrauag. Copiosus ab illa. nu. 21. & in quo illa profuit. nu. 22. & in quo clausula processus Cœna Domini ab omnibus. num. 23.*
25 *Prohibita quæ præsumuntur mala mente facta, & quæ non.*
27 *Præsumptionem, quod mala mente sint delata illa, aut illa, vel non, non esse iuris, & de iure, quæ definitur, nu. 28.*
29 *Ferrum deferre Sarracenis sponte quando non malum.*
30 *Prohibita alia simpliciter, alia secundũ locum, alia secundum tempus: & nõ omnia specialiter prohibita esse simpliciter. n. 32. & tantũ prohibita simpliciter appellari prohibita. n. 33.*
31 *Extrauag. olim. cur creditur esse.*
34 *Tale secundum quid, non sit simpliciter tale.*
35 *Generis appellatio species omnes propriè continet.*
36 *Prohibitorum diuisio non est analoga. Cur ergo tantum prohibita simpliciter talia? num. 37.*
38 *Excommunicationem bullæ Cœnæ non incurrit, qui alias merces, quam bellicas Sarracenis defert, nisi mala mente. nu. 40. neque vendentes galeas, vel naues. nu. 41.*
39 *Intellectus nouus clausulæ bullæ Cœnæ.*
42 *Excommunicatus est deferens arma Sarracenis habentibus satis eorum: & tradens arcem, turrim, speculam, & quamuis aliam fabricam malo animo. num. 43. & tradens commeatum, & ad illum pertinentia, vt talia. num. 44.*
45 *Et qui calcem, & lapides quando.*
46 *Aegyptus, & alia terræ Sultani, & Turcæ hodie quoad hoc exæquatæ.*

1 DEcimo principaliter noto illa verba: *ad impugnandos, &c.* ad illam partem summæ nostræ, scilicet, quod subministrantes Sarracenis, necessaria ad impugnandos Christianos incidunt in hunc canonem. Contra quod facit, quod per hoc videtur cap. hoc partim nimium contrahi, partim nimium extendi. Contrahi quidem nimium, quatenus significat, non esse prohibitam subministrationem prædictorum, cum ea Sarracenis, non sunt necessaria. Nimium autem extendi, quatenus significat, hanc prohibitionem extendi, ad omnia, quę bello gerendo sunt necessaria, & per consecutionem ad commeatum, & ad omnia pertinentia ad illum, scilicet frumentum, hordeum, carnes, lignamina, & id genus alia, quæ ad belli commeatum sunt necessaria: quod tamen falsum esse, asserere videtur communis.

Ad hanc difficultatem dico primum, nos plurimum super hoc fluctuasse, & considerasse in primis, quòd neque hic, neque alibi satis exactè nostra sententia, traditum est, quæ sint ea, quæ hoc caput prohibet.

2 Secundo considerasse, quod necessarium ad aliquid faciendum tripliciter iurisperitis dicitur. Primo quidem id, sine quo id fieri non potest: qualis est hæredis institutio respectu testamenti. [a] Qualis itè est certa pars bonorum alicuius, sine qua ipse viuere nõ potest, quod S. Thomas, [b] receptus ab vtroq; Cardinale, [c] appellat necessarium vitæ. Secundo modo id dicitur necessarium ad aliquid faciendum, sine quo res quidè fieri potest, sed non vt oportet, qualis est institutio posthumorũ, secundum Galli consilium respectu testamenti, [d] adiuncta glossa 3. & doctrina Bartholi, Baldi, Pauli Alexandri & Iasonis ibidem, qualis est item ea pars bonorum alicuius, sine qua viuere quidem potest; sed non decenter. quòd S. Thomas & vterque Cardinalis vbi supra appellant, necessarium status. Tertio modo id, quod vtile est, & conueniens, vt habet l. 1. [a] adiuncta glossa probata per Bartholum, quę verbum *necessarium*, exponit per vtile, & l. 1. [b] adiuncta glossa quæ verbum *necesse*, exponit per vtile, & cap. *necessaria*. [c] adiuncta glossa quæ illud verbum *necessaria*, exponit per vtilis, & honesta. Quibus tribus modis arbitramur capi verbum necessaria, in hoc cap. & summa nostra noua positum. & ita comprehendere non solum illa, sine quibus Sarraceni non possent contra Christianos pręliari: sed etiam ea, sine quibus non possent commodè id facere: immo & ea, quæ ad id eis sunt, aut possunt esse vtilia.

3 Tertio consideramus, quatuor partes omnium diligentissimè hoc tractasse, scilicet Angelum, [d] & Thomam de Vio illis satis consentientem, [e] & Silvestrum, [f] & Ioannem Tabiensem. [g] Quorum duo posteriores sentiunt omnia illa, & sola, quæ directè, vel indirectè pertinent ad bellum, esse hic prohibita. Angelus autem sentit, prohibita esse hic omnem, & solá delationem omniũ, quibus possunt Christiani impugnari: vel ipsi infideles, ne impugnẽtur à Christianis, muniri. Quorum tamen resolutio non videtur sufficiens: primo quidem, quia hic non solùm delatio necessariorum, vt Angelus ait, sed etiam subministratio, quę longè latius patet, vt prædictũ est, [h] prohibetur. Deinde, quòd non omnia, quæ immediatè ad bellum pertinent, hic prohibentur, vt Silvester, & Tabiensis aiunt. Frumentũ enim, hordeum, & alia, quæ ad commeatum exercitus, vel præsidij pertinent, hic non prohibentur, secundum eosdem: & tamen immediate pertinẽt ad bellum: adeo quòd etiã pecunia dicatur neruus belli à Veget. [i] Postremo, quod multa hic prohibẽtur, quæ immediatè nõ pertinẽt ad bellum. Ferrũ enim infectũ, robora vasta, abietes altæ fabricandis nauibus aptę, antequã dolentur, nõ pertinẽt immediatè ad bellũ, neq; præliũ, quorũ delatio hic expresè prohibetur.

Quarto dicimus in prælectione quadã, & cum hanc relectionem pronunciaremus, paulo exactius nos ista necessaria definiisse, partim sequuti Hostiensem à nemine relatum, [k] quatenus sentit hic prohiberi ea, quæ suapte natura sunt ad bellum apta. Sed quia postea succurrerunt fundamenta, quibus ea definitio subuerterebatur, aliã magna intentione animi scripsimus: quã tamen, quia etiã subæratam esse vidimus hodie beati Bartholomæi, cui dies hic sacer est, vt putamus nobis beneficio (licet de me malè meritò) omissis omnibus illis resoluimus: quod necessaria, de quibus hic, definiti possunt, *esse vtilia immediatè, vel mediatè ad prælium, vel belli specialiter prohibita deferri Sarracenis, vel malo animo iuuãdi eos contra Christianos expresso vel tacito, sine æquipollenti subministrata.* Diximus: *vtilia*, pro genere, vt includeremus necessaria trium graduum, de quibus supra, [l]

5 Diximus, *ad prælium, vel belli*, quia secundũ Vallam, [m] bellum latius patet, quã prælium, prælium enim est certamẽ ipsum armorũ, quod vulgus appellat, *bataila*: bellũ autem totum tẽpus, quo milites in militia degunt expectantes prælium, quod vulgus appellat, *guerra*. Et ad bellum multa immediatè sunt necessaria, quæ non sunt ad prælium. Diximus item, *bellum, vel prælium*, generatim; quia non refert, an ipsi nos impetant bello, an à nobis impetiti sese defendant, secundum omnes. Diximus, *immediatè vel mediatè*, ad includenda arma, equos, commeatum, & alia, quibus immediatè bellantes, & præliantes vtuntur in prælio, & bello: & ad includendum ferrũ, ligna, sulphur, & alia, quibus in aliam formam mutatis, in eisdem vtuntur. Addidimus *specialiter prohibita*, ad includendum arma, ferrũ, & lignamina galearum. Addidimus autem, *vel subministrata malo animo*, & cap. ad excludendũ, ea quę sine vllo malo animo subministrantur. Adiecimus tamen, *verò*, propter animum verè sive expresè, ac formaliter malũ. Adiecimus, *tacito, vel æquipollenti*, propter animum malũ, non formaliter, sed tacitè vel æquipollenter: quia de æquipollẽtibus idẽ est iudiciũ, [n] & mens vera, sive formalis, & æquipollẽs, sive virtualis exequatur, vt intẽtio formalis dicẽdi officiũ diuinũ, vel consecrandi, vel absoluendi, & intẽtio virtualis eadẽ faciendi, iuxta ea, quæ late tradidimus in Enchiridio de orat. [o] facit. c. *gratũ*. [p]

[a] *§. ante Inst. de legat. & l. fin. ff. de iure codicil.*

[b] *In 2. 2. qu. 32. artic. 6.*

[c] *In cap. non satis. 86. dist.*

[d] *Le. Gallus. ff. de libe. & posthu.*

6 Animum verè malum appello animum, quo quis verè, & expresse eo fine aliqua subministrat Sarracenis, vt ea fiat eis vsui ad prælium, bellumve contra Christianos: tacitum verò vel virtualem seu æquipollentem eum, quo quis verè quidem, & expresse non subministrat in hunc malum finem: sed in alium fortè bonum, sed virtualiter, siue æquipollenter sic: vt cum quis subministrat Sarracenis aliqua ob lucrum, quo se, suamque familiam honestè sustentet, & nullatenus vt eos adiuuet.

7 Attamen attentis omnibus loci, temporis, rei, personarum, & aliis circunstantiis, putat, quod ipsi rebus per eum subministratis tunc, vel aliquando vtentur in bello contra Christianos, aut certè si non putat, putare tamen debet, quæ paria, & æquipollentia sunt, vt habet l. *quod te mihi.* [a] vbi Iason l. *qui cum alio.* [b] vbi glossa memorabilis, licet illius non meminerit ibi Decius, qui alia in hoc facientia docet, is enim, etsi non verè, certè virtualiter, & æquipollenter ad bellandum necessaria subministrat.

8 Nam paria sunt, vt quis faciat aliquid in aliquem finem, aut quòd faciat in alium: si videat, vel videre debeat, & lata culpa videre desinat suum opus tendere in illum.

9 Tunc enim, vt sæpe loquitur Thomas à Vio, actus redit in naturam suæ formæ, hoc est, perinde est malus, ac si ob finem illum malum fieret: vt cum quis detrahit sine animo lædendi famam proximi fortè ex loquacitate, venialiter tantùm peccat: quia non nisi materialiter detrahit, nisi videat, vel videre debeat, quòd notabiliter lædit fama proximi ex ea materiali detractione. Quia tunc redit actus in naturam suæ formæ, dum non curat eum facienis, à tanta proximi læsione cauere, vt in verb. *Detractio.* dixit ille, & eruitur ex diuo Thoma, [c] & probatur per princ. 83.d. & c. *pasce.* [d] Et latius tradidimus nos in repe. cap. *inter verba.* [e] in definitione detractionis, & duobus corol. sequentibus.

10 Neque putes nos animum æquipollentem, intelligere malum præsumptum, quia hos longe inter se differre monstrabimus, [f] & ita triplex potest esse huiusmodi animus malus, scilicet verus, præsumptus, & æquipollens. Sicut in simili triplex dolus colligitur ex Bartholo communiter recepto, [g] scilicet dolus verus, qui latissima culpa est, secundum eundem, [h] dolus præsumptus, qui est latior culpa, secundum eundem, [i] & dolus æquipollenter, quia lata culpa dolo æquatur, secundū eundem. [k] Et ita est æquipolléter dolus, & regulariter idē de eo, ac dolo iudicatur, vt ibidē, & in locis per postillas eius citatis habetur.

11 Ex hac definitione inferimus, primo quod per illa verba, *necessaria ad impugnandos Christianos*, intelliguntur omnia specialiter iure prohibita, ne deferantur Sarracenis: & omnia, quæ medi.. è, vel immediatè sunt vtilia ad bellum, ea mente delata, vt sint eis vtilia in bello contra Christianos gerendo. Quod probatur primo, per hoc cap. in verbis, ex quibus hoc notab. colligitur, scilicet: *Dum ad impugnandos Christianos arma, & necessaria subministrant.* Per quæ satis aperte Cōcilium includit omnia vtilia Sarracenis ad impugnandos Christianos, hoc fine vero, vel æquipollenti subministrata. Quoniam omnia illa sunt vtilia ad impugnandos Christianos, vt palam est: ergo, & necessaria: per secundum dictum. [l]

Deinde ponderamus versicul. *Tales.* qui excommunicare videtur omnes, de quibus antea est loquutus: at antea loquutus fuit de deferentibus arma, ferrum, & lignamina galearum, & de subministrantibus naues, &c, ergo omnes illos videbitur excommunicare.

Tertio facit, quod contra legem diuinam, naturalem contentam in 1.4. & 5. præceptis Decalogi facit, qui Christianus Sarracenos iniustè bellantes contra Christianos adiuuat, vt probatum fuit supra, [m] ait quicumq; vtilia bello gerendo subministrat Sarracenis ea mente, vt sint eis vtilia contra Christianos, adiuuat eos, iniustè bellantes contra nos: ergo quicumque talis, contra prædicta præcepta naturalia peccat: & per consecutionem contra hoc cap. quod illa tacitè siue virtualiter includit.

Quarto probatur per c. *ad liberandam.* [n] quod posteaquam excommunicauit deferentes Sarracenis arma, ferrum, & lignamina galearum, & vendentes eis galeas, vel naues, & gubernantes ea s, subdit illam clausulam generalem: *Vel qui machinu, vel quibuslibet aliis, aliquod eis impendunt consilium, vel auxilium in dispendium terræ sanctæ:* per quam includit omnia, quibus auxilium, vel consilium datur Sarracenis contra Christianos: ergo & omnia sub nostra definitione contenta.

Quinto, quod in hoc ca. nulla est prohibitio expressa, & ita videtur ius antiquum cōtinere quoad prohibitionem: licet quoad pœnā contineat nouū: secundum dicta, [a] antiquū autē tangitur in ratione, quā tangit texrus. Quare male faciunt, qui arma, ferrum, & ligna deferunt Sarracenis, scilicet, quòd cum sint Christiani, inimicos Christianismi contra Christianos iuuant: & ius antiquū hac ratione tacitum omnia, in quę definitio prędicta se extēdit, continet.

Sexto & irrefragabiliter probat cap. *significauit.* [b] quatenus præsupponit, veritū fuisse ante illud ca. ne quis durante bello Sarracenis vllas merces etiā ad bellū ineptas deferat, etiāsi vadat ad eos ad captiuos Christianos redimendos, exceptis his, quę ad articulū redemptionis sunt necessaria: at per nullum aliud ius, quā hoc id fuit tunc prohibitum: quia nondum emanarat cap. *ad liberandam.* in Concilio Generali, cui prefuit Innocentius iij. secundus à Clemente iij. auctore illius ca. *significauit:* ergo per hoc ca. fuit prohibitū. quod gloss. 1. in princip. clare id ibi sensit. Quod tamen dici nequit, nisi dicamus hic esse saltem tacitè prohibita omnia, quibus iuuantur Sarraceni in bellis contra Christianos, quatenus [c] sunt talia: quod est nostrū propositū.

Septimo facit, quod nisi hunc intellectum teneamus, verbum, *prohibita*, positum in clausula bullæ Cœnæ Domini, superfluere videbitur, vt infra, [c] dicemus.

12 Contra tamen hanc conclusionē facit primo ca. *quod olim.* [d] quatenus probat, quod saltem tempore pacis licet Christianis ea deferre Sarracenis. Secundo extrauagans 1. de Iudæis inter cōmunes: & etiam extrauagans 1. eiusdem tit. Ioannis xxij. per locū ab speciali: quatenus prohibentes speciatim delationē victualiū in certa loca, & certo tempore, permittere videntur quoad alia loca, & tēpora. Tertio quod nemo scribentium hic dixit, quod omniū ad bellū necessariorū subministratio hic prohibeatur: immo Panormitanus [d] expresse ait, hic poni pœnam triplicē contra deferentes arma, ferrum, & lignamina Sarracenis sine vlla mentione de alijs necessarijs: quod ipsum antea fecit Antonius. [f] Quarto quod versiculus. *Tales*, huius cap. continens pœnas tantū ad deferentes prædicta, & gubernantes naues Sarracenorū piraticas referri videtur. Quinto quod versiculus: *Dum ad impugnandos*, &c. cui nititur hæc resolutio, & nostrum summariū non continet prohibitionē, vt palam est, nec rationem prohibitionis: sed solā rationem rationis, cur sit malū id, contra quod pœna hic inducitur.

Per has rationes posset qui vellet sustinere id, quod communis sentire videtur, scilicet, quòd hic solum prohibeatur delatio armorum, ferri, & lignorum, nauium, & gubernatio galearū, & nauium piraticarum Sarracenorū, & nihil aliud: & ca, *ad liberandam.* [g] addit prohibitionem venditionis galearum, & nauium, & impensionem cōsilij, & auxilij in dispendium terræ sanctæ. quod nos quoque dixissemus, nisi rationes pro nostro nouo intellectu, & noua summa supra proximè tactæ ad id nos vrsissent: & nisi etiam secundum vtrumque modum intelligendi oporteret dicere, omnes, qui contēra in definitione prędicta faciunt, esse excommunicatos, vel per hoc ca. vel per illud, vel per vtrū que: & nisi magis expedita, & absoluta esset doctrina, quæ hoc modo colligitur: & nisi facile posset ad argumēta prædicta, que nouè nos cōtra nos formauimus respōdere.

13 Ad primum quidem, concedendo probari per ca. *quod olim.* [h] quod alia, quā speciatim iure prohibita, licet vendere, & deferre Sarracenis tēpore pacis, ad alium finē, quàm bellandi contra Christianos. Cui nostra definitio, & eius declaratio non contradicit, nō tamen ad hunc finem, quod nostra definitio probat, & dictum ca. *quod olim*, non reprobat. Ad secundum concedo, delationem victualium ad Sarracenos alio fine, quàm iuuandi eos contra Christianos non esse prohibitam: sed fine iuuandi eos contra Christianos sic, nec nostra definitio aliud habet. Ad tertium concedo, neminem scribentium hæc ita, sicut nos explanasse, & resoluisse. Concedo etiam, quod Antonius & Panormitanus dixerunt, illā, quæ in argumen. adducuntur:

a *ff. si certum petat.* b *ff. de reg. iur.*

c 2.2. *quæst.* 73. *art.* 2. d 86. *dist. & cap. quanta. de sepult. excommunicat.* e 11. *quæst.* 3. *conclus.* 6. f *in corol.* 13.

g *In le. quod Neruа ff. de pos.* h *ibid. nu.* 11. i *ibidem nu.* 14. k *ibidem nu.* 20.

l *Supra eod.*

m *In* 1. *nota. hum.* 9.

n *Infra eod.*

a *In* 1. *notab.*

b *Infra eod.*

c *In corol.* 16.

d *Infra eod.*

e *In* 2. *nota.*

f *In* 3. *notab.*

g *Infra eod.*

h *Infra eod.*

sed nego illa esse contraria nostræ resolutioni, nego item, illos negaturos fuisse, excommunicatos, per hoc cap. vel cap. *ad liberandam*, [a] quos ex nostra definitione concludemus esse excōmunicatos, immo nego vllum doctum negaturum esse verum id, quod nos contendimus per hoc cap. probari, licet fortè censeat, id totum non probari per hoc solum: sed per hoc, & alia cap. Ad quartū respondeo, versiculum: *Tales*, referri ad facientes omnia præcedentia: & ita ad omnes subministrantes necessaria contra Christianos, & ad alia speciatim prohibita.

14 Ad quintum respondeo, nihil expresè prohiberi per hunc textum, vt [b] est dictum: sed solùm tacitè, quatenus habet, quædam esse malefacta, & tangit rationem, cur illa sint malefacta, & rationem non qualem qualem, sed iuris naturalis: & non prohibiliter tantùm concludentem, sed necessariò: & ita constituentem ius naturale, iuxta ea, quæ late dicimus. [c] Et nego, quòd hic agatur de extendenda expressa prohibitione per rationem: sed de cōiecturanda prohibitione tacita textus per rationem, quam oporter dicere tam esse extensam, quàm lata est ipsa ratio, ex qua colligitur ipsa.

15 Nec refert, an sit immediata ratio conclusionis, an mediata, modo necessario concludat, vt ex his, quæ non indiligenter, neque triuialiter diximus, [d] super ratione *statutum*, [e] colligi potest.

16 Secundo infertur, sola illa generaliter in hoc cap. & ca. *ad liberandam*, [f] esse prohibita subministrari Sarracenis, sub censuris, & pœnis in eis contentis, quæ malo animo vero, vel æquipollent iuuandi eos contra Christianos in bello deferuntur. An autem is animus in speciatim prohibitis requiratur, cum glossa [g] tangemus: & in d. cap. *ad liberandam*, attingemus.

17 Tertio infertur, prohibita ministrari Sarracenis, diuidi in prohibita speciatim, & in prohibita generatim. Speciatim prohibita definiri possunt, quæ nominibus suis specialibus expressis prohibentur, quorū de numero sunt quatuor, quæ hoc cap. prohibet, scilicet delatio armorum, delatio ferri, & delatio lignorū, & gubernatio galearum, & nauium piraticarum Sarracenorum. Quintum, quod addit, cap. *ad liberandam*, [h] scilicet venditio galearum, & nauium. Sextum, quod addit extrauagans, *multa*, [i] est delatio, missio, vel portatio equorū, victualium, & aliorum quorumcumque mercimoniorum in Alexandriam, vel alia loca terræ Ægypti.

18 Septimum, quod etiam eadem extrauagans addit, est extractio vetitorum, vel permissio extractionis vetitorum, è portubus, vt illò deferantur. Verba d. extrauagantis hæc sunt. *Statuimus, vt nullus arma, equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quæcumque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum terræ Aegypti deferre, mittere, vel portare, seu de portubus eorum, vt eisdem deferantur extrahere, vel extrahi permittere: aut eis alias, auxilium, vel fauorem præstare, qnoquomodo præsumat.* Quod ipsum etiam esse prohibitum quoad omnes terras Sultani antea per Nicolaum IIII. & eius constitutionē fuisse innouatā per Bonifacium VIII. concedunt Siluester, & Ioannes Tabiensis, vt infra [k] tangemus. Octauum delatio equorū ad Sarracenos, Turcas, vel alios quoslibet Christiani nominis inimicos: quod solus processus Cœnæ Domini habet. Processus inquam antiquus. Nā nouissimus Sanctissimi D. Gregorij XIII. speciatim prohibet eiā deferri filum ferri, stannum, chalybem, omnia alia metallorum genera atque bellica instrumenta, canabem, funes, tam ex ipso canabe quam ex quacumque alia materia, & ipsam materiam. Et ne quis per se vel alium, seu alios de rebus Christianæ reipub. statum cōcernentibus in Christianorum perniciem & damnum, ipsos Turcas & Christianæ religionis inimicos certiores faciat. Generaliter verò prohibita sunt, quæ verbis genericis, & quasi transcendentibus prohibentur. Quorum vnum ponitur hic, scilicet subministratio necessariorum ad impugnādos Christianos, quatenus sunt talia, hoc est, ad hunc finem, vt per ea impugnentur Christiani. Secundum est, quarumcumque mercium delatio ad Sarracenos durante bello. [l] Tertium, auxilij. & consilij cuiuscumque præstatio in pernicié terræ sanctæ. [m] Quartū auxilij, vel fauoris præstatio quocūq; modo Sarracenis Ægypti. [n]

Quintum delatio prohibitorum: quod habet clausula processus Cœnæ Domini transcripta supra. [a]

19 Quarto infertur, quod quasi quidquid, & quoquomodo prohibet hoc ca. prohibet etiam ca. *ad liberandam*, [b] & è cōtrario. Nā c. hoc prohibet speciatim quatuor, quę supra collegi, quę eadē ferè ad verb. prohibet. d. c. *ad liberandam.*

20 Prohibet præterea cap. hoc generaliter subministrationem necessariorum ad impugnandos Christianos, quatenus eiusmodi sunt, hoc est, ea mente formali, aut virtuali vt eis impugnent Christianos: quod ipsum etiā facit illud. cap. *ad liberandam*, licet aliis verbis, eis scilicet, quibus excommunicat omnes, qui machinis, vel quibuscumque aliis auxilium, vel consilium in perniciem terræ sanctę impenderint. Sub his enim continentur omnes, qui necessaria ad impugnādos Christianos subministrant, cùm omnes eos auxilium, vel consilium in id præstare palam sit. & in d. ca. *ad liberandam*, monstrabimus paria esse, auxiliari in perniciē terræ sanctæ, vel contra Christianos, quatenus Christiani sunt. Et ita quasi, quidquid & quomodocūque prohibet hoc cap. prohibet & illud. Diximus, quasi: eo quod, iuxta dicenda infra, [c] gubernatio galearum non piraticarū speciatim prohibetur hic, & non ibi. Et è contrario ibi prohibetur specialiter venditio nauiū, & galearum, & non hic, licet vtrūque prohibeatur hic, & ibi generaliter quādo fit mala mente vera, vel æquipollenti, per prędicta supra. [d]

21 Quinto infertur, quod quidquid, & quocūque modo prohibent hoc & illud cap. *ad liberandam*, prohibet etiam extrauagās illa *multa*, de Iudę. Clementis V. Sed alio modo. Nam hæc duo cap. omnia, quæ prohibent quoad omnem locum, & tempus prohibent: illa verò extrauagans solum quoad Alexandriam, & terras Aegypti. Item illa multo plura speciatim prohibet, quę non prohibent hęc duo ca. etenim prohibet speciatim equos, & victualia, & quascumque merces alias vllo tempore ad illas terras deferri, quę speciatim per hęc capitula non prohibentur. De extrauagante verò *copiosus.* Ioannis xxij. [e] non est cōsilium, vanè quidquam commētari, saluo eo, quod in corollario sequenti inferetur: cum, quia illa prohibebat eadem per trienniū, quoad regnū Granatę, quę d. extrauagans, *multa.* quoad regnum Aegypti, tum quod (gratia superis) regnum Granatæ pridē per Catholicos reges Castellano, eidemque Christiano imperio iampridem subiectum est.

22 Sexto infertur, non abs re glossam illius Extrauagātis *copiosus.* [f] miratam fuisse, cur ea, quę per alia iura prohibita erant, sine temporis præfinitione, per illam extrauagantem fuerunt cum ea prohibita tantū ad triennium? Sed quidquid illa glossa dicat, respondeti potest, quod licet cēsuras huius ca. & ca. *ad liberandam.* [g] incurrisset is, qui intra illud triennium ad regnū Granatæ prohibita hīc attulisset: non tamen censuras extrauagantis *multa*, quæ reseruatę sunt Papæ, cum tamen censuræ horum capp. non sint, vt postea dicam, & ita ob eam reseruationem fuit vtilis, & formidabilior illa extrauagans quam hæc duo capp.

23 Septimo infertur, aliquid specialiter esse prohibitum in d. cap. *ad liberandam*, quod nō est speciatim prohibitum in hoc cap. neque in clausula processus Cœnæ Domini, scilicet venditio galearum, & nauium. aliquid item in his duobus capp. esse specialiter prohibitū, quod in illa clausula non prohibetur, scilicet, gubernatio, & regimen galearum, & nauium: & aliquid ibi specialiter esse prohibitum, quod neutro horum capitulorum specialiter prohibetur, scilicet delatio equorum. Multa item generaliter prohiberi per hæc cap. quæ per illam clausulam etiam generaliter non prohibētur, omnes scilicet subministrationes aliæ à delatione, quæ sola ibi prohibetur, quę maximi effectus esse cum gl. ff. fin. dicam.

24 Octauo infertur merito nouè dubitari posse, cur alia speciatim prohibentur, & alia tantùm generatim cùm omnia hęc cùm malè fiunt, non solùm sint contraria legibus positiuis humanis: sed etiam naturalibus diuinis, vt [h] dictum extitit. Ad quam nouam dubitationem, & quę mihi videtur caput, & fons soluendi alias plurimas: & vnde penitissimum modum intelligendi hunc textum hauriamus, dico, duas esse causas, quarum posterior ex priore nascitur. Prior est, quod vt plurimum, speciatim prohibita aptiora sunt ad iurandum, & maius, & patentius bellicum

a *In primo notab. nu.* 5. b *Infra eod.*

c *In* 11. *nota.*

d *In* 4. *dicto.*

e *De Iude.*

f *Verb. infra triennium.*

g *Infra eod.*

h *In primo notab.*

a *Infra eod.*
i *De Iude.*

k *In corol.* 8.

l *Capit. quod olim. inf. eod.*
m *Ca. ad liberandā. inf. eodem.*
n *Dicto. extrauag. multa.*

auxilium præstant Sarracenis ad nos offendendum, vel se à nobis defendendum: quam alia generatim prohibita, taliaque sunt, quod numquam, aut quam ratissimè deferri possunt ad Sarracenos, absq; mente, & intētione formali, vel virtuali iuuandi eos, vt nos impetāt, vel à nobis impetiti defendantur, attenta vicinitate imperiorum, regnorū, & vrbium eorum, & Christianorum: & attentis bellandi, quas habemus innumeras, causis, attēto irreconciliabili, quo in nos sunt, odio, & religionis tanta diuersitate, quāta est inter lucem, & tenebras. Quis enim Christianus sciēs hæc, quæ explorata, & nota sunt omnibus, potest deferre illis arma, ferrum, lignamina galearum, vel vendere galeas, vel naues, quin formaliter, vel virtualiter velit eis cōtra nos fauere? Posterior causa, quæ ex prædicta priore nascitur, est, quòd speciatim prohibita videntur habere innatam præsumptionem malæ mentis, saltem virtualis ipso iure, sine alia probatione: eo quod tam apta sunt ad tam magnum auxilium bellicum Sarracenis præstandum, quod præstans ea, vel scit, vel debet scire; præstare se illis auxilium contra Christianos: & ideo vel expressam, vel virtualem, siue æquipollentem mentem adiuuandi eos contra nos habere videtur. Generatim autē prohibita regulariter non sunt tam apta ad auxilium bellicum tam patens, neque tam grande, vt palam est: & ideo qui ea defert non videtur virtualiter ad tam malum finem iuuandi eos deferre: sed potius ad alios. Sic culpa lata æquipollet dolo,[a] non autem leuis, vel leuissima, vt ex prædictis locis Bartholi,[b] colligitur. Sic spōsalia cum copula præsumere faciunt mentem contrahendi matrimonium præsens: non autē, sine illa, etiā cum nisu ad illam,[c] licet post Concilii Tridentini copula præfata nihil quoad præsumendum matrimoniū operetur, vt diximus in Manual. Confessar.[d]

25 Nono infertur, ex prædictis alia diuisio prohibitorum, scilicet, in prohibita, quæ ipso iure præsumūtur mala mente facta: qualia sūt omnia speciatim prohibita, & inprohibita, quæ non præsumūtur mala mēte facta, nisi probentur, vel coniiciantur aliunde tali mente facta: qualia sunt omnia generatim prohibita. Nā delatio armorū, ferri, & lignorum hic prohibita: venditio item galearum & nauium vetita in d.cap. *ad liberandam*, delatio item equorum prohibita in processu Cœnæ Domini, & alia duo in extrauagante *multa*, supra relata, non solum censebuntur mala, & vetita, quando probabuntur ea mente facta, vt illis delatis impugnētur Christiani. Immo ipso facto præsumentur ea mente facta: & ideo mala, & prohibita, censurisque infecta: quod mitius est, quàm id, quod affirmat Innocentius, & Hostiensis, quos sequūtur Panormitanus, Anānias & Felinus scilicet, quod prædictorū in hoc cap. speciatim veritorum delatio, sine vlla tali mente mala, est mala, & censuris infecta. Quos in glossa 2. limitabimus, & in d.c. *significauit*, cum opinione contraria cōciliabimus. Delatio autem aliorum necessariorum ad impugnandum generaliter hic prohibita: impensio item auxilij, & consilij in d. cap. *ad liberandam*, generatim vetita: & alia eodē modo in extrauagante *multa*, & dicto processu inhibita, non sunt mala, neq; vetita, nisi cum formaliter, vel virtualiter fiunt ad adiuuandos Sarracenos cōtra Christianos. Neque præsumuntur mala, nisi probentur, vel ex circumstantiis coniiciantur sic facta.

26 Decimo infertur, inter speciatim, & generatim prohibita hoc distare, quod speciatim prohibita, non solum præsumuntur mala, & malo animo, maloque fine facta: sed verè fiunt malo animo, & fine salté virtuali siue æquipollenti, nisi aliqua particularis causa excuset, etiamsi verè bono fine fiāt. Nam fieri potest, vt quis agat aliquid bono animo vero, sed malo æquipollēti, vt si quis ex alto tecto desiliat in patimētum lapidem animo bono lætificandi spectantes, sine vllo vero se occidēdi, vel debilitandi: huic certè animus verus bonus est, & non se occidendi: sed interpretatiuus, & æquipollens malus, & sese occidendi, vel debilitandi, vel labefactandi. Quoniā in lata culpa est. non considerando id, quod omnes suæ conditionis homines considerassent. Quia igitur Ecclesia ob circumstantias in octauo corollario consideratas, interpretatur per horum delationem eam patens auxilium Sarracenis contra Christianos præstari, vt qui præstat vi trualiter id velit: etiam si formaliter contrarium voluerit is, qui nō obstante Ecclesiæ interpretatione aliud facit, malo fine saltem virtuali id efficit: Generaliter autē prohibita non præsumuntur malo animo facta: neque verè sunt malo animo effecta, si verus malus animus abest, & desit virtualis, qui aliunde, quàm ob contrauentionem interpretationis iuris sit talis.

27 Vndecimo infertur, quòd nulla harum præsumptionum est iuris, & de iure. Primo quidem, quòd contra præsumptionē iuris, & de iure nulla probatio regulariter admittitur,[a] at contra huiusmodi præsumptiones admittitur probatio. Quis enim dicat eum Christianū, qui cū triremi, vel nauilignis, aut armis plena solut Genua, vt Vlyssiponē appellet, & vi ventorū aduersorū delatus est Alexandriam: ibique naui, armis, & lignis spoliat[b] rediēs in Italiā accusatur delationis armorū ad Sarracenos, nō esse admittēdū ad probandū, quod id ei inuito, & cū magno animi dolore, & fortunarum iactura cōtigisset, de eóque absoluendum? Quis item neget esse admittendam probationem contra eum, qui magnā frumenti copiā attulisse dicitur ad aliquos Sarracenos, Africanos, & negat se illā attulisse ad hoc, vt esset cōmeatus iustus exercitui cōtra Christianos ducēdo?

28 Secundo, quia præsumptio iuris, & de iure est præsumptio legis de aliquo super eo tamquam sibi comperto statuentis, iuxta notata in dicto capit. *is qui*, & alibi sæpe. At neutra harū præsumptionum est huiusmodi. Nullibi enim cauetur vlla lege super aliqua illarum, tamquam super comperto quidquam statuere.

29 Duodecimo, ex proximè dictis infertur, aliud quod etsi nouum, arbitramur tamen placiturum viris doctis, & lucem prębiturum confessariis: nempe, eum non incurrere censuras huius cap. qui prohibita in eo speciatim, traderet Sarracenis, cū iis loci, tēporis, quātitatis, qualitatis & finis circunstantiis, quibus vir prudens pro cōperto habere deberet, nullū vmquam ex eis fructum bellicum habiturum eū, cui traditur, neque vllum alium Sarracenum. Quia lex fundata in præsumptione, sicut non ligat in foro exteriori, si non est præsumptio iuris, & de iure: & contraria veritas ostendi potest.[b] ita & minus ligat in foro conscientiæ, & corā Deo. si veritas est illi cōtratia, iuxta c. *tua*. & annotata in c. *is, qui fidem*,[d] cū omnia nuda, & aperta sint corā eo.[e] at hę prohibitiones speciales fundatæ sunt in præsūptione, vt præcedens corollarium habet: ergo illa cessante, nō ligant.

Ex quibus inferri potest solutio quæstionis illius confessarij, cui pœnitens confessus fuit, se in finibus Æthiopię à bellis Christianorum longè remoris tradidisse ferrum paruæ quantitatis Sarraceno, vt inde clauos fingi faceret ad struendam domum, quam cœptam habebat. Quibus, & ingenio Sarracenis, ac debitis circumstantiis attentis, quilibet prudens credidisset, & credere certo debuisset, eum non esse vsurum illo ferro ad arma fabricanda: sed ad fingendos ex eo clauos domui perficiendæ necessarios. Confessario enim huiusmodi, nostra quidem sententia, salua iustiore, respondeti potuit, illum pœnitentem non incidisse in censuras huius cap. neque bullæ Cœnæ Domini: immo neque lethaliter peccasse, si aliud nō intercessisset. Quin, & me iudice, etiam in foro exteriori absolueretur, si huiusmodi circunstantias probaret. Tametsi arbittor consulendum esse pœnitentibus, vt ab his caueant, quę etsi non sint mala: sunt tamen minus bona suis contrariis: & quę in grādes scrupulos confessarios coniiciunt: & grandibus periculis iudiciariis in tribunalibus, præsertim iudicum non adeo doctorum sese exponunt.

30 Decimotertio infertur, bonam esse illam diuisionem communem, qua prohibita subministrari Sarracenis diuiduntur in prohibita simpliciter, & absolutè: hoc est, quoad omnem locum, & tempus: & in prohibita quoad omnē locum: sed non quoad omne tempus: & in prohibita quoad omne tempus, & non quoad omnem locum. Primi generis sunt omnia prohibita hic, & in d.ca. *ad liberandā*, & in bulla Cœnę Domini. Secūdi generis sunt merces alię quàm bellicæ, quæ ad nullum locum Sarracenorum deferri possunt tempore belli: sed tempore pacis sic, iuxta cap. *quod olim*. f Tertij generis sunt ea, quæ prohibentur in d. extrauagāte *multa*, speciatim vtrra hic prohibita, quæ quoad horum tempus prohibentur: sed non nisi quoad terras Sarracenorum Ægypti.

a *Lege lata, culpa. ff. de verbor. signific.*
b *In d. l. a Iulo. quod Neruu.*
c *Cap. is qui adiuncto cap. fin. de sponsa.*
d *Cap. 25. n. 144.*
a *Leg. anti. que. C. ad S. C. Pelle. l. fin. C. ad S. Cod. Macedonia. l. fin. C. arbitrat. l. à Diuo Pio. §. pignora. ff. de re iudic. capit. is qui. de sponsal.*
b *Cap. super hoc. de renūciat. l. cum de indebito. ff. de probatio.*
c *De sponsal.*
d *Eod. titul.*
e *Cap. Deus omnipotēs. 2. quæst. 1.*
f *Infra eod.*

31 Et quod idem sit dicendum de omnibus terris Sultani, ait S. Antoninus,[a] per quamdam extrauagantem Nicolai iiij. quæ incipit: *Olim*, quam non esse sublatam contendit Siluester contra Angelum ipsi vero eam non vidimus, neque aliam Bonifacius viij. incipientem: *Contra*, quàm Siluester citat. Et licet videamus Siluestrum decipi, quatenus putat,[b] eas nouari per d. extrauagantem *multa*, & etiam quatenus,[c] putat, delationem in terras Sultani prohiberi, per extrauagantem *multa*. Quod certè non fit: immo quatenus ibi Clemens ait, se adhærerere vestigiis Nicolai, & nihil, nisi de terris Ægypti exprimit, aliud videtur quoad alias Sultani statuere. Licet item in hunc secundum errorem decidat etiam Ioannes Tabiensis.[d] Licet item Caietanus non citet vllam talem extrauagantem aliam, quàm d. extrauagantem *multa*. Quia tamen etiam Ioannes Tabiensis idem quod S. Antoninus tenet, licet significet, se non vidisse extrauagantem *Contra*, quam citat, non audeo discedere à Diuo Antonino: cui addo, quod cum Turca suo regno adiecerit iam Sultani imperium, oportebit idem dicere de terris omnibus Turcæ: quod ipse ait de terris Sultani. Quia Turca est Sultanus, immo & grauius occupat terrā sanctam, & totam Syriam, quàm ille occupabat.

32 Decimoquarto infertur, incautè fuisse loquutum illum virum doctum, qui dixit omnia, quæ sunt speciatim prohibita, esse absolutè prohibita. Nam multa in illa extrauagante prohibentur specialiter: quæ tamen non sunt absolutè, id est, quoad omnē locum & tempus prohibita, vt palam est. Addo item hanc diuisionem prohibitorum in prædictas tres species, de qua in corollario præcedenti, aut non esse diuisionem generis in suas species: sed analogi in sua analogata, vel illa, de quibus analogicè dicitur, aut neruosum ex ea sumi argumentum contra corollarium sequens, vt ibi dicemus.

33 Decimoquinto inferri videtur, quòd in hac materia appellatione prohibitorum, sine alia adiectione, sola prohibita quoad omne tempus, & locum includuntur: & non alia, quæ quoad aliquod tempus tantùm, vel quoad aliquem locum tantùm, quod sensit ante omnes Gofredus in fine summæ huius titul. & Abbas antiquus,[e] & Panormitanus, Cardinalis, Ioannes ab Annania.[f] Vbi clarius omnibus Henricus, licet nihil tangat Felinus. Idem etiam sentiunt Andreas, Antonius, Panormitanus, & communis.[g] Tametsi hoc non omnino apertè aperiant: clarius tamen his non relatis aiunt Siluester & Caietanus vbi supra. Pro eis facit 13. corollarium, in quo est conclusum, sola primi generis prohibitorum, scilicet quæ sunt prohibita quoad omne tempus, & locum dici prohibita simpliciter, & absolutè: cætera verò secundum quid, scilicet secundum locum, vel secundum tempus: at quod secundum quid est tale, non dicitur simpliciter tale.

34 Vnde, dominium vtile non dicitur simpliciter dominium.[h] Nec excommunicatio minor videtur dici simpliciter excommunicatio.[i] Quamuis alia ratione id ibi contingit, vt aliàs ibidem diximus. Nec homo pictus dicitur simpliciter homo, iuxta illud dialecticorum: *Omne analogum per se sumptum, stat pro famosiore significatu*: secundum Aristotelem receptum. Secundo pro eisdem facit, quod extrauagans *multa*,[k] post illa verba: *Ferrum, equos, arma, & alia vetita*, subdit, *necnon victualia, & mercimonia, &c.* per quod significare videtur victualia, & mercimonia, non esse de prohibitis.

35 Contra quos tamen plurimū vrget, quod omnes species alicuius generis sub eius propria significatione continentur, iuxta singulare ac receptum dictum Bald.[l] Et prohibitum quoad certum tempus, & prohibitum quoad certum locum: & prohibitum quoad omne tempus, & locum, tres species sunt prohibitorū, vt habet 13. corollarij.

36 Et si respondeas, quod illa diuisio illius corollarij est diuisio analogi in sua analogata, seu ea, de quibus analogicè dicitur, vt in præcedenti corollario tangebamus: replicari potest, quod debitū quoad certum locum, est verè debitum,[m] & debitū quoad certum tempus, verè est debitum.[n] Suspensus quoad certū actum, verè suspensus est, iuxta glossā,[o] ergo pari ratione prohibitū quoad aliquod tēpus, vel locū dici debet, verè & analogicè prohibitum.

37 Quare aliter videtur respondendum, scilicet, quòd id non contingit ob defectum significationis propriæ: sed ob defectū intētionis animi disponentis: sicut in simili sæpe[a] diximus: quod causa, quare appellatione verbi, *beneficium*, positi in expectatiuis, & mandatis de prouidendo nō cōprehenditur beneficiū curæ animarum, non est defectus significationis proprię: sed defectus intētionis rescribentis.[b] Et si vrgeas interrogando, vnde constet intentio Romanorum Pontificum in hac materia loquentium, non esse comprehendere temporaliter, vel localiter tantùm prohibita appellatione prohibitorum, quoad leges pœnales! Respondeo, quod ex multis saltem coniunctis, scilicet, quòd non est tanta ratio in his, sicut in illis: & quod pœnæ sunt restringendæ: & quòd Clemens V. in dicta extrauaganti *multa*, id significauit, quatenus posteaquā prohibuit ferrum, equos, arma, ac alia, vetita subiicit: *Nec non victualia, & mercimonia*: & quòd omnium doctorum mens siue iustè siue iniustè concepta illa videtur fuisse: & doctorum consilio leges Romanæ: & processus Cœnæ Domini promulgari solent. Quæ tametsi ad reuincendum contradicentem forsitan non sufficiant: ad assentiendum tamen opinioni communi, & benigniori in materia pœnali satisfacere videtur: licet cōtra hæc sit oppositio fortissima, quā mox cōtra corollariū sequens, quod ex hoc infertur, formabimus.

38 Decimosexto infertur, ex præcedēti corollario conclusio quotidiana, scilicet, in censuras bullæ Cœnę Domini non incidere eos, qui alias merces, quam bellicas etiam tempore belli deferunt Sarracenis: immo neque qui alia, quàm equos, & alia similiter prohibita deferūt. Quoniam clausula illius huc pertinens, solùm excommunicat deferentes Sarracenis equos arma, ferrū, lignamina, & alia prohibita: at per corollariū precedēs appellatione prohibitorū non continentur, nisi simpliciter prohibita: ergo propositum.

39 Contra hanc tamen conclusionem facit primò, quod ex ea sequeretur, quod verba illa, *deferentes prohibita*, posita in illa clausula nihil operarentur. Quia quoad ibi expressa nihil operantur: quippe quæ sine illis sub ea includuntur, & nulla alia videntur esse prohibita, in quibus verificentur. Nam tria sola, quæ in hoc cap. speciatim prohibentur, scilicet, arma, ferrum, & lignamina, etiam ibi exprimuntur: immo adduntur equi. In cap. item. *ad liberandam*. solum additur venditio galearum, & nauium: quæ non potest comprehendi sub illis verbis *deferentes prohibita*, quia qui galeam vendit Sarracenis, non dicitur eam eis deferre, alioqui d.c. *ad liberandam*, nihil adderet huic cap. excommunicando vendentes galeas, & naues, cum per hoc excommunicentur deferentes. Quod tamen est contra omnium mentem, & præsertim contra Caietanum magis, quam alij affirmantem hoc corollarium. Et si proteruiendo pergas dicere, quod venditio nauis sit delatio: considera huic consequēs esse, quod includitur, per alia verba illius clausulæ anteriora, scilicet: *Deferentes arma ferrum, & lignamina*: quoniam prohibitus deferre lignamina galearum, prohibitus quoque est deferre galeas, vt supra,[c] diximus: & per consecutionem verbum, *prohibita*, quoad id nihil operatur. Secundo facit, quod illa verba: *Deferentes prohibita*, nihil operantur etiam, quoad exercentes curam, & regimen galearum, & nauium piraticarum Sarracenorum qui licet excommunicentur per hoc cap. non tamen excommunicantur per illam clausulam, secundum Angelum quem Siluester, Caietanus & Ioannes Tabiensis vnanimiter sequuntur. Quia exercere illud regimen non est quidquam deferre: & per illam clausulam solùm deferentes excommunicantur. Ad hoc difficile argumentum respondeo, quod verba illa: *Deferentes prohibita*, illius clausulæ, verificari possunt in omnibus vtilibus mediatè, vel immediatè ad bellū subministratis malo animo formali, vel virtuali, vt eis impugnent Christianos. Hęc enim omnia quoad omne tempus, & locum prohibentur, per hoc cap. & cap. *ad liberandam*,[d] vt[e] supra[f] diximus. Ad quod probādum tetigimus ibi septimo loco hoc argumentum. Itaque verbum, *prohibita*, positum in illa clausula includit tantum illa, quæ generaliter hic, & in d.c. *ad liberandam*, sunt prohibita: quæ est resolutio noua, singularis, & vtilis.

40 Decimoseptimo infertur, ex corollario præcedenti,

omnes

a *3. part. situ. 14. capit. 30. col. 3.*
b *In verbo, Excommunicatio 7. col. 3.*
c *In 5. notab.*
d *In ver. Excommunicat. 6.*
e *In cap. significauit. infr. eodem.*
f *Ibidem.*
g *In d.c. quod olim. infra eodem.*
h *Le. 1. §. 1. ff. si ager. vectigal. vel emphyt.*
i *Cap. penult. de sent. excōmunicatio.*
k *De Iudais.*
l *In l. 1. C. de iure aur. annul.*
m *ff. de eod. quod cer. loco, per totum.*
n *Leg. in die. ff. de cond. indeb.*
o *Clem. cupientes. de pœnit.*
a *In rubrica. de præbend. & alibi.*
b *Cap. final. de præbend. & capit. cum in illis. eodem titul. libr. 6.*
c *In 6. notab.*
d *Infr. eod.*
e *In 4. dicto, & illat. prima.*
f *Eod. notab.*

omnes qui animo formali, vel virtuali iuuandi Sarracenos contra Christianos deferunt eis aliqua vtilia bello, vel prælio mediatè, vel immediatè, incidere in censuras bullæ Cœnæ Domini: quod maximè animaduertant confessarij. Quoniã hi deferunt prohibita quoad omne tempus & locum, vt dictum est.[a]

41 Infertur item vendentes solum, & non deferentes naues, vel galeas Sarracenis non incurrere: neque etiam exercentes curam, & regimen galearum, & nauium piraticarum: quia nulli horum dicuntur deferre prohibita. Neq; qui merces alias ab expressis in dicta clausula tempore belli ad eos deferunt: quia non deferunt prohibita simpliciter quoad omne tempus, & locum, nisi aliquo modo essent vtilia bello, & obid ad eos defertent: quoniam eo respectu quoad omne tempus & locũ fiunt prohibita, per prædicta. Infertur itẽ aliquos incidere in censuras illius clausulæ, qui non incidunt in censuras huius c. eos scilicet, qui equos, sine intentione mala formali, neq; virtuali ad eos deferunt. Contra enim talem delationem nulla censura hic fertur: & ibi sic, vt palã est ex prædictis.

42 Decimooctauo infertur solutio quæstionis, quam ex facto interrogabat, an scilicet qui vendit arma Sarracenis habentibus plura, quàm quibus egent, incidat in hunc canonem. Respondendum est enim, quidquid Tabiensis senserit, incidere: quia, etsi qui Sarraceni plura arma habeant, quàm quibus in præsentia egeant: non tamen habẽt plura, quàm quę eis sunt vtilia: neq; plura, quàm quib[b] breui tẽpore egere possint prælio aliquo graui victi, & armis & militibus priuati.

43 Decimonono infertur pœnis huius canonis subiici omnes, qui subministrant arcem, turrim, vel speculas munitas, siue non munitas, vel aliam quamcumque fabricam, vel machinam, ligneam, ferream, lapideam, terream, auream, argenteam, stanneam, vel mixtam, quæ mediatè, vel immediatè est vtilis prælio, vel bello contra Christianos gerendo; & subministratur malo animo formali, vel virtuali, seu æquipollenti. Quia ea omnia necessaria sunt ad impugnandos Christianos primo, secundo, vel tertio modo, de quibus supra,[c] & in id subministrantur, intentione actuali, vel virtuali. Infertur item, eum qui prædicta subministraret bona mente, sine tali mala, saltem virtuali, non incursurum has censuras,

44 Vigesimo infertur, eos etiam incursuros esse censuras, qui subministrant Sarracenis pertinentia ad commeatum belli contra Christianos, quatenus talia sunt: hoc est, ea mente, vt mediatè, vel immediatè spectent ad prælium: puta tuendo, & augendo vitam saltem, & vires militum, vt cũ opus fuerit fortiter prælientur. Omnes item plumæ, & galeri militares, omnis pannus tinctus eo colore, quo miles vestitus fortior, & formidabilior apparet, quatenus talia sunt, hoc est ea mente subministrata, vt eorum virtus, vel effectus ad prælium perueniãt. Quoniã omnibus his, conuenit definitio necessariorum ad præliandum contra Christianos, vt patet.[d] Infertur autem simul non incursurum censuras has eum, qui hæc, sine mala mente ministraret illis,

45 Vigesimoprimo infertur solutio illius quæstionis, quam ex facto interrogabat, scilicet, an qui multum calcis, & lapidum ex Hispania in quoddam oppidum Africę, extra tamen terras Ægypti detulisset, in prædictas incidisset censuras? Respondendum enim est, incidisse, si eo animo detulit, vt ex eis arcem aliquam Sarraceni munirent, aut si antequam ea venderet, & traderet rescisset, ea sibi à Sarracenis in eum vsum emi, & ad eum vsum vendidisset: immo etiam, si cum sciuisset Sarracenos ea materia egere ad faciendam, vel reficiendam arcem aliquam, in alios vsus detulisset, & vendidisset; eo quod licet actu, siue actualiter non tradidisset ad præliandum: virtute tamen, siue virtualiter in id tradidit. Si autem bona fide, ac sincero pectore credebat ea in ædium ad habitãdum tantum ædificationem sibi emptum iri, & nesciebat eorum necessitatem, vel voluntatem ædificandi reficiendíve arcem, & ob hanc ignorantiam vendidit, & tradidit, aliàs id non facturus, ab his censuris liber fuisset.

46 Dixi, *extra terras Aegypti*, propter d. extranagantem multa, qua excõmunicatus fuisset, quacumque mente ea in illas detulisset: & pari ratione potuit: immo oportuit addi, *extra terras Sultani*, ab eo, qui sequitur opinionem Diui Antonini & communem, supra, a relatã. Immo potuit, & oportuit addi, extra terras principis Turcarum, ab eo, cui placet exẽplio nostra noua prædicti Diui Antonini supra[b] scripta.

Vndecimum notabile, quod galeas, & naues piraticas Sarracenorum gubernantes incidunt in hunc canonem, cum multis ad id pertinentibus.

SVMMARIVM.

1 *Sarracenorum naues piraticas regentes excõmunicati, & etiam galeas non piraticas. nu. 2. Quia galea ex se bellica est. nu. 4. Quid de vectoribus. nu. 6. & aliis ministris. nu. 7. & nautis, n. 8. Quid de iuuantibus, & remigibus vinctis. n. 9. & 10.*
3 *Copulatiua, Et, dupliciter coniungit, nam nunc orationem copulatiuam, nunc de copulato extremo facit.*
5 *Prohibitio specialis huius cap. in quo specialior, quam specialis cap. ad liberandam. infra eod. notè.*
11 *Absolui an possit Christianus remex, contra Christianos metu mortis remigans, & an sit excommunicatus. nu. 18. & an incidat in bullam Cœnæ. num. 19.*
12 *Metus licet excuset à furto: non tamen ab occidendo non inuadentem. num. 16.*
13 *Intellectus nouus. l. vt vim. ff. de iust. & iure.*
14 *Remex illicitè remigat in Christianum.*
15 *Defendendo se, licet quis occidit inuadentem: sed an licitè possit velle eum occidere, etiam tamquam medium ad suam defensionem?*
17 *Mors ne malo consentias, gloriosa.*

1 VNdecimo principaliter noto versiculũ: *Sunt etiam*, pro ea parte nostræ summæ, quæ habet, incidere in hunc canonem eos, qui in galeis, & piraticis Sarracenorum nauibus regimen, & curam gubernationis exercent. Contra quod facit primo, quòd verbum *galeis*, omittitur in cap. *ad liberandam*.[c] Secundo, quod nihil de hac clausula repetitur in bulla Cœnæ Domini. Tertio, quod Ioannes Andreas, Antonius, & Anannia,[d] omnes Christianos ministrantes in nauibus, Sarracenorum includunt: Panormitanus, autem & Felinus,[e] omnes in eis nauigãtes. Caietanus autem omnes in eis curam exercentes. Quidquid tamen hi patres sentiãt verus, & litteræ germanus sensus videtur esse, per hanc clausulam, eos solos, & omnes comprehendi, qui regimen, vel curam gubernationis exercent in galeis Sarracenorum, & etiam qui idem faciunt in nauibus piraticis eorundem: ita, quod illa verba faciant vnam copulatiuam compositam ex duabus prædictis orationibus.

2 Ex quo infertur primo, quod non oportet ad hoc galeas esse piraticas, sed naues sic: tum, quia phrasis ipsa id significat, quatenus habet *in galeis & piraticis nauibus*, si enim verbum, *piraticis*, ad vtrumque referre voluisset, dixisset in piraticis galeis, & nauibus, vel in galeis, & nauibus piraticis: non autem, vt, ait in galeis, & piraticis nauibus.

3 Tum, quia illa copulatiua, *&* non coniungit inter terminos eiusdem extremi: siue, vt clarius dialectici loquuntur, non facit propositionem de copulato extremo. quia si eam faceret, exigeret gubernationem in galeis, & nauibus: ita vt non sufficeret gubernatio galearum sola, neque nauium sola. quod nemo dicet. At si inter orationes coniungit, siue vt dialectici aiunt facit orationem copulatiuam, sensus est, eum incidere in canonem, qui gubernationem exercet in galeis: eum item, qui eam exercet in piraticis nauibus, vt palã est: & ita sufficit gubernasse galeas, vel gubernasse naues piraticas. quod est nostrum propositum.

4 Tum, quia galeæ suapte natura magis spectãt bellum, & piraticã, quàm aliæ naues oneratiæ. Et ideo nõ est mirũ, vt exigatur, quod naues sint piraticæ: nõ autẽ galeæ: & cõstat, quod gubernatio earum, & nauium bellicarum, vel piraticarum Sarracenorum est fauor eis, & terror nostris.

5 Secundo infertur, conclusio noua, & singularis, scilicet, prohibitionem huius cap. specialem, aliqua parte esse latiorem prohibitione speciali, cap. *ad liberandam*,[a] ea nempe, qua excommunicat Christianos gubernantes galeas, non piraticas, vt[b] diximus, & infra,[c] tangemus.

Tertio infertur, quòd nihil obstat prædictis cap. *ad liberandam*, & clausula processus Cœnæ Domini: quoniam fatemur eos, qui exprimuntur hic, & tacentur ibi, non comprehendi ab eis, neq; teneri vinculis illarũ dispositionũ.

6 Quarto infertur, vectores transeuntes in earum nauibus ab alijs in alias terras, ob hoc solum non incidere in hunc canonem. Quia non regunt, neque gubernant eas: & ita Panormitanus & Felinus incogitanter omnes nauigantes comprehendisse dixerunt.

7 Quinto non incidere in eum pueros Christianos, qui Sarracenis seruiunt in galeis, vel nauibus piraticis à poculis, à chordis, & ab aliis ministerijs à gubernatione remotis: & consequenter, quòd Ioãnes Andreas Antonius Anania, & communis, alius alium secuti, inaduertenter comprehenderunt omnes ministrantes.

8 Sexto idem dicendum esse de nautis remigibus, vel aliis mercenariis, qui non gubernant: sed qui gubernantium iussa capessunt.

9 Si autem hi adiuuarent Sarracenos contra Christianos pugnando, vel remigando, tradendo arma, quibus pugnarent, consulendo, vel animando, vel aliter quoquomodo inciderent in excommunicationem, siue quia necessaria subministrant ad impugnandos Christianos contra hunc textum siue quia consilium, vel auxilium, quoquomodo eis contra Christianos præstant, contra cap. *ad liberandam*,[d] & contra clausulam bullæ Cœnæ sanctissimi D. Gregorij XIII.

10 An autem Christiani captiui in galeis ad remigandũ vincti, qui ne occidantur, aut perculsionibus, & liuoribus morte peioribus afficiantur, remigant in galeis Sarracenorum contra Christianos, incidãt in hunc canonem: & an à suis confessariis absolui queant, ante quam absoluantur à censura bullæ Cœnæ Domini, & antequam proponant, se numquam vltra Sarracenis in Christianos talem opem laturos? quæstio quotidiana est.

11 De qua consultus ante duos annos à viris Apostolicis in Africam, vt negotia Domini nostri Iesu Christi agerent, translatis: respondi (si satis memini) quatuor. Primũ eos peccare: quoniam contraueniunt præcepto de non occidendo Decalogi,[e] relato per glossam.[f] Quia non solum contraueniunt illi præcepto, qui occidunt, vel occidere, aut iniustè pugnare volunt: sed etiam ij, qui occidenti vel iniustè pugnanti, vel id facere volenti, quoquomodo opitulantur, consulunt, vel consentiunt.[g] Et quamuis à furando excusaret necessitas illa grauissima suam mortem euitandi, argumento annotatorum in cap. *si quis propter necessitatem*,[h] non tamẽ excusare potest à præcepto de non occidendo. Quia oportet omnia mala pœnæ pati, potiusquam malo culpæ consentire.[i]

12 Contra quod tamen facit primo. l. *vt vim*,[k] in illis verbis: *Quod quisque ob tutelam sui corporis fecit, iure fecisse videtur*, Secundo obstat. l. *in damnum*,[l] quæ habet: *Eius nulla culpa est, cui necesse est parere*, & decisio Petri, quem ibi Cynus Albus & Salicetus sequuntur,[m] scilicet, quod excusatur ab homicidio famulus, qui præcepto heri occidit vxorem adulteram, vel alium, ne ipse ab hero præcipiente, si ei non paruerit, occidatur. Quod ipsum tenet Baldus,[n] & Decius,[o] & Cardinalis. P. Tertio facit, quod si conclusio supradicta teneatur, confitendũ est, omnes remiges Christianos, qui mille mortes, ne Christum negent, patiuntur, extra eius gratiam esse, neq; in eam redire posse, nisi prius decreuetint, potius mortem subire: quàm remigare in Christianos, quæ dura videtur conclusio.

13 Non obstantibus tamen his teneo id, quod ante dicebam, & ad horum primum respondeo, legem illam: *Vt vim*, intelligendã esse de eo, quod vim metuens facit aduersus eam inferentem, & non de eo, quod aduersus aliũ, vt in nostro casu contingit: & ideo quamuis hi remiges possent se defendendo occidere Sarracenos eos iniustè verberantes, & volentes occidere, eo quod non remigant contra Christianos: non tamen possunt remigando adiuuare eos contra Christianos, ne à Sarracenis occidantur, per dictum cap. *sacris*, vbi Panormitanus, q hoc quod dicitur tenet.

14 Et confirmatur noua ratione, eadémque nerouissima, scilicet, quod iura omnia probantia, & Doctores per ea dicentes, licere cui pro sua defensione occidere alium, non significant licere illi intendere animum in mortem alterius tamquam in finem, vel medium suæ defensionis; vt singularissimè videtur probare princ. cap. *de occidendis*. quia peccaret, si vellet occidere etiã ad finem sese defendendi: sed significant licere cui intendere animum ad se defendendum, etiam si ex sua defensione præter suam intentionem mors alterius sequatur, vt videtur sentire S. Thomas,[b] & fusius ibi Caietanus & fusius Abulensis,[c] at qui ne occidatur ab hero præcipiente, vxorem suam adulteram, vel alium occidit, mortem illius accipit, vt medium sese: defendendi: ergo peccat, & malè facit.

15 Posteaquam tamen hanc rationem scripsimus contra assumptum in ea tenuimus in Man. Confessariorũ.[d] sub finem allegando ea quæ in cap. *olim*,[e] scripseramus, & Sotum qui postea idem tenuit.[f] Quod nouis rationibus munio in d. Manual. cõcludendo licere aggresso velle occidere aggressorem, quando est medium necessarium ad suæ vitæ defensionem: quare præcedentes rationes videntur esse hac nerosiores.

Ad secundum respondeo negando, quod seruo, vel famulo necesse sit parere domino vel hero tam atrocem tem præcipienti contra legem naturalem, duinam, & humanam, argum. cap. *si dominus*.[g]

16 Et ad decisionem Petri, & Cyni respondeo, communiter quidem esse receptam: sed mea sententia multò falsissimam: & demiror eam tot patribus antiquis, & nouis eruditissimis probari: nam sicut neque Cagnolus, neque Ferrarius,[h] recedunt à Decio: ita gaudeo eam reprobatam fuisse à Panormitano,[i] posser itẽ respõderi, illã decisionem tenendam esse quoad forum exterius, saltem quoad hoc, vt multo mitius puniatur, quàm si absque illo timore feciss et: non tamen quoad Deum, & in foro conscientiæ.

17 Ad tertium, respondeo, durum quidem esse pati mortem, quæ omnium terribilium maximum est: ac gloriosissimam esse mortem, quæ ne rei malæ consentias, subitur. vt singulariter dixit gloriosus Eleazarus,[k] præmiáque maxima, quæ neque oculus vidit, neque auris audiuit, præparata esse illis: & præmonitos nos esse à duce nostro Christo, ne timeremus eos, qui occidunt corpus.[l] Hactenus de primo dicto.

18 Secundum, quod prædictis quæstionibus respondimus fuit, defendi posse prædictos remiges nõ esse excommunicatos. Non quidem, eo quod non peccant lethaliter: neque quia non dent, vel non faciant necessaria ad impugnandos Christianos contra hoc ca. vel quia non dent auxilium cont. cap. ad liberandam. Sed quia non videtur intentio sacrosanctorum Conciliorum fuisse, excommunicare eos, qui mortis necessitate adducti, contra suam voluntatem adiuuant.

Tertium quod esto teneremus eos esse excommunicatos per hæc antiqua iura, cuius contrarium putamus: posset tamen dici non esse excommunicatos per præfatam clausulam bullę Cœnę, quę non videtur includere illos: & ita excommunicationem eorum non esse reseruatam Papę: sed posse tolli ab ordinario.

Quarum respondimus, hęc consequi, scilicet etiã à peccatis eos posse absolui, si proponant nullatenus vnquam vltra remigare contra Christianos: alioqui autẽ non. Quia non habent voluntatem desistendi à peccato neque per consecutionem contritionem sufficientem ad hoc, vt possint à peccatis absolui, iuxta ea, quę vtiliter scripsimus in cap. fratres.[m]

IN GLOSS. I.

IN huius relectionis initio septem glosas vtiles, & nouas super septem glosis huius ca. me facturum promisi: sed quia multo plus quàm putaram illa sub prelo creuit, earum bonam partem in commentariolos quorundam aliorum huius tituli capitũ relegabo, ratus id gratius vtiliúsque candido lectori futurum. Tertium item notabile multis vtilibus mutilaui, quibus hanc glosã primam decreuerã illustrare, quę tamẽ, ne veluti nimia in tertiam mensa nauseam pariant, ad cap. *ad liberandam*.[n] remitto.

a *In corolla, præcedenti.*
b *Eodem not. num. 2.*
c *Num. 2.*
d *Ex 4. dicto.*
a *In 13. corol.*
b *In dicto corollar. 13.*
c *Infra eod.*
d *In suis summariis.*
e *In suis.*

a *Infra eod.*
b *In 10. nota.*
c *Super eod. cap. ad liberandam.*
d *Infra eod.*
e *Exod. 20.*
f *Capit. quid in omnibus. 32. q. 7.*
g *Cap. sicut dignum. §. illi autem. & §. illi vero. & §. qui vero. & §. hi quoque. de homi. cap. 1. cum ei annotatis. de offic. deleg. c. notum. 2. q. 1. Lit. qui opem. ff. de fur. cum ei annot.*
h *De fur. & cap. disciplinam. de consecrat. dist. 5.*
i *Cap. irãne. 32. q. 5. & ita palam. §. non est ignoscendũ. ff. de vit. nupt. cap. faciens. de hũ, quæ vi. lifti. quidẽ ff quod met. caus.*
k *ff. de iusti. & iur.*
l *§. 1. ff. de regul. iur.*
m *In l. 1. C. vnde vi.*
n *In §. initio. colum. penult. de pace iuramen. firman.*
o *In dict. l. in damnũ. §. 1.*
p *In c. sacris. col. 2. de his quæ vi.*
q *Colum. 2.*
a 23. *quæst. 5.*
b 2. 2. *qu. 64. art. 7.*
c *In capit. 5. super Matth. quæst. 46.*
d *Cap. 15. à num. 2.*
e *De restitu. spoliat.*
f *Lib 5. qu. 1. articu. 8 de iusti. & iure.*
g *Capit. non semper. & c. Iulianus. 11. quæst. 3.*
h *In d. le. is damnũ. §. 1.*
i *In d. capit. sacris col. 2.*
k 2. *Mach. c. 6.*
l *Matth. 10. & cap. nolite timere. 11. q. 3.*
m *De pœnit. dist. 5. nu. 33.*
n *Infra eod.*

IN GLOSS. II.

SVMMARIVM.

1 *Arma ad alios hostes, quam Sarracenos deferens non incidit in hanc censuram.*
2 *Arma non habet si non habet ferrum, mala illatio est.*
3 *Arma sunt lapides, etiam propriè intentione assumentis.*
4 *Causa vt intelligitur perempta perit res.*
5 *Causa quadruplex finalis, efficiens, formalis & materialis.*
7 *Delatio prohibitorum sine malo animo an mala.*

1 EX hac glossa colligo primo ampliationé huius cap. scilicet hæc, de quibus hic habetur, non solùm non esse deferenda Sarracenis: sed neque aliis hostibus. Cui adde quod neque aliis barbaris, per ea, quæ supra, [a] diximus. Deferentes tamen ad alios hostes, vel barbaros, licèt malè faciant puniríque possint aliis pœnis l.2. [b] & aliarum legum, regum, & principum; non tamen pœnis huius cap. neque aliorum iurium Pontificiorum de hac re statuentium, per ea, quæ supra [c] dicebamus: & quia lex pœnalis de vno casu ad alium extendi non debet. [d]

2 Secundo colligo consecutionem hanc esse bonam: Talis non habet ferrum: ergo non habet arma. Quod tamen incogitanter dictum est. Tum, quia supra, [e] probauimus omnium artium instrumenta esse propriè arma: quorum tamen plurima non sunt ferrea. Tum, quia, si dicas glossam intelligendam de armis bellicis, multa sunt arma bellica, quæ non sunt ferrea: puta fustes & lapides, quæ, teste ipsamet glossa, sunt arma bellica, & de quibus ea loquitur. Tum, quia bombardæ, & bombardulæ, siue scloperæ ex cupro conflatæ arma sunt, & non ferrea.

3 Tertio colligo lapides, & fustes arma esse. Quæ communis conclusio est, & amplianda, vel procedat capiendo verbum, *arma*, strictè pro armis bellicis, per dicta, [f] & propriè sumpto verbo, *arma*, per dicta. [g] Licet non sint arma intentione fabricantis: sed intentione assumentis, vt ibi notè & vtiliter dictum est. [h]

4 Quarto colligo, hanc consecutionem esse bonam, Perempta est causa: ergo perè ptus est effectus. Quod glossa significat per illum versiculum: *Causatum perimit causa perempta suum*, adiunctis illis, quæ præmisit. *Si enim non habent ferrum, neque arma.* Facit l. *generaliter*, [i] l.2. [k] cap. *cum cessante causa cesset effectus.* [l] Sed contra hoc facit, quod hæc ipsa glossa quæ hoc habet, etiam hodie durat, cùm tamen eius auctor, & causa, scilicet, Bernardus iampridè sit mortuus. Et quod multi filij viuunt, quorum parentes, qui eorum fuerunt caussa, pridem obierunt. [m]

5 Ad hoc respõdeo quadruplicem esse caussam, scilicet, efficientem, finalem, formalem, & materialem, secundum Philosophum, [n] & Bartholum receptum, [o] & Calderinũ, Panormitanũ & oẽs in proœmio Gregoriano de quibus aliàs latiùs dixi, & anno insequẽti, Deo annuente, dicã. [p]

6 Et harum duæ scilicet, formalis, & materialis ingrediuntur rei, & effectus compositionem: aliæ verò duæ, scilicet, finalis, & efficiens non: vt per eundem Philosophum vbi supra, & hæ duæ appellãtur caussæ rei fiendæ: priores verò etiam essendæ, vt vtar verbis Mariani. [q] Et conclusio glossæ nostræ procedit in caussa materiali, & formali essentiali, quæ ingrediuntur rei productæ compositionem, & quæ etiam vocantur essendi. Vnde rectè sequitur: Non habet corpus, vel non habet animam rationalem: ergo non est homo. Quia caussa formalis substantialis hominis est anima: & caussa materialis eiusdem est corpus. [r] Et hoc sensit singulariter Bartholus, [s] dum, [t] ait quod illud dictũ: *Remota caussa, remouetur effectus*, est intelligendum de caussa proxima intrinseca, & essentiali: & non de caussa remota extrinseca, & accidentali. An autem in caussa finali valeat hoc argumentum, dixi aliàs, & dictaui profundius, quàm alij Salmanticæ, [v] & communiter tenetur, regulariter valere, quando nullæ reliquiæ illius caussæ finalis supersunt, vt resoluit Dynus, [x] cuius additio plura citat, quæ non expendo altius, quia glossa nostra de caussa materiali tantum agit.

7 Quinto colligo ex glossa id, quod solum colligit ex eo Panormitanus scilicet, pœnam huius capit. locum habere contra deferentes res in eo prohibitas, etiam si absque intentione, vt per eas impugnẽtur Christiani deferant. Circa quod dico primum, vix posse hoc ex hac glossa colligi. Deinde, quod mea sententia verum est, quoad ea, quæ specialiter prohibẽtur in eo. puta quoad ferrum, arma, & lignamina galearum: non autem quoad alia, vt supra, [a] tangebam, & in cap. *significauit*, infra, [b] opportunius repetam.

a *In 10. nota. nu. 38. & sequent.*
b *Eodem.*

IN GLOSS. III.

SVMMARIVM.

1 *Clericus arma ministrans pugnantibus, an & quando irregularis.*

GLossa hęc ex textu colligit clericum, qui arma pugnãtibus ministrat, haberi pro homicida, si homicidium sequatur, & ita esse irregularẽ. Circa quod dico primum, id colligi vtrumque ex textu, non tamen nimium efficaciter: colligitur enim sic. Christiani deferentes arma Sarracenis castigantur per Concilium: ergo clerici ministrantes arma pugnantibus tenentur de homicidio. quę collectio non est nimium bona. Quoniam si esset bona colligeretur, clericum haberi pro homicida, etiam non consequuto homicidio. Quia Christiani, arma deferentes Sarracenis excommunicantur pe hoc ca. etiam si illi non vtantur eis contra Christianos, vt paulo ante insinuabam. cùm tamen clericus arma pugnantibus ministrans non habeatur pro homicida non sequuto homicidio.

Secundo dico glossam commendari à Panormitano, & communiter probari à doctoribus hic: cuius eadem fere verba ponit Speculator, [c] & eam plurimum ponderare Marinus. [d] Et glossam quidem verã esse quoad ministrantem arma pugnanti in bello iniusto, per multa fundamenta, quæ hic scripseramus, sed maximè dubia est, ob plurima quæ pro vtraque parte adducebamus, Quę planè omnia, ne contra breuitatem ab initio promissam, nimis multa esset hęc relectio, ablegaui in ca. *quod in dubiis*, [e] vbi opportunius locata, qui volet, legere poterit, quorum bona pars habetur ex caussa in Manuali latino Confessa. [f]

c *Titul. de legato. § iuxta num. 54.*
d *In capit. ad audientiã. de homicid. col. 31.*
e *De pœnis.*
f *Cap. 27. nu. 214. & sequ. & num. 220.*

IN GLOSS. IIII.

EX hac glossa colligitur primo, excommunicationem huius cap. ipso iure incurri, & ita hic esse vnum casum, in quo excommunicatio ipso iure incurritur, quem inter alios 30. iuris veteris locos 25. ponit Hostiensis. [g] Alios triginta inductos per iura Sexti colligit glossa magna & singularis, [h] & alios. 50. expressos, & duos tacitos Clementinarum, glossa singularis. [i] Ea verò, quæ hic decreueram dicere de differentia pœnæ excommunicationis ab aliis pœnis, etiam ipso iure in cursis, quoad absolutionem à confessariis, vel ab aliis faciendam, ne sim nimium multus mitto ad ca. *ad liberandam.* [k]

Secundo colligo ex glossa quod per hæc verba: *Excommunicationi subiectos esse censemus*, inducit canonem latè sententiæ: & per consequutionem, quod licèt in dubio excommunicationem debeamus interpretari ferendam, & non latam, iuxta glossam celebrem; [l] Quando tamen fertur, per participium præteriti temporis coniunctum verbo præsentis vel præteriti, iudicanda est lata. Diximus *adiunctum verbo præsentis temporis*, quia si iungeretur verbo futuri, secus esset, vt si diceretur: Censebuntur suspẽsi, secundũ omnes: immo & si iungeretur verbo ambiguo, an esset futuri, vel præteriti: puta verbo præteriti perfecti subiunctiui modi, vt si diceret: Nouerit se esse suspensum, secundum Dominicum, [m] quem sequitur Felinus, [n] nisi addatur aliud verbum, quod aliud denotet, vt ibi per eum.

g *In summa de sent. excõ. §. 2.*
h *Cap. Eos eod. tit. lib. 6.*
i *In verbo Excommunicationis. Clement. 1. eod. titul.*
k *Infrà eod.*
l *Cap. in pœnis. de regul. iur. libr. 6.*
m *In ca. 1. §. fin. col. 2. de electio. lib. 6.*
n *In cap. Rodu. phus. nu. 30. de rescrip.*
o *De iudici. not. 5.*

IN GLOSS. V.

EX hac glosa collige, posse Papam statuere, vt laicus committens aliquod crimen, fiat seruus. Pro glosa faciunt decem & septem argumenta neruosa, quæ attulimus in rep. c. *nouit* [a] ad probandũ, quod vtraque iurisdictio tam laica, quàm ecclesiastica est penes Papam. [b] Contra tamen glosam & hoc notabili ex ea collectum faciunt

p *à nume. 1. vsque ad nu. 19.*

alia 17. pro cõtraria parte in eadem repetitione, & eodem notabili adducta. [a] Sed dicendum conclusionem ex glossam collectam veram esse, siue teneamus opinionẽ communem, quæ habet vtramque suprematn potestatem esse penes Papam, ecclesiasticam quidẽ actu, & habitu: laicam vero habitu tantùm, siue alteram resolutionem, quam nos nouè asseruimus, [b] quam aliquantulum mutatam ab his, quæ olim continebat, nuper edidimus: quæ quia ibidem videri potest, hic non repetitur. Ex qua vt ibi elicui vicesimum quintum corollarium, & alia multa post illud ad reddendam rationem generalem, quare Papa frequenter, & in arduis caussis super laicis statuit, iúsq; dicit: ita nunc elicio rationẽ specialem, quare in hoc Concilio potestas ecclesiastica super laicis, hoc statuere potuerit. Est enim illa, quod per resolutionem illam eatenus potest Papa super naturalibus statuere, quatenus est necessarium ad supernaturalia seruanda, & ad consequendam, conseruandamque salutem animæ viæ per gratiã, & salutem patriæ per gloriam: & statuta in hoc cap. & similibus sunt necessaria, vt palam est, ad seruandum Christianismum purum, & mediante illo adipiscendã sine errore salutem animæ, tam viæ per gratiam, quàm patriæ per gloriam: quæ sunt supernaturalia dona munificentissima, Dei misericordia nobis concedenda, Amen.

a *à num. 20. vsque ad nu. 41.*
b *In d. capit. nouit. nu. 41.*

IN. GLOSS. PENVLT.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus an aliqua inducta iure naturæ? & quod non ea, quæ est hominis ad hominem, de qua hic. nu. 2. quæ vero est hominis ad Deum sic. nu. 4. & hominis ignari ad sapientem. nu. 5. & etiam alia certo respectu. nu. 11. & nu. 15.*
3 *Ius naturale quid nouè.*
6 *Seruitus sacris litteris primum innotuit: & est contra ius naturale quoad statum innocentiæ vno respectu, & quoad alium altero. nu. 10.*
7 *Libertas iuris naturæ quoad statũ lapsum vno respectu, quoad statum innocentiæ altero. nu. 8.*
9 *Malum nullius generis fuisset ante peccatum.*
12 *Seruitus est inuentum Noę, non Lacedemoniorum nec iuris gentium licet eo sit inuentus modus inducendi aliquam. nu. 14. Sicut & alij iure ciuili, & Pontif. nu. 15.*
13 *Intellectus. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure.*
16 *Seruitutem de qua cap. cum multa. 15. quæst. vlt. etiam nunc durare.*
17 *Seruus non est natus ex coniugio sacerdotis, & vxoris eius id, ignorantis.*
18 *Legitimus filius coniugii ignari impedimenti alterius.*
19 *Seruus ob delictum non potest manumitti.*

1 EX hac glossa colligo primo, aliquam seruitutem esse inductam iure naturali, aliquam iure gentium, aliquam iure canonico per iura in ea citata. Cõtra quod oppono primo, quòd omnis homo iure naturæ est liber, & liber nascitur. [c] Et seruitus contra naturam, [d] at ius naturale non est contrarium iuri naturali. Ius item gentium, aut est ius naturale, aut certè non illi contrarium, quia ius ratione naturali cõstitutum, [e] lex vero Pontificia, & quælibet alia humana contra legem naturæ facta non valet, [f] ergo nullo iure naturali gentium, aut Pontificio, regio, vel Cæsareo seruitus induci potest.

2 Hanc difficultatem varij variè soluunt: quam libenter pro dignitate tractassemus nisi nos multa properare, velaque cõtrahere cogerent. Sed, quod satis est, breuiter, & resolutè respondendo dicimus primo, nullam seruitutem hominis ad hominem, de qua glossa loquitur, iure naturali fuisse inductam. Nam, vt in repe. cap. *ius naturale*, [g] demonstrauimus, ius naturale est ius per se notũ, vel quod necessario sequitur ex illo.

3 Quod satis probatur in illo cap. quatenus habet, ius naturale esse, quòd instinctu naturæ, & non constitutione habetur aliqua. Et in l.l. [h] qua parte habet, & definit illud esse, quod natura, hoc est, Deus dans esse naturale docet: id enim, quod per se notum est, omne, & solum Deus solus naturaliter docet: at nullo tali iure constitutum est, vt vnus homo penitus sit seruus alterius hominis, ita vt alter sit dominus eius, perinde ac pecoris alicuius: ergo propositum.

4 Secundo quod seruitus hominis ad Deum iure diuino naturali, inducta est: & diuino supernaturali probata. Diuino quidem naturali, quoniam per se notum est: aut ex se notis necessario infertur ius, quod iubet, quod vnaquæque res teneatur suo modo esse principij suæ essentiæ, & illud diligere, iuxta glossam, [a] quæ super illo: *Addidit illis disciplinam*, dicit disciplinam naturalem, quam dedit omni homini, vt subiiceretur suo creatori, & bonorum operum honorificẽtiam custoditet: Diuino autem iure approbata est, iuxta illud. [b] *Accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore:* & rursus, [c] *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies:* Et rursus vbi [d] scribitur: *Seruite domino in timore, &c.*

5 Tertio, quòd seruitus illa, qua homo ignorans debet sapienti subiici, & per eum gubernari etiam lege naturæ inducta est, secundum Aristotelem. [e] Itaque glossa hæc incautè videtur dixisse, seruitutem, de qua agit cap. *fexto die*, [f] quæ hominis ad hominẽ, inductam esse iure naturæ: nisi per ius naturale intelligas ius, quod fuit ante legem gratiæ euangelicam, & ante legem veterem Mosaicam: vel id, quod infra, [g] dicam. Cautius loquutus fuit Gofredus, [h] dicens, seruitutem inductam iure diuino, confirmatam iure gentium, probatam iure Pontificio: cui aliqua ex parte consentit etiam hic Anania.

6 Sed verius est, seruitutem, de qua in d. capit. *fexto die*, sacris quidem litteris, [i] notam factam nobis: sed non fuisse inductam, neque illatam iure naturali, vel diuino, vel gentium, vel ciuili, vel Pontificio: sed sententia hominis, scilicet Noę castigantis filium suum Cham irreuerentem patris, in filio eius, & nepote suo Chanaam subiiciendo eum seruituti, vt palam habetur ibidem.

7 Quarto dico, libertatem hominum, non esse iuris naturæ ad hunc sensum, quod sit aliquod ius naturale, quo caueatur, vt omnes homines in quacumque conditione, & statu liberi sint, & nemo seruiat alteri: sed ita eo sensu sic, quod neque natura, neque ius naturæ inducit seruitutem libertati contrariam, sicut possemus dicere, quod hominem esse nudum est de iure naturali, quia natura non dedit ei vestitum, sed ars adinuenit. Sicut & rerum possessio dicitur communis iure naturali, [k] quia scilicet distinctio possessionum non sit inducta à natura: sed per hominum rationem ad vtilitatem humanæ vitæ adinuenta, vt pulchrè de more ait S. Thomas. [l]

8 Immo etiam quoad hunc sensum, quòd ius naturale dictat, vt quoad statum innocentiæ, siue naturæ integræ, & ante peccatum, omnes homines essent liberi, quidquid dubitet Fortunius Cantaber noster, [m] & ante ipsum Archidiaconus & Alexandrinus. [n] Nam id videtur sensisse Augustinus. [o] Et confirmatur hac nouissima & neruosissima ratione, desumpta ex ipsomet S. Thoma. [p]

9 Affirmat enim ipse ibidem traditionem fidei habere, quòd nullum nocumentum potuisset creatura rationalis incurrere, neque quantùm ad animam, neque quantùm ad corpus, neque quantùm ad exteriora, nisi peccato præcedente, vel in persona, vel saltem in natura: at seruitus est nocumentum quoddam, immo maximum bonorum exteriorum, quæ non sunt animæ, vel corporis, arg. l. *Seruitutem mortalitatis ferè comparamus*, [q] cum ei annotatis: ergo ius naturæ quoad illum statum non solùm non dictabat seruitutem vllam: sed etiam dictabat omnes homines liberos esse debere. Quippe quibus nullum nocumentum, vel animæ vel corporis, vel aliquorum aliorum exteriorum bonorum contingere poterat.

10 Quinto dico ex hoc infertri, seruitutem quidem esse cõtra ius naturale propriè quoad statum innocentiæ, quia est contra ius naturale dictans, ne quis in eo statu esset seruus, quoad statum autem post peccatum, non esse contra ius naturale, nisi quoad hunc sensum, scilicet, quod est aliquid, quod non inducit, nec dictat ius naturale, vt vbi supra dixit S. Thomas.

11 Immo seruitus saltem aliqua quoad statum post peccatum dici potest, secũdum ius naturæ, quatenus est quædam pœna determinata iure humano, pro delicto, quod iure naturæ castigandum est, quod sensit S. Thomas. [r] Et ita glossa hæc quatenus habet, seruitutem aliquam iure

a *In l. manumission. ff. de iusti. & iur.*
b *Ecclesia. 2.*
c *Deutero. 6. Matth. 4.*
d *In Psal. 2.*
e *1. Politic.*
f *35. distinct.*
g *In 3. corol.*
h *In summa huius titu. §. final.*
i *Genes. 9.*
k *Ca. ius naturale. 1. dist.*
l *1. 2. qu. 94. art. 5.*
m *In l. manumission. ff. de iusti. & iur.*
n *In cap. ius gentium. 1. distinct.*
o *19. de Ciui. Dei. cap. 25.*
p *In qu. de malo, art. 4. col. 3.*
q *ff. de regul. iur.*
r *In 4. distin. 36.*

naturæ fuisse inductam, saluari posset in hoc sensu, quod seruitutis pœna imposita est iure humano, vel sententia iudicis humani, pro delicto, quod iure naturæ castigandum erat.

12 Sexto dico, seruitutem non fuisse inuētam iure gentium, vt multi nostrorum putant, neque iure Lacedæmoniorum, vt significat Plinius,[a] sed post diluuium inuentam, aut renouatam Noæ sententiā. Quoniam vel ante diluuium vniuersale fuit inuenta, de quo non constat: vel fuit inuentū Noæ, qui post illud diluuium seruitutis pœna puniuit Chanaam ob peccatum patris sui Cham irreuerenter nunciantis fratribus suis, Sem, & Iapheт, patrem communem Noam, ob ebrietatem iacere habentem nuda verenda. [b] Hæc enim est prima post diluuium illud vniuersale seruitus litteris prodita. Hanc primam appellat Ambrosius. [c] Et teste Iosepho cōtra Appionem, antequàm Lacedæmonij rerum potirentur, multi apud Hebræos fuēre serui, vt etiam Polydorus,[d] attestatur.

13 Non obstat l. *ex hoc iure*,[e] quatenus habet, seruitutem introductam iure gentiū. Tum, quia Hermogenes auctor illius legis fuit Paganus, qui sacras litteras omnium antiquissimas minimè agnouit. Sed quia Isidorus vir Christianissimus, & in sacris litteris versatissimus idem ait,[f] responderi potest, cum glossa illius capit. seruitutem non inuentam sed approbatam iure gentium. Sed hæc expositio licèt placeat Alexandrino & cōmuni, [g] tamen violat textus prædictos clarè sonantes, seruitutem iure gentium inductam: ideo tertio respondemus, leges illas loqui de seruitute, quam incurrit captus in bello.

14 Hæc enim iure gentium inducta est, vt illa iura probant: non tamen prima seruitus: quia illa cœpit iam inde à tempore Noæ ante gentium iura, immo & antequam gentes esse cœpissent, vt habet illud cap. *sexto die*, & testimonium irrefragabile Mosis. [h] Et ita rectè glossa nostra loquitur, quatenus sentit aliquam, & non omnem seruitutem iure gentium inductam.

15 Septimo dico, seruitutem prout est quædam determinatio pœnæ alicuius delicti esse iudicis, vel iuris Pontificij, vel ciuilis humani positiui & naturalis. Nam, vt ait S. Thomas,[i] ius naturale dicitur, pœnam pro culpa infligendam.[k] At determinatio pœnæ secundum cōditionem personæ, & culpæ ad iudicem, & ius positiuum pertinet, & ideo seruitus, prout est quædam pœna pro aliquo delicto determinata, de iure positiuo humano est, & à naturali proficiscitur, sicut determinatum ab indeterminato.

Octauo ex hoc infertur, rectè dicere glossam quod aliqua seruitus inducta est iure Pontificio, hæc scilicet, de qua hoc cap. loquitur, quam voluit esse partem pœnæ ei, qui peccatum, de quo textus agit, peccaret.

16 Nono dico, eiusmodi esse etiam seruitutem illam, quam Concilium Toletanum,[l] infligit filiis natis ex matrimonio contracto à clerico constituto in sacris, quam tamen hodie per non vsum sublatam esse ait glossa ibidem, & Ioannes ab Annania hic. Sed contrarium rectius tenent Panormitanus,[m] & Cosmas.[n]

17 Ipsi tamen ex facto respondimus, filium sacerdotis, qui contraxit matrimonium cum aliqua eius rei ignara, non esse seruum, sed liberum: & illum textum esse intelligendum de filio constituti in sacris, qui cum eius rei conscia contraxit matrimonium, vt plures satis, proh dolor, nostra ætate sunt in illa olim nobilissima Germania. Tum, quod mater innocens non debet puniri ob culpam mariti.[o] Tum, quòd textus singularis,[p] probat, natum ex matrimonio contracto ab habente vxorem cum aliqua eius rei ignara, esse omnino legitimum.

18 In quo dixit illum singularem Andreas Siculus,[q] & commendarunt Decius, & Ripa,[r] & alij alibi sæpe. Tum, quod glossa[s] habet, filium natum ex matrimonio publicè contracto à duobus, quorum alter ignorabat, & alter sciebat impedimentum, esse omnino legitimum, quam inter alios dixit singularem Iason,[t] quæ tamen similem habet in cap. *cum in captiuitate*.[v]

19 Decimo dico, memorabiliter Ioannem Andream hic dixisse, quod qui ob delictum in seruitutem incidit, non potest manumitti. Quod omnes sequuntur, & commendāt plurimū Panormitan[e], Annania, Felinus, & Raūenas, & probat l. 2.[a] & l. 1. C. qui nō poss. ad liber. perue. & ante eos dixit Speculator,[b] quod capiens Christianum deferentem hic prohibita, non potest, etiam si velit manumittere: sicut non posset manumittere latronem, quem princeps ob latrocinium ei in seruum dedisset, per d. l. 2. Vbi etiam Baldus singulariter dixit ex ea colligi, quiddam mirabile, scilicet, posse fieri, vt bannitus fiat capientis seruus: licet iure communi captus illico ad iudicem ducendus sit, per l. quam vnicam appellat. in i. fin.[c]

a Cod. quib. libertat. prouoc. non lice. b In hoc eod. tit. vers. Sed numquid.

c Co. de malef. & math.

IN GLOSS. VLTIMAM.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus iterum excommunicatur, nec est omnino extra Ecclesiam. nu. 2.*
3 *Excommunicatio duo efficit, immo plura. nu. 7. & interdum duplicata est vna. nu. 4.*
5 *Excommunicatio finis capit. ita quorundam, & medij eadem.*
6 *Intellectus nouus cap. ad liberandam, & cap. ita quorundam, de Iudæ.*
8 *Excommunicatio etiam internam communionem tollit.*
9 *Excommunicatio secunda an, & quem effectum habeat ante primam sublatam, & quid de absolutione. nu. 10.*
11 *Excommunicatio vna tolli potest, antequam altera: & vna sublata non censentur aliæ sublatæ. nu. 12. licet vna absolutione omnes tolli possint, & quando id contingit. nu. 13.*
14 *Absolutio ad effectum præsentium à quibus absoluat in litteris Papæ & à quibus in litteris Legati. num. 18. & Summi Pœnitentiarij nu. 19. & includit censuram Cœnæ Domini. num. 20.*
15 *Regulæ de insordescentibus tenor, & eius declaratio. nu. 16. & virtus eius. nu. 17.*
20 *Absolutus generaliter à peccatis, & censuris ab eo, qui poterat, videtur absolutus à censuris peccatorum oblitorum.*
22 *Absolutus ab vna excommunicatione huius cap. an sit absolutus ab omnibus.*
23 *Excommunicationes sex, & quot incurrit, qui huic cap. contrauenit, & verius est quod ad summum tres, num. 25. quia multæ in eodem casu latæ ab eodem, vel successore eius videntur esse vna frequenter innouata. nu. 26.*
24 *Pœna legis prioris non tollitur per pœnam posteriorem: & quando quis punitur vtraque, & quando censetur eadem. num. 30.*
27 *Excommunicatio huius, cap. & Bullæ Cœnæ eadem quatenus concurrunt: & latius. nu. 38.*
28 *Papæ solius, & Concilij eadem potestas, & an sit supra Concilium remissiue. nu. 29.*
31 *Excommunicatio cap. ad liberandam, de Iudæ, & etiam cap. quod olim, eiusdem tit. & etiam extrauag. multa, eiusdem tit. esse partim veterem, & partim nouam.*
32 *Excōmunicationes latæ per multos Pontifices in bulla Cœnæ vnam videri, immo eandem, quæ iuris quatenus cum ea concurrit. nu. 33.*
34 *Excommunicatio episcopi in hac materia, quando alia quam iuris, & an eam tollat, qui potest tollere latā à iure. nu. 35.*
36 *Confessarius in hac materia hoc inquirat.*
37 *Excommunicatio quæ reseruata, & quæ non in hac materia.*
39 *Intellectus verbi, Excommunicamus, bullæ Cœnæ.*

1 EX principio glossæ colligo primo, excommunicatum semel, posse iterum excommunicari. Quæ conclusio non probatur hic secundum intellectum, quem in 3. notabili ex glossa collectum sequemur: sed verissima est, secundum omnes, & est in vsu quotidiano: & vltra iura pro ea citata per glossam, est casus optimus in cap. *cum pro causa*,[d] & in cap. *ex parte*,[e] adductis glosis.

2 Secundo colligo ex glossa tres oppositiones contra proximam conclusionem, ad quarum nullam formaliter ipsa respondet. Ad earum autem primam, quæ fundatur in illo Apostol. *De his autem, qui foris sunt, nihil ad nos*,[f] & cap. *Gaudemus*,[g] & cap. *multi*,[h] respondeo, illud intelligendum de his, qui omnino sunt foris, hoc est, extra Christianismum, & fidem Catholicam & numquam fuerunt baptizati, quos concedo non posse excommunicari, iuxta

d De senten. excommuni. e De offic. ordinar. f 1. ad Corinth. 5. g De diuor. h 2. quæst. 1.

doctrinam receptam Dominici,[a] Ar nego, excommunicatum esse foris sic, & omnino extra Ecclesiam. Quia ob eam excommunicationem non desinit esse Christianus, & baptizatus, & insignitus charactere indelebili etiam per mortem, vt habet cap. *licite*,[b] adiuncta glossa memorabili. Et ideo neque ob hæresim desinet esse Christianus ad hunc effectum, quod nō possit excommunicari: immo omnis hæreticus, & apostata, etiam à fide ipso iure est excommunicatus,[c] & eius absolutio soli Papæ reseruata, per bullam Cœnæ Domini. Illud autem dictum Apostoli; *De his, qui foris sunt, nihil ad nos*: quatuor modis intelligi posse, & secundum omnes verum esse, altius quàm alibi supra,[d] attigimus: vbi non diximus simpliciter, nullos infideles comprehendi sub hoc cap. sed nullos alios à Christianis. Quia hæretici, & etiam apostatæ comprehenduntur: quia baptizati sunt, & excommunicari possunt.

3 Ad secundū omissa solutione Ioannis ab Annania sequutus mentem glossæ & communem, respondeo, concedendo eum, qui extra aliquem locum est, non posse ab eo verè deiici, donec ad eum redeat: sed retineri sic, & ita concedo, quod excommunicatus semel non potest iterum excōmunicari ad effectum eiiciendi eum ab Ecclesia: sed ad effectum retinendi eum foris extra eam alio vinculo, quā antea detinebatur, sic quia excōmunicatio hos duos effectus habet, vt glossa subiicit. Quare licet à communione fideliū eiici nequeat: potest tamen extra eam retineri.

Ad tertium, scilicet ad l. *qui bis idem*,[e] omissis tribus solutionibus Ioannis ab Annania quarto dicimus, quòd illa lex agit de ligamine, quod ex animo cōtrahentium nascitur, qui præsumuntur à iure nolle inducere in secunda stipulatione nouam obligationem; conclusio verò glossæ agit de ligamine, quod ex voluntate nascitur superioris, quæ ex eius verbis constat esse ligandi eum alio vinculo.

4 Ex quo infertur, excommunicationem ab eodem superiore, ob eandē omnino causſam in eundem latam pluries, vnam solam esse: qualis videtur esse excommunicatio processus Cœnæ Domini in materia huius capit. lata, & multis annis sæpissime repetita, arg. d. l. *qui bis idem*, & solutionis præcedentis, quod est quotidianum, & à nemine, quod sciam, tactum.

5 Tertio, colligo ex glossa id, quod ipsa præsupponit,[f] scilicet, excommunicationem, de qua loquitur finis huius cap. aliam esse ab ea, quæ ab eodē ipso iure infligitur, quæ sententia cōmunis videtur, quatenus omnes trāseunt cum glossa. Pro qua facit, quod altera fertur ipso iure: altera mandatur ferri per episcopos: sed nobis contrarium videtur, vt s diximus, cum M. relato hic per glossam, & antea per Hostiensem quem sequitur Gofredus relatus hic, & satis probatus ab Ioanne Andrea. Tum, quòd parum decebat Concilium œcumenicum sub Alexandro III. congregatum, iubere episcopis, vt excommunicarent, quos ipsum Concilium excōmunicabat, quadamtenus significans, plus veturos esse illorum sententiam, quam suam.

6 Tum, quod Concilium generale sub Innocentio III. coactū,[h] pro verbo, *proferatur*, hic posito posuit, *innouetur*, singulariter nobis certè significans, intentionis Concilij non fuisse, vt episcopi nouas proferrēt excommunicationes, sed vt nouē denunciarent, excommunicationē latā esse per Concilium cōtra huiusmodi delinquentes. Tum, quod frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora, saltem æquè benè, secundū Philosophum, quod nō latuit glossam; [i] at æquè benè, immo melius, & maiore cum auctoritate prouideretur per hanc solam Concilij excommunicationem, & eius crebram per Ecclesias maritimarum vrbium denunciationem, quam per hanc, & alias episcoporum proprias excommunicationes: eo quòd multo plus terrebit in vrbe maritima denunciatio, quod Concilium habet eos pro excommunicatis quàm quod episcopus excommunicat, ergo propositū facit, quod susquam in sensu eius opinionis hic textus in vsu fuisse videtur. Non obstāt illa verba: *Crebra excommunicatio*, quia exponi possunt per illa: *Crebra excommunicationis denunciatio*, per cap. *ad liberandam*,[k] & per rationes prædictas.

7 Quarto colligo ex glossa excommunicationē habere duos effectus, quorum prior est eiiciendi extra ecclesiam: posterior retinendi eum extra eam, & hæc glossa ad hoc

a In cap. Romana. §. in vniuersitatē. de senten. excommunicat. libr. 6. b 32. quæst. 7. c Cap. excōmunicamus. de hæret. d Eod. in not. 8. num. 4. h In d. capit. ad liberandam. i Pennl. Clemen. 1. de fūma Trinit. k Infra eod.

appellatur magistra in sua materia, & quotidie allegatur secundum Panormitanum & Rauennatē hic, & allegatur per Decium,[a] & Iasonem.[b] Cui similis in cap. fin.[c] & in cap. *officij*.[d] Adde tamen illi, quod secundum Hostiensem relatum hic ad verbum per Ioānem Andream, Antonium Cardinalem, Panormitanum, & Ioannem ab Annania triplex est effectus excommunicationis, quorum, quia duo coincidunt cum effectibus glossæ nostræ, solum tertiū refero, scilicet, quod declarat excōmunicatum esse separatū à Deo, non autem separat, quia non excommunicatio, sed peccatum lethale, propter quod illa fertur, separat ab eo.[e]

8 Quinto colligo, quod excommunicatio eiicit quem extra Ecclesiam, per quam multi vulgares, proh dolor, materialem tantùm intelligunt. Alij verò paulo minus insipientes illam tantum cōmunionem fidelium exteriorem, quæ continetur illo versiculo. *Os, orare, vale, cōmunio, mensa negatur*.[f] Ita quod secūdum hos à nulla interiore pellitur, Quorum de numero videri possunt alicui Panormitanus, Felinus & Raūenas,[g] & multi alij ex nostris Doctoribus: qui tamen verè non sunt, vt latè demonstramus per ea, quæ hic scribebamus; sed tanquam continentia nimium grande parergon, in capitulū penul. de sent. excommuni, ablegauimus. Est autem verè de numero eorum Lutherus cum suis asseclis, addens excommunicationem non esse timendam, sed amādam. Cuius opinionem falsam, & impiam esse, in parergis adiectis d. cap. pen. quæ propediem edentur, demonstramus.

9 Sexto colligo ex glossa secundum excommunicationem non habere effectum, donec prior tollatur: quæ quidem cōclusio in sensu proprio falsa est. Tum, quia excommunicatio absolutè, sine conditione lata non potest esse in pendenti, nec potest suspendi, secundum communem,[h] quamuis contrarium nos ibi ter olim tenuerimus, quod, ad aliud parergon,[i] ablegamus. Tum, quia hæc secunda excōmunicatio simulac lata fuit, produxit suum effectum retinendi foris: quoniam adiecit ei nouum vinculum, quo retinebitur, donec eo soluatur: ergo habet effectum. Sed glossa defendi potest in sensu, quem mente concepit, licet verbis non satis expresserit, scilicet quòd secundæ excommunicationis effectus non apparet, donec prior tollatur, quia cum vinculo prioris extra Ecclesiam detineatur, effectus ille vinculi posterioris, licèt iam producti non cognoscitur: per quod inanis relinquitur illatio quędā super his nimiū subtilis Felini aliquid falsum præsupponentis.

10 Septimo colligo, absolutionem à priore excommunicatione non habere effectum, donec consequatur absolutio secundæ. Sed & hoc eodē modo impugnari potest, & saluari, quo præcedens conclusio, nempe, quod absolutio quidem siue à priore excommunicatione, siue à posteriore, simulac facta est, suum sortitur, & producit effectum: quia vinculum illud, quo excommunicatum retinet extra Ecclesiam, soluit, nec iam amplius eo ligatus est: sed ille effectus non apparet. Quoniam cùm absolutus à vinculo vnius, alterius vinculo extra Ecclesiam teneatur reuinctus, & nō posset ad Ecclesiam redire, non apparet illa solutio alterius vinculi. Et ad hunc modum intelligendū est capit. *officij*,[k] quatenus habet, absolutionem ab excommunicatione ab vno Prælato factam, non prodesse, si erat excommunicatus etiam ab alio. Omisso enim eo, quod glossa 2.[l] satis ineptè ait, intelligēdum est, quod non prodest quoad restitutionem communionis, sed bene quoad hoc, vt censeatur absolutus ab illa, & quod propter illam non denegetur ei communio.

11 Octauo colligo ex glossa posse quem absolui à priore excommunicatione, antequam absoluatur à posteriore, quod verissimum est, & in quotidiano vsu. Nec refert an sint duæ, vel centum: neque an vna maior, alia minor, vel omnes æquè: quia quæcumque, & quotcumque illarum possunt tolli prius, quàm alia, vel aliæ, secundum omnes. Quod mihi singulariter probat c. *eū pro causa*,[m] quatenus excōmunicatus duabus excommunicationibus, & absolutus ab altera, ligatus est altera, & tenetur pro illa satisfacere: nulla differentia cōstituta inter priorē vel posteriorem, maiorem, vel minorē, reseruatam, vel non reseruatā.

12 Nono colligitur, eum, qui ligatus est multis excommunicationibus non censeri absolutum ab omnibus licèt

a In cap. bona. de appell. col. 9. b In l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de noui oper. nunciat. c 2. quæst. 4. d De sent. excommunicat. e Ca. illud c. nemo. 11. q. 3. cap. 1. de rebus. lib. 6. f Cap. cum excommunicato, capit. excommunicatos. 11. qu. 3. g In rubrica. de senten. excommunicat. l Illius capit. m De sent. excommunic.

absolutus sit: ab vna, vel pluribus ex illis: quod quidē verisimum est. Sed dubium est, an qui absolut ab vna excommunicatione, videatur etiam ab aliis omnibus absoluere: & omissa cōfusione grandi Ioannis ab Annania qui amanuensis opera magis, quàm proprio iudicio videtur hic vsus, ex mente Panormitani, & communi, [a] dicendum est, quod sic, si absoluere poterat, & volebat absoluere eum ab omnibus, alioqui non.

13 Quamuis enim fortè absolutio iniusta esset: tamen teneret per textum singularem. [b] Videtur autem velle absoluere ab omnibus, quando positio est generalis, & absolutio ei similis, secundum Panormitanum communiter receptum, [c] etiam si excommunicationes illæ à diuersis Prælatis essent latæ, quamquam contrarium nobis sensisse videatur glossa singularis, [d] licet contrarium imponat ei Felinus. [e] Tum arg. l. *sub prætextu*. [f] Tum, quia vna absolutio alioqui legitime impetrata sufficit ad tollēdas multas excommunicationes, secundum glossam singularem, [g] non autem videtur velle idem, quando petitio est specialis, & absolutio generalis: quia in dubio videtur restringi ad speciem petitam, argum. l. *age*, & l. *si de certa*, [h] neque quando petitio est generalis, & concessio specialis, argumento à fortiori.

Ex quibus infertur primo excommunicatum pluribus excommunicationibus, si absoluatur generaliter ab omnibus per eum, qui à nullis earū poterat absoluere, à nulla esse absolutum: & si ab eo, qui poterat ab omnibus, absolutum esse ab omnibus: & si ab eo, qui tātùm ab aliquibus earū poterat ab illis solis tantùm, à quibus poterat. Quoniam vt potestate, & voluntate cōcurrentibus valet actus: ita eis duabus non concurrentibus, non valet. [i]

14 Secundo infero, quòd impetrās aliquid à Sede Apostolica, etiamsi mille excommunicationibus vinctus sit: tamen ad effectum gratiæ, quæ illi fit, cōsequendum, censebitur absolutus, per clausulam in eius gratiis inseri solitam, qua omnes impetrantes de more absoluit ab omnibus cēsuris ad effectum gratiæ, quam facit, dumtaxat consequēdum. Quia verba Papæ, vel Pœnitentiarij absoluentis sunt generalia, & vniuersalia, comprehendētia omnes censuras. Caue tamen (licèt nemo, quem viderim, adhuc id monuerit) quòd illud fallit in excōmunicatione huius capit. & aliquibus aliis, si quis in eis per quatuor menses sciens mansit excommunicatus, & etiam in quibuscumque aliis, si in eis per annum insorduerint, per regulam mirabilem Cancellariæ de insordescentibus, cuius tenorem hic inserere non grauabor, eo quod non est in regulis Innocentij VIII. glossa donatis: sed erat in regulis Pauli III. sub hac verborum forma concepta.

15 ITEM *ne personis pro quibus litteræ fuæ S. emanabunt ob generalem absolutionem à censuris Ecclesiasticis, quibus ligatæ forent ad earundem effectum indifferenter cōcedi, & in litteris Apostolicis apponi solitam præsertur occasio censuras ipsas vilipendendi, & insordescendi in illis statuit, & ordinauit huiusmodi absolutionem, & clausulam in litteris quas, in futurū cum illa concedi contingeret, non suffragari non parentibus rei iudicatæ, incendiariis, violatoribus ecclesiarum falsificatoribus, & falsificari procurantibus litteras, & supplicationes Apostolicas, & illis vtētibus, receptoribus, & fautoribus eorum, ac res vetitas ad infideles deferentibus, violatoribus ecclesiasticæ libertatis, via facti ausu temerario Apostolicis mandatis non obtemperantibus, & nuncios, vel executores Apostolicæ Sedis, & eius officialium eis commissa exequentes impedientibus, qui propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati à iure, vel ab homine per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam huiusmodi sustinuerint, & generaliter quibuscumque aliis qui aliquibus censuris etiā aliis, quàm, vt præseur, quomodolibet ligati in illis per annum cōtinuum insorduerint.*

16 Hactenus regulæ tenor, in qua ponderādum est verbum, *sciens*, ne sub ea comprehendatur is, qui ignorat saltem probabiliter. [k] Arbitrorque aliquam ignorantiam esse, quæ ab incurrenda excommunicatione non excusaret: quæ tamen efficere posset, ne diceretur sciens manere in excommunicatione.

Tertio infertur, intellectus clausulæ solitæ aliquando à cautioribus impetrantibus poni inter clausulas derogatorias post principalem petitionem supplicationis Papæ porrectæ, scilicet: *Non obstante regula de insordescentibus.* Significat enim, quod petitur à Papa, vt impetrans habeatur absolutus quoad effectum illius gratiæ consequendum, non obstante prædicta regula, licèt per annum manserit in aliqua excommunicatione, vel per quatuor menses in certis in ea expressis.

17 Quarto infertur, plurimis deesse ius in sacerdotiis, & beneficiis, quæ à Romano Pontifice impetrarunt: eo quod cum, vel ob percussionem alicuius clerici, vel aliam causſam ipso iure excommunicationem incurrissent, parúmque de absolutione habenda curassent per annum, & amplius in illa remanserunt. Infertur item grandis, quotidianáq; exceptio contra multos impetrātes Apostolicos.

18 Quinto infertur, per dictam clausulam absoluēdi ad effectum gratiæ cōsequendum in litteris Legatorum posse non absolui à censuris omnes, qui absoluerentur per eandem litteris Papæ insertam. Quia legati iure cōmuni non possunt absoluere ab omnibus excōmunicationibus Papæ reseruatis, & omnes non habent priuilegium id faciendi. Cui consequens est, multos impetrantes à Legatis Sedis Apostolicæ inutiliter impetrare, qui si impetrassent à Romano Pontifice vtiliter id fecissent. Aliud tamen existimo dicendum de Summo Pœnitentiario, quàm de legatis: quoniam ille ab omnibus potest absoluere, vt significat Diuus Antoninus. [a]

19 Sexto infertur, confessarios electos virtute bullarum Apostolicarū, quibus sit plena potestas absoluendi à censuris quibuscumque etiam Papæ reseruatis, iuxta consiliū à nobis scriptum in cap. 1. [b] vt absoluāt pœnitētes ad cautelam, ab omni excommunicatione, quatenus possunt, eos verè esse absolutos ab omnibus, quoniam potestas, & voluntas id faciendi concurrunt.

20 Quod est verum, etiam si per obliuionem, inaduertentiam, vel ignorantiam ad id sufficientē, pœnitens non confiteatur illud peccatum, cui censura erat annexa: adeo quidē, vt ab eo peccato postea confesso alteri confessario non habenti potestatem absoluendi à reseruatis, possit absolui ab eo, iuxta singulare dictum Paluda. [c] quem pridem retulimus in cap. 1. [d] & cum aliis eum sequentibus, [e] vbi tamē in editione prima typographorū incuria loco 18. allegatur 8. quo plurimos pios consolatus sum: & plurimi pij cōfessarij gratias egerunt ob illius dicti Paludani tam apertam publicationem, quæ plane omnia tamquam quotidiana memoranda duco.

21 Septimo ex proximè dictis infertur, quod per clausulam prædictam absoluendi impetrantem à censuris ad effectum gratiæ, cui inseritur, cōsequendum absoluitur impetrans non solùm ab excommunicationibus non reseruatis Sedi Apostolicæ, sed etiam à reseruatis, immo etiam à contentis in bulla Cœnæ Domini. Quoniam multæ excommunicationes in prædicta regula de insordescētibus expressè sunt de illis, quæ per bullam Cœnæ Domini feruntur, vt palam est: & tunc demum videtur non concedi absolutio illarum, cùm impetrans per quatuor menses in illis insorduerit: ergo regulariter conceditur. [f] De quo sæpe, multumque ante hac dubitauimus.

22 Octauo quod non omnis, qui absoluit excommunicatum per hunc canonem videtur eum absoluere ab omnibus excommunicationibus, quas incurrit. Quoniam si eiusmodi absolutor tantùm sit episcopus, vel casus tātum episcopales habens, nō videtur absoluere eum, quatenus, per bullam Cœnæ Domini est excōmunicatus: licet quatenus est excommunicatus per episcopum sic, & etiam quatenus est excōmunicatus per hoc cap. & alia huius tit. & libri, tenendo cōmunem, scilicet, quòd alia sit quæ fertur ab his, & alia quæ fertur per bullam Cœnæ Domini, quoniam excommunicatio per hæc lata non est reseruata Papæ, lata verò per bullam illam sic, vt omnes concludunt. [g] Nobis tamen æquius & humanius videtur vnam esse excommunicationem, quatenus concurrunt, vt in fine corol. sequentis, & vltimi, [h] dicemus.

23 Nono ex præcedenti corollario infertur, incidentem in hunc canonem multas excommunicationes incurrere, in quo omnibus videtur cōuenire, quæstionis tamen satis nouæ, ac difficilis est, quæ & quot sint illæ, videri enim possunt cuipiam esse sex, & plures. Primo quidem, quòd tot saltem videtur esse, quot sunt qui eos tulerunt: at qui

excommu

a *In cap. cum pro causſa. & cap. officij. de sent. excommun. & c. ex par. de off. or.*
b *Cap. venerabilibus. §. vbi. de sent. excommu li. 6.*
c *In d. c. cum pro causſa.*
d *In cap. sunt plures. de pœnit. dist. 3.*
e *In d. c. cum pro causſa.*
f *C. de transactio.*
g *In d. c. cum pro causſa.*
h *C. de transſ.*
i *Ca. cum super. de offi. de leg. l. multum interesſ. C. si quis alteri vel sibi.*
k *Arg. c. apostolica. de cle. excom. minist.*

a *3. p. ti. 24. c. 30.*
b *§. labores. de pœ. di. 6. n. 20.*
c *In 4. di. 18. qu. 5. col. pen.*
d *Num. 50. de pœn. dist. 6.*
e *In c. considerauit. §. causſas. de pœ. d. 3. n. 3.*
f *Arg. c. quoniam. de coniug. leprof. & l. quæſitum. §. denique. ff. de fund. instru.*
g *In ca. quod olim, inf. eod.*
h *Num. 38.*

excommunicationes contra deferentes prohibita Sarracenis tulerunt, sex, & plures quàm sex fuerunt. Primus quidem Alexander III. in Concilio Lateranēsi cuius pars est hoc capit. Secundus Clemens III. in cap. *quod olim*, [a] Tertius Innocentius III. in Concilio Generali, cap. *ad liberandum*, [b] quorum nullus sibi reseruauit absolutionem. Quartus Clemens V. in extrauagante *multa*, [c] qui sibi reseruauit absolutionem. Quintus Martinus V. qui censuras bullæ Cœnæ Domini sibi reseruatas primò tulisse videtur: & alij omnes successores eius, qui idem fecerunt, & faciūt. Sexto loco Nicolaus III. & Bonifacius VIII. in extrauagantibus relatis supra, [d] Ioanne XXII. in extrauagante *copiosus*. [e] Multi etiam alij episcopi ciuitatum maritimarum, qui fecundum intellectum communem, per hoc capit. iubentur proferre. Secundo pro hoc facit, quod Hostiensis, [f] cum quo transeunt omnes, expresse ait, aliam esse excommunicationem huius cap. & aliam illius, & aliam eam, quam episcopus profert: & quod glossa postrema, [g] quam Panormitanus ibi ait singularem, & probatur ab Annania & Felino dixit aliam esse excommunicationem, quæ in illo cap. profertur, & aliam, quæ in hoc. Quod si concedas, pari ratione te oportet concedere, alias esse excommunicationes ab aliis latas. [h]

24 Tertio facit, quod ex illa glossa Ioānes ab Annania colligit, quòd illud Bartholi, [i] scilicet punitum à iudice pœna vnius legis prioris, vèl posterioris, non posse puniri pœna alterius, limitandum est, quoad pœnas, per sententiam iudicis infligendas, non quoad alias ipso iure impositas, quod colligi nequit, nisi verum esset, aliam esse excommunicationem illius cap. & aliam excommunicationem huius. Quarto quòd lex noua inducēs vnam pœnam non tollit alteram, per veterem impositam, secundū Bartholum communiter receptum, [k] quod probat l. *quoties*. [l]

25 His tamen non obstantibus vetius videtur, eum, qui huic cap. contrait, duas tantum, vel tres ad summum excōmunicationes incurrere, siue nō esse excommunicatum pluribus, quàm duabus, vel tribus, quarum altera fertur à iure, illa scilicet, quam nostrum cap. infligit, altera ab homine, illa scilicet, quam bulla Cœnæ Domini continet: tertiam etiā ab homine, si quis episcopus eam ferre tit rum, quia eadem, quæ infligitur per hoc cap. etiam infligitur per d. cap. *quod olim*, secundum Panormitanū ibidem. Pro quo facit illud cap. in verbo, *Illam*, quo significatur ibi non induci nouam excōmunicationem: sed hanc veterem ad casum nouum extendi. Quod tamen, quo sensu verum sit, solutio primi cōtrarij docebit, & pari ratione eadem erit, quæ infligitur per cap. *ad liberandam*, & d. extrauagantem, *multa*. Tum quia supra, [m] nouè & vtiliter diximus, arg. l. *qui bis idem*, [n] quod cum idem contra eundem ob eandem causſam bis, vel ter profert excommunicationem videtur proferre eandem, & non diuersam.

26 Tum, quòd Romanus Pontifex inducens excommunicationem per suam legem in aliquo casu, non videtur velle inducere nouam quoad eos, qui eodem casu similem excommunicationem per legem veterem incurrebant. [o]

27 Diximus autem ad summum, quia non esset difficile tenere eam, quæ profertur per bullā Cœnæ Domini, quatenus cum hac concurrit esse eandem, quæ hæc, sed alia qualitate, scilicet reseruationis affectā per infra dicēda: & quia raro episcopi proferūt prædictas excōmunicationes.

Non obstant cōtraria supra formata, non primum, quia primo illi, qui has excommunicationes protulerunt, licet fuerint multi in personis: vnus tamen fuerunt in potestate, & ita possunt haberi pro vno, iuxta l. *proponebatur*. [p] Quod autem omnes, qui eas protulerunt, excepto ciuitatū maritimarum episcopis, fuerint eiusdem potestatis, patet ex eo, quòd omnes fuerunt Romani Pontifices. Et quamuis alius in vno Concilio, alius in alio, & alij extra Concilia per suas leges eas tulerint: eadem tamen potestate eas tulerunt.

28 Quoniā eadē potestas Apostolica est in vno Romano Pontifice, quę in alio, [q] vt in notabil. 29, [r] demōstramus, & eadē, qua ipse solus vtitur, & ea, qua cū Concilio. Deinde respondeo, quòd cum vnus, vel multi eadē potestate fungentes contra eosdem, & ob eandem causſam, per legem saltem pœnā eiusdem speciei proferūt tacitè, vel expresè, sentiunt de vna, & eadem pœna. Neque obstat, quòd lata per extrauagantem, *multa*, à Clemente V. sit reseruata: quia qualitas, vel quantitas non mutat speciem, & rei substantiam. [a]

29 Ad secundū respondeo, quòd neque glossa illius cap. *quod olim*, satis cautè ait, excommunicationem illius cap. *quod olim*, esse penitus diuersam ab excommunicatione huius. Neque Panormitanus satis perpendit, dicens, quod est omnino eadem. Sed veritas est, quod quatenus illud, cap. continet, excommunicatos esse illos, qui huic cap. contraueniunt, intelligendum est de excommunicatione huius cap. quatenus autem continet excommunicatos esse, qui merces non vetitas sine animo malo tēpore belli ad Sarracenos deferunt, continet aliam, & propriam excommunicationem. Quæ noua & singularis concordia est: & efficaciter probatur per ea quæ [b] supra scripsimus.

Ad tertium respondeo, illam cōclusionem, quam Ioannes ab Annania colligit, veram quidem in se videri, & ex glossa rectè illam colligit: non consequi ex hoc, glossam esse veram. Quippe quòd licèt ex verò nequeat inferri falsum: ex falso tamen sæpe infertur verum, secundū Aristotelem. [c]

30 Ad quartum respondeo primò, illud dictum Bartholi regulariter quidē verum in diuersis legibus diuersas pœnas imponentibus: non autem in rescriptibus eandem, saltem quando illæ sunt eiusdem legislatoris vel eadem potestate fungentium, vt sunt qui has censuras tulerunt. Nam & *de multa*, [d] statuit, vt nactus secundū curatum perdat prius: idem refricatur in extrauagante, *execrabilis*, Ioānis XXII. at ideo non sunt duæ priuationes diuersæ, sed vna tantùm. Et per l. pen. quæ Vlpiani est, [e] pœna 30. aureorū est statuta cōtra libertū vocantē in ius sine venia patronū: & similis pœna statuitur per l. fin. eiusdē tit. quæ Modestini est: sed non est diuersa, immo eadem secundum omnes. Et qui hominem iniustè occidit, lege euangelica, vel saltem Cæsarea, regia, & statutaria iuberur regulariter occidi, attamen non est tribus mortibus, sed vna tantùm occidendus. Secundo respondeo, quod aliud est per pœnam legis nouæ non tolli antiquam, quod ait Bartholus, aliud per legem nouam similem omnino pœnam, pœnæ legis veteris in eodemmet casu incidentem non induci aliam ab antiqua, quod nos dicimus.

31 Ex his infertur nouè, quod excommunicatio cap. *ad liberandam*, [f] partim est noua, partim vetus, & refricatio antiquæ. Vetus quidem quoad eos, qui excommunicantur hic, noua verò quoad eos, qui hic nō excōmunicantur, scilicet, vendētes naues sine malo animo, vt supra [g] diximus.

Vndecimo infertur etiam noue, excommunicationem item cap. *quod olim*, [h] partim esse veterē, & partim nouam. Veterem quoad eos, qui etiam hic excōmunicantur: nouam autem quoad deferentes alias merces, quàm bellicas, & sine animo bellico.

Duodecimo etiam nouè, excommunicationem extrauagantis, *multa*, [i] veterem esse, quoad deferentes arma, ferrum, & lignamina galearum, & etiam alia eo animo, vt eis impugnentur Christiani ad terras Ægypti: veterem, inquam, sed noua qualitate, scilicet reseruationis affectam. Quoad eos autem, qui alia neque hic, neque in cap. *significauit*, neq; in cap. *ad liberandā*, [k] prohibita deferūt, esse nouam, idémq; dicendū de extrauagantē, *olim*, supra [l] relata.

32 Decimotertio excommunicationes latas per bullam Cœnæ Domini à Martino V. & post eū ab omnibus aliis, non per viam legis: sed per viam sententiæ hominis, esse vnam, & non diuersas, tum per prædicta, tum, quia substantia censurarum ex mente proferentium eas nascitur, vt colligitur ex Panormitano. [m]

33 Quin & facile teneri posset, hanc excommunicationem bullæ Cœnæ Domini, quatenus concurrit cum excommunicatione iuris non esse aliam ab illa, vt supra dixi: licèt quatenus non concurrit cum ea sic. Non concurrit autem quoad equos, siue bono, siue malo animo delatos, vt supra [n] diximus.

34 Decimoquarto infertur, excōmunicationes ab episcopis maritimarum ciuitatum ita latas, vt sint suæ, diuersas esse à latis à iure, & per bullam Cœnæ Domini: quia auctores sunt diuersi, neque eadem potestate fungentes, vt

a *Lege. sina. ff. de fund. instruct.*
b *In nota. 10.*
c *In. Posterior.*
d *De præb.*
e *ff. de in ius vocant.*
f *Infra eod.*
g *In nota. 10. corollar. 4.*
h *Infra eod.*
i *Et iuſmodi tituli.*
k *Infra eod.*
l *In 10. not. 18.*
m *In capit. 2. de testib. cōgen. col. 3. & in cap. P. & G. de offi. deleg. col. 4.*
n *In nota. 10. num. 23.*

a *Infra eod.*
b *Infra eod.*
c *Huius titu.*
d *In 10. not. num. 31.*
e *huius titu.*
f *In ca. quod olim. infra. eodem.*
g *Dict. capit. quod olim.*
h *Argu. l. illud. ff. ad leg. Aquil. cum ſimilibus.*
i *In l. 1. ff. vi bonorū raptorum.*
k *In d. l. 1. ff. vi bon. rapt.*
l *ff. de actii. & obligationi.*
m *In not. 3. elicito ex hac gloſſ. n ff. de verb. obligat.*
o *Cap. Felicis. §. præſent. lib. 6. & Clemen. 1. de pœnitentia. in principi. vbi gloſſ. ſatis apta in verb. prædictis.*
p *ff. de iudi.*
q *Capit. 1. de homicid. li. 6. & repetit. §. in Leuitico. de pœnit. dist. 1.*

successores,& prædecessores. Dixi,*ita latas vt sint suæ.* Quia si ferrentur, tamquam innouationes, & publicationes à iure latarum essent eædem,per ea,quæ supra diximus.[a]

35 Decimoquinto infertur, confessarium, qui eiusmodi peccatorem audit, licèt habeat potestatem absoluendi ab omnibus excommunicationibus iuris, & bullæ Cœnæ Domini,nõ posse quem absoluere ab excommunicatione prædicta episcoporum,nisi habeat etiá aliunde legitimam potestatem absoluendi ab eorum excommunicatione, vt colligitur ex Hostiẽsi & ex aliis in cap. *quod olim,*[b] vel nisi teneamus illud singulare Ioannis Imolensis,[c] per illum textum[d] quem ibidem[e] sequebamur,post Felinum,[f] scilicet, excommunicatum generaliter ab homine, perinde posse absolui ac alium excommunicatum à iure, cuius absolutio nemini est reseruata. Quod etiam nunc perplacet.

36 Decimosexto,confessarium,qui huiusmodi peccatores de quibus loquitur,hic textus audit,inquirere debere, an,præter excommunicationem iuris incurrerit etiam excommunicationem bullæ Cœnæ Domini,vel qualitatem reseruationis per eam inductam & an etiam excommunicationem episcoporum,vt norit,an habeat legitimam potestatem absoluendi ab vtraque,vel neutra, an tantum ab altera, quo sciat, an absoluere possit eos à suis peccatis. Quandoquidem pœnitens prius debet absolui ab excommunicatione, quàm à peccatis:eo quòd excommunicatus est sepatatus à participatione sactamẽtorum, & omnium diuinorum:vt contra Angelum, & quosdam alios tetigimus in cap. *consideret,*[g] & latè determinauimus in cap. *fratres.*[h] Si tamen habet potestatem absoluendi ab excommunicationibus latis à iure,credat, se habere potestatem absoluendi etiam ab excommunicationibus latis ab homine,generaliter non reseruatis,per Ioannem Imolensem prædictum, & ita poterit absoluere ab excommunicationibus latis per episcopos prædictos:quamuis contrarium expresè dicant Hostiensis & communis, sed hæc dicunt non aduertentes illud singulare Ioannis Imolensis prædictum.

37 Decimoseptimo inferunt, excommunicationum latarum per prædicta iura alias esse reseruatas Papæ, alias non. Esse quidem reseruatam illam, quæ continetur in d. extrauagante,*multa,* & in processu Curiæ Romanæ solito fieri in die Cœnæ Domini: illam verò,quæ fertur in hoc cap.& in dicto cap.*quod olim,*& in cap. *ad liberãdam,*[i] quatenus non cõcurrunt,cum reseruatione bullæ Cœnæ Domini,vel cum dicta extrauagante, *multa,* non esse reseruatam,quidquid Panormitanus,[k] dixerit. Quoniam nullius excõmunicationis à iure latæ absolutio reseruatur Papæ, nisi ei expresè reseruetur,[l] & attento tempore huius canonis,hæc illi non fuit reseruata: immo neque quoad casus,in quibus cõcurrunt cum latis per bullam Cœnæ Domini, modo non concurrat cum d. extrauagante *multa,* si teneamus,quòd differant ab eis veluti à latis ab homine.

38 Et quamquam aliàs fuerim cõtrariæ opinionis: nunc tamen in ea sum,vt putem verius id,quod antea dixi, facile sustentari posse,scilicet excommunicationes bullę Cœnæ,quatenus concurrunt cum excommunicationibus iuris,easdem esse cum excommunicationibus iuris,& solum adiici qualitatem reseruationis, & intentionis Romani Pontificis non esse tot excommunicationes in eodem casu,ob eandem causam, contra eosdem multiplicare: sed veterem latam innouare,& reseruationis armis munire.

39 Neque obstat, quod in bulla Cœnæ dicit Papa: *Excommunicamus.*vt patet ex tenore eius relato per Diu. Antonium,[a] & declarato per nos in Manu.[b] Quoniam etiam Innocentius III.[c] eodem verbo vtitur. Attamen quoad casus,in quibus concurrit cum excommunicatione huius cap.non videtur nouam censuram inducere: quod videtur sentire communis.Eodem etiam verbo vtitur d.extrauagans,*multa,*quæ tamen quoad casus, in quibus concurrit cum nostro cap.& cap.*ad liberandam,*[d] non videtur nouam censuram inducere: sed nouum munimentum reseruationis.Et ne dicas:frustra ergo in prædictis tribus locis Romanus Pontifex vtitur verbo illo: *Excõmunicamus,*cum nihil aliud faciat,quàm veterem excommunicationem innouare. Ne,inquam, hoc dicas,considera, quod operatur primo, vt excommunicatio hæc sustẽtetur per posteriora iura,licet tollerentur priora. Secundo, quod in quolibet posteriorem inducitur quoad aliquos noua excommunicatio,vt ex dictis[e] apparet. Et ideo plus multo operatur, quàm si dixisset: *Innouamus & reseruamus absolutionem.* Et ita verbum: *Excommunicamus,*in posteriorib⁹ dispositionibus respectu vnius accipitur,pro *Innouamus,* & respectu alterius pro noue excommunicamus, arg. à simili,cap. *ab excommunicato,*[f] & cap.*cum dilectus.*[g]

40 Quorum vtrumque ab aliquibus putatum singulare probat idem verbum, vel eamdem clausulam ad diuersos relatam diuersa operari. Sunt tamen multa alia citata per Decium,[h] idem probantia.

Ad hanc opinionem tenendam me plurimum mouet, quod videtur consona intentioni S. Sedis Apostolicæ:& quod vix reperias confessarium, qui eiusmodi peccatores intendat absoluere ob vnum tale delictum, nisi ab vna excommunicatione.Et graue,ac molestum est cõdemnare tot confessarios, & obligare tot pœnitentes ad nouas absolutiones quærendas:& quod etiam à Felice Papa, & ab Alexandro II. sunt excommunicati hæretici,[i] qui postea excommunicati fuerunt per Lucium III.[k] & postea per Innocentium III.in Concilio Generali,[l] quorum nullus reseruauit sibi absolutionem.

41 Et post Innocentiũ quotannis in die Cœnæ Domini quilibet Romanus Pontifex, qui pro tempore est,excommunicat eosdem per verbum. *Excommunicamus,* reseruãdo sibi soli absolutionem:ac nemo dicit,hæreticum incurrere quinque excommunicationes, immo neque duas. Immo Siluester parum cogitans de hac difficultate dixit,[m] quòd excommunicatio contra hæreticos à iure lata, non reseruatur Papæ.& ideo ab illa quis posset absolui,[n] nisi reseruaretur Papæ,per annalem processum: per quod clarè sentit excommunicationem tot iuribus, & à tot omnibus per bullã Cœnæ Domini latam esse vnam:& vna sublata, omnes censeri sublatas: ergo idem penitus dicendum est de censuris à variis Romanis Pontificibus per varia iura, & per bullam Cœnæ Domini,in huius cap. materia latis, quæ æqua,noua,& quotidiana conclusio est. Vtinam omnes per baptismum renouati tanto in Cœnæ dominicæ sacramentum amore feramur, tanta latria, & religione subdamur,vt laqueos omnes bullæ Cœnæ Domini ita vitemus:aut ita numquam amplius in eas casuri dissoluamus, vt tandem rectà in Cœnam illam cælestem, ad quam iam pridem inuitamur,perueniamus,Amen.

a *In notab.1. ex hac gloss. supra elicito.*
b *Infra eod.*
c *In capit. ex frequentibus. de iudi.*
d *& in capit. grane.de præbend.col 4.*
e *& in ca. in Lateranensi. eiusdem titu.*
f *In cap. pastoralis. §.1. de offic. ordinar.*
g *§.cautus.n. 23.de pœnit. distin.5.*
h *à num.38. vsque ad 44.eiusdẽ d.*
i *Infra eod.*
k *In c. Quod olim.*
l *Cap.nuper de senten.excommunicat.*

a *3.part. tit. 24.cap.72.*
b *Cap.27.*
c *In capit.ad liberandam.*
d *Infra eod.*
e *In 10.nota. corolla.4. & aliis.*
f *De referip.*
g *De consue.*
h *In ca.quoniam Abbas. de offic. deleg.*
i *Ca.Achatius.2.& ca. audiuimus. 24.quæst.1.*
k *In capit.ad abolendã in princi.de hæret.*
l *Ca.excommunicamus. eodem titu.*
m *In ve.excommunicat. 7.casu 2.notab.4.*
n *Argu. cap. nuper.*

COMMENTARIVS
DE DATIS,ET PROMISSIS,
PRO IVSTITIA VEL GRATIA OBTINENDIS.

In Extrauag. Ab ipso S. D. N. Gregorij XIII. qua innouatur Extrauagans Bonifacij VIII. ea de re olim edita.

PROOEMIVM.

INTERROGATVS à multis multa, super extrauagantem quæ incipit *ab ipso.* Sanctissimi Domini nostri Gregorij XIII.ed itam octaua die huius mensis Nouembris,anni 1574.quia innouauit extrauagantem bon. memo. Bonifacij VIII. (quæ est prima impressarum tit.de sent.excom.) constitui in eam comminisci vberius, & ni fallor, vtiliùs, quàm Illustrissimus quondam,idemque eruditissimus Cardinalis Ioannes Monachus,commentus fuit in prædictam extrauagantem Bonifacij innouatam,quòd securiùs & plenius satisfacerem de ea interrogantibus, simul Confessarios (quos tamquam ministros Ecclesiæ Christianæ cum primis vtiles,& necessarios veneror)adiuuare in IESV CHRISTO D.N. cuius diuinam opẽ imploro,sperans eam precibus & meritis Virginis & martyris beatissimæ, eiusdemque fortissimæ, ac sapientissimæ,litterarumque studiosorum patronæ clarissimæ (cui dies hic sacer est) Catharinæ,ferendam:subiiciens omnia quæcumque dixero, eiusdem Sanctissimi Domini Nostri(quæ summa est)censuræ,imò,& cuiuscumque alius,quod sanius fuerit,iudicio.

BVLLAE PRAEFATAE
INNOVATIONIS TENOR.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

AB IPSO Pontificatus nostri principio,quam maximè possumus enitimur,atque contendimus, vt domus & Curia nostra à sordibus expurgetur. Cui rei salubri consilio incumbens fœl.record. Bonifacius Papa VIII. excõmunicauit,& anathematizauit omnes Clericos,Religiosos, & Laicos vtriusque sexus,siue familiares Curiæ siue vndecũque alios,qui aliquod pactum facerent,seu quid paruũ,vel magnũ promitterẽt,vel promissionem reciperent,aut ex pacto,vel promissione occulta vel manifesta,siue sub verbis generalibus,& plenè non expressis,siue specialibus,& apertè expressis facta,quicquam darent,aut reciperent pro iustitia,siue gratia,siue pro se,siue pro alio in causis vel iudicijs,seu aliàs per litteras apostolicas,& quibuscumque alijs modis apud Sedem Apostolicam obtinenda:& eam sententiam ad promittentes,& acceptantes,dantesque,& recipientes duxit extendendam. Illos etiam qui sibi intra triduum non renunciarent eum,quem in culpa esse scirent,vel alicui per quem ad se fideliter referretur,simili voluit sententiæ subiacere. Ac decreuit,vt nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam,absque speciali mandato suo absolutionis beneficium valeret obtinere,nisi in mortis articulo constitutus. Sed nec quisquam admitteretur ad absolutionis gratiam,nisi prius erogatum esset pauperibus, quantùm ille dedisset, vel etiam recepisset. Iustitiæ verò,siue gratiæ expeditiones sic obtentæ nullius prorsus essent roboris vel momenti:& scienter illis vtentes simili sententia innodauit,ac reseruans sibi absolutionem eorum cum prædictis ad pœnas similes in omnibus obligauit. Sed hoc scelus ita hodie in mores inductum est, vt plerique cupiditate improbi quæstus potentiorum suffragationibus adnixi huiusmodi negotiorum expeditiones hac illac conquirentes turpissimè nundinentur. Alij alios,quos gratia præstare arbitrantur,donis pollicitationibusque ambiant. Quidam etiam se talium operam atque industriam pretio,& muneribus quæsisse affingant. Quæ cum pessima sint,& Curiæ prædictæ existimationẽ grauissimè offendant,in eos qui talia agunt animaduertendum fore arbitrati,Constitutionem prædictam,cum suis censuris & pœnis omnibus innoua-

mus: eaſdemque omnes extendimus ad audentes qualecumque horum facinorum quæ adſcripſimus, dantéſque illis aliis ſupradictis auxilium, conſilium, vel fauorem. Quinetiã eos omnes omni beneficio, & officio eccleſiaſtico & ſæculari, ſiue temporali ſiue perpetuo, ipſo iure priuamus, ac priuatos eſſe declaramus: & præterea infamiæ ſubiectos perpetuò, ac inhabiles ad illa & alia eſſe volumus, à quibus etiam, prout quæque res erit, tales pœnæ exigantur, quæ cæteris ſint exemplo: illis tamen qui rem adhuc incognitam, complicésque, ac fautores, & ſocios retexerint, impunitas concedatur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, Nonis Nouembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

* *Extrauagans hæc ab ipſo eſt 28. inter Gregorij XIII. conſtitutiones. Commentaria autem D. Nauarri in hanc extrauagantem ideo huic tomo adiecimus, tum vt moles aliqua huic tomo alioqui per ſe tenui accederet, tum etiam quia cum hoc in tomo ea præſertim à D. Nauarro tractentur, quæ ad foru contentioſum & exterius ſpectant, non alienũ eſſe ab his huius extrauagantis argumentis viſum eſt, qua maximè illi caſtigantur, qui in eo male verſari, & quæſtum aliquem ſordidum in eo facere deprehenduntur.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicantur omnes, qui aliquam iſtarum 16. actionum agunt pro iuſtitia vel gratia obtinenda apud Sedem Apoſtolicam, & ſcientes, & non reuelantes intra triduum eas, & vtentes per eas obtentis, abſolutione Papæ reſeruata, & omnia per eas obtenta ſunt inualida, & perdunt ipſo iure ſua beneficia & officia, & infames, ac inhabiles ad ea & quælibet alia fiunt.*

2 *Extrauagans Bonif. hic innouata à quo fuit olim reuocata.*

PRimo prænoto, quòd extrauagans Bonifacij VIII, per hanc innouata, eſt prima tit. de ſent. excom. [a] citata à Ioanne Andrea, [b] & ornata glo ſſa prædicti Ioannis Monachi, qui ait eam inuentam, in prouinciali Cancellariæ, publicatam fuiſſe à Bonifacio VIII. in audiẽtia, cum quidam eius ſcriptor diceretur in eam incidiſſe.

Secundo, quòd illa fuit reuocata per Clementem V. auctore Paludano, [c] & Angelo, [d] Siluestro, [e] & Caietano poſt caſ. 81.

His prænotatis, diuido illam in tres partes principales, quarum prima continet aptum & breue exordium. Secunda ibi, *Cui*, refert prædictam extrauagantem Bonifacij VIII. Poſtrema verò ibi, *Quæ cum*, &c. eam innouat, extendit, & nouis pœnis roborat. Secunda verò pars diuiditur in quinque ſecundum Ioannem Monachum vbi ſuprà. Prima excommunicat contentos in ea. Secunda ibi, *Et eam*, extendit vno modo. Tertia ibi, *Illos*, alio modo. Quarta ibi, *Ac decreuit*, reſeruat ſibi abſolutionem. Quinta ibi, *Sed nec quiſquam*, iubet accepta reſtitui. Et habet in ſumma, excommunicationem incurrere eos, qui pro iuſtitia, vel gratia obtinenda apud ſedem Apoſtolicam, promittunt, dant, vel accipiunt aliquid, imò & ſcientes non reuelantes intra triduum, quin etiam vtentes ſic obtentis, & auxilium, conſilium, vel fauorem in id præſtantes, nec ab alio quàm à Papa poſſe abſolui, & omnia obtenta eſſe inualida, & omnes perdere ipſo iure ſua beneficia & officia, & infames, ac inhabiles ad ea, & quælibet alia fieri.

SVMMARIVM.

2 *Extrauagans hæc magis propriè conſtitutio, quàm regula Cancellaria.*

ORdinem ergo literæ ſecutus, primo noto in illam extrauagantis ex illis verbis inſcriptionis, *Ad perpetuam rei memoriam*. eſſe verũ id, quod dixit prædictus Ioannes Monachus de prædicta extrauagante ſuper verbo, *Anathematizamus*. ſcilicet illam, & conſequenter hanc, eſſe veram conſtitutionem, quod colligitur tum ex prædicto verbo, *Perpetuam*, quòd eſt ſignũ conſtitutionis, vt innuunt Panormitanus & Præpoſitus. [a] Tum efficaciùs ex illis verbis ſecundæ partis, *Conſtitutionem prædictam*. eſſe inquam conſtitutionẽ, & non qualẽ qualẽ, ſed perpetuã, & ita differentem à conſtitutionibus, quæ appellantur regulę Cancellariæ, quę ſolùm durant tempore, quo earum auctor viuit, vt gloſſator antiquus earum colligit ex illis verbis pro cęmij earũ. *Suo tẽpore duraturas*, [b] & Dominicus, [c] & alij alibi.

Ex quo infertur, eos qui contrauenerint huic extrauaganti etiam Apoſtolica Sede vacante (quæ quàm diutiſsimè fœliciſsimèque plena permaneat) eius pœnas incurſuros: nam licèt ſtatuta, & præcepta, quæ interlocutoriè iudices pronunciant regulariter expirent eis mortuis, ea tamen, quæ definitiuè ſtatuunt, & finiunt, perpetua ſunt per latè citata à Felino poſt Panormitanum & alios. [d]

SVMMARIVM.

3 *Cauſa cur Curiæ aliquot floreſcant, eſt cura regentium, ſe ſuoſque purgantium.*

3 *Gregorius XIII, dignißimus, qui primis Pontificibus Maximis à Gregorio I. annumeretur.*

3 *Cardinalium Collegium præſens omnium, quæ à multis ſæculis ſe præceſſerunt, nouis purgatißimum, & pietate, prudentia, iuſtitia, tẽperantia, & omnigena eruditione ornatißimum.*

3 *Vrbs aliarum orbis vrbium nunc reformatißima.*

3 *Exempla regentum, & maiorum recti, minores imitantur.*

SEcundo noto ex illis verbis, *Enitimur*, &c. cauſam cur multæ principum, tam eccleſiaſticorum, quàm ſecularium, Curiæ, vrbes, & regna floreſcant: innuit enim hæc extrauagans eſſe eorum in ſeſe, & illis à prauis moribus purgandis, ſtudium & diligentiam, ſicut lex 3. [e] ſignificat, cauſam purgãdi prouinciam malis hominibus eſſe curam & diligentiam præſidis eas ab illis purgandi. Quò factum eſt (quia ei rei magnoperè incubuerunt, vt audio, bo. me. Paulus IIII. & Pius IIII. & me cernente fœl. record. Pius V. & nunc incumbit S.D.N. Greg. XIII. dignus qui primis omnium, qui ſacroſanctam Sedem Apoſtolicam à Gregorio I. in hunc vſque diem rexẽre, annumeretur, adiuuante in id eum ſtrenuè Illuſtriſsimo, ſacroſanctóque ſuorum Cardinalium Collegio, omnium, quæ à multis ſæculis ſe præceſſerunt, Collegiorũ nouis purgatiſsimo, pietate, prudẽtia, iuſtitia, tẽperantia, & omnigena eruditione ornatiſsimo, vt vrbs, quę ante illos ſatis benè audiebat, nũc omniũ, quas mihi licuit videri in Hiſpania, Gallia, & Italia reformatiſsimą cernatur, tam verum eſt illud Claudiani, relatum à gloſſa. [f] *Totus componitur orbis Regis ad exemplum: nec enim ſic flectere ſenſus Humanos edicta valent, vt vita regentum*, & illud d. ca. *magnæ*. *Quod ſit à prælatis, facilè trahitur in exemplum à ſubditis*. & illud Eccleſ. [g] *Secundum Rectorem ciuitatis, viuit populus, qui habitat in ea.*

a *In cap. non debet. de cenſang.*

b *Pag. 6.*

c *In cap. duobus. de reſcri. libr. ſexto.*

d *In capit. ex litteris. num. 12. de conſtit.*

e *ff. de offic. præſ.*

f *In ca. mag. næ, de voto.*

g *Cap. 10.*

a *Ca. quoniam ſub fin. 8. diſt. & ca. non licet. Imperatori. 10. diſt.*

b *In d. extrauag. in gloſ. Clericos.*

c *Pſalm. 33.*

d *2. 2. qu. 79. artic. 1.*

e *8. quæſt. 1.*

f *In hœn.*

g *Apocalyp. cap. vlt.*

h *Pſalm. 50.*

i *De re iudic. lib. 6.*

k *§. nunc vi-dendum.*

l *ff. de ſuſpect. iud.*

m *ff. de vſur. n 1. quæſt. 1.*

o *2. ad Tim. 6.*

p *De pœnit. diſtinct. 2. & in §. 1. authẽ. de iud. ſine quoquo ſuſſ. coll. 6.*

q *Matthæi 10.*

r *1. quæſt. 1.*

s *Ead. cau. & quæſt.*

t *Exod. 23.*

v *Capit. 1.*

x *Capit. 33.*

y *1. quæſt. 1.*

z *De ſimo.*

a *Cap. 15.*

b *6. diſtin. §. ſin.*

c *1. part. qu. 103. art. 3. ad-iunct. quæſti. 104. artic. 3. & q. 94. art. 5.*

SVMMARIVM.

4 *Actiones omnes ab hac extrauag. punitæ ſunt prohibitæ iure ipſo antiquiore. & num. 36.*

4 *Denunciationis omiſsio, de qua hic, non eſt propriè actio, ſed non actio.*

4 *Vti inualidis etiam ante hanc malum, ſed non erant, antea tot inualida, ac nunc.*

6 *Iuſtitia & omnis virtus, ineſtimabilis, & inuendibilis.*

5 *Prouiſio non omnis generalis eſt hic vetita, & quæ n. 18.*

6 *Actiones hic punitas antehac, & vbique gentium fuiſſe, & eſſe malas. ſignificat hæc extrauag. quod tacitè & viliter monet Confeſſarios, ſolas autem apud Sed. Apoſtolicam poſt eam factas, pœnis eius punit.*

6 *Extrauagans hæc non includit illa, quæ erant iure antiquiore licita.*

6 *Cauſa finali diſpoſitionis ceſſante ceſſat illa.*

7 *Conſtitutio interpretans vel roborans aliam, terminis illius concluditur.*

7 *Lex non includit id, ad quod mens & ratio authoris eius non ſe extendit.*

7 *Intentio, & finis Authoris ex proœmio colligitur.*

TErtio noto in verbo, *Sordes* quòd omnia acta per ſordes, quæ puniuntur in hac extrauagante videntur eſſe prohibita, quia mala, ideſt prohibita iure naturæ vel diuino, vel humano antiquiore iſta, & non ſolùm mala, quia prohibita iure humano huius extrauagantis tantùm. Quod ſi eſt verum, vbique gentium & terrarum, vbi ius naturale, vel humanum antiquius iſta viget, cauenda ſunt & in vtroque foro punienda, aliis ſaltem pœnis, quàm hic ſtatutis: ius enim naturale & diuinum omnes, & vbique ligat, [a] & ius humanum antiquius iſta, vbi illud viget: cùm tamen prohibita iure humano huius extrauagantis tantùm, non eſſent punienda, nec cauenda, niſi fierent apud ſedem Apoſtolicam. Quòd autem ſint mala & prohibita iure naturali, vel diuino, grauiter ſentit, licèt non probèt prædictus Ioannes Monachus. [b] Pro quo facit primo, quòd ſordes prædictæ per hanc extrauagantem cenſentur de ſe vitandæ, & quæ de ſe vitari debent videntur naturaliter mala, ſicut quæ de ſe fieri debent, bona, iuxta illud [c] *Declina à malo & fac bonum*. declaratum per S. Thomam, [d] & quòd ſunt contraria munditiei, quæ de ſe eſt bona, ergo ipſæ de ſe ſunt malæ, arg. capit. *ſciendum*, [e] præſertim quòd prędictę ſordes non ſunt corporales, de quibus illud Plauti, [f] *Pleni oculi ſordium*. ſed ſpirituales, de quibus illud [g] *Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc*. à quibus, vt de ſe malis Pſaltes, [h] petit mundari, ibi, *A peccato meo munda me*.

Secundo, quòd per ſordes in hac materia ſignificatur auaritia vel pretium, quòd per eam illiberaliter quęritur, vt colligitur ex ca. 1. [i] ibi, *Sordes ideſt pretium*. Et ſecundum Archidiaconum & ex l. 3. [k] iuncta gloſſa ſimili. [l] & ex l. *ſi benè collocatæ*. adiunctis quæ illi annotat Budæus, [m] & ex ca. *ſunt nonnulli*, [n] auaritiam ante omnem legem humanam eſſe malam, & prohibitam probat illud Apoſt. [o] *Radix omnium malorum eſt cupiditas*. relatum in cap. *quia radix*. [p]

Tertio, quòd omnia quæ hic prohibentur, videntur eſſe emptiones & venditiones iuſtitię & gratię, quæ iure naturali vel diuino vetantur emi vel vendi, iuxta illud, [q] *Gratis accepiſtis, gratis date*. relatum in cap. *gratia*. [r] & probatum in cap. *qui ſtudet*. & cap. *reperiuntur*, & cap. *ſunt nonnulli*, & per totam quæſtionem. [s]

Quarto, quòd omnia ferè hic vetita directè vel indirectè reducuntur ad dationem, vel acceptionem munerum Principum & Iudicum, quę iure naturali veratur: prohibetur enim per illud [t] *Non accipies munera quæ excæcant prudentes, & ſubuertunt verba ſapientum, & mutant verba iuſtorum*. & Eſaias [v] increpat quòd omnes diligunt munera, & contra [x] laudat eum, qui excutit manus ſuas ab omni munere, quod refertur in d. c. *ſunt nonnulli*. [y] & c. *etſi queſtiones*. [z] quin & terribilius ait Iob. [a] *Ignis deuorabit tabernacula eorũ, qui libenter munera accipiunt*. Quę omnia continent præceptum morale, & non ceremoniale, nec iudiciale, & ideo non expirarunt à paſſo Chriſto, ſicut illa. [b] & tradit S. Thomas receptus. [c]

§ Quinto denique quòd B. Auguſtinus ait, iuſtitiam, & donum Dei vendi non poſſe, [a] nec vllam gratiam ſpiritualem, [b] & ita iudex peccat vendendo iuſtitiam, [c] cuius naturalis ratio eſt, quòd iuſtitia, & gratia ſuapte natura ſunt res ineſtimabiles, & conſequenter inuendibiles, nec poſſunt vendi, nec locari, nec conduci, argu. §. *pretium*. [d] l. 2. [e] & l. vlt. [f] per quas probatur, pretium, & æſtimationem rei eſſe de ſubſtantia, & eſſentia venditionis, & cuiuſlibet alius contractus non gratuiti, quod efficatius probabitur infra. [g]

Contra quod notabile tamen facit, primo, quòd denunciatio intra triduum nouẽ hic præcipitur, & ideo omiſsio eius non erat mala, & punienda ante hanc extrauagantem.

Secundo, quòd vſus rei obtentæ per ſordes, modò obtentio ipſo iure fuiſſet valida, non erat ante hanc extrauagantem illicitus, nunc autem videtur eſſe talis.

Tertio, quòd ante hanc extrauagantem non erat illicita promiſsio gratitudinis iure naturę debitę, verbis vel ſcriptis facta generalibus, ſine vllo naturalis obligationis augmento, vt probabitur. [h]

Quarto, quòd promittere vel dare pro rectè iuſtitia facienda, non videtur contra vllum ius naturale, vel diuinum: quia nulli talis iuris præcepto eſt contrarium.

Quinto, quòd eruditiſsimus Innocentius III. [i] non dixit dationem huiuſmodi munerum, neque receptionem eſſe per ſe malam, ſed habere mali ſpeciem.

Sexto, quòd conſuetudine induci poſſe videtur, vt dentur ſportulæ, propinę, vel munera Iudicibus: nam licet gloſſa putata ſingularis, [k] quam commendat & ſequitur Ludouicus Romanus [l] teneat non valere conſuetudinem, vt Iudices accipiant ſportulas, veriùs tamen videtur id quod tenet Speculator, [m] & ſatis probat Corſetus, [n] imò & id ſeruat ſtylus Curiæ, quo approbatur ſolutio propinarum, ſiue ſportularum, quę pro ſententia lata ſoluuntur, quod iure Cęſareo licitum erat, [o] imò & antiquiore lege Græcorum, vt profundè de more tradit eruditiſsimus Aliatus, [p] & datio xeniorum, quę fit in Vrbe quotannis ad natalem Domini: quæ tamen ſi eſſet contra ius naturale vel diuinum, non poſſet valere. [q]

Septimo, quòd promiſsio vel data tio rei paruę, non erat antehac illicita, ſaltem mortiferè, vt probabitur infra [r] & tamen hic punitur. ergo &c.

Ad primum reſpõdeo, quòd omiſsio prædictę denunciationis non eſt de actis per ſordes, de quibus agit notabile, nec de directè hic prohibitis, ſed tantum indirectè quatenus denunciatio præcipitur, & ita nil obſtat.

Ad ſecundum reſpondeo, concedendo aſſumptum in eo, negando tamen per hanc extrauagantem vetari illud: quia per illam ſolùm vetatur vſus eorum, quæ ſunt ipſo iure nulla, quorum vſus etiam ante verabatur, vt etiam argumentum ſignificat: licet differentia inter ius antiquum & nouum ſit, quòd ſecundum hoc vſus omnium obtentorum per ſordes apud ſedem Apoſtolicam eſt malus: quia omnia talia ſunt ipſo iure nulla, & ſecundum illud vſus omnium ſic obtentorum non erat malus: quia non omnia ſic obtenta erant inualida, vt diſpenſationes, & aliæ gratiæ impetratæ per huiuſmodi ſordes, quę non continerent ſimoniam, vel aliam, quæ annullaret, cauſam, neque ſurreptionem: quia nullibi annullantur, quæ tamen per hanc extrauagantem nunc annullantur. & concedimus per hãc extrauagantem induci nullitatem multorum, quæ ante illam erant vbicumque facta valida, & poſt hanc facta apud Sedẽ Apoſtolicam erunt ipſo iure nulla, licet negemus vſum eorũ, quæ inualida & nulla ſunt, non fuiſſe ante hãc illicitum, ſicut eſt, & erit poſt hac in Curia, & vbique.

Ad tertium reſpondeo, concedendo quidem promiſsionem gratitudinis, de qua in eo, non fuiſſe ante hanc extrauagantem vetitam, negando tamen eam hic puniri, vt probabitur infra. [s]

Ad quartum reſpondeo primo, negando aſſumptum: quia dare pro iuſtitia etiam recta eſt cõtra præceptum ſeptimum de non furando, Tum quia, ſecundum S. Auguſtinum, [t] omnis illicita adquiſitio rei illo præcepto vetatur, quod eſt præceptum naturale diuinum: cùm omnia præcepta Decalogi ſint naturalia, & diuina, iuxta S. Thomã receptum, [v] & præceptum de non furando

a *In ca. venientes. 1. q. 3.*

b *Capit. non ſolum. eadem cauſ. & qu.*

c *Ca. qui rectè. & ca. non licet. 11. qu. 3.*

d *Inſtitu. de emptio.*

e *ff. eodem.*

f *Co. eodem.*

g *Notab. 34. num. 43.*

h *Notab. 11.*

i *In illo ſuo c. cum ab omni. de vit. & honeſt. cler.*

k *In clemen. ſtatutum. de elect.*

l *Sing. 183.*

m *Titul. de Salar. §. 1. verſ. ſi ordinarius.*

n *In fin. verbo ſportula.*

o *Auth. de iud. §. ſi quis. collat. 6.*

p *In 3. lib. dispunc. cap. 17.*

q *Cap. mala. & cap. fruſtra. & capit. quo iure. 8. diſtinct.*

r *Notab. 10.*

s *In d. notab. 11. num. 18.*

t *In cap. pœnale. 14. q. 5.*

v *2. 2. quæſt. 122. artic. 1.*

est septimum præceptum Decalogi,[a] & acquisitio iustitiæ per pecuniam, vel contractum non gratuitum est acquisitio illicita.[b] Tum quia adquisitio rei, quæ suapte natura est inuendibilis, & inæstimabilis est contra legem naturæ, vt supra probatum est per §. *pretium*,[c] & l. 2.[d] & l. vlt.[e] & acquisitio iustitiæ per viam contractus non gratuiti est acquisitio rei inuendibilis, & inæstimabilis, vt supra in quinto argumento pro nostra parte facto probatum est.

Secundo respondetur, quòd licet non esset præfata acquisitio iure naturæ, nec diuino vetita; est tamen prohibita iure antiquiori, quàm sic hæc extrauagans scilicet per l. 2.[f] & quoad veritatem nostræ conclusionis sufficit, quòd sit vetita iure antiquiori, quàm sit hæc extrauagans.

Ad quintum respondeo primo concedendo, quòd datio muneris suo genere, siue ex suo obiecto, non est mala; fit tamen mala, intentione malè dãtis, & fragilitate recipientis, quatenus ob eam flectitur ab eo, quod est rectum, vel amore indè nato cæcutit, vel impeditur à videndo illud, vt innuitur in illo præallegato Isaię. *Munera excæcant*, & quòd hic solùm punitur promissio quatenus est, & præsumitur talis, & non quatenus suo genere sit mala.

Secundo, quòd etiam iure naturali & diuino vetamur dare scandalum proximo, [g] & ita, esto liceat in se prædicta munerum datio, quando tamen habet speciem mali iure naturali, diuino, & humano, regulariter prohibetur, vt habet d. cap. *cum ab omni*. & alia iura præcitata: & hoc etiam respectu prohibetur in proposito.

Ad sextum respondeo, quòd illud procedit in propina, siue munere dato post latam sententiam, in salarium, vel partem salarij Iudicis, quod per hanc extrauagantem non prohibetur, vt dicemus infra. [h]

Ad septimum, concendo assumptum, & negando per hanc extrauagantem puniri dationem & promissionem, quæ ob paruitatem rei non est mortifera, vt probabitur, infra [i] etiam si esset mortalis ex circumstantia finis, & malæ intentionis tantùm, si modo res est tam parua, quòd attẽta conditione personarum, temporum, & locorum, nec moueat, nec soleat mouere notabiliter, vt infra [k] dicetur.

6 Ex quibus infertur, quòd hæc extrauagans non solùm fuit necessaria & vtilis, quatenus intendit directè Auctor eius purgare Curiam peccatis in ea contentis, & existimationis offensione, sed etiam qua parte indirectè admonet ferè omnia illa esse vbique gentium, & terrarum peccata addendo etiam pœnas adeò graues contra facientes ea in Curia, eo quòd sunt iure naturali, & antiquiori humano illicita, excitat obiter Confessarios, & pœnitentes ad considerandum ferè omnia illa vbique terrarum & gentium esse mala, & requirere contritionem, & confessionem, & aliquando restitutionem, licèt non à censuris absolutionem, nisi apud sedem Apostolicam perpetrentur.

Secundo infertur ad illam quæstionem plus satis quotidianam, & magni momenti, An peccent & inquantum, qui etiam alibi, quàm apud Sedẽ Apostolicam Regibus, Principibus, Magnatibus, & aliis primæ, vel inferioribus, notæ viris, vel fœminis, assistentes, & gratè inseruientes à secretis, vel aliis ministeriis magnis vel paruis, & alij amicitia & gratia apud eos multum valentes, accipiunt magna munera interdum conuenta & promissa, interdum absque conuentione, ante vel post iustitiam, vel gratiam obtentam, nonnumquam fumos tantùm vendentes, quorum aliqui hac arte mercaturam quæstuosissimam exercentes euadunt ditissimi, hereditatéque ampliss imas, & primogenia suis hæredibus relinquunt insignia, & an teneantur hac arte quęsita restituere? Et an item qui ea dant vel promittunt, peccent? & quantum? & an teneantur restituere damna inde aliis secuta? quam opportunius definiemus sub finem commentarij. [l]

Tertio, quòd qui ante hanc extrauagantem huiusmodi sordes admiserunt apud sedem Apostolicam, peccarunt mortaliter, & tenentur pœnitere, & confiteri, & aliquando restituere, licet non incurrerint pœnas huius extrauagantis, quæ quia licet quoad prohibitionem contineat ius antiquum, quoad pœnas tamen continet nouum: & ideò licet quoad illa extendatur ad præterita, quoad has tamen minimè, eò quòd lex noua quatenus est noua non extenditur ad præterita.[a]

7 Quarto, quod hæc extrauagans puniens actiones contentas in ea, est regulanda secundum antiqua iura naturalia, diuina, vel humana, quibus antea illæ prohibebantur, & intelligenda, restringenda, & extendenda ad terminos illorum, & consequenter restringenda ad ea tantum, quę per illa sunt prohibita & illicita, & non extendenda ad illa, quę non sunt per illa prohibita, neque illicita. Tum quia, causa finalis huius extrauagantis videtur fuisse obseruantia illorum, cui obseruantiæ non est locus quoad illa, quę in eis non includuntur, ergo in eis nõ erit locus huiꝰ quia cessante causa finali cessat dispositio. [b] Tum quia, constitutio, quę fit ad interpretandam aliam, & eadem ratione, quę fit ad roborandam eam, intelligenda est secundum eam, & concludenda terminis eius, vt habet Authentica *constitutio quæ innouat*. [c] & clare sentit glossa quam putat singularem Cardinalis, [d] addens quòd easdem limitationes & extẽsiones, quas recipit interpretata, debet recipere interpretans, & eum sequitur Felinus, [e] nam & referens se ad aliquid, intelligitur secundum illud, [f] & constat hanc extrauagantem factam esse ad conseruandum & roborandum illa, vt intelligitur ex duobus proœmiis. *Ad innouandum & addendum*. in ea contentis. Tũ, quia lex non includit illud, ad quod mens & ratio Auctoris eius nõ se extendit, [g] & tradit Panormitanus, [h] Felinus, [i] & mens & ratio salem coniecta auctoris huius extrauagantis est vitare antea prohibita, eo modo, quo antea prohibebantur, quod clarè indicat vers. *Sed hoc scelus*. huius extrauagãtis in quo ponitur additionis pœnarum proœmium, quatenus significat eas adiici ad exterminandum ea, quę antea erant scelera, & increbuerunt, ibi, *Sed hoc scelus ita hodie in mores inductum &c.* & ibi, *Cupiditate improbi quæstus & c. nundinentur*, & ibi, *Quidam, etiam talium operam & industriam pretio quæsiſſe affingant*. & ibi, *Quæ cum peſſima sint*. & ibi, *In eos qui tale aliquid agunt animaduertendum arbitrati*. Quę omnia posita in dicto proœmio, vnde finis & intentio Auctoris colligitur, [k] palam significãt auctorem eius addere pœnas prędictas contra eos solos & omnes, qui fecerint contenta in ea, quę illicita erant & mala, etiam ante hanc extrauagantem.

Quinto infertur, quòd non omnis muneris datio, & receptio hic prohibetur, sed sola muneris notabilis, & facta ante iustitiam vel gratiam malo, vel scandaloso animo, vero vel præsumpto, vt etiã infra [l] dicetur. notabilis inquam, ita, quòd datio vel promissio eius sit, vel præsumatur mortifera: & quòd moueat, vel mouere soleat notabiliter animum recipientis: vt [m] probabitur,

SVMMARIVM.

8 Excommunicatio huius extrauag. est maior, & vnde id clare colligitur.
8 Excommunicatio ex vi verbi, & propriè maiorem & minorem includit.
8 Species sub genere propriè includuntur.
9 Excommunicatio absolutè prolata, interdum pro minori, anathema verò semper pro maiori accipitur.
10 Excommunicatio, & anathema differunt, num. 9. non vt disparata: sed vt genus, & species.
10 Anathema qua ratione dictio Græca, simul & Hebræa, & duo significat & est species excommunicationis: quia est maior, & nunquam minor; & omnis excommunicatio maior est anathema.
10 Excommunicatio est genus ad anathema, & minorem excommunicationem.
11 Cardinales & Episcopi incurrunt tres pœnas huius extrauag. non autem 4. reliquas.
11 Cardinales non ligant regula Cancellariæ odiosæ: licèt lex generalis sic.
11 Cardinales sunt patricij scripti in diademate Principis, & pars corporis eius.
11 Lex generalis ligat omnes species: etiam si maior ratio militet in vna.

QVarto nono, quòd super verbo (*excommunicauit*, cadit illud idem dubium, quod in prędicta extrauagante, [n] super verbo *excommunicamus*, prędictus Ioanes Monachus mouet, scilicet, An per has extrauagantes feratur maior vel minor excõmunicatio? cuius mente amplexa, verbis autem eius minus claris, & nimis cõfusis omissis, ad probandum, quòd de minori tantũ sunt intelligẽdę, facit, quòd lex pœnalis in dubio debet intelligi de pœna minori, argumẽto c. *in pœnis*.[a] cum ei per glosiã annotatis: & ita cum verbum *excommunicare*, simpliciter prolatũ possit intelligi de maiori & minori, [b] & hę extrauagantes excommunicent simpliciter sine vlla maioris vel minoris mentione, videri possunt intelligendæ de minori.

Contrarium tamen, & bene, ille decidit per ca. penul. [c] quòd habet, excommunicationem simpliciter prolatam à Iudice, intelligendam esse de maiori, & ad oppositum argumentum respondet, quòd verbum *excommunicatio*, ex vi verbi intelligitur de maiori, per d. cap. penul. Cui adeo primùm, quòd prædictum cap. pen. [d] non probat efficaciter suum propositum, videlicet, quòd verbum, *excommunicatio*, simpliciter prolatum significat maiorem tantùm excommunicationem, & non minorem: nam loquitur de excommunicatione simpliciter lata à Iudice, extrauagans autem nostra de lata à iure, quo pasim excommunicatio minor simpliciter appellatur excommunicatio. [e]

Secundo, quòd nõ satisfacit argumento in contrarium per se insinuato, & à nobis supra explicato ex reg. *in pœnis*, [f] dicendo, quòd verbum excommunicatio vi verbi solam maiorem comprehendit. Tum quia vis originaria, & etymon verbi excommunicare significat expertem communionis facere, & etiam minor facit, quem expertem communionis sacramentorum. [g] Tum, quòd excommunicatio videtur esse genus ad maiorem & minorem per d. cap. *pia*, iuncta glossa, [h] & quælibet species propriè continetur sub genere, iuxta dictum Baldi ab omnibus receptum. [i]

Addo tertio, quòd etiam non videtur satisfacere d. argumento Io. Maior, dum [k] sentit, quòd verbum, *excommunicatio*, non est genus, sed analogum ad maiorem, & minorem, & analogum per se sumptum stat pro famosiori significato, vt homo pro homine viuo & non picto, & dominium pro directo & non vtili, [l] quam ad hoc citat Aretinos, [m] & alij alibi, non inquã satisfacit, quia non reddit rationem, quare sit analogum, & non genus, cum ponere quem extra communem sacramentorum, verè sit ponere quem extra aliquam communionem, licet non ponat extra omnem, nam neque maior ponit extra omnem, cum in multis possit ei communicari. [n]

Addo quarto, quòd neque solutiones Panormitani, [o] satisfacere omnino videntur, licet tertia aliquatenus tolerari possit.

Addo quinto, quòd consonantius iuri possit responderi, quòd verba intelligenda sunt secundum materiam subiectam, [p] & secundum mentem disponentis, [q] & ex materia harum extrauagantium, & ex mente earum auctorum, palam colligitur, eos de maiori sensisse. quæ eadem ratio videtur esse vera decidendi prædicti cap. pen. Cum enim Iudices numquam in foro exteriori sola minori excommunicatione excommunicent, nec vnquam maiori, sine peccato mortali, vero vel præsumpto, iuxta cap. *nemo*, & c. *nullus*, [r] licet iura frequenter excommunicent minori, pro peccato veniali, meritò præsumendum est Iudicem quoties excommunicat simpliciter, de excommunicatione maiore velle intelligere.

9 Addo sexto, quòd licet prædictum dubium Ioannis Monachi & supradicta quæ ad illud sunt responsa, sint necessaria & vtilia quoad alia proposita, non tamen quoad has extrauagantes, in quibus non habetur simpliciter, *Excommunicamus, & excommunicauit*. sed etiam additur *Anathematizamus, & anathematizauit*. & licet verbũ *Excõmunicamus, & excõmunicauit*. simpliciter prolatum à iure, sæpe accipiatur pro minori tantùm, anathematizatio tamen & anathematizare semper in quacũque parte iuris de maiore excõmunicatione intelligitur, vt probat c. *cũ non ab homine*, [s] cũ multis aliis, quæ ibi post Ioannem Andream, Panormitanum & alios allegat Decius, [t] quod non videtur considerasse Ioannes Monachus cũ per illud proculdubio probetur prædictam extrauagantem continere maiorem excommunicationem.

Addo septimo, quòd iure dici potest verbum illud, *Excommunicamus*, Bonifacij, & verbum *excommunicauit*, Gregorij, intelligenda de minori excommunicatione, quia quando canon habet illa duo verba *excommunico, & anathematizo*, prius intelligitur de minori, posterius de maiori, iuxta glossam, [a] & multa alia ibi allata per Decium vbi supra, & meritò: quia debet euitari super fluitas, [b] & consequenter, quòd prædictæ extrauagantes per verba *excommunicamus, & excommunicauit*, intelligantur de minori: per verba autem *anathematizamus*, & *anathematizauit*, etiam de maiori.

10 Quinto noto ex verbo *anathematizauit*, iuncto verbo *excommunicauit*, quòd aliud est excommunicatio, aliud anathematizatio. Tum quia, copula (&) quę ponitur inter prędicta verba, significat esse diuersa per eam copulata, iuxta glossã notabilem. [c] Tum, quia d. cap. *cum non ab homine*. [d] clericum pro incorrigibili iudicãdum, priùs iubet excommunicari, & postea anathematis mucrone feriri. Tum, quia cap. *excommunicamus*, [e] & omnia capitula bullæ Cœnæ, per copulam, &, coniungunt illa verba *excommunicamus*, & *anathematizamus*. & hæc est vna omnium sententia, licet in deriuatione & compositione verbi *anathema*. & in definitione, siue quidditate eius, diuersi diuersa doceãt, qua in re Reuerendissimus Episcopus Segobiensis, Illustrissimi Regis nostri Concilij præses, scripsit profundiùs quàm vlli alij, & quàm nos, (quos Salmãticæ de illis in d. ca. *cum non ab homine*. tractantes olim audiuerat.) [f] Cui & omnibus aliis addo primo, me illi assentiri, quatenus ait anathema esse dictionem Græcam, quia id exertè testatur magnus ille noster Patriarcha Augustinus, & etiã S. Thomas quem ipse non citat, [h] nec tamen dissentire, vt ille, eruditissimo Alciato, qui [i] affirmat, illam esse Hebræam: qui id etiam exertè testatur S. Hieronymus [k] per illa verba * *anathema propriè Iudæorum est*, quorum duorum irrefragabilis auctoritas conciliari posse nobis videtur. Tum, quòd non inconuenit, vt vna & eadem dictio sit duabus linguis diuersis communis, siue quòd altera eam acceperit ab altera, vt multas accipit à Græcalatina: siue quia cùm nomina significent ad placitum, primis auctoribus illarum placuit, vt vna & eadem vox apud ambas idem significaret. Tum, quod B. Augustinus non negat eam esse Hebræam, nec Hieronymus eam esse Græcam. & vrgenti, quòd Hieronymus ait eam esse propriè Iudæorum, respõderi potest, eum sentire, illam origine, siue inuentione esse Hebræam, cui non repugnat eam esse vsu Græcam: & opponenti illa verba Augustini, *Origo huius verbi in Græco est ab iis rebus, quæ vota sursum ponebantur in templis*. respondeti potest, non esse intelligenda de origine, & inuentione dictionis, sed de origine vsus ei[9] apud Græcos: ab Hebræa enim lingua, quę omnes alias præcesit, potuit hanc Græca mutari, non contra à Græca Hebræa.

* Anathema proprio Iudæorum est. *Non significat* D. D. *Hieron. anathema vocem Hebræam esse, sed sensus verborum* D. *Hieronymi est, significationem huius vocis tãtum apud Iudæos esse, vt interpretatur is qui in* D. *Hieronymum indicem edidit. quod ipse etiam* D. *Hieronymus eo in loco satis declarauit scribens. Porro ἀνάθεμα verbum proprie Iudæorum est & positum tam in Iesu Naue, quam in Numeris, quando omnia quæ erant in Hiericho & Madianitarum detestationi & anathemati habenda Dominus imperauit. Hac Hier. Vox autem Hebræa quæ anathemari voci Græcæ respondet est* חרם *herma. quod proprie est occisio & perditio. vel res Deo ita deuota & addicta, vt multi humano vsui inseruire posit. lege lib. Num. cap. 21. in qua significatione vox Anathema propria Hebræorum est eo quod apud nullos auctores nisi Hebræos in ea significatione reperiatur.*

Addo secundo, videri somnium id quod dicit Ioannes Monachus, vir alioqui vigilantissimus, [l] scilicet anathema dici ab *ana*, quod est sursum, & *thema*, quadam figura, quasi rotunda habente telum quasi ex transuerso, quæ consueuit poni in frontibus damnatorum, nulla enim ratione iusta, nec authoritate nititur.

Addo tertio, quòd quidditatem & substantiam anathematis vtilius ad praxim omnibus aliis expressit S. Thomas, [m] in hęc verba, *Anathema cõponitur ab ana, quod est sursũ, & thesis, positio, quasi sursum positio, & est ortũ ex quadã antiqua consuetudine: Antiqui enim quando pugnabant, & capiebant aliquam prædam ab hostibus, quam nolebant conuertere in vsum pro-*

prium

a *Dati Ext. d. cap. 20.*
b *Leg. 2 ff. de condict. ob turp. caus.*
c *Institu. de emptio.*
d *ff. eod.*
e *C. eodem.*
f *ff. de condi. ob turp. caus.*
g *Matthæi. 18. capit. 1. de noui operis nuncia.*
h *Not. 21.*
i *In d. not. 10.*
k *In d. nota. 10.*
l *Num. 43.*
a *Capit. 2. & fin. cum annot. eis præsertim per Feli. de cõsti.*
b *Capit. cum cessãte. de appell. adigere. §. quãtus. ff. de iur. patro. cum eis annot.*
c *§. vnde. vers. in illis. coll. 3.*
d *Ibidem. oppos. 3. in clem. Statutii in verbo consuetudine de elect.*
e *In cap. 1. de iureinr. nu. 5.*
f *Leg. in testamento. ff. de cond. & demonstra.*
g *Leg. cum pater. §. dulcissimi. ff. de legat. 2.*
h *In cap. suggestum. & memininmi. de appel. in c. fin. de reseri.*
i *In cap. tua de iureinr.*
k *Le. final. ff. de hared. instit. cap. quia propter. de electio.*
l *Notab. 10. 11. & 21. & melius 16.*
m *In d. nota. 10. & 11.*
n *3. de sent. excommuni.*
a *De reg. iur. libr. 6.*
b *Cap. pia de except. lib. 6.*
c *De sen. excom.*
d *De sen. excommunicat.*
e *Cap. cum excommunic. cap. ad mandatum si quis frater. 11. qu. 3. cap. nuper. cum multis aliis, de sent. excommunic.*
f *De reg. iur. lib. 6.*
g *Cap. si celebra. de cler. excom. ministrat. & dict. cap. pen. de sent. excom.*
h *In uer. speciem, de exceptionibus. 6.*
i *In l. 2. C. de iure aur. annul.*
k *In 4. sent. dist. 18. qu. 1. col. 1.*
l *Leg. 1. §. qui in perpetuii. ff. si ager vectig. vel emphy. pet.*
m *In l. 1. ff. de testam. col. 3.*
n *Capit. quoniam multos. 11. qu. 3. cum gloss. & ca. si vere. & cap. cum voluntate. de sent. excommuni.*
o *In ca. pen.*
p *Cap. intelligentia. de verb. sign. & l. si vno. §. 1. ff. locat.*
q *Cap. fin. de prob. & capi. cum in illis ead. tit. libr. 6.*
r *11. quæst. 3.*
s *De iudic.*
t *Num. 13.*
a *In d. c. cum non ab homine, verb. excommunicet.*
b *Cap. si Romanorii. 19. distinct. & c. solita. de maior. iunct. glos. in verb. tamquam.*
c *In rubri. de iur. & fact. ignor. & in c. querelam. de simo.*
d *De iudic. c. 1. & 2. de hæret.*
f *Prima parte. §. 8. nu. 6. repeti. ea. alma, de sent. excom. lib. 6.*
g *In cap. 41. super li. Nu h In cap. 9. ad Rom. & c. 1. ad Galat.*
i *In d. capit. cum non ab homine. nu. 106.*
k *Super epist. ad Gal.*
l *In d. extra. in gloss. verbo anathematizamus.*
m *In cap. 1. ad Galat.*

prium, ſuſpendebant illam in templis, vel in aliquo loco publico ciuitatis, quaſi ſeparatam à communi hominum vſu, & omne tale ſic ſuſpenſum non intrabant Graci anathema. & ex hoc inoleuit conſuetudo, quòd omne illud, quod excludebatur ab vſu communi, diceretur anathematizatũ: vnde dicitur Ioſue 6. de Hiericho, & omnibus, quæ in ea ſunt, quod Ioſue mox anathematizauit ea, & ideò etiam hoc in Eccleſia inolenit, vt illi, qui excluduntur à communi ſocietate Eccleſiæ, & à participatione ſacramentorum Eccleſiæ, dicantur anathematizati. hæc ille.

Addo quarto, quòd verbum *anathema*, Canonum peritis duo ſignificat. Alterum eſt actus faciendi, ſiue ſeparandi Chriſtianum à Chriſtianorum communione, vt probatur efficaciter per cap. *nemo* 1. [a] ibi, *Anathema eſt mortis æternæ damnatio*, & in cap. *Engeltrudam*. [b] ibi, *Anathemate, quod ſeparat à corpore Chriſti percuſſum eſſe*. & in cap. *ad Apoſtolicæ*. [c] ibi, *anathematis vinculo damnatum*. & per d.ca. *cum non ab homine*. & omnia iura, quæ feriunt, vel iubent feriri quem anathemate. Alterum, quod ſignificat, eſt Chriſtianus ipſe ſic ſeparatus, quod efficaciter probatur per ſexdecim capitula Concilij Gangrenſis, [d] qua parte habent, vt qui illud, aut illud fecerit, ſit anathema. in qua ſignificatione etiam accipitur, Ioſ. 6. ad Rom. 9. ad Galat. 1. & alib ſæpe.

Addo quinto, quòd abſolutius, quàm communiter dicatur, dici poteſt & debet, quòd excommunicatio differt ab anathemate accepto ſecundũ prædictam ſignificationem, quą ſignificat actum faciendi anathema, ſiue ſeparandi Chriſtianum à communione. Primo quidẽ quòd excommunicatio eſt genus ad maiorem & minorem, & ideò ſæpe accipitur pro minori tantùm, vt prædictum eſt, anathema verò non eſt genus ad eas: quia nuſquam ſignificat minorem tantùm.

Secundo, quòd excommunicatio etiam eſt genus ad anathema, ſiquidem omne anathema eſt excommunicatio, ſed nõ contrà omnis excõmunicatio eſt anathema, nam, vt ſupra dictum eſt, excommunicatio minor eſt excommunicatio, cum tamen non ſit anathema, quippe cum omne anathema ſit excommunicatio maior.

Addo ſexto, quòd incautè videtur ſentire Ioannes Monachus, [e] & gloſſa prædicta, [f] & communis, quòd excommunicatio maior ſimpliciter prolata ſine alia ſolennitate extrinſeca, non dicitur anathema. Tum quia definitio anathematis ſupra ſignificata per S. Thomã & alia præcitata, conuenit illi. Ergo illa eſt anathema: quia cui conuenit definitio, debet conuenire & definitum. [g] Tum quia id irrefragabiliter probant d.ca. *Engeltrudam*. [h] & d.cap. *nemo*. [i] Tum quia etiam id euincunt hæc extrauagans, & illa Bonifacij inſerta ipſi, & ca. *excommunicamus*. [k] in quibus Pontifices Maximi anathematizant, non vtendo ſolennitate, c. *debent*, [l] nec etiam candelarum incenſione, & extinctione, aut in terram proiectione, & pedum conculcatione, nec alia ſolennitate extrinſeca, quàm ſuarum legum ſimplici editione, & promulgatione.

Addo ſeptimo, quòd incautiùs ſentit prædictus Ioãnes Monachus & prædicta gloſſa, [m] quibus communis conniuet, quòd tum demum excõmunicatio maior dicitur anathema, cùm profertur cum ſolennitate d.cap. *debent*. Tum quia id nullo iure probatur. Tum quia ex eo ſequeretur, quòd nec iſtæ extrauagantes nec illa ca. *excommunicamus*. [n] nec excommunicationes bullæ Cœnæ, quæ ab illa appellantur anathema, & rarò vlla alia dicerentur anathemata: nam nulla, aut certe rara excommunicatio noſtra ætate ferrur cum ſolennitate illius cap. *debent*, cuius verba ſunt, *Debent duodecim ſacerdotes epiſcopum circunſtare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in concluſione anathematis, vel excommunicationis proiicere debẽt in terram, & conculcare pedibus deinde epiſtola per parochias mittatur continens excommunicatorum nomina, & cauſam excommunicationis.*

Addo octauo, ex his colligi, quòd diuerſitas inter excommunicationẽ, & anathema, ſiue anathematizationẽ, de qua in præmiſſo notabili quarto, non eſt illa, quæ eſt inter ſpecies contrarias, ſed illa, quæ eſt inter genus & ſpeciem.

Sexto noto ex illis verbis *omnes clericos*, &c. quòd hæc extrauagans eſt generalis quoad omnes perſonas Eccleſiaſticas, & laicas, mares & fœminas, plebeias & nobiles, dignitate præditas, & non præditas: & conſequenter eſſe verum id, quod ex eis elicit Ioannes Monachus videlicet hanc extrauagantem comprehendere etiam Epiſcopos; quia & ipſi ſunt verè clerici. [a] Nec obſtat cap. *quia periculoſum*, [b] quòd habet, per Canonem generaliter imponentem ſuſpenſionem non includi Epiſcopos, niſi exprimantur: quia id ibi ſpeciali ratione conſtitutum fuit quoad ſuſpenſionem, ſecus enim eſt quoad excommunicationem, quoad quam, & alias pœnas ſub Canone generaliter eas infligente includuntur, iuxta gloſſam [c] receptam per omnes ibi, & vbique. An autem includantur Cardinales maioris dubij eſt: nam pro parte negante facit primò, c. 1. [d] quatenus exprimit Cardinales, vt pœna illius generaliter & vniuerſaliter impoſita omnibus perſonis, ligaret etiam illos, ſignificans non includ ſum jri eos, ſi non fuiſſent expreſsi, & id tenet ibi Ioannes Monachus auctor prædictę gloſſæ prędictę extrauagantis, quem Ioannes Andreas, Dominicus, & Francus ſequuntur.

Secundo, per ea quę pro ſui dicti ratione ſubdit ibidem idem Ioannes Monachus in hæc verba, *Cardinales verè ſunt patricij ſcripti in diademate principis. Inſtit. quib. mod. ius pat. pot. ſol. §. filiuſa. & pars corporis principis ſunt eidem in Conſiſtorio aſſiſtentes. 6. q. 1. §. verum. verſ. ſi quis cum militibus. & C. ad leg. Iul. maieſt. l. quiſquis. & ipſi dicuntur fratres principis præ cæteris prærogatiua gaudentes, ſupra hoc lib. de off. deleg. cap. officij. & eximendo à iuriſdictione cuiuſlibet ordinarij, non videtur eximere à poteſtate legati de latere miſſi. ergo minùs videtur partem corporis ſui per ſententiam generalem excludere per excommunicationem à ſe latam.* hæc ille.

Tertio, quòd frequentior ſententia eſt eorum, qui tenẽt Cardinales non ligari regulis Cancellariæ, vt latè tradit Ancharanus, [e] quem ſequuntur Felinus, [f] & Gomezius, qui alios citat. [g]

Sed partem affirmantem, quòd includantur, tenet idem Ioannes Monachus, [h] licet contrarium imponat ei Andreas Barbatius. [i] Pro quo facit in primis, quòd hæc excommunicatio ſertur in omnes clericos & laicos, & conſtat Cardinales eſſe clericos vel laicos, [k] imo & ſimpliciter appellati clericos probat cap. *Conſtantinus*. [l]

Secũdo, quòd omnia prohibita in hac extrauagãte non videntur (vt ſupra dictum eſt, [m] eſſe mala, quia prohibita, ſed prohibita quia mala: hoc eſt prohibita lege naturali, vel diuina, quæ Cardinales perinde ligant, ac alios: ligant enim etiam Papam. [n] omnia enim ſubiiciuntur legi æternę, vt monſtrat S. Thomas, [o] pro quo facit textus cap. *quæ contra*, [p] & cap. *non licet*. [q]

Tertio facit, quòd Canonum ſtatuta omnes ligant, [r] & lex generalis, & pœnalis omnes ſpecies non exceptas comprehendit, etiamſi maior ratio ſuadeat comprehenſionem vnius, quàm alius, iuxta l. 1. [s] quam in hoc citat Decius, [t] & alibi ſæpe, & probat etiam cap. *ſolita*. [v] Vnde appellatione monialis etiam in materia pœnali venit Abbatiſſa, [x] & appellatione clerici Cardinales, vt eſt in c. 21. [y] quod imponit pœnã Cardinali non reſidenti, & ponitur ſub rubrica loquente generaliter de cler. non reſid. At prædicta extrauagans non ſolùm generaliter, ſed & vniuerſaliter diſponit per illa verba, *Omnes clericos*, &c.

Quarto, quòd ſecundum mentem omnium, Cardinales ligantur per illos Canones generales cap. *in nomine Domini*, [z] cap. *ſi quis pecunia*. [a] cap. *ſi quis ſuadente*, [b] & cap. *omnis*, [c] & cap. *fulcis*, [d] & clem. *ſi quis ſuadente*, [e] in quibus tamen non exprimuntur Cardinales.

Quinto, quòd communior reſolutio videtur illa, quam colligit Gomezius, [f] videlicet, quòd Cardinales comprehenduntur ſub lege generali Papæ ſauorabili, & etiam pœnali prohibente illa, quæ de ſe ſunt mala, qualia ſunt prohibita per dictum can. *ſi quis ſuadente*, & alios ſimiles ſupra citatos, licet ſub regulis Cancellariæ odioſis, diſponentibus de iis, quę per ſe non ſunt mala, non comprehendantur, ex ſtylo & conſuetudine Curiæ potiùs, quàm iure.

Sexto, quòd receptior videtur opinio Panormitani, [g] dicentis eos comprehendi ſub generali lege, [h] quod probatur per extrauagantem *execrabilis*, [i] quatenus excipit eos, expreſsè ſignificans alias comprehenſum iri: in quod ipſum faciunt omnia iura generalia, odieſa, ſtat Cardinales eſſe clericos vel laicos, [k] imo & ſimpliciter appellati clericos probat cap. *Conſtantinus*. [l]

Secũdo, quòd omnia prohibita in hac extrauagãte non videntur (vt ſupra dictum eſt, [m] eſſe mala, quia prohibita, ſed prohibita quia mala: hoc eſt prohibita lege naturali, vel diuina, quæ Cardinales perinde ligant, ac alios: ligant enim etiam Papam. [n] omnia enim ſubiiciuntur legi æternę, vt monſtrat S. Thomas, [o] pro quo facit textus cap. *quæ contra*, [p] & cap. *non licet*. [q]

Tertio facit, quòd Canonum ſtatuta omnes ligant, [r] & lex generalis, & pœnalis omnes ſpecies non exceptas comprehendit, etiamſi maior ratio ſuadeat comprehenſionem vnius, quàm alius, iuxta l. 1. [s] quam in hoc citat Decius, [t] & alibi ſæpe, & probat etiam cap. *ſolita*. [v] Vnde appellatione monialis etiam in materia pœnali venit Abbatiſſa, [x] & appellatione clerici Cardinales, vt eſt in c. 21. [y] quod imponit pœnã Cardinali non reſidenti, & ponitur ſub rubrica loquente generaliter de cler. non reſid. At prædicta extrauagans non ſolùm generaliter, ſed & vniuerſaliter diſponit per illa verba, *Omnes clericos*, &c.

Quarto, quòd ſecundum mentem omnium, Cardinales ligantur per illos Canones generales cap. *in nomine Domini*, [z] cap. *ſi quis pecunia*. [a] cap. *ſi quis ſuadente*, [b] & cap. *omnis*, [c] & cap. *fulcis*, [d] & clem. *ſi quis ſuadente*, [e] in quibus tamen non exprimuntur Cardinales.

Quinto, quòd communior reſolutio videtur illa, quam colligit Gomezius, [f] videlicet, quòd Cardinales comprehenduntur ſub lege generali Papæ ſauorabili, & etiam pœnali prohibente illa, quæ de ſe ſunt mala, qualia ſunt prohibita per dictum can. *ſi quis ſuadente*, & alios ſimiles ſupra citatos, licet ſub regulis Cancellariæ odioſis, diſponentibus de iis, quę per ſe non ſunt mala, non comprehendantur, ex ſtylo & conſuetudine Curiæ potiùs, quàm iure.

Sexto, quòd receptior videtur opinio Panormitani, [g] dicentis eos comprehendi ſub generali lege, [h] quod probatur per extrauagantem *execrabilis*, [i] quatenus excipit eos, expreſsè ſignificans alias comprehenſum iri: in quod ipſum faciunt omnia iura generalia, odieſa,

a *Cap. cleros. 21. diſ. & ea. perlectis, 25. diſtinct.*
b *De ſenten. excom. lib. 6.*
c *Dict. capit. quiæ periculoſum.*
d *De ſchiſma. lib. 6.*
e *Conſ. 295. incip pro clariori. num. 6.*
f *In capit. in eos. de hæret.*
g *In reg. Cãcellariæ de idiomate. q. 3. & in proœmio. q. 4.*
h *In prædicta gloſſa.*
i *In tract de præſt. Cardi. qu. 7. num 2.*
k *Capit. duo ſunt. 12. qu. 1.*
l *96. diſtinct.*
m *Not. 3.*
n *Capi. ſunt quidam. 25. quæſt. 1.*
o *1. 2. quæſt. 93. art. fin.*
p *Sub fin. 8. diſtinct.*
q *10. diſtinct.*
r *Capit. 1. de conſtitut.*
s *§. quod autem. ff. de al. luſ.*
t *In conſil. 5. num. 1.*
v *De maior. x Cap. quoniam de ſim. y De cleric. non reſ. z 23. diſtin. a 79. diſtin. b 7. quæſt. 4. c De pœnit. & remiſſ. d De pœnit. libr. 6. e De pœnit. f In proœmi. reg. Cancell. quæſt. 4. g In capi. eccleſia. 2. de electi. h Capit. de multe. de præbend. i De præben.*

& pœnalia, in quibus exprimuntur Cardinales, quod ea ratione fieri videtur, quòd alioqui ſub illis non includerentur, de quibus eſt cap. 1. [a] Concilij Tridentini, [b] & extrauagans, *circa*. & extrauagans, *decori*. Pij V. & extrauagans S.D.N. Gregorij XIII. *Deo ſacri*. quas citauimus, addendo eis quaſdam annotatiunculas in comment. de regularibus. [c]

Quibus pro vtraque parte huius antinomiæ citatis, arbitror dicenda tria. Primum, non poſſe defendi vtrumque dictum Ioannis Monachi ſcilicet quòd prædicta extrauagans includat Cardinales, quod ait in gloſſa eius: & quòd prædictum cap. 1. [d] non comprehendiſſet eos, niſi de Cardinalibus expreſsiſſet, imo probabilius contra poſſet dici, illam extrauagantem non comprehendere illos, & prædictum cap. comprehenſurum fuiſſe, etiam ſi non fuiſſent expreſsi. Tum quia prædicta extrauagans videtur exorbitantior, & quadantenus minoris auctoritatis: quia extra corpus iuris poſita, & ſine fratrum conſenſu, & conſilio facta. Tum quòd nulla ratio reddi poteſt, cur Cardinales comprehendantur ſub cap. *ſi quis ſuadente*. [e] & ſub aliis ſupra cum eo citatis, in quibus etiam non exprimuntur, & non ſub d. cap. 1. licet non exprimerentur, cum tamen prædicta ratio reddi poſsit, quare non comprehenderẽtur ſub illa extrauagante.

Secundum, quòd maior adhuc ratio reddi poteſt, cur Cardinales non includantur in hac extrauagante quàm in illa Bonifacij, videlicet quòd illa ſolam excommunicationis & nullitatis obtentorum pœnam imponit, hæc autem etiam priuationis beneficiorum, & officiorum, etiam ſæcularium, infamiæ, & inhabilitatis, & non vtcumque, ſed ipſo iure: & quòd valde abſurdum & inſolens videretur, quòd tanti Eccleſiæ principes ipſo iure priuarentur tanto Cardinalatus principatu, fierent infames, & inhabiles ad omnia beneficia & officia, propter ſolam vnam actionẽm iis extrauagantibus vetitam, & nihil abſurdum, & inſolens conſequeretur, eò quòd incideret in excommunicationem illius extrauagantis, & in pœnam intrinſecam nullitatis obtentorum, cùm ordinariè incidant in excommunicationem canonis, *ſi quis ſuadente*. & prædicti cap. 1. & aliorum canonum generaliter excommunicantium ſupra citatorum ſecundum omnes, qua ratione fortè idem dici poſſet de Epiſcopis, quorum depoſitio ſoli ſanctæ ſedi Apoſtolicæ reſeruata eſt per ca. *nullius*, & ca. *duodecim*. f & per Concilium Tridentinum, g

Tertium, quòd probabile videtur, dicere, Cardinales quidem vt alios ligari per hanc extrauagantem. S. D. N. quatenus prohibita in ea ſint contra ius naturale, vel diuinum, aut aliud Conciliare, vel Papale, quo ipſi ligantur, & etiam quo ad pœnam intrinſecam nullitatis obtentorum, & etiam quo ad pœnam excommunicationis inflictam per eam, quæ eſt pœna rationabilis, & quaſi ordinaria in huiuſmodi materiis: & conſequenter quoad pœnam arbitrariam ordinariam extra ordinem inferendam, & reſtitutionem rei ſic iniuſtè acceptæ, quæ verè non eſt pœna, non tamen quoad prædictas pœnas rigidas, priuationis ipſo iure beneficiorum, officiorum, & inhabilitatis ad ea, quæ videtur extraordinariè, rigorosè addita, non ſolùm ad caſtigandum delinquentem iuxta menſuram delicti, quod fieri præcipitur, [h] ſed potiùs ad terrendum, & arcendũ alios, eo quòd multis graſſantibus opus ſit exemplo, [i] attento quòd hæc extrauagans, valde ſimilis eſt regulis Cancellariæ niſi qua parte eſt perpetua, & illæ temporales, vt [k] dictum eſt, eo quòd hæc videtur facta non habita collatione cum Collegio Cardinalium; & quòd ſolùm reſpiciat acta apud ſedem Apoſtolicam; & ita ſicut regulæ Cancellariæ odioſæ de ſtylo & conſuetudine non ligant Cardinales, ita nec iſta debeat eos quo ad hunc rigorem ligare. Salua S. D. N. & cuiuſque alterius iuſtiore ſententia.

SVMMARIVM.

12 *Actiones has faciens per alium incurrit has pœnas.*
12 *Conſulere quis dicitur.*

12 SEptimo, noto ibi. *Vndecumque alios*, &c. quòd hæc extrauagans eſt generalis & vniuerſalis quoad loca originis, domicilij, & habitationis perſonarum prohibita in ea facientium, & conſequenter non ſolùm includuntur orti in vrbe & oriundi ab ea, ſed etiam inhabitantes eam, & reliquam Italiam, Hiſpaniam, Galliam, & quæuis alia regna: qui enim vndecumque dicit, nullum locum excludit. [a] Quod certum quidem eſt quoad eos, qui perſonaliter conſtituti apud Sedem Apoſtolicam faciunt per ſe in eis prohibita. Quid autem de iis, qui approbant ea per alios, præſertim abſentes, & quid de iis qui approbant ea per alios facta nomine ſuo? Et pro parte quidem negante facit primo concluſio poſita, & probata in Manual. noſtro Confeſſ. [b] videlicet, quòd mandans facere aliquid, non dicitur verè facere illud; & ideò regulariter pœna impoſita contra facientẽ non habet locum in mandante vel conſulente, niſi contrarium exprimatur, quod argumentum licet vrgeat quoad extrauagantem præfatam Bonifacij innouatam per hanc, contra tamen hanc innouantem parùm vrget: quoniam hæc extendit illam ad omnes conſulentes, auxiliantes, & fauentes, quorum de numero ſunt, qui rogant & mãdant, & pecunia iuuant ad faciendum prædictas actiones, nam vt in d. Man. [c] diximus, conſulere dicitur quicumque monet, perſuadet, aut precatur, vt illud faciat, ſecundum Bartholum, [d] imo & qui inſtruit, aut proponit vtilitatem inde ſequuturam, ſecundum Innocentium receptum, [e] de homicid. Quare arbitror etiam includi.

SVMMARIVM.

13 *Actiones ob quas incurruntur pœnæ huius extrauag. ſunt hæ 16 & vna omiſſio.*
13 *Præcepta decem legis veteris, ſunt iura naturalia, & durant, licet ceremonialia, & iudicialia expirarint.*
13 *Actiones prædictæ non ſecuto effectu hic puniuntur.*
14 *Conatus ad delictum non ſecuto illo punitur, ſed non pœna illud faciẽtis, niſi cum illa etiam contra conantẽ imponitur.*
15 *Excommunicatio nulla, nec irregularitas, vel alia pœna ipſo iure impoſita pro aliquo facto, incurritur à conante facere illud, niſi faciat, vel etiam pro ipſo conatu imponatur.*
15 *Conſulens, vel mandans aliquid mali, non incurrit pœnam contra illud ſtatutam, niſi ſecuto illo, vel niſi principaliter prohibeatur conſulere, vel mandare, ſicut facere.*
15 *Appellans à Papa ad futurum Concilium excommunicatur bulla Cœnæ, & id conſulens excommunicatione Papali, ſed non Bullæ Cœnæ, & ratio eius.*

13 OCtauo noto ex illis verbis, *Qui aliquod pactum*. & ſequentibus, ſexdecim actiones & vnam omiſſionem, ob quarum quamlibet incurruntur pœnæ per hanc extrauagantem ſtatutæ: quarum ſecundum ordinem literæ, Prima eſt pactio. Secunda promiſsio. Tertia promiſsionis acceptatio. Quarta datio rei promiſſæ, vel in pactum deductæ. Quinta, receptio rei promiſſæ, vel in pactum deductæ. Sexta promiſsio facta tertio, in vtilitatem impetraturi. Septima acceptio talis promiſsionis. Octaua datio pro iuſtitia, &c. ſine promiſsione & pactione. Nona receptio ob eandem cauſam ſine pacto & promiſsione. Decima, omiſsio denunciationis huiuſmodi criminis ſciti intra triduum. Vndecima, vti ſic adeptis. Duodecima, nundinatio ſordida expeditionum. Decimatertia, ambitio ſordida obtentionum. Decimaquarta fictio mendax pactionis pretij. Decimaquinta, auxiliari. Decimaſexta, conſulere. Decimaſeptima, fauere, de quibus dicemus, ex quibus verbis colligatur, & quo iure, & quatenus prohibeantur. In quod clarius faciendum, præſuppono primo, quòd omnia præcepta Decalogi continent ius morale Diuinum veteris legis, & conſequenter naturale, vt probat S. Thomas. [f] & ante illum Gratianus, [g] quatenus habet, ideò præcepta moralia veteris legis non expiraſſe à paſſo Chriſto: quia ſunt naturalia, quæ cœperunt ab exordio rationalis creaturæ, vt ipſe ait, [h] & permanebunt in perpetuum: & ita quicquid eſt contra prædicta decem præcepta, vel contra principia vniuerſalia, vnde illa inferuntur, vel contra neceſſariò conſequentia eorum per rationem naturalem ſapientum, ſunt contra ius morale diuinum, & naturale: alia verò quæ non ſunt contra prædicta decem præcepta ſunt contra legem

a *De ſchiſm. li. 6. de reformat.*
b *Seſſ. 25.*
c *Cap. ſtatuimus. 19. qu. 3. num. 54.*
d *De ſchiſm.*
e *17. quæſt. 4.*
f *5. quæſt. 4. & cap. 5. de reform.*
g *Seſſ. 24.*
h *Deut. cap. 16. & ca. non adferamus. 24. quæſt. 1.*
i *Le. capitalũ. § famoſo. ff. de pœn.*
k *In 1. nota.*
a *Cap. vndecumque. 36. diſtin. arg. ca. ſolus. ſub fin. de maior. & obed. cæpit. ſi Romanorum 19. diſt. & le. 3. ff. de offici. Præf.*
b *Capit. 27. num. 51.*
c *Cap. 27. nu. 52.*
d *In l. non ſolum. §. mandato ff. de iniur.*
e *In capit. ad audientiam.*
a *De ſchiſm.*
b *Seſſ. 25.*
c *Cap. ſtatuimus. 19. qu. 3. num. 54.*
d *De ſchiſm.*
e *17. quæſt. 4.*
f *1. 2. qu. 100. art. 1. & 3. & 2. 2. quæſt. 122. art. 1.*
g *In §. fin. 6. diſtinct.*
h *5. diſtinctio. in princ.*

humanam, licet aliqua ratione naturali mitantur, vt pulchrè declarat S. Thomas. [a]

Secundo præsuppono, illationem quartam superius, [b] factam & probatam, videlicet, quòd punita per hanc extrauagantem sunt intelligenda puniri, quatenus per iura naturalia, diuina, vel humana antiqua sunt prohibita, & non quatenus iuxta illa sunt licita, per adducta ibidem.

Tertio, quòd ad incurrendas huius extrauagantis pœnas sufficit pactio, vel promissio, vel acceptatio promissionis, licet non consequatur implementum, nec vlla datio, nec acceptio: quia ad verificationem disiunctiuæ sufficit alteram partem verificari, [c] & extrauagans hæc solum alternatiuè requirit pactum, vel promissionem, vel dationem, vel receptionem ex aliquo illorum & ita sufficit vnum illorum interuenire, vt sit locus pœnæ: & consequenter promissionem sine datione, & pactum sine receptione. Cui consequens est à fortiori non requiri obtentionem iustitiæ vel gratiæ, sed sufficere, vt aliquod prædictorum fiat, ad obtinendam eam. Primò, quòd non habet contextus, vt qui per prædictos modos obtinuerit iustitiam vel gratiam, incidat in eas: sed qui prædictis modis ad ea obtinenda vsus fuerit, incidat in eas: & ita sufficit fecisse id ad illum finem, licèt ille non consequatur.

Secundo, quòd, vt proximè dictum est: sufficit pactum, vel promissio de dando, licet non detur, quod promissum est.

Tertio, facit l. *quisquis*. [d] translata in cap. *quisquis*. [e] quatenus habet, ineuntem fœdus contra Imperatorem: vel de nece suorum Senatorum cogitantem, incidere in pœnas criminis læsæ maiestatis.

Quarto, quòd conatus corrumpendi iudicem punitur, etiamsi non sequatur corruptio, secundum Baldum, [f] per textum, l. *Imperator Seuerus*. ibi, *Tentauit*. [g]

Quinto faciunt illa multa, quæ congerit Gratianus, [h] ad probandum, quòd votum, siue desiderium, propositum, & attentatio pro facto reputantur. [i]

Sexto, quòd conatus ad delinquendum, licet non sequatur effectus, est puniendus, per prædicta, & alia per quæ hoc redigit in regulam Felini. [k]

14 Contra hoc tamen facit primo l. *cogitationis pœnam nemo moretur*. [l] & alia, quæ citat Gratianus, [m] scilicet l. *sollicitatores*. [n] qua minus punitur sollicitans nuptias alienas, quàm corrumpens, & l. *vulgarit*, [o] quæ probat volentem multa furari, & pauca furantem, de solis illis teneri: & l. 1. [p] quæ habet attentantem impetrare ius iniquum contra aduersarium, non teneri ad vtendum illo, nisi impetrauerit.

Secundo facit l. *si præses*. & l. *interpretatione*. [q] & cap. *in pœnis*. [r] quatenus habent, pœnas esse molliendas, & leges pœnales restringendas.

Tertio, quòd connitens, & tentans delinquere, non debet puniri pœna legis pro illo delicto imposita: si pœnitentia ductus non perfecit, cum posset perficere, iuxta l. *qui falsam*, [s] quam in hoc citat glossa in l. *qui ea mente*. [t]

Quarto, quòd conatus ad aliquid, eo non facto, non punitur: quando id factum nemini nocet, secundum Ananiam, [v] dicentem, palsim Aduocatos vti doctrina illa, quæ colligitur ex l. *damus*. iuncta glossa, [x] quòd numquam quis incidit in pœnam falsi propter falsum, si falsum nulli præiudicet, pro quo facit cap. *ego N. Ad dammum eius*. iuncta glossa. [z] & in casu huius extrauagantis iustitia obtenta, vel gratia, sine præiudicio alterius impetrata, nulli nocet, ergo conatus ad illas impetrandas non est puniendus.

Quinto, quòd conatus non sufficit ad incurrendam pœnam ipso iure impositam, extra crimina atrocissima, per ea quæ latè tradit Felinus, [a] & in nostro præposito agitur de pœnis ipso iure incurrendis.

Sexto, quòd nec pœna excommunicationis, de qua hic agitur, nec aliæ censuræ ipso iure impositæ, incurruntur ob conatum non sequuto effectu: quæ est communis sententia collecta ex glossa cap. *si vero*. & cap. *in audientia*. & adnotatis eis, [b] sicut nec irregularitas, iuxta glossam, [c] & tradita à nobis in Manual. Confess. [d] & in casu proposito agitur de incurrenda excommunicatione.

15 Ad hæc omnia respondetur, concedendo, quòd pœna imposita facienti aliquod delictum in dubio non ligat eum, qui tentat, & conatur facere illud, nisi sequuto eo: & consequenter, quòd si pœna extrauagantis imponeretur obtinenti malè iustitiam vel gratiam, non comprehenderet pacisentem, & promittentem dare ob iustitiam vel gratiam obtinendam: nisi ea obtenta: sed negando, quòd hæc imponatur malè obtinenti illam: quia imo imponitur facienti aliquid ex sexdecim supra collectis ad obtinendum illam: & ita non agitur hic de extendenda pœna imposita facienti ad conantem facere, & non facientem: sed de pœna imposita ipsi conanti, & attentanti id facere, quo casu, qui solùm conatur, illam incurrit, iuxta l. *si quis non dicam rapere*. [a] & d. l. *quisquis*. [b] Quod confirmatur primò, per illa quæ in dicto Manual. [c] posuimus in hæc verba. *Adde quòd refert, an disponens loquatur principaliter de faciente, & secundariò de mandante, & consulente, aut principaliter de omnibus: quia priori casu non incurrit excommunicationem consulens, aut mandans, antequam fiat opus. Vnde mandans cuipiam etiam centies percutere clericum non excommunicatur, donec percussio sequatur, & numquam, si ea numquam sequatur, argum. notatorum in d. cap. mulieres.* [d] *In posteriore verò sic: nam qui mandat interficere aliquem per assassinos statim, etiam non secuta morte, est excommunicatus,* [e] *quia æquè principaliter excommunicat mandantem, ac occidentem: & religiosus, qui concionatur animo retrahendi auditores à solutione decimarum, est excommunicatus: quamuis auditores non retrahantur.* [f] Cum igitur pœna huius extrauagantis non imponatur principaliter obtinenti iustitiam, vel gratiam, & accessoriè facienti aliquam prætarum actionum: imo nulla omnino pœna imponatur obtinenti, vel facienti iustitiam vel gratiam, si non agat aliquam præfatarum sexdecim actionum: nam frequenter contingit in Papa, & multis Illustrissimis Cardinalibus, & aliis sinceris iudicibus, qui frequenter ignari penitus talium actionum, faciunt gratiam, vel iustitiam, inducti ad id per actiones præfatas sibi ignotas: quarum malitia non pendebat ab eorum obtentione, vel concessione: & ideò siue sequatur illa, siue non, sunt peccata, quæ debent puniri, & iustè per hanc extrauagantem puniuntur.

Secundo, per ea quæ diximus in d. Manu. [g] scilicet, quòd licet per bullam Cœnæ S.D.N. non sit excommunicatus consulès alicui, vt appellet ad futurum Concilium, nisi secuta appellatione: est tamen excommunicatus per extrauagantes Pij II. & Iulij II. quas citat Siluester, [h] quia S.D.N. principaliter excommunicat appellantes, & accessoriè consulentes: extrauagans verò prædicta principaliter excommunicat etiam consulentes, quarum verba huc pertinentia sunt hæc, *Quicunque decreuerint, consuluerint, seu deliberauerint, seu aliorum dicta approbauerint, consilium, aut votum dederint, vt ad futurum vniuersale Concilium à nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus contra præditam constitutionem appellare liceat posit vel debeat.*

SVMMARIVM.

16 *Pactio pro iustitia, vel gratia obtinenda quatuor de causis fit, & quam ob causam facta hic puniatur: & est contra ius naturale, vel humanum antiquius isto.*

17 *Pactio pro decreto arbitrario iudicis punitur hic.*

17 *Pactio pro iustitia, vel gratia facta cum Papa interdum mala, vt simonia, sed semper immanis à pœna, sicut illa.*

18 *Pactiones cum Monarchis pro gratiis faciendis an semper licitæ?*

18 *Ludouicus Infans Portugallia laudatus.*

19 *Pactio pro auferenda, vel differenda iustitia includitur sub pacto de obtinenda illa.*

19 *Iusta cur dicitur sententia iudicis iniusta.*

16 NOno noto quòd prima prædictarum sexdecim actionum, scilicet pactio, colligitur ex illo verbo *pactum*, quæ est pactio de dando aliquid magnum, vel paruum pro iustitia siue gratia, pro se, siue pro alio, in causis vel iudiciis, seu aliàs per litteras Apostolicas, & quibuscumque aliis modis apud sedem Apostolicam obtinenda. Ad cognoscendum autem an iure naturali, vel diuino, aut humano antiquiore ista extrauagante prohibeatur, aduertèdum est, quòd illa potest fieri quatuor de causis. Prima, ad corrumpendum iudicem. Secunda, causa conseruandi eum in recto. Tertia, causa consequendi

quod

a 1. 2. qu. 95. artic. 2.
b Not. 3.
c Leg si hæredi. ff. de condit. institut. & §. si plures. Inst. de hæred. instit. & in cap. in alternativa de reg. iur. in 6.
d Cod. ad l. Iul. maiest.
e De pœnit. distinct. 1.
f In authen. nouo iure. C. de pœnis iud.
g ff. de iur. fisc.
h De pœnit. distinct. 1.
i Cap. dixi. e. magna. cap. si quis non dicã rapere. c. quisquis. §. si quis cũ telo.
k In illo aureo tractat. Quando conatus.
l ff. de pœn.
m vbi supr.
n ff. de var. & extraor. crim.
o ff. de furt.
p §. hæc verba. ff. quod quisque. iur.
q ff. de pœn.
r De reg. iur. libr. 6.
s ff. ad l. Cornel. de falsi.
t ff. de furt.
v In cap. 1. n. 14. de cri. falsi.
x Co. de falsi.
y Ibidem.
z De iureiur.
a In dict. Tract. quando conatus, &c. n. 6.
b De sentent. excommunic.
c Cap. si aliquis. de homicid.
d Cap. 27. n. 193. & 210.

a Cod. de Episco. & cler.
b Cod. ad l. Iul. maiest.
c Vbi supra.
d De sentent. excommunic.
e Capit. 1. de homicid. li. 6.
f Clementi cupientes. §. 1. de pœn.
g Capit. 27. num. 38.
h In ver. excommunicat. in fin.

a Exod. 20.
b Cap. 15. nu. 1.
c Exod. 20.
d Cap. 18. nu. 1.
e Lo. ita vul. neratus. ff. ad l. Aquil. capi. vt fame. de sentent. excõmunicatio.
f Exod. 20.
g Cap. 17. n. 2.
h Notab. 8.
i §. sed si dedi. ff. de cond. ob turp. causam.
k In l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. num. 5.
l 22. quæst. 5.
m Capi. tua. de sponsalib.
n In 4. nor. 3. num. 5.
o Cap. quam pio. 1. q. 2. cap. fin. de pact.
p In cap. pœnale. 14. q. 5.
q Cap. ordinationes. 1. q. 1.
r In cap. venientes. 1. q. 3.

quod cupit, non considerãdo an sit rectum, nec ne. Quarta, causa redimendi molestiam super iure iam quæsito.

Si fiat prima de causa in criminalibus, ex parte dantis est contra ius naturale: quia nititur inferre per se, vel per alium nocumentum iniustum personæ proximi, quod vetat illud præceptum quintũ Decalogi. [a] *Non occides*. iuxta declarationem eius positam à nobis post S. Thomam & alios in Manual. nostro Confess. [b] scilicet, quòd ille frangit præceptum de non occidendo, qui ob vindictam, vel aliquem alium respectum iniustum publicum, vel priuatum, aut procurat, aut operatur aliquod detrimentum personale, aut corporale notabile proximi: si autem id faciat animo flectendi ad iniustè absoluendum, peccat contra octauum præceptum, *Non dices falsum testimonium*. [c] contra quod peccat omnis qui dicit mẽdacium pernicioſum: vel procurat, vt alius id dicat, iuxta declarationem à nobis post alios positam in d. Man. [d] scilicet, quòd per præceptum octauum Decalogi principaliter prohibetur latio falsi testimonij iudicialis, vel celatio veri, & secundariò omnis significatio inordinata verborum, signorum, & factorum: & iudex pronuncians quempiam esse absoluendum, qui verè condemnandus est, mentitur perniciosè, saltem contra Rempub. cuius interest vt crimina puniantur, [e] & etiam contra priuatum accusatoris, vel denunciatoris bonum quando ex eo proueniret pœna talionis, vel damnum præmij aliàs quærendi, vel expensarum, laborum, vel aliquid aliud. Si verò id faciat animo corrũpendi iudicem in ciuilibus peccat contra septimũ præceptum, *Non facies furtum*. [f] contra quod peccat omnis, qui per se vel alium infert, vel inferri procurat damnum proximo ſuo in rebus externis, iuxta declarationem à nobis post alios positam in d. Manual. [g] Et qui iudicem nititur per pactionem dandi, corrumpere in ciuilibus, siue ad male absoluendum, siue ad malè condemnandum, procurat inferre damnum proximo, actori vel reo, vt palam est. Cum igitur hæc tria præcepta Decalogi, contineant ius naturale per primum præsuppositum, [h] consequitur, eum qui dat aliquid iudici ob primam causam, id est, ad corrumpendum eum, siue in criminalibus, siue in ciuilibus, transgredi ius naturale.

Pactio verò facta ob causam secundam, scilicet vt iudex rectam iustitiam faciat, vel citiùs, quàm alias faceret, sine alicuius præiudicio, non est verè prohibita regulariter iure naturæ, quoad forum interius, nec quoad forum exterius, si de tali animi eius sinceritate in eo constaret: quoniam id non est contra aliquod præceptum Decalogi, neque contra principia, neque cõtra consequentia eorum necessaria, quæ tria complectuntur omnia iura naturalia, per dictum primum præsuppositum: est autem præsumptiuè contra ius naturale & humanũ, non solùm istius extrauagantis sed etiam contra antiquius, positum in l. 2. [i] eo quòd præsumitur facere id causa corrũpendi iudicem: vt probatur ibidem in verbo, *Corrumpere videtur*. adiuncta illa theoria Bartholi recepta, [k] scilicet, quòd verbum *Videtur*. significat fictionem, vel præsumptionem: & quia legi fundatæ in præsumptione, cui veritas est contraria, non est locus in foro interiori, iuxta cap. *humana*, [l] & notatis in cap. *si qui*, [m] consequitur, non esse locum illi iuri antiquo in foro interiori, in pactione hac de secunda causa facta: & consequenter nec iuri huius extrauagantis per secundum præsuppositum, & latiùs per illationem. [n] Dixi, *Regulariter*: quia secus esset de pactione dãdi aliquid pro iustitia facienda, in spiritualibus, pro quibus acquirendis, etiamsi aliquo iure debita sint, nullum pretium dari, nec vlla pactio, quæ pretio æquipolleat, fieri potest. [o] Et facta, est contra ius naturale contentum in prædicto septimo præcepto, quatenus prohibet omnem iniustam vsurpationem, secundum S. Augustinum, [p] qua ratione appellatur fur & raptor, qui per simoniã aliquid quærit, [q] vnde glossa memorabilis, [r] dixit esse simoniam dare aliquid iudici pro iustitia facienda circa spiritualia, intellige, quærenda: nam super iure quæsito aliquando dari posse mox dicetur.

Pactio autem facta ex tertia causa, scilicet, ad persuadendum iudici quod cupit, non considerando, an sit iustũ nec ne, est prohibita iure naturali: quia non solùm est contra ius naturale, velle quẽ accipere id quod scit esse alienum, sed etiam velle absolutè accipere pro ſuo, quod dubitat an sit tale, absque recto iudice vel cõsultore, contra regulam de eligendo tutius in dubiis, iuxta ca. *inuenis*. [a] & ca. *si quis autem*. [b] vbi nos latè hoc tradimus: & qui pacisci tur dare iudici aliquid, vt certam pro eo in re dubia ferat sententiam, non considerando an sit iustum nec ne, quod cupit, æquipollenter vult absolutè habere pro ſuo illud, de quo dubitat an sit ſuum, & sub iudice lis est.

Pactio verò facta ob quartam causam, videlicet, ad redimendam vexationẽ, quam patitur super iure iam quæsito, verè non est contra ius naturale: quia non est contra vllum præceptum Decalogi, nec principia, nec necessariò consequentia eorum, ad quæ reducitur omnia iura naturalia per præsuppositum primum, [c] neq; verè contra, aliud humanum antiquius hac extrauaganti, tum argumen. cap. *dilectus*. [d] Tum, quia conseruatio ſui & ſuorum iure naturali est licita, [e] ex quibus ortum est illud Catonis, *Rem tuam custodi*. vnde singulariter dixit Panormitanus supra citatus, [f] quòd qui dat aliquid iudici, de cuius constantia in recto probabiliter dubitat, vt perstet in ea, non peccat etiam in foro exteriori, si id in eo constaret: quod tamen arbitror limitandum esse, vt procedat, quando bona fide & iusta ratione credit esse rectum id, in quo illum constantiam procurat, aliàs secus: quia in dubiis tutior pars eligenda est, per supradicta.

Per cuius Panormitani dicta significatur, prædictam pactionem præsumendam esse contrariam iuri antiquo humano, de quo in d. l. 2. [g] imo & contra ius naturale per prædicta, si non constaret de recta dantis intentione: & consequenter dicendum est, eum qui facit pactionem prædictam ob prædictam quartam causam, verè in foro conſcientiæ non incurrere pœnas huius extrauagantis, præsumptiuè tamen sic in foro exteriori: nisi probabiliter de illo in eo constaret: & consequenter inferri posset ratio excusandi saltem in foro conſcientiæ, à pœnis huius extrauagantis eos, qui pacisc untur, vel promittunt dare aliqua iudicibus, vt decernant aliqua, quorum iustitia, & rectitudo ipsis est comperta: quia hæc extrauagans lata ad obseruantiam iuris naturalis, & antiqui, non vendicat sibi locum in eis, quæ non includuntur in illis, per allata supra in secundo præsupposito, per prædicta. [h]

Addo prædictis primo, quòd hæc omnia dicta de pactione dandi aliquid iudici pro iustitia facienda, etiam vendicant sibi locum in pactione dandi aliquid alicui tertio, qui eam sibi fieri procuret.

Addo secundo, quòd eadem omnia, quæ dicta sunt de pactione dãdi aliquid iudici, vel tertio, habent etiam locum in pactione dandi aliquid pro gratia inferiori Papa, potenti eam facere, vel tertio, vt eam procuret: & consequenter in pacisc ente dare aliquid summo pœnitentiario, vtpis Vicario, aut alij potenti facere aliquam gratiam apud sedem Apostolicam pro ea facienda, vel alicui tertio, vt sibi, vel alij eam ab illis procuret.

17 Ex quibus omnibus infertur primò, quòd pacisc ens aliquid dare iudici, vt faciat aliquod arbitrarium, ad quod eum non obligat iustitia, iuxta l. *non quicquid*. [i] quale est aliquando dare, vel non dare dilationem, & dare maiorem vel minorem, differre vel anticipare sententiam definitiuam, vel interlocutoriam, deferre, vel non deferre appellationi, & * differendo dare Apostolos citiùs vel tardiùs, intra mensem ad hoc statutũ, [k] & reuerentiales vel refutatorios, mittere, vel non mittere in carcerem, extrahere vel non extrahere ex illo, prorogare, vel non prorogare fatalia, vel terminos iam constitutos, & id genus alia, incurrere has pœnas quia licet fortè negari posſit, id dari pro iustitia facienda: quia est arbitrarium: non tamen negari potest, quin detur saltẽ pro iustitia vel gratia facienda ab inferiore Papa, quod est valde quotidianum.

* Differendo intra mensem dare Apostolos. *Apostoli in iure libelli dimissorij dicuntur, per quos iudex à quo prouocatum est, talem à ſua sententia appellasse testatur, iudicemque ad quem est appellatum est de causa instruit. Illi autem Apostoli, quando iudex appellationem probat, dimissorij dicuntur: ſe vero iudex sinu-lam arbitretur appellationem. & deferendum ei non putat, dicuntur refutatorij. ſi vero dubitet an deferendum sit appellationi, sed nihilominus ob reuerentiam superioris præstantur, discuntur reue-*

a De sponsal.
b De pœnit. distinct. 7.
c Notab. 8.
d De simon. e Lo. vvim. ff. de iustit. & iur. & l. 1. & totti. de furt. adiumẽt. cap. olim. & toto titu. de restit. spoliat. & ca. dilecto. de sententia excommunicat. libr. 6.
f In 3. notab. in cap. cum ab omni. de vit. & honest. cler. n. 8. & ff. de cond. ob turp. caus.
i ff. de iudic.
k In capit. ab eo. de appellat. libr. 6.

ventiales, fatalia porro tempora sunt in iure intra quæ appellationem prosequi licet, quæ sic nominantur, quasi fatum & interitum appellationis afferentia, ita vt his transactis negotium sit in eo statu, in quo esset, si appellatum non esset.

Secundo, quòd non absre repetiuimus suprà verba illa, *Inferiore Papa*: quia qui cum ipso pacisceretur, vel aliquam aliam actionem per hanc extrauagantem damnatam faceret, peccaret quidem, qua parte illa esset contra ius naturale, vel diuinum, cui etiam Papa subest: sed non quatenus esset contra ius solum humanum: sed siue peccaret, siue non, minimè incurreret pœnas huius extrauagantis per ea, quæ de committente simoniam eum eo, diximus in nostro Man. [a] in hæc verba, *De committente simoniam cum Papa dico primo, secundum S. Thomam communiter receptum,* [b] *Papam posse committere simoniam prohibitam, quia simonia est, hoc est prohibitam iure diuino: quia ei subest,* [c] *non autem simoniam quia prohibita est, id est, prohibitam tantum iure humano, de quibus suprà,* [d] *quia non subest ei saltem quoad vim coactiuam.* [e] *Secundo: quòd eadem ratione non potest efficere, quòd actus, qui iure diuino est simoniacus, non sit talis. Tertio, quòd Papa nullam pœnam iure humano statutam contra simoniacos, etiam qui sunt tales iure diuino, incurrit: & quòd patest facere, ne alius eam incurrat quia omnis talis inducta est iure, cui non subest ipse, & potest alios eximere per prædicta. Quarto, quòd auctoritas eius eximit à pœnis simonie omnes, qui cum eo, vel cum consensu eius faciunt actum, qui aliàs æsset simoniacus: esto quòd expressè eos non liberet, non facta differentia inter prædictas simonias: quia quoad pœnas, eadem ratio militat in vtraque: & ideò quicquid dicat Panormitanus,* [f] *& Felinus eum limitans,* [g] *veritas habet, quòd non eximit à culpa, sed tantùm à pœna simoniæ iure diuino prohibita, & à culpa, & pœna simoniæ iure tantùm humano prohibitæ, tum per prædicta, tum per l. quidam,* [h] *& per ea quæ de certa scientia principis veriùs, & communius dicuntur ab iis, quos latè citat Felinus,* [i] *tum per stylum Curiæ, qui hoc seruat, vt satis testatur Cassador.* [k] *qui facit ius, cap.* [l] hæc ibi.

Tertio infertur, quòd proximè dicta procedunt in paciscente cum ipso Papa, seu de consensu, vel beneplacito eius, cum inferiori: secus tamen est de illo, qui paciscitur cum alio inferiori eo, sine consensu & beneplacito eius: etiam si gratiam vel iustitiam obtinendam ipsa sua Sanctitas facere deberet. Tum quia Papa non purgat sordes, quas ignorat interuenire, argu. cap. *postulasti.* cap. *super literis.* cum eis annotatis. [m] Tum, quia bona pars causæ huius extrauagantis (vt fertur) fuerunt pactio, datio, & promissio dandi aliqua maxima aliquibus, qui per se vel per alios plurimùm apud ipsum valebant, ad obtinenda maxima dona gratiæ, vel iustitiæ, nescientes, vel nescire volentes id non licere: scio enim quosdam viros insignes, qui id à me scire voluerunt ante hanc extrauagantem definisse lucrari multa centena scuta.

18 Quarto infertur, iustum locum sè hic offerre ad disputandum, an sicut Papa circa spiritualia peccare potest. vt prædictum est, admittendo simoniam iure naturali & diuino prohibitam, sic etiam alij Monarchæ circa temporalia peccare possint, indulgendo suis subditis immunitates, impunitates, prærogatiuas, & dona prodiga, & id genus alia, in damnum suæ Reipub. & aliorum subditorum, quibus exhauriùt, vel faciunt, ne repleant suum ærarium, bellis iustis, facinoribúsque præclaris gerendis vtile & necessarium: ne sua regna vltra ordinaria tributa, extraordinariis & insolentibus indictionibus, & superindictionibus opprimerentur. Sed necessitas quantocyus respondendi dubiis circa hanc extrauagantè propositis, ab eo me auertit: quamuis nonnihil colligi possit è nostro Manual. Confessar. [n] vbi post S. Thomã, [o] de peccatis regum agitur: solùm dicam meminisse me aliquando interrogatum ab illo multis nominibus de nomine Christiano benemerito, Serenissimóque Infante Portugalliæ Ludouico, respondere, rem sua pietate Christiana dignam facturum, si suum animum in omnes iuuandos regiè propensum cohiberet à petendis à fratre suo Rege nulli pietate secundo, gratiis pro sibi se commendantibus etiam benemeritis: ne se Rex pientissimus per opera liberalitatis alioqui sancta, sed voluntaria, facultate opera iustitiæ necessaria in ære alieno soluendo exercendi, priuaret. Quem notissimum est postea, vno anno antequam vita defungeretur, magno summarum exemplo, bonã suæ (quæ maximi pretij erat) suppellectilis partem, quò sua debita exolueret vendidisse, & familiam, quæ sibi erat amplissima, in ordinem redegisse, & meritò quidem: quia iustitiæ perinde liberalitas cedere debet, ac cedit Latonia Phœbo. [a]

19 Quinto infertur, posse cuipiam videri verum illud Ioannis Monachi, [b] hanc extrauagantem non includere eum, qui aliquam istarum actionum faceret pro auferenda, vel differenda iustitia: quia illa includit eos tantùm, qui eas faciunt pro iustitia obtinenda, & is non videtur dare pro illa obtinenda, sed pro differẽda, vel auferenda, quod est longè diuersum, & à diuersis non fit illatio, [c] maximè in pœnalibus. [d] Sed nobis contrarium videtur verius. Tum quòd non est verisimile Pontifices Max. & æquissimos, voluisse minùs punire illos, qui dant vel promittunt pro sententia iniusta, qualis est, qua iniustè aufertur, vel differtur vera iustitia, quàm eos, qui dant pro sententia iusta consequenda: pro qua tamen, saltem interdum incurruntur, vt prædictum est, & mens est potius attendenda quàm verba. [e] Tum, quòd obtinere, vt differatur, vel auferatur iustitia vnius, est obtinere iustitiam saltem in aliquo pro altero, vt palam est. Tum, quia non solùm sententia æqua appellatur ius, vel iustitia, sed etiam iniquatin l. *ius pluribus modis dicitur.* [f] ibi, *Prætor quoque ius reddere dicitur, etiam cùm iniquè decernit, relatione scilicet facta, non ad id, quod Prætor ita facit, sed quod Prætorem facere conuenit.* quod etiam expressit S. Thomas, & facit. l. *res iudicata pro veritate habetur.* [h] Tum denique, quod verbum, *iustitia.* in hac extrauagante positum non accipitur pro iustitia, vt est virtus, secundum eundem S. Thomam, [i] neque pro eius obiecto, quod est iustum, seu ius, secundum eundem, [k] sed pro iudicio, quod est actus iustitiæ, quo iudex reddit ius, de quo per eundem, [l] & ita pro sententia definitiua, vel interlocutoria, qua iudex decernit aliquid esse iustum, siue benè siue malè: quia illa est iusta, vel præsumitur talis, donec iustè reuocetur, secundum omnes, [m] per quod argumentum prædicti Ioannis Monachi palam soluitur.

Sexto, quòd solùm, & semper ob huiusmodi pactiones incurruntur hæ pœnæ, quando illæ sunt illicitæ, & peccata mortifera, per ea quæ, [n] de promissione dicemus.

Hæc de pactione, quæ est actio prima hic punitarum, per quæ constat ex quo verbo colligatur, quo iure prohibeatur, & quomodo sit intelligenda, quòd dicere promiseramus, quæ eadem seruient ad declarandas alias.

SVMMARIVM.

20 *Peccatum ne sit mortiferum, facit paruitas in omni materia.*

20 *Pactio licita non meretur has pœnas, nec illicita venialiter tantùm, nec mortifera ob solam intentionem tantùm: si facta sit de re adeò parua, quæ non solet mouere notabiliter recipientem.*

20 *Simonia mortifera potest esse secundum intentionem datio rei minimæ, licet non præsumatur talis.*

20 DEcimo noto ibi, *paruum vel magnum,* quòd pœnæ huius extrauagantis incurruntur etiam per paruæ rei promissionem, dationem, acceptationem, & receptionem, quod confirmatur per cap. fin. [o] & per alia, per quæ concludit ibi Decius, regulariter eandem rationem habendam esse de modicis, quę de magnis: præsertim cum ponuntur sub conditione, vel pro forma saltem substantiali, iuxta cap. 1. [p] vel addendo verbum, *aliquid.* per glossam singularem, [q] quam ipse non citat, & in hac extrauagante ponuntur sub conditione, & cum adiectione verbi *quod,* pro *aliquid,* ibi, *siue quid.*

Contra quod facit tamen primo, quòd paruitas rei in omni materia excusat à mortali peccato, & à restitutione, secundum S. Thomam, [r] traditur in Manual. nostro Confessar. [s] vbi Typographi vitio citatur Thomas. 2. 2. q. 3. art. 5. pro quæst. 66. art. 6. & q. 58. artic. 3. pro quæst. 59. art. 4. pro quo videtur textus in cap. *vnum.* [t] & quòd [v] conclusum est suprà, non incurrere quem has pœnas pro actione, quę iure antiquiori hac extrauagante non esset peccatum mortiferum.

Secundo facit cap. *etsi quæstiones.* [x] quatenus probat modicam rem non inducere simoniam: & alia iura, quę habent, de modicis non esse curandum, vt l. *scio.* [y] cap. *vera.* [z] & citata per glossam ibi, & Decium post alios vbi

supra,

a Cap. 23. nu. 108.
b 2. 2. quæst. 100. artic. 1.
c Cap. sunt quidam. 25. quæst. 1.
d Num. 110.
e Leg. princeps. ff. de leg. ea. proposuit. de concess. prabend.
f In §. qui vero. cap. ex tirpanda. de prabend. sub fin.
g In capit. de cætero. sub fi. de re iudic.
h ff. de re iudic. leg. idem Vlpianus. ff. de excusat. tut.
i In cabi. cum inter. de except.
k Decisa. de simon.
l Cap. quam grauis. de crimi. fal.
m De reseri,

a Leg. nuliere kona. ff. de iure dot. cap. non est puniẽda. 1. quæst. 1. cap. fortè. & cap. denique 14. quæst. 5.
b In d. extrauag. in glos. verb. Sub generalibus.
c Leg. Papianus. ff. de minor. & ca. ad audientiam. de decim.
d Cap. pœna. de pœnis. dist. 1. & l. ff. de interpretatione. ff. de pœnis.
e Ca. March. q. 1. de cum pater. §. dulcissimis. ff. de lege 2. ff. de iustit. & iur.
g 2. 2. qu. 57. art. 1. ad 1.
h ff. de regul. iur.
i Quæst. seq. §8. art. 3.
k In d. q. 57. artic. 1.
l Ibidem qu. 60. artic. 1.
m In rubr. de appellat.
n In nota. 11.

o 14. q. 6. & cap. de appellationibus. de appellat.
p De baptismo.
q In Clem. 1. verbo, aliqua parte. de foro compet.
r 1. 2. qu. 88. artic. 5. & 6. & 2. 2. q. 59. arti. 4. & q. 66. artic. 6.
s Capi. 11. n. 4.
t §. final. 25. distinct.
v In nota. 3. & 9.
x De simon. y ff. de restit. integr.
z De consecrat. dist. 2.

supra, concludens hoc esse verum, saltem in extraordinariis, & in quibus non militat eadem ratio in paruis, quæ in magnis: & constat hanc extrauagantem continere pœnas extraordinarias, & in materia eius non militare eandem rationem in paruis, quæ in magnis: ratio enim eius & causa finalis, est impeditio vel euitatio corruptionis iudicum, vel auctorum gratiarum, qui non ita corrumpuntur per parua, ac per magna, vt habet d. cap. *etsi quæstiones,* & ne sententiæ & gratiæ fiant vænales: quales per parua non fiunt: quia non recipiuntur in pretium, estò recipiantur in alicuius amicitiæ vel gratitudinis signum.

Tertio, quòd auctor eius fecit hanc sanctionem adeo pœnalem, contra ea quæ ipse appellat pessima, & scelera ibi, *hoc scelus.* & ibi, *pessima.* & paruæ rei datio vel receptio, estò interdum sit mala venialiter: tamen non est pessima, nec scelus: imo aliquando est bona, vt habet prædictum cap. *etsi quæstiones.*

Quarto, quòd maior excommunicatio, & anathematizatio, quæ hic fertur, non debet ferri nisi pro peccato mortali. [a]

Per quæ omnia arbitror non comprehendi in hac extrauagante dationem rei paruæ, quæ antè hanc extrauagantem non erat mala mortiferè, per primum huius partis fundamentum: & hunc textum intelligendum de re parua, sed non adeò, vt eius datio, vel receptio, non esset ante hanc extrauagantem mortifera. Nec videtur sufficere, quòd sit mortifera secundum solam intentionem: nisi etiam sit secundum remissa vt ea sit tanta, quæ notabiliter moueat, vel probabiliter præsumatur motura, & flexura à recto recipientem: nam datio minimæ rei, quæ creditur non motura iudicem vel auctorem gratiæ à recto, non meretur has pœnas: quia in ea cessat causa finalis huius extrauagantis, [b] & declaratam à nobis post alios in Manual. Confessar. [d] in cuius fine hoc ex ea infertur non obstante d. cap. *etsi quæstiones,* quia illud solùm habet, rei modicæ dationem non esse interpretandam, seu præsumendam in foro exteriori ex parte rei simoniacam.

Quid autem dicatur adeò magnum vel paruum, vt eius pactio has pœnas mereatur, iudicio boni viri est definiendum, [e] ad quod bene arbitrandum facit multùm d. cap. *etsi quæstiones,* quatenus habet, illud Esaiæ, [f] relatum in ca. *sunt nonnulli.* [g] *Beatus qui excutit manus suas ab omni munere.* intelligendum de tali, quod accipientis animum allicere, vel peruertere solet. Nec puto sufficere in hac materia magnitudinem illam, quę sufficeret, vt sit mortale, quæ quanta ad id debeat esse, ausi fuimus definire altius aliis in Comment. d. cap. fin. [h] & in nostro Manual. Confess. [i] tales enim personæ, & tali loco & tempore, possent esse dans & recipiens, vt datio vnius equi non diceretur rei tam magnæ, quantam hæ pœnæ requirunt, per d. cap. *etsi quæstiones.* sufficeret tamen ad constituendum furtum eius mortale, per ibi dicta.

SVMMARIVM.

21 *Promissio de dando pro iustitia, &c. regulanda, vt pactio: & ita nec licita, nec illicita venialiter tantùm, neque mortifera secundum intentionem tantùm, meretur has pœnas.*

21 *Promissio generalis gratitudinis antidoralis, non addens vllam obligationem ciuilem, non meretur has pœnas.*

21 *Obligatio ad antidora lege naturæ inest beneficiario erga benefaciantem.*

22 *Promissio gratitudinis eo tantùm modo, quo inest, expressa, & ita iis verbis facta, non includitur hic.*

22 *Lex debet esse possibilis moraliter, & conformis consuetudini, piis & eruditis probatæ.*

23 *Promissio ad complacentiam, non obligat cum exemplis.*

23 *Promissio vel pactio dandi tacita sufficit, sed non sola intentio promittendi, vel paciscendi, non facta promissione, vel pactione expressa, vel tacita.*

21 VNdecimo noto secundum prædictarum actionum hic punitarum, quæ est promissio prædictæ pactioni cõformis, videlicet, de dando aliquid magnum vel paruum, pro iustitia, siue gratia, siue pro se, siue pro alio, &c. obtinenda. Circa quam dico primo, quòd colligitur ex verbo, *Promitterent.* Secundo, quòd fieri potest ob eadem quatuor causas, ob quas prædictam, scilicet pactionem fieri contingit: & quòd eisdem casibus est prohibita iure naturali vel humano huius extrauagantis vel humano etiam antiquiore, quibus prædicta pactio. Tertio, quòd est regulanda eodem modo, quo illa.

Ex quo sequitur primo, quòd extrauagans hæc non habet locum in promissione, quæ non est prohibita, neque peccatum iure naturali, vel diuino, vel iure aliquo humano antiquiore, per secundum præsuppositum, [a] & quartam illationem, [b] imo nec mea sententia in promissione, quæ tantùm venialiter esset illicita, propter paruum excessum promissionis licitę, neque in mortifera secundum intentionem tantùm, iuxta dicta suprà, [c] maximè iuxta illud, quòd excommunicatio maior, quæ per hanc extrauagantem fertur, non est ferenda, nisi pro peccato mortali, [d] præsertim aliis tam grauibus pœnis comitata, & causa finalis auctoris cessare videtur in mortifera secundum intentionem tantùm.

Secundo, quòd non est ei locus in promissione gratitudinis iure naturę debitę, verbis vel scriptis generalibus, modo eodem, quo inest, expressa, sine vllo augmento saltem notabili, quo obligatio antidoralis transeat in ciuilem: quia illa antea non erat illicita: quoniam expressio eius

Tum, quia impossibile morale est à precibus, summisso, modesto, vrbano, & efficaci animo faciendis, eiusmodi oblationes & promissiones generales separare: & lex debet esse moraliter possibilis, cap. *erit autem lex.* [a] quod declarat præ aliis S. Thom. [b] Tum, quia dicere non esse hoc licitum, esset claudere ianuam omnium ordinum hominum precibus ad omnes omnium ordinum iudices & principes, imo & minores faciendis, quod est absurdum, & ita non dicendum. [c] nam & Helisæus Sunamiti preces ad Regem faciendas promisit. Reg. 4. c. 4. Tum, quia apud omnes summates & infimates, & mediocres, tam in curia, quàm vbique gentium & terrarum, sunt in vsu quotidiano ab omnibus piis & doctis approbato: & ita licitæ, [d] & lex non debet ferri contraria tali consuetudini, secundũ Isidorum [e] declaratũ per S. Thomã vbi supra: & cõsequenter à fortiori facta generaliter est intelligenda in dubio, secundum eiusmodi consuetudinem. [f]

23 Quarto, quòd licet etiam nunc pro iustitia, vel gratia facere promissionem ad solam cõplacentiam ex vrbanitate generalibus verbis, sine animo se ad aliquid speciale ciuiliter obligandi: quia per id nihil adiicitur obligationi antidorali: nam talia verba generalia nihilo plus obligant, quàm si non profertentur, iuxta cap. *cum venissent*, [g] quatenus singulariter probat, nil obligasse quẽdam Archidiaconum Archiepiscopo suo dicentem, quòd de omnibus reditibus sui Archidiaconatus posset disponere prout vellet. ex quo notant ibi Ioannes Andreas, Cardinalis & Panormitanus, quòd verba generalia dicta ad complacendum alteri, nõ obligant: in quod putatur textus ille singularis à multis, & in iis à Panormitano, [h] à Felino, [i] à Iasone: [k] in quod etiam facit lex vlt. [l] quatenus probat secundum Bartholum verba iactantiæ non obligare. faciũt etiam l. *si cui.* [m] & l. *antiquitas.* [n] quatenus probant verba ciuiliter & curialiter esse intelligenda, & non rusticè aut rigorosè. facit etiam glossa singularis iuncto textu in l. 2. [o] quæ habet, passim amicos amicis dicere verba illa generalia, *Tuus sum, & in omnibus tuum me esse recognosco.* & propterea non obligari plus, quàm illis non expressis obligarentur: nam & respondens stipulanti aliquid, *promitto illud, & quicquid volueris amplius de bonis meis*, ad nil aliud obligatur, quam ad expressum, vt post Alexandrum tradit vbi supra Iason.

Quinto denique infertur, quòd solùm & semper incurrit quis pœnas huius extrauagantis ob promissionem factam pro iustitia, vel gratia obtinenda, quando illa est illicita mortaliter, nõ solum secundum intentionem tantùm, sed etiam secundum rem promissam, iure naturali, vel humano antiquiore ista: & consequenter non incurrentur ob promissionem licitam, qua multi religiosi, & pauperiores promittunt suas ad Deum & sanctos preces pro his, quos super eis rogant: neque ob obligationem restrictam ad obligationem antidoralem, quà quis promittit se gratum fore, vt decet esse pro qualitate sua, vt Regem si Rex, nobilem si nobilis, ciuem si ciuis, religiosum si religiosus: neque etiã ob promissionem, quæ esset venialis tantùm peccatum ob paruitatem rei promissæ, vel ob paruum augmentum adiectum obligationi antidorali: vel mortiferum secundum intentionem tantùm, eo quòd res tam parua non solet notabiliter mouere recipientem, ad faciendum aliter quam debeat, id quod rogatur: quoniam tales promissiones sunt venialia peccata tantùm, vel non mouentia notabiliter recipientem. Habent autem locum nõ solum in promissione expressa, sed etiam tacita, quia etiam tacitæ promissiones & conuentiones fiunt, [p] vnde præfatus Ioannes Monachus dixit [q] incurrere illum, qui verbo non promittit, sed facto deponit dandum iudici, vel rogat, non solitus rogare nisi munitus: quia, vt ait Gregorius citatus ab eo, facta loquuntur, [r] & plus exprimitur facto quàm verbo, [s] & plus est appellare facto quàm verbo. [t] Vnde nuper respondimus incurrisse simoniã, qui Vicario generali dedit viginti scuta animo alliciẽdi eum ad conferendũ sibi beneficium maius de duobus, quorum alterum sibi per concursum debebatur, dicens se illa dare, vt collationem acceleraret, & ille contulit sibi maius, si modo Vicarius ob id eũ alteri concurrenti prætulisset, nam illud factum tacitè id loquebatur, & dare quidquam temporale pro adeptione beneficij, etiam aliàs debiti, simonia est, iuxta textum iuncta glossa singulari. [a] Non tamen sufficeret, vt etiam vterque id mente gereret, vt idem ibidem ait: quia hæc lex tam pœnalis & dura non est extendenda. [b] Quod licet verum sit quoad promittentem, non est tamen quoad dantem intẽtione principali corruptu, vt dicetur infra [c].

SVMMARIVM.

24 *Promissionis acceptatio licita, vel illicita, venialiter tantùm, non meretur has pœnas: nisi fiat in finem se, vel alium notabiliter corrumpendi.*

24 *Actus nullus est simul bonus, & malus, etiam diuersa ratione, licet quis possit rectè de eadem diuersa ratione bene dolere & gaudere.*

25 *Datio omnis ex promissione, vel pactione illicita, etiam post obtentam iustitiam, vel gratiam, meretur has pœnas.*

25 *Receptio facta ex promissione vel pactione, perinde nocet, ac datio ex illa.*

26 *Actio nulla quæ principaliter non fit pro obtinenda iustitia vel gratia, hic punitur, & ita eximitur datio salarij vel honorarij dati Assessori, Aduocato, Notario, Procuratori, & similibus.*

26 *Datum pro iniusta sententia, vel gratia dicitur datum pro iustitia, vel gratia.*

27 *Actiones promittendi, dandi, &c. facta pro aliis, ita nocent, ac facta pro seipsis.*

27 *Promissioni de dando & dationi, an æquetur in hoc promissio de faciendo, & eius impletio?*

27 *Carolus V. cum filio Philippo II. & Ioannes III. Rex Lusitaniæ, de abstinentia à iustitiæ impedimentis laudati, & imitatione digni.*

27 *Preces pro pretio rarò fieri, & ita rariùs quàm quidam putant simoniam, & has pœnas inducere.*

28 *Stipulatio, & obligatio dandi & faciendi alias impares, in hoc pares.*

24 DVodecimo noto tertiam actionem hic punitarum, quæ est acceptatio promissionis, de qua primum dico, eã colligi ex illis verbis, *Promissionem reciperent.*

Secundo, quòd ad cognoscendum quando est bona, quando mala iure naturali, diuino, vel humano antiquiore ista extrauagante est considerandum, quòd potest fieri ob easdem quatuor causas, ob quas diximus supra [d] pactionem fieri posse, & ob quas causas illa est iudicanda mala vel bona, ob easdem est etiam hæc iudicanda, sicut de promissione dictum est [e].

Tertio, quòd est intelligenda de acceptatione illicita, & mortiferè mala, qualis est acceptatio promissionis illicitæ, & mortiferæ, quatenus est talis, & etiam acceptatio promissionis tantùm venialiter malæ, & etiam licitæ, ad finem tamen mortiferum, sese vel alium mortiferè corrumpendi. Vnde arbitror non incursurum has pœnas Iudicem, qui promittenti se gratum fore, vel daturum tot scuta, vel talem equum, vel talem pannum, vel aliquid aliud notabilis pretij, responderet, *Ego accepto tuam promissionem, quatenus est generalis & licita, sed quatenus est specialis & illicita, renuo illam.* Et contra puto incursurum eas Iudicem, qui acceptaret promissionem solum generaliter & licitè factam, ad finem corrumpẽdi suum animum, & deuiandi à recto, ob spem obtinendi ex illa aliquod bonum notabile: quia contextus huius extrauagantis punit acceptationem promissionis malam, & non bonam, per illationem [f] & per præsuppositum secundum. [g] Et potest esse bona acceptatio promissionis iniustæ, qua parte est iusta, & potest esse mala acceptatio promissionis bonæ, in malum finem: licet enim eadem actio non posset esse bona, & mala simul, secundum S. Thomam receptum communiter, [h] & relatũ à nobis in Manuali nostro Confes. i potest tamen eadem actio iustè placere vni, qua parte est bona, & simul eidem displicere, qua parte est mala: vt passio Christi, qua parte fuit actio Iudæorum, valdè nobis displicet, qua verò parte fuit satisfactio pro peccatis nostris, applicata per sacramenta, plurimũ placet, iuxta illud relatum à glossa [k] *Actio displicuit, passio grata fuit.* & mors iusti placet, quatenus est medium transitus eius ad

a *In verb. iustitiam. capit. vendentes. 1. quæst. 5.*
b *Argumen. cap. pœna. de pœnit. dist. 1.*
c *Notab. 21. num. 29.*

d *Notab. 9. num. 13.*
e *Notab. præcedent.*
f *4. notab. 3.*
g *Notab. 8.*
h *In 2. li. sent. dist. 40. qu. 1. artic. 4.*
i *Præludio 7. num. 18.*
k *In cap. 1. de consec. eccl. vel alt. lib. 6.*

a *Leg. nam. quod absurdum. ff. de bonis. lib. ca. dudum de præben. libr. 6.*
b *1. 2. qu. 95 artic. 3.*
c *Leg. nam. quod absurdum. ff. de bonis. lib. ca. dudum de præben. libr. 6.*
d *Capit. quo iure. 8. distin. & capi. quisquis. 41. dist.*
e *In d. capit. erit autem.*
f *Argum. ca. cum dilectus. de consuet. & l. minimè. ff. de legib.*
g *De institu.*
h *Ibidem.*
i *In capit. cum iuramento. de homicid.*
k *In leg. ita stipulat^r. col. 3. ff. de verb. obligat.*
l *ff. de testa.*
m *ff. de seruitut.*
n *C. de usufruct.*
o *Go. in quib^a causis col. cons. lib. 11.*
p *Le. Labeo. & leg. item quia ff. de pactis.*
q *In dict. gloss. ver. generalibus.*
r *Argument. capit. cauete il. 2. q. 5.*
s *Le. si same. §. 1. ff. de edil. edict.*
t *Cap. dilect. de appellat.*

gloriam, & displicet quatenus eius nos consuetudine priuat, & alia exempla quotidiana tradita à nobis in Comment. capit. *cum minister.* [a]

Quarto, quòd sicut per pactionem, & promissionem mortiferè illicitas, incurruntur hæ pœnæ, non secuta traditione rei promissę, vel pactę, ita etiam incurruntur per acceptationem malam promissionis, etiam si non accipiatur promissum, per dicta supra. [b]

Ex quo infertur, magnopere cauere debere Iudices, ne vllam promissionem generalem quorumuis summatis, vel infimatis acceptent, in finem deuiandi à recto, vt eis placeant, spe alicuius rei notabilis eis ob id obueniendę, quę autem sit talis dictum est supra. [c]

25 Decimotertio noto quartam actionem hic punitam, quę est datio alicuius rei ex pacto, vel ex promissione, etiam generalibus verbis facta precedente, pro obtinenda iustitia vel gratia, &c. Circa quam dico primùm, eam colligi ex illis verbis, *Vt ex pacto, &c. vsque ad verbum darent.*

Secundo, quòd est intelligenda tantùm de datione procedente ex pactione, vel promissione mala, non veniaLiter tantùm, sed etiam mortiferè, si fiat post obtentam iustitiam, vel gratiam: nam antea facta nocebit, etiam si fiat, ex promissione generali licita: quia etiam facta sine vlla promissione precedente noceret: siquidem esset actio octaua de qua infra. [d] Quę autem promissiones sint licitę vel illicitę dictum est supra. [e]

Tertio, quòd datio, de qua in hac clausula, restringitur ad dationem factam ad implendam pactionem vel promissionem precedentem, & ita non includit dationem factam alia de causa: quia lex pœnalis non est extendenda de vno ad aliud, [f] de alia verò infra dicetur. [g]

Decimoquarto noto, quintam actionem hic punitam, quę est receptio virtute pactionis, vel promissionis precedentis. De qua dico primo, quòd colligitur ex eisdem verbis ex quibus quarta, adiuncto verbo, *Reciperent*, quod illa sequitur.

Secundo, quòd est intelligenda, & restringenda sicut præcedens, & ita quòd non includit receptionem absolutè, vel alia de causa factam, de qua mox dicetur. [h]

26 Decimoquinto noto ibi, *Pro iustitia vel gratia.* quòd nulla actio prædictarum sexdecim est digna pœnis huius extrauagantis nisi fiat pro iustitia vel gratia obtinenda. Ex quo sequitur, quod si fiat saltem principaliter pro alia causa, non meretur illas, quæ est germana ratio cur per dationem, vel receptionem salarij debiti Notario, vel Aduocato, non incurruntur prędictæ pœnæ, vt dicetur infra, [i] & eadem ratione est idem dicendum de datione salarij Assessoris, de quo in cap. *statutum.* [k] & de salario, seu recompensa operarum debita testi, quæ licita est, secundum Panormitanum, Imolensem, & Felinum, [l] quod vetat ei dari aliud pretium. Idem de datione iurium debitorum Nuncio, Iudici, vel alijs personis: quia non dantur hæc principaliter pro iustitia obtinenda, nec tamquam pro medijs ad illam obtinendam, sed tamquam lege, consuetudine, vel stylo debita. Intelligitur autem dari pro iustitia, non solùm, quod datur pro sententia iusta, qua vera iustitia fit, sed etiam, imo magis, quod datur pro sententia iniusta, vel etiam nulla, qua fit præsumpta tantùm, & non vera iustitia: & quod datur pro iustitia auferenda, vel differenda, per ea quæ dicta sunt contra Ioannem Monachum. [m] Pro gratia item intelligitur dari, etiam id quod daretur Iudici, vt faciat aliquid arbitrarium, quod potest, sed non tenetur facere, iuxta l. *non quicquid.* [n] vt dictum est. [o]

27 Decimosexto noto ibi, *Pro se, vel pro alio.* quòd datio, vel receptio alicuius rei, pro gratia, vel iustitia faciendo alij quàm danti, vel recipienti, est æquè mala, ac datio vel receptio vt danti fiat: & consequenter vbique terrarum & gentium mala, & facta apud Sedem Apostolicam digna pœnis huius extrauagantis.

Ex quo infertur, sæpè, grauęque peccari præsertim à maioribus & ditioribus, alijs splendidè conuiuantibus cum Iudicibus, alijs xenia, & donaria insolita eis mittentibus, alijs hæc & illa, & interdum maria & montes eisdem promittentibus, alijs hæc & illa facientibus, alijs etiam contrahentibus cum eis, vel procurantibus cum eis, vel suis affinitates: alijs obnixis precibus, quæ magno pretio æquipollent, eos flagitantibus, quò suis cognatis, amicis, vel clientibus coram eis litigantibus, iustè vel iniustè faueant, non curantibus, an ob id corrumpantur nec ne, imò id, quatenus id suo proposito conuenit, cupientibus.

A quo vitio fide dignissimo testimonio accepimus Carolum illum V. multis nominibus magnum (quem filius eius Philippus I I. Rex noster Catholicissimus in eo imitatur) tantùm abstinuisse, vt epistolas etiam à familiaribus suis ad Iudices suarum causarum petitas & flagitatas pernegaret, etiam non continentes aliud, quàm vt rectam iustitiam eis facerent, ea causa reddita, quòd Iudex per huiusmodi epistolam sibi scriptam concepturus esset gratum fore maiestati suæ, vt victor euaderet is, pro quo scribebat. Quod ipsum scio solitum fuisse facere propagatorem illum Christianæ fidei amplissimum Ioannem I I I. Christianissimæ Lusitaniæ Regem, cum primis omnium quos habuit Hispania pientissimum, quamquam vter eorum alteri fuerit exemplo, nescio: quos vtinam omnes Patres, Monarcharum legati, cæteriquę primores & ditiores Vrbis semper imitarentur, considerantes nonnumquam preces pro pretio & dari, & accipi, iuxta mentem glossæ, Innocentij & Antonij, [a] & iuxta latè tradita per Ripam, & citatos ab illo, [b] quæ tamen quoad aliqua sunt dolanda, & declarãda per resolutionẽ, quam nos post S. Thomam, Innocentium & Caietanum, tradimus in Manual. nostro Confessar. [c] vna ratione afferentes numquam preces, quatenus sunt tales, æquipollere pretio, neque quicquid illi dicant, inducere simoniam, nisi cùm fiunt, vel accipiuntur (quod rarò fit) pro pretio, vt ibi declaratur.

Quæ Confessarios admoneo, ne legendo prædictum Franciscum à Ripa, & alios ab ipso citatos, omnibus pœnitentibus, qui rogant vel precantur pro iustitia, vel gratia, ingerant scrupulos peccati præsertim mortalis, contra hanc extrauagant. & leges simoniæ, non enim peccant saltem mortaliter, contra eam, neque simoniam admittunt, nisi ad summum cum id facientes probabiliter præsumunt, vel (attentis circumstantijs personarum, locorum, & temporum) præsumere debent, Iudices vel alios ab eis rogatos, notabiliter ob eas à recto, & iustitia necessarijs deflexuros.

28 An autem sic mortaliter peccando deprecantes, & supradicta facientes apud Sedem Apostolicam incurrant pœnas huius extrauagantis pendere videtur ab illa quæstione, An promittentes facere, & facientes includantur in ea, sicut promittentes dare & dantes? Pro cuius parte negante facit, quòd alia est stipulantio dandi, alia faciendi, [d] & non omnes leges, quæ habent locum in vna, habent locum in altera: nam obligatus ad dandum regulariter cogitur præcisè ad illud, & non liberatur soluendo interesse, obligatus autem ad faciendum, imò ad tradendum non item: quia succedit obligatio ad interesse, vt notatur per Bartholum, [e] &c. & vtrobique, & alibi sæpè per omnes per illas leges, & l. *vbi autem.* [f] & l. *si quis ab alio.* [g] & alia multa.

Sed contrarium videtur verius. Tum quia contextus eius generaliter disponit de pacifcente, & promittente, & de promissionem acceptante, & de paruo & magno promisso, vel dato, & de dante, & recipiente aliquid. Et negari non potest eum qui promittit facere domum, vel statuam, ire Romam, Toletum, Lutetiam, vel Antuerpiam, scribere librum, operas suas menstruas, vel annuas, & alia similia, promittere aliquid non solùm paruum, sed & magnum. Tum, quòd licet quoad aliqua differant obligatio dandi & faciendi, vt argumentum oppositum probat, non tamen quoad hoc, quòd altera contineat rem æstimabilem, altera non: quia vtraque interdum continet rem etiam æstimabilem: vt promissio dandi, vel faciendi domum, & interdum inæstimabilem, vt promissio precandi Deum, vel curandi, vt alij precentur, aut diligendi, & curandi, vt ab alijs diligatur. Tum quòd ratio, & causa finalis vitandi corruptionem Iudicum, & Auctorum gratiæ, & vitandi emptionem & venditionem eorum, quæ non sunt vænalia, militat in vtroque, vt palam est. Arbitror autem hoc limitandum esse, ne procedat in promissionibus, quas promittentes etiam particularibus, illarum rerum iuxta

a *In cap. tuã. de etat. & qualit.*
b *In cap. cum M. not. 23. de constit.*
c *Cap. 23. n. 101.*

d *Leg. 2. ff. de verb. oblig.*
e *In l. stipulationes non diuiduntur. oppo. 10. ff. de verb. obl. & in l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod interest.*
f *§. fin. ff. de verb. oblig.*
g *Sub fin. ff. de rei vindic.*

a *23. quæst. 5. nume. 37. & sequent.*
b *Notab. 8. num. 11.*
c *Notab. 10.*
d *Notab. 21.*
e *Notab. 9. & 11.*
f *Cap. pœna. de pœnit. dist. 1.*
g *Notab. 21.*
h *Dict. no. 21*
i *Notab. 21.*
k *§. Assessorẽ. de rescript. libr. 6.*
l *In cap. 1. de testib.*
m *Not. 9. coroll. quinto.*
n *ff. de iudic.*
o *In d notab. 9. coroll. 1.*

conditionem suam gratuitò facere solent,quales sunt promissiones deprecandi Deum,vel Sanctos eius, diligendi, & laudandi eum ob beneficium sibi conferendum, suscipiendi cum hospitio,cùm per suum oppidum transiret,comitandi eum ad Palatium,& in promissionibus generalibus inseruiendi ei in eis, quæ sibi iusserit, & sollicitandi aliqua negotiola in modum negotiorum gestoris,& amici, & cognati sui, & denique faciendi alia quæcumque, quorum gestio communiter solet fieri gratuitò, nec reputatur pro pretio,sed pro signo beneuolentiæ,caritatis,humanitatis, vel amicitiæ, & tali, quòd non præsumuntur corrupturum, vel notabiliter à constantia in recto deflexurum: nam & supra,[a] idem diximus de datione rerum leuium,& eorum quæ gratuitò dari solent, & quæ non præsumuntur motura notabiliter à prædicta in recto constantia.

a *Notab.10.*

SVMMARIVM.

29 *Gratia hic etiam signaturæ tantùm, & verbalis contineturr.*

29 *Apostolicam apud sedem de factis quibusdam quædam specialia, apud quam, vt dicantur contenta hic facta, duo requiruntur.*

29 *Papa summus Christi Vicarius,& Rex dupliciter suspicitur.*

29 *Papa,& Curia eius non semper in eodem loco.*

30 *Datio post iustitiam,& gratiam obtentam non nocet, nisi intentione principali ad aliam obtinendam dirigatur.*

30 *Promissio,& acceptatio tertij,non lucraturi sufficit.*

31 *Datio, & receptio post iustitiam, vel gratiam obtentam non sufficit: nisi principaliter id fiat ad aliam obtinendam, etiam cum peccatur.*

31 *D. Ioannes à Portugalia laudatus.*

31 *Lex non distinguens quando distinguenda.*

32 *Propinarum datio post sententiam non punitur hic: & quid de soluenda ea prius facta.*

33 *Dationes, & receptiones pro iustitia & gratia, non omnes, etiam illicitæ,nec vllæ licitæ puniuntur hic.*

34 *Receptio,vel conuentio Aduocati, Notarij, &c. pro salario non nocet:sicut nec datio,nisi,&c.*

29 DEcimoseptimo Noto ibi, *Quibuscumque aliis modis.* quòd non solùm dans vel recipiens pro iustitia,vel gratia expedienda per literas Apostolicas,sed etiam per solam signaturam,imò & solo verbo,vel vocis oraculo facienda,incurrit has pœnas. quod est notandum quoad eos,qui absolutiones,dispensationes,indulgentias, vel alias gratias solo verbo faciendas, mediatorum diligentia pecunia empta, consequuntur:licet enim per literas Apostolicas aliàs solæ expeditæ intelligantur,vt in extrauagante *iniunctæ.* [b] & glossa, [c] tamen hic illis verbis, *Per literas Apostolicas.* adduntur illa, *Et quibuscumque alio modo.* & qui totum dicit, nihil excludit. [d]

Decimooctauo noto ibi, *Apud Sedem Apostolicam.* quòd non omnis,qui agit actiones in hac extrauagante prohibitas,etiam mortaliter per eas peccando,incurrit pœnas huius extrauagantis sed solus ille, qui eas apud Sedem Apostolicam facit. Quis autem dicatur facere apud Sedem Apostolicam quæstionis est à prædicto Ioanne Monacho,& ab alijs prætermissæ. Pro cuius dissolutione dico primùm, neminem, quod sciam, eam hactenus soluisse, tametsi in cap. 2. [e] tribuitur quiddam speciale beneficijs vacantibus apud Sedem Apostolicam, & aliud in clement. *auditor.* [f] Auditori in Romana Curia deputato,& aliud in clem. 1. [g] sententiæ definitiuæ super beneficio apud Sedem Apostolicam latæ: & aliud in bulla Cœnę venientibus ad Sedem Apostolicam,& recedentibus ab eadem, de eadem meminit cap. *Sedes Apostolica,* [h] cap. *ad Apostolicam.* de regular. & cap. *ad Apostolicæ sedis.* [i] *& de Apostolica audientia.* cap. *ad Apostolicam.* [k] & de liminibus Apostolorum Petri, & Pauli,cap. *ego N.* [l] & de Curia Apostolica cap. *vbi periculum.* [m] & de audientia literarum Apostolicarum,clement. *ne Romani.* [n] & Innocentius & alij secuti eum dicant, [o] quòd vbi est Papa,ibi Roma (pto quo tamen dicto nullum esse textum dicit Romanus, [p]) licet item cap. *præsenti.* [q] determinet, quid intelligatur per Sedem Apostolicam quoad beneficia vacantia apud eam, & alia à libi huc aliquo modo pertinentia.

b De *elect.*
c *In reg. Cancellæ 69.*
d *Cap. solita. §. fin. de maior. & obed.*

e De *præben. libr.6.*
f De *rescrip.*
g De *sequest. posses.*
h De *rescrip.*
i De *simon.*
k De *re iud. libr.6.*
l De *iure iur.*
m De *elect. libr.6.*
n *§. sanctum. vers. eo tamen ad. iecto. de elect.*
o *In 6. capit. ego N.*
p *Sing. 145.*
q De *præb. libr.6.*

A Secundo,quòd declaratio dict. cap. *præsenti.* non potest applicari huic extrauaganti, neque clement. 1. [a] quoniam secundum illam dicuntur sæpè beneficia vacare apud Sedem Apostolicam, etiamsi vacent extra Romam & Curiam Papæ, in locis remotis, per vnam & alteram dietam ab illis,& multa vacantia intra Romam, & loca in quibus est Papa vel Curia eius,non censetur vacare apud Sedem Apostolicam,puta cum vacant per mortem incolarum eorum, qui non sunt Curiales, & auctor huius extrauagantis non videtur voluisse includere facientes actiones prædictas in locis extra Curiam Papæ, & vbi non residet ipse sitis.

a De *sequest. posses.*

B Tertio,quòd resolui posse videtur,dicendo, quòd omnes illi & soli incidunt in has pœnas,qui faciunt actiones prædictas pro iustitia vel gratia obtinenda ab ipsomet Papa, vel eius summa Sede, vel ab officiarijs, aut delegatis eorum, quatenus sunt tales, vel subdelegatis eorum intra Curiam eius,vel vbi Papa residet, Dixi, *Quatenus est Papa, & præest Sedi Apostolicæ.* ad excludendum actiones factas apud eum tamquam Regem temporalem: Papa enim potest dupliciter considerari, vno modo quatenus est summus Christi Vicarius in spiritualibus, & habet summam Iurisdictionem spiritualem, à Christo immediatè datam & receptam,iuxta cap. *lucet.* cum ei annotatis, [b] quæ habitu & casualiter extenditur etiam ad temporalia,iuxta cap. *nouit.* [c] & latè à nobis ibi tradita, & cap. *cum ad verum.* & cap. *duo.* [d] altero modo quatenus est Rex, & Monarcha habens actu iurisdictionem laicam, siue temporalem supremam Vrbis,& certæ partis orbis, acceptam mediante donatione à Constantino, & alijs Imperatoribus Regibus, & Monarchis,Sedis Apostolicæ facta. Dixi etiam, *Quatenus sunt tales.* ad excludẽdas actiones factas cum suis ministris, quatenus sunt temporales officiarij, & delegati eius quatenus est Rex,& ad includendos eos, qui sunt ministri eius spirituales,quatenus est Papa,& præest Sedi Apostolicæ. Dixi,*intra Curiam,vel vbi Papa residet*, ad includendas actiones prædictas factas intra Curiam, etiamsi Papa non esset in ea, & ad includendas factas vbi est Papa, etiamsi Curia non esset ibi, eo quòd non semper vbi est Papa, ibi est Curia, iuxta dict. clement. *ne Romani.* [e] ibi, *Si in certo loco causarum & literarum Apostolicarum audientia remanente, Papam alibi, &c.* & per illum textum satis potest dici Sedem Apostolicam esse vtrobique, & vbi est Curia, & ibi est Papa: & quòd Author intendit includere factas vtrobique.

b De *elect.*
c De *indic.*
d *96. distinct.*
e *§. sanè ver. eo tamen adiecto.*

Secundo,dixi idem, ad excludendas actiones factas extra Curiam,& locum vbi est Papa, quæ etiamsi fiant, auctoritate eius spirituali, quia sunt facta per legatos, nuncios,collectores, inquisitores, & alios delegatos & commissarios Apostolicę etiam spirituali auctoritate munitos: facta enim apud eos non censetur fieri apud Sedem Apostolicam,clement. enim prædicta 1. [f] quæ tribuit quiddam speciale sententiæ latæ apud Sedem Apostolicam, non vendicat sibi locum in sententia lata coram prædictis extra Curiam: & beneficia vacantia in manibus prædictorum legatorum, non censentur vacare apud Sedem Apostolicam, de quibus in dict. cap. 2. & prædictæ actiones factæ apud illos extra præsentiam Papæ, & suam Curiam, minus temerariæ videntur. [g]

f De *sequest. posses.*
g De *præben. libr.6.*
h *Arg. capit. homo.40. dist.*

Quæ resolutio fundatur primo in eo, quòd ea quæ facta sunt apud Papam, quatenus est rex, non dicuntur fieri apud eum, quatenus est Papa, & præest Sedi Apostolicæ. Tum, quia Sedes Apostolica, quæ iam inde à Christo, antequam regnum temporale ei accederet instituta fuit, & permanet, & perpetuo permanebit. [i] Tum quia verba formaliter sunt intelligenda, iuxta l. *in delictis.* [k] quæ habet quod non dicitur seruus fecisse sciente domino, qui fecit antequam fieret seruus eius: & testamentum non dicitur factum à milite, quod fuit factum ante militiam. [l] Tum, quia vt Dialectici tradunt, non vidit Papam, qui non vidit eum qui est Papa, postquam factus est Papa. Tum, quòd qui appellat ab eo qui Dux est & Rex, tamquam à Duce, non videtur appellare à Rege, iuxta Bartholum in l. *Si quando.* [m] sic igitur qui facit aliquid apud eum, qui præsit Sedi Apostolicæ spirituali, & regno temporali, quatenus præsit regno, videtur facere

i *Cap. in nouo. 21. dist. & ea. omnis. 22. distinct.*
k *§. extraneus. ff. ad l. Aquil.*
l *Leg. Titius. ff. de milit. testam.*
m *Codic. de appellatione. & in l. 1. §. si quis appellationis. ff. de appellat.*

apud Regem,& præsidentem regno temporali, & non apud Papam, & præsidentem Sedi Apostolicæ,nec consequenter apud Sedem Apostolicam.

Secundo prædicta resolutio fundatur in eo, quòd tanto magis peccant violantes iurisdictionem spiritualem, quàm violantes temporalem, quanto maior est illa, quæ æquiparatur Soli,ista,quæ æquiparatur Lunæ,[a] & quanto sublimius est aurum plumbo,cap. duo. 96. dist.

a *Cap. solita. de maior. & obed.*

Ex quibus infertur primo, quòd actiones huius extrauagantis factæ pro iustitia, vel gratia temporali obtinenda apud Gubernatorem Vrbis,vel Burgi, vel Iudices Capitolij,vel delegatos eorum,imo & apud ipsum Papam quatenus est Rex, malæ quidem, & peccata mortifera esse possunt, sicut & actiones similes factæ coram alijs Regibus,per dicta: [b] per eas tamen non incurruntur pœnæ huius extrauagantis.

b *In notab. 3. & 9.*

Secundo,quòd actiones similes factę Auinioni,Anconæ, vel in alijs terris subiectis Papæ, & Sedi Apostolicæ apud legatos, & Iudices earum, quatenus sunt temporales, absente ab illis Papa, & Curia eius,duplici nomine à pœnis prædictis eximuntur,putà quòd non fiunt auctoritate Papæ quatenus Papa est, & non fiunt intra Curiam, vel vbi est Papa.

Tertio, quòd actiones prædictæ factæ coram Legatis, Nuncijs,vel Collectoribus missis extra Curiam, vel delegatis Sedis Apostolicæ,vel spiritualibus delegatis,& subdelegatis eorum, non includuntur in hac extrauagante, quia non fiunt apud Sedem Apostolicam, nec vbi Papa est præsens,per prædicta.

Quarto, quòd includantur actiones factæ pro iustitia, vel gratia obstinenda apud Pœnitentiarum,vel Vicarium, Auditores Rotæ, Contradictarum, vel Cameræ, & alios quoscumque ministros Papę, vel Sedis Apostolicæ, iurisdictione,auctoritate,potestate munitos,quatenus sunt tales, infra Curiam Papæ, vel in loco vbi est ipse, quia videntur esse factæ apud Sedem Apostolicam.

Decimonono noto in verbo *Obtinenda,* quòd non incurruntur pœnæ huius extrauagantis per pactionem,promissionem, acceptationem, dationem, vel receptionem pro iustitia vel gratia iam obtenta,quod mox, [c] post Ioannem Monachum probabitur,nisi fortè eo animo tantùm daretur vel promitteretur, vt ad aliam iustitiam, vel gratiam faciendam alliceret,vt ibidem dicetur.

c *In nota. 21.*

30 Vigesimo noto sextam,& septimam actiones,quę hic puniuntur, quæ sunt promissio & acceptatio. De quibus dico primo, eas colligi ex vers. *Et eam.* ibi, *Promittentes & acceptantes.*

Secundo dico, quòd cogimur dicere illas differre à prioribus,scilicet pactione,promissione, & acceptatione: quia vers. ille, *Et eam*, qui continet illas, extendit textum loquentem de prioribus, ad illas duas, quod non potest esse verum, nisi hæ duæ differrent ab illis, nihil enim extenditur de seipso ad seipsum, vt palam est.

d *In d. extrauag. 1. de sententem. excomm. in verb. Et hanc.*

Tertio dico, quòd ex mente prædicti Ioanni Monachi, [d] vbi mouet hanc difficultatem, responderi potest, quòd hic versus loquitur de promissione facta tertio, veluti Proxenetæ,& mediatori,& acceptatione facta ab eodem, veluti Proxeneta & mediatore, in quo non est remansurum lucrum promissionis,vel acceptationis,sed est transiturum ad alium. Tres verò priores scilicet pactio, promissio,& acceptatio eiusdem, de illis, quæ fiunt inter daturum,& eum,in quem venturum, & permansurum est lucrum.

Ex quo infertur,quòd non solùm paciscens, & promittens de dando alicui, in quo lucrum pactum, vel promissum est permansurum,incurrit has pœnas, sed & qui promittit tertio,per quem tamquam per canalem est transiturum illud ad alium, & non solùm acceptans pactionem, vel promissionem in suum lucrum, & recipiens illud retinendum sibi,incurrit hanc pœnam,sed etiam tertius,cui fit promissio, vel à quo fit acceptatio in vtilitatę alterius.

Quarto dico,quòd hæ duę sunt intelligendę,& restringendæ,ad promissiones,& acceptationes illicitas,& mortiferas tantùm,per supradicta. [e]

e *In nota. 10.*

31 Vigesimoprimo noto actiones octauam, & nonam hic punitarum,quæ sunt datio, & receptio pro iustitia vel gratia. Circa quas dico primo, illas colligi ex prædicto vers. *Et eam.* ibi, *Dantésque, & recipientes.*

Secundo dico, quòd cogimur etiam dicere illas differre à datione & receptione, quæ sunt quarta, & quinta,eò quòd versus prædictus haber,sententiam, quæ de illis loquitur,extendi ad has, & nihil de seipso ad seipsum extenditur,vt prædictum est.

Tertio dico, quòd quidquid inuoluat Ioannes Monachus in prædicta sua glossa differunt in hoc, quod illæ loquuntur de datione, & receptione,virtute pactionis, vel promissionis, hę autem absolutè de datione & receptione.

Ex quo sequitur, quòd quicumque dat, vel recipit aliquid pro iustitia, vel gratia, &c. etiam nullo pacto, nulla promissione, nulla acceptatione precedente, incurrit has pœnas.

Quarto,quòd hoc est intelligendum de datione, & receptione illicita etiam mortifera,per dicta supra. [a]

a *In notab. 9. & 10.*

Quinto dico,quòd facile cuipiam videri potest,non licere alicui dare,vel accipere pro iustitia, vel gratia iam facta, etiam nulla præcedente promissione, nec pactione, nec acceptatione. Primo quidem, *quia* generaliter,& indistinctè puniuntur hic dantes, & recipientes. At non solùm qui dant vel recipiunt ante iustitiam, vel gratiam factam, sunt dantes & recipientes, sed etiam qui post eam factam dant, vel recipiunt. Ergo indistinctè dicere debemus eos omnes incurrere: nam vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus,vt ait glossa, [b] per illum textum, & alios multos. [c]

b *Le. de pretio.*
c De *public. in rem act. ff.*

Secundo facit inductio, qua D. Ioannes à Portugallia, non solùm regio sanguine Illustrissimus, & Episcopatu Egitanensi amplissimo Reuerendissimus, sed etiam de conditione gentis Lusitanæ acumine ingenij,& iudicij,& prudentia,varia eruditione,pijs,sanctisque moribus ornata,clarissimus, multisque alijs nominibus mihi obseruantissimus, induxit verba illa huiusmet extrauagantis. *Quidam etiam talium operam,atque industriam pretio, & muneribus quæsisse affingant.* per quæ significatur,damnandos esse, qui pro iam quæsita pro alio gratia, vel iustitia accipiunt aliquid ab illo, & communiter non licere quicquam etiam pro iustitia vel gratia facta recipere.

Tertio facit cap. *eos.* [d] quatenus habet non licere dare aliquid ordinanti,etiam post datum ordinem.

d *In 6. 1. q. 1.*

Sed ijs non obstantibus contrarium credimus. Tum quia hoc tenet quoad dantem Ioannes Monachus, [e] & eadem ratione tenuisset idem de recipiente, si de illo meminisset. [f] Tum,quia licet iura per eum citata præter cap. *dilectus.* [g] parum id suadeant: quia loquuntur in materijs, in quibus non vetatur datio, vel acceptio, illud tamen satis vrget: quia disponens in simoniæ materia, in qua vetatur datio vel acceptio,habet, monasterium posse à recepto in monachum, recipere id, quòd ipse sine taxatione præcedenti gratis obtulerit: præsupponens consequenter quòd etiam iustè dari potest,Tum efficacius, quia hæ pœnæ imponuntur danti & accipienti ad obtinendam iustitiam vel gratiam, & nos agimus de dante & accipiente post eam obtentam,qui longè alij sunt ab illis, & ideò lex pœnalis disponens de illis, non est ad hos extendenda, per prædictum cap. *pœne*, cum alijs. [h] Tum, quia nec eadem, nec similis ratio militat in istis: nam dare vel accipere antea,tendit ad corrumpendum Iudicem, vel gratiæ auctorem: dare autem postea non tendit ad illud,sed potius ad insinuandam animi gratitudinem. Aliqua item compensatio de honestate debetur ei,qui benefecit, quæ non debetur ante benefactum, iuxta legem illam naturalem, vt benefacienti benefaciamus, [i] & ei,qui gratiam fecit, non facturo,gratia obligatione antidorali debetur per l. *sed et si.* [k] & cap. *cum in officiis.* [l] cum traditis à S. Thoma post Senecam, [m] supra in aliud propositum citatum. [n]

e *In prædicta glossa. super verb. generalibus.*
f *Arg. leg. illud. ff. ad leg. Aquil.*
g *2. de simo.*
h De *pœnit. distinct. 1.*
i *Leg. si non fortem. §. libentes. vbi Bart. glos. de cond. indeb. ff.*
k *§. consuluit. ff. de petit. hered.*
l De *testam. in 2. 2. quæst. 106. artic. 3.*
m *Notab. 12.*
n *Ibidem.*

Ad se

Ad secundum respondeo, quòd verba illa in eo inducta probant quidem malè facere illos, qui affingunt se operam & industriam aliorum, pretio & muneribus consecutos fuisse, imò etiam insinuant, peius facere, qui ob illam causam factam recipiunt, & pessimè qui ob eandem exigunt, non tamen probant malè facere eos, qui post gratiam factam, aliquid sponte & gratis in signum gratitudinis recipiunt.

Ad tertium, respondet Ioannes Monachus vbi supra, illud esse speciale ob criminis simoniæ atrocitatem, sicuti & alia specialia, quæ ipse dinumerat, inueniuntur in ea, quę non est idonea solutio. Tum, quia potest replicari, ibi non esse simoniam, per ea quæ nos diximus in Manual. nostro Confessar.[a] Tum, quia etiam in hoc proposito esset simonia, si daretur vel acciperetur ad obtinendum aliquid spirituale. Quare respondeo primo, illud ca. *eos.* agere de dato vel recepto, tamquam pretio eius, Decisio autem ista de dato & accepto ob gratitudinem, & meram liberalitatem. Secundo respondeo, quòd licet sit peccatum dare & accipere pro sententia & gratia (quæ sunt inuendibiles) facta, tamquam pro pretio illarum, tamen pœna huius extrauagantis nō includeret eum, qui id faceret, quoniam, vt prædictum est, imponitur danti, & accipienti pro obtinenda, & cum sit pœnalis, non est extendenda ad dantem vel accipientem pro obtenta, propter diuersitatem casus & rationis, licet esset peccatum. Quod tamen videtur limitandum in eo, qui refert valde maiorem gratiam, quàm leges gratitudinis requirunt, principaliter intendendo munere donatarium ad faciendam aliam iustitiam vel gratiam spe retributionis similis faciendæ sibi, post aliam factam: quia fraus & dolus nemini prodesse debet.[b] Dixi, *Principaliter:* quia secus esset, si minùs principaliter hoc intenderet, qualiter videtur intendere is, qui iustitiam, vel gratiam factam longè copiosius, vltrà quam debet per leges gratitudinis, refert, ea mente principaliter, vt augeat inter se dantem & accipientem, amicitiam, sperans minus principaliter & secundariò ex ea sibi euenturam aliam iustitiam vel gratiam, argumento eius quod S. Thomas,[c] ab omnibus receptus & à nobis citatus in d. Manual.[d] ait, eum qui dat aliqua Episcopo, aut beneficiorum collatori principaliter ad ineundam cum eo amicitiam, sperans tamen fore, vt ille posteà motus ea, det aliquod beneficium, non incurrere simoniam.

32 Sexto, quod ex hoc infertur vna ratio, quare non incidant in has pœnas, qui ea quæ vocant propinas (quæ sunt quædam stipendia & honoraria incerta) etiam indebitas, vel maiores quàm debitas accipiunt: quia non dantur, nec accipiuntur pro iustitia facienda, sed pro facta. Altera & aptior ratio, quòd non dantur pro iustitia facienda, vel facta, sed pro quodam salario vel stipendio incerto.

An autem decenter soluantur in tota Vrbe, & toto orbe, delegatis à Sede Apostolica, vel legatis eius: & quæ quantitas sit debita, & quæ maior debita, & an deceat eo maiorem dari, quò causa, super qualis tractatur, est maior, præsertim quando minor est difficilior decisu, quàm maior, non est locus hic tractandi. Quid autem sit dicendum de deponentibus de more propinas ante sententias latas dubitari potest, & dici primo, quòd propter consuetudinem, & stylum Curiæ non incurrunt eas, quando vtraque pars iubente Iudice, deponit rationabiles, & moderatas quantitates.

Secundo, quòd pars, quæ eas deponit, antequam iubeatur à Iudice notabiliter maiores debitis, quò Iudicem inclinet in partem suam, incidere videtur in illas.

Tertio, quòd conuentiones inter Iudices, & partes, vt deponatur propina maior iusta, sunt illicitæ, licet de rigore iuris hic non videantur comprehendi: quia non dantur pro iustitia, sed pro propina, siue salario, seu stipendio licet iniusto, vt in simili mox dicemus de salario nimio Notario, vel Aduocato præstito.

Quarto dico, quòd deponentem propinam multò maiorem iusta, quàm aduersarius deponit, vt Iudex magis moueatur ad ferendam sententiam pro se, non solùm arbitramur malè facere, sed etiam incidere in has pœnas: quia tacitè videtur paciscì, vel promittere aliquid pro iustitia facienda, nisi quoad forum interius saltem, excusaretur ob opinionem probabilem de inconstantia Iudicis in suæ causæ rectitudine, quam probabiliter certam putat, per dicta supra.[a]

33 Septimo ex proximè dictis infertur, quod licet nemo incurrat pœnas huius extrauagantis ob actiones in ea contentas, quæ ante illam non fuerunt illicitæ, (omissio enim denunciationis intra triduum, quæ antea non erat illicita, non est de actionibus sordidis (vt supra dictum est) non tamen omnes qui agunt eas, quæ ante illam fuerunt illicitæ, incurrunt illas, nam datio & receptio pecuniæ, vel muneris in pretium iustitiæ, vel gratiæ factæ in spiritualibus, etiam post illas obtentas, semper est illicita, per eam tamen pœnæ huius extrauagantis non incurruntur. quod per solutionem proximè datam ad capit. *eos.*[b] comprobatur. & eadem ratione idem dicendum est de receptione pecunię in pretium sententiæ etiam latæ, etiam iustæ, circa temporalia. est enim illicita, per l. *venales.*[c] & cap. *non licet.*[d] & cap. *pœnale.*[e] quibus expressè probatur, non licere vendere sententiam etiam iustam, & eam vendentem annumerandum esse vendentibus in templo per Euangelium reprobatis, ait Gregorius.[f] & tamen per eam non incurruntur hæ pœnæ.

Idem maiori ratione dicendum est, de receptione pecuniæ in pretium sententiæ iniustæ, quæ duplici nomine illicita est, eò quòd venditur quod non est vęnale, & quòd effectu malum dicit esse bonum, contra illud.[g] *Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum.* relatum in cap. *væ qui dicitis.*[h] Idem de datione, & receptione pro gratia iam facta, præsertim iniusta etiam in temporalibus, ab eo qui eam vendere, seu commutare pro temporalibus non potest, quales sunt ferè omnes inferiores Monarchis, quo ad gratias de iurisdictione procedentes, & etiam ipsi Monarchæ, quo ad iniustas, & iustas quoad aliquas; quæ tamen sint illæ ea ratione hic non tracto, qua supra,[i] omisi quidam simile tractare, remittendo lectorem quoad aliqua ad[k] nostrum Manual. Confessar. licet enim omnes prædictæ dationes, & receptiones sint vbique terrarum, & gentium illicitæ, & quidem magis apud Sedem Apostolicam factæ, non tamen per eas incurruntur pœnæ in hac extrauagante statutæ, cùm non dentur, nec recipiantur pro obtinendis, sed tantùm pro obtentis.

24 Octauo infertur, rectè dicere Ioannem Monachum,[l] quòd nec Aduocatus, nec Procurator, nec Tabellio petens salaria, & conueniens de eisdem, ligatur hac sanctione, per cap. *non licet.*[m] cuius ratio vera, omissa sua parum apta est, quia quod datur Aduocato, vel Notario, non datur principaliter pro obtinenda iustitia, pro qua nil dari vel promitti potest, per capit. *non sanè.*[n] & d. cap. *non licet.* quam rationem sensit idem Ioannes Monachus determinando paulò post vtiliter, ferè in hæc verba, *Sine parabola, id est, promissione præcedente, potest dari aliquid promotori, id est authori iustitiæ vel gratiæ, completo negotio, argument. ff. de orig. iur. l. 2. §. fin. de donat. l. Aquilius. & de var. & extraor. cognit. l. 1. §. perinde. extra de simon. cap. dilectus. 2. in fin. 1. q. 1. cap. si quis Episcopum.* hæc ille. Per quæ omnia iura licet non probetur efficaciter, vt diximus supra,[o] probatur tamen per d. cap. *dilectus. 2.* & alia ibi adducta.

Nono dico, quòd hanc rationem consequitur, eum incurrere has pœnas, saltem in foro interiori, qui daret Aduocato, vel Notario plus iusto salario, non tamen pro salario, quàm vt ipse tamquam amicus Iudicis, & multum apud eum valens amore vel precibus, flecteret eum ad ferendam sententiam pro ipso: siquidem ipse illud plus verè principaliùs dat pro iustitia, siue sententia consequenda, quàm pro salario: licet nomine, vel specie salarij illud operire, siue palliare simulet: & constat, præsertim in foro interiori, magis esse attendendum, quòd verè agitur, quàm quod simulatè, iuxta rub. C. *plus valere quod agitur, quàm quod simulate concipitur.*[p] quod etiam eadem ratione est dicendum de Aduocato & Notario accipientibus, quod eò magis memorandum videtur, quo magis est quotidianum, iuxta l. *legaui,*[q]

SVMMARIVM.

35 Xeniorum datio Iudici, quæ ante hac erat illicita punitur hic, non autem, quæ antea licebat, qualis est dari solita in vrbe ad Natale Domini, modò animo recto, & ob meram liberalitatem

a *Notab. 9.*

b *1. quæst. 1.*

c *Cod. quando proba. non est necess. cap. qui recte.*
d *11. quæst. 3.*
e *14. quæst. 5.*
f *In cap. vendentes. 1. q. 3.*

g *Esaiæ cap. 5.*

h *11. quæst. 3.*

i *Notab. 8.*

k *Capit. 25. à num. 1. in 11.*

l *In prædicta glossa.*

m *1. qu. 3.*

n *14. quæst. 5.*

o *Eod. not. ab illat. 5.*

p *Ca. ad audientiam. de empt. & vē.*
q *ff. de liberat. legat.*

ralitatem intra quantitatem permissam fiat.
35 Xeniorum etiam permissorum datio, non licet, si principaliter fiat ad iustitiam obtinendam, licet autem, si principaliter ob meram liberalitatem & honestam gratitudinem fiat, quamuis minus principaliter fiat ad iustitiam obtinendam.
35 Donatio ob aliam causam, quàm ob meram liberalitatem non est propriè donatio.
35 Liberalitas mera quæ dicitur.
36 Finis principalis actus virtutis non potest esse bonum temporale, sed bene minùs principalis.
36 Horas ad Canonicas iens principaliter ob lucrum peccat.
36 Xenia ita dari, vel non dari possunt gratiarum Auctoribus, & Protectoribus, ac Iudicibus.
36 Xenia quæ nimia arbitrio boni viri definiendum.

35 DEcimo dico, non abs re interrogare quosdam, quid dicendum sit de datione, & receptione xeniorum, & munerum, quæ circa festum Natalis Domini dantur Reuerendissimis in Vrbe Auditoribus, & alijs Iudicibus; nam pro parte negante, quòd non licet illa dare, nec accipere, facit primo hæc extrauagans quatenus punit dationem, & receptionem rei etiam antea non pactæ, vel promissæ.

Secundo, quod illicitum est dare, vel accipere munera pro iustitia obtinenda vel facienda, per illud Esaiæ, *Beatus qui excutit manus suas ab omni munere.* relatum in cap. *sunt nonnulli.*[a] & alia in hoc citata supra,[b] & negari non potest, xenia esse quædam munera.

Tertio facit, quòd illa xenia eo fine dantur, vt ad minus recipientes sint gratiores dantibus, & faueant eis in arbitrarijs, & tandem ferant sententiam pro ipsis, & citiùs eam ferant, etiamsi non habeant probabilem timorem de inconstantia iudicum in recto, nec certum de sua iustitia conceptum, quod esse illicitum definimus supra.[c]

Pro contraria tamen parte facit primo illud latè probatum supra,[d] quòd pœnas huius extrauagantis non incurrit quis ob actiones in ea contentas, quæ ante illam erant licitæ. Ad huiusmodi xeniorum datio, & receptio modesta, licita erat ante hanc extrauagantem ob consuetudinem publicam à Papa, toro clero, & populo scitam, & approbatam, & nulli iuri naturali, vel diuino contrariam: imo & humanæ legi consonam, secundum quam licitè possunt dari esculenta & poculenta, quæ paucis diebus consumantur, iudicibus delegatis: quales sunt reuerendissimi Auditores à Papa in Curia deputati.[e]

Secundo facit, quòd prædicta consuetudo non est contraria iuri naturali, vel diuino: & ita potest valere etiam quoad ordinarios,[f] modò non dentur principaliter ad iustitiam, vel gratiam faciendam: sed in signum gratitudinis pro studio, & labore, quæ in cognoscendo de causa suscipiunt, per ea quæ de gratitudine supra,[g] & latiùs,[h] tradita sunt, & modo non dentur tam grandia, vt inspecta qualitate personarum, inducant periculum probabile flectendi animum iudicis à recto, argumento textus memorabilis in l. *solent.*[i] & aptius in cap. *etsi quæstiones.*[k]

Tertio, quòd ad opposita responderi potest. Ad primum quidem, quòd huic extrauaganti non est locus in actionibus quæ ante illam erant licitæ, vt sæpe prædictum est.

Ad secundum autem, quòd in eo assumpta procedunt in muneribus datis malo animo corrumpendi iudicem, vel quæ præ magnitudine solent corrumpere, vt exponit d. cap. *& si quæstiones.*

Ad tertium, quòd procedit solùm in iis quæ principaliter dantur ad corrumpendum iudicem: vel in pretium iustitiæ: non autem in ijs, quę dantur principaliter in signum gratitudinis: licèt minus principaliter respiciatur gratificatio iusta & honesta.

Ex quibus subinfertur primo, incidere in vtroque foro in pœnas huius extrauagantis illos, qui dant vel accipiunt, aliqua xenia notabiliter maiora, vel plura, vel alia, quàm iure scripto, vel consuetudine honesta & præscripta, liceat: & consequenter, si darentur alia, quàm esculenta & poculenta, vel hæc in maiori quantitate, quàm paucis diebus consumi possint, attenta qualitate personæ, iuxta præ-

a *1. quæst. 1. & capit. etsi quæstion. de simon.*
b *Notab. 3.*
c *Notab. 9.*
d *Nota 5. 3. corollar. 4.*
c *Cap. Statutum §. insuper. de rescri. libr. 6.*
f *Argument. cap. fin. de cōsuetud.*
g *Eod. not. num. 28.*
h *In nota. 11.*
i *ff. de offic. proconf.*
k *De simon.*

dictum §. *insuper.* & ei annotatis.

Secundo, quòd videntur incidere in eas quo ad forum interius dantes vel accipientes etiam iure, vel consuetudine iusta permissa, qui principaliter dant vel accipiunt ea ad corrumpendum, vel tamquam pretium iustitiæ obtinendæ. Tum quia id vbique gentium est, & erat illicitum coram Deo, etiam ante hanc extrauagantem cùm per id effectu ematur & vēdatur, quod non est vęnale, iuxta prędicta capitula *qui rectè.* & *non licet.*[a] Tum quia prædicta iura non permittunt dare, vel accipere illa, ob aliam causam quàm ob meram liberalitatem, vt expresit prædictus §. *insuper*, & datio vel donatio ob aliam causam, quam virtutis, non datur, vel accipitur ex mera liberalitate. Donatio enim ob aliam causam, quàm liberalitatem facta, non est donatio propriè, vt expressè ait lex 1.[b] determinans donationes ob alias causas factas, non esse propriè donationes.

Non obstat, quòd glossa,[c] visa sit aliquibus significare, quòd omne quod non est exactum, vel petitum, directè vel indirectè, dicitur datum ex mera liberalitate: non enim hoc dicit: sed quòd ad hoc, vt aliquid censeatur merè liberaliter datum, requiritur, ne sit exactum, vel petitum. quod tam longè aliud est, quàm est requiri aliquid à sufficere aliquid, quę esse alia probat glossa singularis,[d] dicens textum illum requirere quidem, vt delegatus sit saltem Canonicus, non tamen sufficere: ita glossa prædicta significans requiri, ne sit exactum, vel petitum, vt aliquid dicatur liberaliter datum, non significat id sufficere: & consequenter datum vel acceptum principaliter pro iustitia obtinenda, etiam sine vlla exactione, non est verè coram Deo merè liberaliter datum.

36 Tertio, quòd non incurrunt eas dantes, vel accipientes ea, quæ iure licet dare, vel accipere ob meram liberalitatem: si dent vel accipiant ob eam principaliter: quamuis minus principalis respectus habeatur, etiam ad breuiorem, vel fauorabiliorem expeditionem. Tum, quia quod principaliter, & non quod minùs principaliter agitur est attendendum.[e] Tum, quia non peccat, qui mutuat principaliter ob caritatem & amicitiam, licet minus principaliter speret gratitudinem, iuxta glossam receptam,[f] & traditā à nobis post alios in Manual. Confessa.[g] nec qui vadit ad horas canonicas principaliter, vt placeat Deo, vel suo muneri satisfaciat, licet minus principaliter id faciat ob distributiones quotidianas, iuxta glossam singularem, quæ penultima est,[h] & traditur in dicto Manual.[i] Tū, quia generaliter omnis actus virtutis, directus principaliter in debitum finem, est bonus: licet minus principaliter dirigatur in aliquod temporale commodum: quamuis nullus actus virtutis directus principaliter in finem acquirēdi bonum temporale sit bonus, per ea quæ nuper latè tradidimus in Commentar. cap. *cum minister*,[k] post Adrianum ibi citatum, & quæ addimus infra,[l] ad simile propositum.

Non obstat dictio, *Mera*, quæ significat puram, iuxta glossam memorabilem,[m] quia pura dicitur liberalitas, quę ob nullam aliam causam fit principalius, quàm ob illam: neque æquè principaliter ac ob illam: quamuis minùs principaliter & secundariò fiat ob aliam, vel alias: puritas enim non excludit minus principalem respectum: sicut merè & purè gratis dicitur mutuum, quod datur principaliter ob liberalitatem, vel amicitiam: licet minùs principaliter, & secundariò aliquid speretur, iuxta d. glossam solennem & receptam,[n] quæ habet, illud Euangelij, *Mutuum date, & nihil sperantes.* verificari in eo, qui nihil sperat principaliter, licet minus principaliter & secundariò sic: faciunt ad hoc illa multa, quæ de fine principali & minus principali ad praxim quotidianam vtilia scripsimus in dicto cap. *cum minister.*[o]

Quarto, quòd hæc eadem omnia, quæ dicta sunt de datione & receptione xeniorum, & munerum iudicum, iudicibus facienda, dicenda sunt etiam de datione & receptione xeniorum, vel munerum, facienda, vel non facienda auctoribus gratiarum, & eas impetrantibus: & consequenter Protectoribus Regum, Principum, Nationum, Prouinciarū, Ecclesiarum, Ordinū, Monasteriorum, & aliorum apud sedem Apostolicam sibi commendatos sua cura, studio, vigilia, & labore, protegentibus, de xenijs

a *11. quæst. 3. & capit. non sanè. 14. qu. 5. & ca. vendentes. 1. qu. 3. & d. l. venales.*
b *ff. de donat.*
c *In d. §. insuper. verbo, Mera liberalitate.*
d *In cap. statuti. m principio. verb. Canonicis. de rescript. lib. 6.*
e *Leg. si quis nec causam. ff. de re. cre. c. quamuis pactum. iunct. gloss. de pact. libr. 6*
f *In c. consuluit. de vsur.*
g *Cap. 17. nu 209.*
h *In cap. 1. de cle. non resid. libr. 6.*
i *Cap. 23. nu. 100.*
k *23. q. 5. à n. 30.*
l *Nota. 27. n. 37.*
m *Ver. Mero. in princi. ff. de diuis. fis. 2.*
n *In d. c. consuluit. de vsu.*
o *23. qu. 5. à num. 30.*

& muneribus, inquam, non solùm per contractum, vel quasi contractum debitis, quæ nomine salarij & stipendij iustificantur, vt dictum est supra, [a] sed etiam de alijs, quæ vltra illa dantur vel recipiuntur: nam si principaliter id fiat in signum gratitudinis, amoris, & debitæ cuiusdam obseruantiæ, erunt licita: licet minùs principaliter dentur ad mouendum & animandum, vt citiùs & feruentiùs agant, aut impetrent: modò non fuerint nimia, vel insolentia, quod pro varia dantium & recipientium conditione, variè est boni viri arbitrio definiendum. [b] Si verò contra principalius, vel æquè principaliter dantur, vel recipiuntur pro gratia facienda, vel impetranda, quàm, vel ac pro gratitudine, vel fuerint boni viri arbitrio nimia, vèl insolentia, erunt illicita.

a *Eod. not. ab num. 32.*

b *Argum. l. 2. ff. de iur. del. l. de cauſis. de offic. delegat.*

SVMMARIVM.

37 *Denunciandi præceptum hoc intra triduum nouum ſolos præſentes in Curia ligat, & eos ſalua correctione fraterna, à qua facta incipit triduum.*

37 VIgeſimoſecundo noto ibi, *Non renunciarent.* cauſam decimam, ob quam incurruntur hæ cenſuræ, quam ſupra, [c] diximus non eſſe de actis ante hac prohibitis, ſed de non actis, ſiue omiſſis, quæ antehac licebat omittere: & non facere: & conſequenter nouum caſum, in quo iubetur denunciario criminis intra triduum. Cui addo primo, quòd ſoli exiſtentes in Curia ſub eo includi videntur. Tum quòd ſic reſtringit Siluester [d] extrauagantem 2. [e] quatenus iuber denunciationem excommunicatorum ob ſimoniam quantocyùs fieri Papæ, vel cui id ille commiſerit. Tum per rationem eius in hæc verba, ſcilicet: *Quod aliter irrationabilis fuiſſet conſtitutio, quæ voluiſſet pauperes ab extremis terræ adire Curiam, pro deferenda ſimonia.* hæc ille. Tum quia tantò maior occurrit ratio reſtringendi hanc extrauagantem, quàm illam, quantò maiores pœnæ inferuntur in hac, quàm in illa: & quantò breuius tempus præſtituitur ad denunciandum in hac, quàm in illa: quum in hac iubeatur denunciatio fieri intra triduum, in illa autem quantocyus fieri poteſt.

Secundo addo, quòd dubitari poteſt, an correctio fraterna debeat præcedere huiuſmodi denunciationem: & videtur quòd non: quia iubetur fieri intra triduum, intra quod rarò poſſet fieri commoda fraterna correctione precedente. Sed contrarium arbitror verius. ſaltem ſi crimen eſt occultum, tum propter illa verba S. Thomæ communiter recepti, [f] ſcilicet, *Prælato non eſt obediendum contra præceptum Domini, iuxta illud.* 8 *Obedire oportet Deo magis, &c. & ideò quando Prælatus præcipit, vt ei dicatur, quod quis ſcierit eſſe corrigendum, intelligendum eſt præceptum ſanè, ſaluo ordine fraternæ correctionis. ſiue præceptum fiat generaliter ad omnes, ſiue ad aliquem ſpecialiter. Sed ſi Prælatus præciperet expreſſè contra hunc ordinem à Domino inſtitutum, & ipſe peccaret præcipiens, & ſubditus ei obediens: quia contra præceptum Domini: vnde non eſt ei obediendum: quia Prælatus non eſt iudex iudiciorum occultorum, ſed ſolus Deus: vnde non habet poteſtatem præcipiendi aliquid ſuper occultis, niſi inquantùm per aliqua indicia manifeſtantur: puta per infamiam, vel aliquas ſuſpiciones, in quibus poteſt Prælatus præcipere: ſicut & iudex ſecularis, vel eccleſiaſticus poteſt exigere iuramentum de veritate dicenda.* hæc ille, quæ ad litteram tranſcripta, ſequitur Adrianus, [h] quibus omnes ferè aſſentiuntur. Et ad argumentum oppoſitum reſponderi poteſt, triduum incipere debere à fraterna correctione facta, & non ſequuta emendatione.

f 2. 2. *quæſt. 33. artic. 7. ad vlt.*

g *Aſtroū 5.*

c *Not. 3.*

d *In verbo excommunic. 7. caſ. 43.*

e *De ſimon.*

h *In 4. de cor rect. fratern. §. oſtenſo. verſicul. tertium principale.*

SVMMARIVM.

38 *Excommunicatio noua maior reſeruata Papæ.*

38 *Extrauag. hic innouata olim reuocata fuit.*

38 *Reſtitutio hic iuſſa non tollitur partis remiſſione.*

38 *Audens non dicitur hic omnis faciens, ſed tantùm præſumens.*

38 *Præſumentem quæ lex punit, non includit bono animo facientem.*

38 *Ordinatus bono, & ſimplici animo ante iuſtam ætatem, non ſuſpenditur.*

39 *Pœna nullitatis huius extrauagantis in foro conſcientiæ ſubeunda.*

38 VIgeſimotertio noto ibi, *Nullus, &c.* nouum caſum, in quo excõmunicatio reſeruata Papæ ipſo iure incurritur, quem nos poſsumus in dict. Manu. [a] referendo prædictam extrauagantem 1. [b] ſuper qua nihil aliud diximus, quàm quòd, vt ſupra, [c] dictum eſt, Paludanus, Angelus, Siluester, Adrianus & Caietanus atteſtantur reuocatam fuiſſe per Clementem V. Cui addi nunc oportet primo, eam eſſe innouatam per S. D. N. Gregorium XIII. Secundo, quòd in vtraque eſt adiecto, ne abſoluatur priuſquam malè accepta benè reſtituat pauperibus. Tertio, quòd huic eſt conſequens, non ſufficere partis, quæ dedit remiſsionem, vel donationem: quamuis impotentia reſtituendi excuſaret, ſicut & ab alijs reſtituendis, iuxta tradita à nobis in d. Manual. [d] Quarto, quòd hic eſt caſus, in quo turpiter datum, & turpiter acceptum debet reſtitui pauperibus. quod facit ad limitationem, & declarationem eorum, quæ diximus in Manual. [e] Quinto, quòd S. D. N. adiecit in hac ſex actiones de quibus infra, contentis in illa, ob quas perinde incurruntur pœnæ, ac ob illas. Sexto, quòd in ac extenſione S. D. N. Gregorij XIII. qua extrauagantem Bonifacij extendit ad facientes aliquam prædictarum ſex actionum, ponderandum eſt verbum, *Audentes*, quod non includit facientes quolibet modò, ſed tantùm temerario, & præſumptuoſo. Tum quòd audacia, vt pluriùm, ſumitur in malam partem pro nimia confidentia, iuxta illud Ciceronis. *Nec vires eis, nec audacia, nec tela deſuêre.* Tum per textum ſingularem * in extrauagante *cum primum.* Pij V. contra blaſphematores, &c. ſi bi, *Audeat, ſiue præſumat.* iuncta ſignificatione propria illius coniunctionis, *Siue*, quæ eſt diſiungere verba, & coniungere ſenſum, vt diximus in Commentar. cap. *ſtatuimus.* [g] poſt Panormitanum communiter receptum, [h] & quòd conſequenter hæc extenſio non includit illos, qui eas agunt bono animo & ſimplici, abſque dolo, & temeritate: quia lex puniens præſumentem facere aliquid non includit tali modo facientem, iuxta determinata Cardinalis communiter recepti, [i] qua nos ſæpè vſi ſumus, & preſertim in relectione cap. *accepta.* [k] ad excuſandos à pœna ſuſpenſionis ipſo iure inflicta per extrauagantem Pij I I. præſumentibus ordinari ordine ſacro ante legitimam ætatem, eos qui bona fide præcepto ſuperiorum, vel ſuaſione aliorum, vel ſua bona intentione ſimplici, ſine dolo, ignorantes malè facere, ordinantur ante illam.

a *Cap. 27. nu. 106.*

b *1. de ſentẽt. excomm.*

c *Num. 1.*

d *Cap. 17. nu. 56.*

e *Dict. ca. 17. num. 92.*

f *In §. nullus,*

g *19. quæſt. 3. num. 62.*

h *In cap. inter ceteras. de reſcript.*

i *In clement. 1. q. 3 e. de priuileg.*

k *Oppoſ. 8. de reſtitut. ſpoliat.*

* In extrauagante cum primum. *Hæc extrauagans quæ incipit cum primum, eſt 5. inter Pij V. conſtitutiones in bullario Rom. Pontif. hæc autem continet ordinationes circa diuini cultus obſeruantiam, & pauperum tempore diuinorum officiorum mendicantium, cadauerumque ſuper terram depoſitorum amotionem, ac feſtorum renouationem, & prohibitionem ac pœnas Simoniacorum, Blaſphematorum, concubinariorum, ac Sodomitarum.*

Vigeſimoquarto noto ibi, *Iuſtitiæ verò, ſiue gratiæ.* omnia obtenta per actiones hic punitas eſſe ipſo iure nulla, licèt ante hac multa eſſent valida, vt dictum fuit ſupra. [l] Quam pœnam etiam in foro conſcientiæ ſeruandam probat notab. ſequens.

l *Notab. 3. n. 4.*

Vigeſimoquinto noto ibi, *Et ſcienter illis vtentes, &c.* alium nouum caſum, in quo ipſo iure incurritur excommunicatio Papæ reſeruata, videlicet actio vtendi impetratis per ſordes, hic puniri iuſſas. Ex quo inferrur, pœnam nullitatis inductam per hanc extrauagantem eſſe in foro conſcientiæ ſubeundam, quamuis in dicto Manual. [m] & latius in Comment. cap. *fraternitas.* [n] & alibi ſæpè, probabiliorem putauerimus opinionem eorum, qui aſſerunt gloſſam, [o] quæ habet, pœnam non deberi in foro conſcientiæ, habere locum regulariter etiam in pœna ipſo iure incurſa. Non inquam id obſtat: quia id limitandum eſt, vt ibi dixi, quando conſtat de contraria intentione legiſlatoris: hic enim vtentes impetratis, quæ ob pœnam nullitatis ipſo iure latam ſunt nulla, excommunicantur excommunicatione maiore, quæ præſupponit peccatum mortale, [p] quod non peccaret, ſi illa pœna nullitatis ipſo iure incurſa in foro conſcientiæ non ligaret, vt palam eſt.

m *Capit. 23. num. 118.*

n *12. quæſt. 2.*

o *Dict. capit. fraternitas.*

p *Cap. nemo. & c. nullus. 11. qu. 3.*

SVMMARIVM.

39 *Actiones hic punitæ etiam ante hac fuerunt illicitæ.*

40 *Sollicitationem iuſtitiæ, gratiæq́; faciendæ qui quærentes hæ pœnas incurrunt.*

40 *Mercede ſua dignus mercenarius, & ſtipendiarius ſtipendio.*

41 *Ambitio, ſiue allectio præſtantium gratia per munera hic punitur: ſed eſt reſtringenda ad munera inſolita, &c.*

42 *Actio, qua fingitur datum quid intercedenti, eſt vna de hic punitis, etiam non ſecuta obtentione.*

42 Hoc. *pronomen præſentia oculo corporis, vel mentis demonſtrat.*

43 *Conſilium, auxilium, & fauor principaliter vetita puniuntur non ſecuto effectu: ſecus ſi acceſſoriè vetentur.*

44 *Conſilium, auxilium, & fauor puniuntur ſecuto eo, in quod dantur: licèt non ſequatur obtentio.*

44 *Pœnæ huius extrauag. innouantis, & innouatæ ſunt octo, quarum tres primæ proculdubio ligant in foro conſcientiæ, & vltima non, & quatuor reliquas non obligare in illo eſt probabile.*

44 *Pœna etiam ipſo iure impoſitæ regulariter non ligat conſcientiam.*

39 VIgeſimoſexto noto in verbo *Scelus.* adiũcto verbo *peſſima.* infrà poſito, quòd actiones per hanc extrauagantẽ puniræ erant ſcelera, & peſsima peccata, etiam ante hanc extrauagantem quatenus enim ait hoc ſcelus ante illam inoleuiſſe, palam præſupponit exercitium illarum ante illam ſcelus fuiſſet & quatenus ait, illa eſſe peſsima, quando hæc extrauagans fiebat, præſupponit ea ante illam fuiſſe talia: non enim hæc antequam fieret, & promulgaretur, poterat illa facere talia: cum lex non extendatur, ad præterita. [a] In quod ipſum faciunt etiam ſequentia verba, quibus aſſeritur, *Exiſtimationem Curiæ per ea offendi.* & rurſus, *In eos qui talia agunt animaduertendum fore.* quæ relata ad omnia præcedentia præſupponunt ea digna fuiſſe animaduerſione, & punitione, antequam per hanc punirentur: per quæ omnia corroboratur [b] ſicut & hoc per illud.

a *Cap. 2. & fin. de conſtit.*

b *Notab. 3.*

40 Vigeſimoſeptimo noto ibi, *Nundinentur.* vndecimam actionem hic punitarum & conſequenter, quòd quærere quem ſibi onus, vel mandatum impetrandi iuſtitiam vel gratiam. accepto pacto, vel promiſſo ſibi in id pretio, & graue peccatum: quod tamen limitandum eſt: non vendicare ſibi locum in pretio, quod ei datur vel promittitur pro mercede, ſalario, vel honorario laboris, induſtriæ, & ſollicitudinis ob id ſubeundorum: nam illud iuſtè datur & accipitur: tũ per illud [c] *Dignus eſt mercenarius mercede ſua.* probatũ in cap. 1. [d] tũ per illud eiuſdem. [e] *Eſtote contenti ſtipendiis veſtris.* relatum in cap. *militare* [f] Tum quia id non datur pro iuſtitia vel gratia, ſed pro labore, induſtria, & ſollicitudine remunerandis, etiamſi paulò plus iuſto in ſignum gratitudinis detur. Si verò datur multum exuperans, præſertim cum pro magnitudine gratiæ impetrandæ augetur, & pro paruitate minuitur, cùm tamen fortè maior labor debeat impendi pro parua, quàm pro magna, meritò poteſt iudicari in foro exteriori potius datum in pretium gratiæ impetrandæ, quàm in remunerationem laboris, induſtriæ, & ſollicitudinis. In foro autem interiori ipſe, qui dat vel recipit, eſto iudex, pro quo principalius det vel recipiat: & ſi principalius det, vel recipiat pro iuſtitia, vel gratia obtinenda, quàm pro labore, induſtria, & ſollicitudine, incurret iſtas pœnas: & ſi contra principalius pro illis quàm pro hac, non incurret: quia attendendum eſt, quod principaliter agitur per l. *ſi quis nec cauſam.* [g] cum multis ibi cumulatis per Iaſonem & l. *ſi non ſint.* [h] & per dicta ſupra [i] & tradita à nobis in dicto Manual. [k] & profundius aliis in cap. *cum miniſter.* [l] vbi tamen clarè concludimus contra Barthol um & aliquot alios, ibi citatos non omnem cauſam, ſine qua non fieret actus dici principalem. Ex quibus colligitur reſponſio danda cuidam miſſo, vel venienti à regno Indiæ maris Occeani, *Quod vocant del Peru*, dato ſibi mandato vnà cum aliquot centenis ducatis, ad impetrandum quaſdam gratias Apoſtolicas.

c *Luca. 10.*

d *13. quæſt. 1.*

e *Luca cap. 3.*

f *23. quæſt. 1.*

g *ff. de reb. cred.*

h *§. paruenimus. ff. de aur. & argẽt. lege,*

i *Notab. 22. num. 32.*

k *Capit. 23. num. 100.*

l *23. quæſt. 5. à num. 29.*

41 Vigeſimooctauo noto ibi, *Donis pollicitationibuſque* ambitiõſis. actionem ob quam incurrũtur iſtæ pœnæ: & conſequenter eſſe graue peccatum ambire, ſiue adire alliciendo donis, & pollicitationibus, valentes gratia apud illos, qui facturi ſunt gratiam vel iuſtitiam pro illa medio illorum obtinenda: nec eſt hęc eadem quę ſexta, quam ſecuti Ioannem Monachum collegimus ex illis verbis, *Promittentes, & acceptantes.* quia illa eſt de promittente tertio, quaſi proxenetæ apud quem lucrum promiſſum non eſt remanſurum: hæc autem eſt de promittente vel dante tertio, apud quem lucrum eſt remanſurum: & ita longè differunt, vt palam eſt, hæc tamen reſtringenda eſt ad allectionem per munera illicita, & in eiuſmodi rogationibus, & flagitationibus inter probos inſolita, per dicta ſupra. [a]

a *In notab. 9. 11. & 22.*

42 Vigeſimonono noto ibi, *Quidam, &c. queſſe affingant,* actionem duodecimam de punitis hic, videlicet fictionem, qua mendaciter quis fingit ſe dediſſe pretium, vel munera pro opera præſtanda, vel præſtita per valentem gratia, apud iuſtitiæ vel gratiæ auctorem: ſuper qua ſumus interrogati, an per eam incurrantur pœnæ, etiam non ſequuta obtentione gratiæ? & videtur reſpondendum affirmatiuè, per ea quæ ſupra, [b] diximus eas incurri per pactionem, & promiſsionem, vel acceptationem, etiam non ſecuta datione, nec iuſtitiæ, vel gratiæ obtentione: hæc enim actio æquè prohibetur ac illæ: & ſicut illas excludit extrauagans Bonifacij hic innouata, ita hanc includit hæc illam innouans, quatenus illam ad hanc extendit. Quòd autem ad hanc extendat, colligitur primo ex eo, quòd earelata cum contentis in extrauagante Bonifacij, & alijs duabus in duobus proximis notabil. collectis, ſubdit ea eſſe peſsima, quod intelligi debet de omnibus contentis in innouante, & innouata: & quamuis alicui videri poteſt, non referri ea ad contenta in innouata: quia ſunt paulolum remota: nemo tamen negare poteſt referri ad tres proximas per innouantem additas, quarum vna eſt hæc.

b *Notab. 9. & 10.*

Secundo, quòd præmiſſo, quòd ſunt peſsima, & quòd æſtimationem Curiæ grauiſsimè offendant, addit in eos, qui talia agunt animaduertendum fore, intelligendum per verbum, *Talia.* ea omnia quæ prædixit, vel ſaltem ea, quæ proximè præcedunt, argument. cap. *ſecundo requiris.* de appellat. & citatorum per gloſſas eius.

Tertio, quòd adiungit innouationem extrauagantis Bonifacij V I I I. & eius pœnarum, extendendo eas per illa verba, *Eaſdemque omnes extendimus ad audentes qualecumque horum facinorum, quæ adſcripſimus.* in quibus pondera verbum, *Extendimus.* per quod apparet velle ſe, vt habeat locum etiam in aliquot alijs, quàm contentis in d. extrauagante Bonifacij & non ſunt aliæ, quàm proximè relatæ, quarum vna eſt hæc, de qua hoc notabile. ergo etiam ea eſt vna de actionibus in hac extrauagante punitis. Pondera etiam illa verba, *Qualecumque horum facinorum.* in quibus illa dictio demonſtratiua, *Horum.* aptiùs refertur ad tres proximas. Tum quia ſunt præſentiores, quia proximiores, & illud pronomen demonſtratiuum reſpiciens præſentia oculo corporis, vel mentis, iuxta textum, & ibi notata per Bartholum & alios, [c] aptiùs reſpicit præſentiora. Tum quia non ſunt alia præſentia, nec abſentia, quæ demonſtrentur, & in quæ fiat extenſio: niſi prædicta tria, de quorum tertio eſt hoc notabile. Pondera item verbum, *Quæ adſcripſimus*, id eſt adiecimus, quæ ſola tria prædicta ſunt. ergo etiam illa includuntur.

c *In leg. hoc edicto. quæ eſt 1. ff. de nouis oper. nunc.*

Quarto, per illa verba, *illis & aliis ſupradictis.* poſita in verſicul. ſequenti, *Audentes.* per quæ clarè diſtinguendo illa, quæ ipſemet adiicit ab alijs contentis in extrauagante Bonifacij, pœnas eius extendit ad conſulentes, auxiliantes, & fauentes ea facientibus.

43 Trigeſimo noto ibi, *Dantes, &c. conſilium, auxilium vel fauorem.* tres alias actiones, quæ ſunt 14. 15. 16. quas adiicit S. D. N. circa quas dubitari poteſt, an per eas ſolas non ſecuto effectu conſilij, auxilij, vel fauoris, incurrantur pœnæ huius extrauagantis. Nam pro parte affirmante facit primo id, quod dictum eſt ſupra, [d] videlicet, quòd prædictæ pœnæ incurruntur per pactionem, promiſsionem, dationem, & receptionem pro obtinenda iuſtitia vel gratia, licet non obtineatur.

d *Notab. 8.*

Secundo, quòd ca. 1. [e] cum ei annotatis habet, mandantem occidere per aſſaſsinos petinde incurrere pœnas illius cap. non ſecuto homicidio, ac ſecuto illo. & l. *quiſquis.* [f]

e *De homicid. lib. 6.*

f *Cod. ad leg. Iul. maieſt.*

perinde punit ineuntem fœdus contra principem, ac bellantem contra eum: & volentem occidere senatorem eius, ac occidentem illum.

Tertio, quòd consulens alicui, vt appellet à Papa ad futurum Concilium censetur excommunicatus etiam appellatione minimè secuta, per extrauagantem Pij II. & Iulij [a] II. ciratam licèt non per bullam Cœnæ S. D. N. Gregorij XIII. vt diximus in Man. nostro Confessar. [b]

Pro parte verò negante, quæ verior videtur, facit efficaciter id, quod latè probamus in d. Manual. [c] citato supra. [d]

Ad opposita respondetur, ea procedere, quando pœna non accessoriè, sed principaliter imponitur contra consulentem, iuuantem, vel mandantem: non autem cum principaliter imponitur contra facientem, & accessoriè, contra consulentem, auxiliantem, vel mandantem. Et cùm hic non exprimatur, an principaliter, an accessoriè puniri iubeantur consulentes, iuuantes, & fauentes, nec alterum necessariò ex eo inferatur, videtur dicendum eos accessoriè, & non principaliter prohiberi, & puniri, per regulam illam, quò in dubio mollienda est constitutio pœnalis ad pœnam minorem. [e]

Aduertendum tamen, quòd interdum datur consilium, auxilium, vel fauor solùm ad obtinendum gratiam vel iustitiam, & interdum ad pacis cendum, vel promittendum, vel dandum, vel recipiendum, &c. & in priori casu non incurritur: nisi obtineatur, nec in posteriori; nisi pactio, promissio, datio, vel receptio, quæ consulitur, sequatur: non tamen oportet in hoc, quòd obtentio sequatur: quia non ponitur accessoriè ad obtentionem, sed solùm ad pactionem, promissionem, &c. Quod valdè notandum est, & confirmat: declaratque posita supra. [f]

44 Trigesimo primo notorio ibi, *Quinetiam*, vsque ad fin. quinque pœnas nouas: quatuor quidem extraordinarias ipso iure incurrendas, & quintam ordinariam, quas addit Sanctissimus D. N. tribus, impositis à Bonifacio puta pœnæ excommunicationis ipso iure incurrendæ, & nullitatis obtentorum, & restitutionis malè acceptorum, quæ verè non est pœna. Quinque prædictarum nouarum prima est priuatio à beneficio Ecclesiastico & sæculari perpetuo, vel temporali. Secunda priuatio similis ab officiis. Tertia incursio infamiæ. Quarta inhabilitas ad prædicta beneficia, & officia. Quinta, quæ ordinaria est, vt pro rei qualitate extra ordinem puniatur. Circa quas octo pœnas dubitari posset, An etiam in foro conscientiæ habeant locum: ita quòd absque alio superioris, vel iudicis præcepto, vel monitione teneatur quis sub pœna mortalis peccati eas pati?

Ad quod respondeo primo affirmatiuè procul dubio, quoad tres pœnas Bonifacij scilicet excommunicationis, restitutionis & nullitatis obtentorũ. Quoad excõmunicationem quidem, & restitutionem, secundũ sententiam omnium, tam eorũ qui opinantur non teneri nos regulariter in foro conscientiæ ad subeũdas pœnas ipso iure incursas, quàm eorum, qui contrarium affirmant: eo quòd excommunicatio secum fert executionem, & restitutio non est omnino pœna. Quoad pœnam nullitatis autem; quia id ex mente auctoris clarè collectum est supra. [g] Negatiuè autẽ procul dubio, quoad octauã, scilicet pœnam ordinariam, quæ extra ordinem à iudice imponenda est, secundum sententiam omnium, post glossam [h] & S. Thomam receptum: [i] dicendum neminem teneri subire pœnam in foro conscientiæ à iudice imponendam, donec imponatur.

Secundo, quòd licet dubitari possit, tamen probabiliter dici potest aliis prædictis quatuor extraordinariis pœnis non esse locum in prædicto foro: attento quòd adeò magnæ sunt, & quòd, vt supra dictum est, magis sunt additæ ad terrendum, in exemplum, quò multos grassantibus opus erat, iuxta l. *capitalium famosos* [k] quàm pro qualitate culpæ: & quòd difficillimum est, quòd quis contra semetipsum tã grandes pœnas exequatur: & quòd priuationes de quibus hic expressè extẽduntur ad beneficia. & officia sæcularia, quoad quæ certò puto non esse locum eis in foro conscientiæ, & quòd (vt latius demonstrauim Comment. cap. *fraternitas*) [l] frequentior (cui & ipse ad-

a *Notab. 8.*
b *Cap. 27, n. 58.*
c *Capit. 27. num. 5.*
d *Notab. 8. num 12.*
e *Capit. pœn. de pœn. dist. 1. & l fisci interpretatione & leg si præses ff. de pœn.*
f *In dicto notab 8.*
k *ff. de pœn.*
l *12. quæst. 2.*

hærere soleo) habet indistinctè nullas pœnas, etiam ipso iure incursas, obligare in foro conscientiæ delinquentem ad eas contra se exequendas: nisi auctor legis expresè vel tacitè id iubeat. Quod rarissimè faciendum est propter ibi adducta, præsertim propter cap. *erit autem lex.* [a] declaratum per S. Thomam, [b] quatenus haber legem debere esse possibilem mortaliter seruatu: qualis vix esset lex statuens, vt quis maguas pœnas contra se exequeretur.

a 4. *distinct.*
b 1.2. *quæst. 95. articul. 3.*

SVMMARIVM.

45 *Datio & acceptio huic punite, etiam extra sedem Apostolicam, non licent pro spiritualibus. num. 43. nec pro inuendibilibus. num. 46. nec pro officiis malis, vel malè præstitis, vel præstandis, vel bonis, sed debitis modo mediocri præstitis, vel præstandis. num. 49. nec pro bonis tamquam de iustitia debita, sed sic pro officiis non debitis, vel modo meliori, quàm debito, præstitis vel præstandis.*

45 *Simoniacus mediator, collator, vel præsentator tenetur restituere fructus malè perceptos à simoniaco in subsidium illius.*

45 *Restituere tenetur dans causam damni, etiam mediatam, modò sit propinqua.*

45 *Causam qualem damni dans restituere teneatur.*

45 *Argumentum à contrario, qui dicit de vno, & cap. sic limitandum.*

46 *Vendibilia non esse omnia, quæ non sunt spiritualia, in quibus est locus simoniæ.*

46 *Virtus omnis intellectualis inuendibilis, quia inæstimabilis.*

46 *Doctor docens pecuniã non vendit scientiam, sed laborem, & onus eam docendi.*

46 *Virtus moralis, & theologa est simpliciter virtus, & tam illa, quàm suus actus fortius inuendibilis, quàm intellectualis, quæ secundum quid, & cum adiectione intellectualis est virtus.*

47 *Iustitia & actus eius iudicium, & consequenter sententia cur inuendibilia.*

47 *Virtutum ad actus exercendos obligatio vendibilis, licèt ipsa non sit talis.*

47 *Iuris dicendi officium vendibile est, licet vetetur vendi.*

48 *Iurisdictio temporalis vendi, permutari, in feudum, & dotem dari potest.*

47 *Vendibilia esse de se multa iuris publici, etiam quæ vendi vetantur.*

48 *Intellectus nouus. leg. 2. & 3. ff. de condict. ob turpem causam.*

48 *Iustitiam & iudicium vendens, etiam Monarcha cur peccet?*

48 *Vendere, & principaliter pro temporali re dare, paria in hoc.*

48 *Iurisdictio vendi potest ab inferiori, sed non officium iudicandi.*

48 *Iudicandi officij obtentio, tacita pecunia data mediatori, cur furreptitia, nisi, &c.*

48 *Taciturnitas non omnis veri quod retraheret à concedendo, nocet.*

49 *Lucrum quod, non turpe acceptum pro officio debito. & sequent.*

50 *Beneficium nemo tenetur de suo præstare gratis.*

50 *Medicus non tenetur curare diuitem gratis, etiamsi aliter nolit curari.*

50 *Intellectus huius extraug. & l. 2, 3. & 4. de condict. ob turp. caus. quoad data pro officio indebito. & quoad aliud. num. 52.*

51 *Familiares & officiarij pro quo modo faciendi officia debitè aliquid capiunt.*

51 *Officio pro debito capiens qui non peccat.*

52 *Beneficiarius est etiam qui confert, qua sibi retinere nequit, & qui debita soluit.*

52 *Donatio non desinit esse merè liberalis, eo quòd fiat ob causam minus principaliter.*

52 *Peccata sunt quædam per accidens ob speciem mali, quæ de se licent.*

53 *Dare licet ministris iudicum ob additum facilliorem, &c.*

53 *Datum Thesaurariis & debentibus soluere quòd iustum.*

54 *Lucrum acceptum pro solutione debiti alterius quod turpe.*

54 *Franciscus ab Brasso laudatus.*

45 TRigesimo secundo noto, quòd hic locus admonet præstare id, quod composito iam Commentario,

a *Num. 6.*
g *Argum. c. nonne. de præsumpt. & le. cũ Prætor. ff. de iudic.*
h *De iniur.*
i *Leg. nam. quod absurdũ. ff. de bonis liber. & c. dudum. de præben. lib. 6.*
k *In cap. de extero. de homicid.*
l *Cap. fin. de iniur.*
m *2, 2. q. 62. artic. 7.*
n *ff. ad le. Aquil.*

cum imprimeretur tertium notabile in eo, [a] promisimus, nempè decidere, an, & quantum peccent, qui alibi quàm apud sedem Apostolicam, Regibus, Principibus, Magnatibus, & aliis primæ notæ, vel inferioris viris, vel fœminis, assistentes, aut inseruientes gratè à secretis, vel aliis ministeriis magnis, vel paruis, & aiij amicitia, & gratia apud eos multum valentes, accipiunt munera interdum conuenta & promissa, interdum absque conuentione, ante vel post iustitiam, vel gratiam obtentam? & an obtentio valeat? & aliquam censuram, & obligationem restituendi incurrant? & an idem sit dicendum de datibus vel promittentibus eis?

Ad quam, prætermissis gratia breuitatis decem fundamentis, quæ pro parte negante, & duodecim, quæ pro affirmante formaueram, præsuppono in primis, quòd etiam apud Ethnicos, & infideles fuit delictum, & peccatum vendere fauorem, beneuolentiam, & amicitiam: qua quis diligitur, amatur, vel æstimatur ab alio. Tum quòd huiusmodi vendentes eorum tempore appellabantur, *fumi venditores*, vt Martialis testatur: quippe qui vendebant res, quæ per se, suapteque natura nihil magis, quàm fumus valebant. Tum quia Imperator Alexander Seuerus, referente id Platina in vita Pontiani summi Pontificis, quemdam huiusmodi venditionibus abutentem, vt crimini responderet supplicium, alligatum palo iussit viridium lignorum fumo enecari, pronunciante Præcone, *Fumo periit, qui fumos vendidit.*

Quo præsuppositio dico primò principaliter, quòd grauiter peccant, qui sic id faciũt circa spiritualia, vt committatur simonia, etiamsi sint Principes, & Monarchę: Ecclesiastici, vel sæculares, & etiam incurrunt censuras: & actus est nullus, si simonia fuerit realis in ordine, vel beneficio, iuxta extrauagantem, [b] & tradita in nostro Manual. Confessar. [c] excepto Papa, per dicta supra, [d] & priùs in d. Manual. Confessar. [e] Restituere autem tenentur ea, quæ sibi retinenda acceperunt, [f] non autem illa, quæ pro aliis acceperunt, & eis tradiderunt: quia ad illa restituenda ipsi tenebuntur, iuxta ibidem notata.

b 2. *de simo.*
c *Cap. 23. nu. 102. & sequ.*
d *Notab. 9. num. 13.*
e *Cap. 23. n. 108.*
f *Ca. de hoc. de simon.*

An autem teneantur restituere fructus, quos virtute talis collationis simoniacę, & nullę, perceperit beneficiarius in subsidium illius nolẽtis, vel non potentis restituere quæstionis grauis fuit, incidentis in summo Pœnitentiariæ Prętorio de patre, qui per simoniam quęsiuit filio beneficium, an teneretur restituere fructus perceptos ab eo? quæ tamen non fuit decisa: quia ex alio capite res proposita fuit expedita. Nam pro parte negante facit primo, quòd prędicta extrauagans quatenus agens de mediatore, & beneficiario, & tantùm statuens hunc teneri ad restitutionem fructuum, videtur de illo significare contrarium. [g] Secundo, quòd non fuit causa immediata damni, de qua tantùm videri potest intelligendum cap. fin. [h] Tertio, quòd alioqui oporteret dicere omnes mediatores simoniæ realis in beneficiis, & collatores, præsentatores, & electores simoniacos, teneri ad restitutionem fructuum malè à simoniacis perceptorum. Oporteret item dicere eos, qui conferunt, vel conferri procurant excommunicatis, suspensis, illegitimis, irregularibus, & aliis inhabilibus, teneri ad restituendos fructus ab eis percipiendos, quæ insolita videntur, & absurda, & ita non dicenda. [i] Quarto, quòd dans causam remotam mortis non est irregularis, iuxta glossam singularem, & receptam. [k]

g *Argum. c. nonne. de præsumpt. & le. cũ Prætor. ff. de iudic.*
h *De iniur.*
i *Leg. nam. quod absurdũ. ff. de bonis liber. & c. dudum. de præben. lib. 6.*
k *In cap. de extero. de homicid.*
l *Cap. fin. de iniur.*
m *2, 2. q. 62. artic. 7.*
n *ff. ad le. Aquil.*

Pro parte verò affirmante facit primo, quòd omnis, qui dat damnum tenetur restituere illud secundum omnes: & quòd, qui causam damni dat, videtur dare illud. [l]

Secundò, quòd nõ iuuat aduersam partem dicere illud cap. esse intelligendum de date causam, ex qua immediatè sequatur dãnum: & quòd mediator simoniæ non videtur dare causam, ex qua immediatè sequitur damnũ male capiendi fructus. Tum quia d. cap. fin. non distinguit inter causam mediatam, & immediatam, nec S. Thomas, [m] imò significat sufficere, vt sit causa sine qua non. Tum quòd l. *qui occidit.* [n] habet, eum qui occidit seruũ pignori datum, teneri ad restituendum vsque ad valorem serui, quod debetur creditori, si debitor non est soluendo: & tamen non videtur occisor fuisse causa immediata illius damni, sed valde mediata; & quòd qui furatur sartori acum, vel

A alij operatio instrumentum, sine quo non potuit operari, & cum quo operatus fuisset, teneatur ad restituendum, vt concludimus in Manual. nostro Confessariorum. [a]

a *Capit. 17. num. 2.*

Tertio, quòd qui consulit, iubet, vel opitulatur alicui ad faciendum instrumentum testamenti vel debiti falsum: qui suo testimonio defendit illud, & qui testatur quempiam esse capacem hæreditatis, legati, vel muneris: cuius non est capax, tenetur restituere hæreditatem, legatum, vel debitum malè exactum, munus, vel officium alteri ademptum: attamen non consequitur hæreditatis ablatio, nec debiti exactio, nec muneris, vel officij collatio immediatè ex prędicto consilio, iussu, vel opitulatione: nam prius oportet interuenire testamenti apertionem, bonorum recognitionem, hæreditatis, adritionem, legati acceptationem, debiti petitionem, incapacis ad munus electionem, vel oprationem, & id genus alia: & mediatoris simoniaci actio tam dirigitur in malam acceptionem fructuum beneficiarij simoniaci, quàm actiones prædictorum falsariorum in fructus per illa falsa quærendos.

B Quarto, quòd non obstant pro parte negante adducta. Ad primum enim respondetur, quòd, vt ait Dominicus receptus, [b] illa regula, *Qui de vno dicit, de alio negare videtur*, intelligenda est de alio dissimili, non de simili, pro quo facit l. *non possunt.* [c] & capit. *si tibi absenti*, iuncta glossa quæ addit idem si præsenti, [d] & tam qui dat pecuniam pro beneficio, quàm beneficiarius, ambo sunt simoniaci, & in hoc sibi similes.

b *In ca. quæsis. 25. distin.*
c *ff. de leg.*
d *De præben. libr. 6.*

C Ad secundum autem colligitur responsio ex vltimo argumento pro hac parte formato.

Ad tertium verò, quòd, vt Dialectici dicunt, multiplicatio inconuenientium nõ soluit argumentum: & quòd non minus ardebit, qui cum multis ardebit, vt ait Augustinus. [e]

e *In ca. multi. 2. quæst. 1.*

Ad quartum, negò prędictũ mediatorem non dare causam propinquam, tam enim propinquam dat, quàm qui furatur acum sartori, & qui mutuat ensem occisori, credens, vel credere debens eum occisurum, & mutuans scalas alicui, quem credit, vel credere debet ascensurum per eas in domum causa furandi. Stat itaque vera conclusio hęc, licèt terribilis omnibus, de quibus quæstio est proposita, & quòd qui simoniaco modo reali dant, vel accipiunt circa beneficia spiritualia, quorũ numerus (proh dolor) magnus est, cum collatio non valeat, tenentur restituere, nõ solùm id quod acceperunt, sed etiam fructus, quos male percepit is, cui per talem simoniam collatum fuit beneficium, si qui eos percepit, non restituerit. Arbitror autem, quòd licèt accepta immediatè propter simoniam, debeant restitui Ecclesiæ, cui facta est iniuria per d. ca. *de hoc*, fructus tamen simoniacè percepti possunt restitui etiã pauperibus, vel successoribus Canonicis in beneficio, imò etiã sibi ab eis remissionem, vel condonationem eorũ in opera pia quærere, iuxta ea, quæ ad simile propositum scripsimus in Comment. ca. *non liceat.* [f] Possunt item excusari procurando vt ipsi beneficiarij restituant illos pauperibus, vel se modo licito cum Camera Sedis Apostolicæ componant: quoniam illi tamquam facientes, principaliùs tenentur ad illam restitutionem, quàm illi consentientes, qui tenentur tantùm in eorum subsidium, iuxta dicta in d. Manual. [g]

f *12. quæst. 2. §. 12. num. 4.*

46 Secundo principaliter dico, quòd idem videtur dicendum de datis & acceptis pro his, quæ suapte natura, id est, iure naturali, vel diuino sunt inæstimabilia, præterquam quòd in his non committitur simonia, & in spiritualibus sic. Sint ne autem vlla talia quæstionis est: & pro parte negante facit, quòd omnia temporalia videntur competere, ac regi iure humano, [h] cui non subest princeps, [i] imo quòd in ijs placet Principi legis habet vigorem. [k] Vnde & Romani Pontific. appellantur canones animati, [l] iuxta mentem glossæ quę pro ei concordanti citat. fin. authenticam, [m] eò quòd habet Imperatorem esse legem animatam; & quòd S. Thomas ad Ducissam Brabantiæ ait, officia Iudicum, quibus datur temporalis potestas, iustè vendi possè, modò vendantur idoneis, & pretio, quod sine grauamine populi recuperari possit: & consequenter iurisdictio ipsa, quæ cum tali officio traditur.

g *Capi. 17. à num. 17.*
h *Capit. quo iure. 8. distin. & le. benè à Zenone. Co. de quadrien. præscrip.*
i *Le princeps. ff. de leg.*
k *§. sed & quod Principi. Institu. de iur. natu gen. & ciu. desiñ. ex leg. 1 ff. de const. princi.*
l *In cap. ipsi sunt canones. 9. quæst. 2.*
m *De consul.*

Sed pars affirmans tenenda est, primò quidem, quod sapientia, scientia, & prudentia, & omnis alia virtus intellectualis & naturalis, modo naturali quæsita, non est res

spiritualis,in qua committitur simonia,vt diximus in Manual. nostro confess. [a] contra mentem glossæ, [b] & Hostiensis & Cardinalis, [c] sentientes committere simoniam illos, qui docent aliquam scientiam pecuniæ: attamen est inuendibilis,quia inæstimabilis.Tum,quia est altioris ordinis bonorum, quàm sint pecuniaria, imo & honoraria, quia sunt bona animæ, quæ omnibus corporeis, & fortunæ bonis præstant,[d] & quibuscunque bonis fortunæ præcellunt, argu. cap. *deteriores.* [e] tum per illud Sap. 7. *Omne aurum comparatione sapientiæ,est arena exigua.* tum,per illud [f] *Res sanctissima est ciuilis sapientia, quæ pretio numerario non sit æstimanda.* Tum,quòd non obstat, quòd doctor possit accipere salarium ad docendum scholasticos, ex publico ærario,vel contributione, seu collecta scholasticorum, vt pulchrè determinat Panormitanus contra scrupulos Hostiensis & Antonij, [g] & ante illum glossa ibidem, & ante illam glossam Ioannes, [h] & melius Bartholomæus Brixiensis in additione eius: quia,vt ipse respondet, Doctor non vendit scientiam, quæ est inæstimabilis, sed locat laborem & operas suas ad eam docendam.Pro qua locatione,& obligatione ad faciendа etiam spiritualia,& ad morandum alicubi , vt illa faciat, potest recipi, & promitti pecunia, licèt non pro ipsis spiritualibus faciendis , iuxta doctrinam singularem Innocentij, [i]

47 Secundo quòd etiam omnis virtus moralis,& à fortiori theologa, & omnis actus eius est inuendibilis , quia inæstimabilis. Tum , quòd sapientia , scientia, & omnis alia virtus intellectualis est inæstimabilis , vt iam dictum est. ergo à fortiori erit talis virtus moralis , cùm hæc simpliciter sit virtus, illa verò secundum quid,cum adiectione (intellectualis) vt docet S.Thomas. [k] Tum,quia hæc est ratio radicalis,& noua, cur sententiæ vanales sint nullæ, iuxta l. *vanales.* [l] nec translatam in §. *venales.* [m] Tum, quia hæc etiam est ratio , quòd nullum bonum pecuniarium possit esse finis aptus vllius actus quantulæcumque virtutis, vt post Adrianum [n] tradimus in c. *cum minister.* [o] & in Manual. nostro Confess.P ratio enim est,quòd omne bonum pecuniarium est quoddam æstimabile, & minus virtute, & actu virtutis inæstimabilibus,& finis quatenus talis, debet esse maior medio, quatenus tale;& ita non potest esse aptus finis eorum. Quæ consequitur, quòd etiam iustitia & iudicium, de quibus in proposito agitur, sunt inæstimabilia, & inuendibilia, vt diximus supra. [q] Tum, quòd istæ duæ extrauagantes hoc significant. Tum, quòd iustitia est virtus ex Aristotele , [r] & S. Thoma, [s] & iudicium actus eius , ex eodem S. Thoma , [t] & vt prædictum est , omnis virtus, & omnis actus eius est inæstimabilis,& inuendibilis.

Nec obstat his quòd tributa soluuntur Regi , vt prudenter gubernet, qui est actus prudentiæ, & constat prudentiam esse virtutem ex S. Thoma, [v] & prudenter gubernare actum eius ex eodem S. Thoma, [x] & quòd pensio penditur Iudici , vt iustè iudicet: & constat iustitiam esse virtutem , & iustè iudicare actum eius , vt prædictum est.

Non obstat etiam, quòd Cantori datur salarium,vt religiosè canat,& constat religionem esse virtutem , ex S. Thoma, [y] & cantum diuinũ actum eius , ex eodem, [z] nec quòd stipendium soluitur militi , vt fortiter pugnet , & propugnet , cùm tamen constet fortitudinem esse virtutem ex eodem S. Thoma. [a] & fortiter pugnare actum eius,secundum eundem. [b] Nec quòd præstituitur reditus monialibus, vt honestè & castè viuant,cùm tamen constet temperantiam esse virtutem,ex eodem S.Thoma, [c] & honestatem pertinere ad illam, ex eodem , [d] & castè viuere esse actum castitatis temperantiæ attributæ,ex eodem. [e]

Nec obstat etiam, quòd aliis virtutibus & operibus earum incumbentibus alia præmia præstituuntur, non inquam hæc obstant: quoniam non dantur in pretium, vel in finem principalem prædictarum virturum , & artium earum;sed in calcar, siue incitamentum , & sustentationem laboris , quem incumbentes eis sustinent , & in recompensam obligationis,qua se ad eum ferendum astringunt,vt paulò ante diximus, quòd Doctoribus non dantur stipendia in pretium doctrinæ, quam docent, sed laboris, quem in docendo suscipiunt, & in recompensam obligationis,qua se ad illud faciendum astringunt. quod & dari, & accipi posse etiam pro obligatione, qua se quis astringit ad faciendum spiritualia,licèt non pro ipsis spiritualibus,vel actibus,quibus illa fiunt,& in d.cap. *cum minister.* [a] & in Manua.nostro Confessar, [b] diximus , & ex Innocentio [c] probatum est.

Non obstat secundo,prædictum responsum D.Thomæ ad Ducissam Brabantiæ , quòd licebat ei duobus seruatis vendere officium publicæ potestatis;quia aliud est vendere,vel emere officium dicendi ius,quod ipse ait : & aliud, vendere vel emere iustitiam,quę virtus est,vel actum eius, qui est iudicium, quo ius dicitur, quæ sunt inuendibilia, quod nos dicimus.

Non obstat tertio , quòd Fabianus de Monte , [d] sequutus Baldum, [e] determinat iurisdictionem vendi non posse, nec consuetudinem eam vendendi valere : eo quòd definitur esse *potestas de publico introducta, cum necessitate iuris dicendi,& æquitatis seruandæ.*à glossa ab omnibus recepta. [f] Tum , quia contradicit omniscio Thomæ ab omnibus recepto in præfato responso ad Ducissam Brabantiæ qui asserendo officium cum potestate temporali ius dicendi esse vendibile, consequenter significat iurisdictionem ipsam vendi posse.Nec potest excusari Fabianus intelligendo eius dictum tantùm de iurisdictione spirituali , quam certum est nec vendi,nec locari posse, eo quòd id esset simoniacum , [g] quoniam palam est eum loqui de seculari, quæ est temporalis,& pecunia æstimabilis , vt S. Thomas supra significauit.Tum,quia consuetudo , quæ optima est legum interpres, [h] vbique gérium recepit,iurisdictionem temporalem,& vendi,& permutari,& locari,& in prœmiũ rerum bene gestarum,& dotem,& feudũ dari posse. Tum, quòd nulli legi naturali vel diuinæ est contrarium , imò consonum legi *ex hoc iure.* [i] & cap. *ius gentium* , [k] quatenus cum suis glossis significant regnum , & consequenter iurisdictionem esse posse in dominio alicuius, & ita,vt diximus,ea posse locari,permutari,donari,& in hæredes,& legatarios transmitti,& cõsequenter vendi.[l] Tum,quia non (vt præfatus Fabianus insinuat)omnia publici iuris sunt ex se inuendibilia,sed sola supernaturaliter data,vel potestate supernaturali constituta,& sacrata,vel suapte natura inæstimabilia, licèt naturaliter quæsita , quorum de numero non sunt dominia rerum , nec personarum temporalium, nec oppidorum,ciuitatum,& regnorũ,quæ inter gentium, donatione,successione,permutatione,& aliis cõtractibus quæri,& perdi possunt , vt prædictum est : imò nec bona immobilia Ecclesiarũ,licèt iure humano vẽdi vetentur. [m]

Non obstat quarto,quòd per Authenticum, [n] grauissimè multis rationibus veratur , ne quod munus iudicandi pro pretio detur,quia & ante illam cautum fuit l. *sancimus,* C.ad l.Iul.repetund.relata in cap *sancimus.* [o] in hęc verba, *Prouincias rectori non debẽt assumi ambitione,sed testimonio probatæ vitæ , & iurati inter gesta depromant se pro administrationibus sortiendis,neque dediſſe quippiam,neque daturos vmquam postmodum fore,siue per se,siue per interpositam personam in fraudem legis,sacramentique,aut donationis,venditionisve titulo, aut velamento cuiusque contractus,& ob hoc (exceptis salariis nihil penitus tam in administratione positos , quàm post depositum officium, pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis , quam gratuito meruerint,accepturos.*nõ inquam hoc obstat.Tum,quia non loquitur de iurisdictione,neque illius venditione,sed de munere & officio iudicandi. Tum, quia non probant munus,& officium iudicandi esse inæstimabile, & inuendibile de se iure naturali,vel diuino:sed tantùm non expedire vt vendantur,& ideo iure illo humano iussum,vt gratis detur. Tum,quia non probant talia munera , & officia non posse vendi à Principe,qui tali iuri humano non subesset,iuxta l.*Principes.* [p] Tum, quia Ducissa Brabantiæ (siue quòd iura imperij , & regalia sui ducatus haberet, siue quòd ille ducatus tempore S. Thomæ non suberat plus legibus Romanis,quàm reliqua Gallia) licitè potuit vendere talia munera, duobus seruatis , vt ipse Thomas respondit.Quod passim apertè à Regibus Galliarum seruatis duobus,quæ ipse requirit,fieri olim vidimus.In Hispania,licèt nec væneant pretio aperto, frequenter tamen vidimus dari in dotem,& in recõpensam obsequiorum priorum, vel suorum Patrum magno pretio valentium.

Tum,

a *Cap.23.n.120.*
b *Cap.non licet.11.qu.3.*
c *Ioan. quia nonnulli. de Magistr.*
d *Cap si habes.sub finem 24.quæst.3. & cap.ille.22. quæst.5.*
e *6. quæst.1.*
f *Leg.1.ff. de var. & extraor.cognit.*
g *In d. capit. quia nonnulli.*
h *In capit. de quibusdã.37. distinct.*
i *In cap.quoniam. in 2. sub finem. ne Prælat.vic.suas.*
k *1.2.qu.58. artic.1.*
l *Ce. quando prou.non est.* m *2.quæst.6.* n *Quodl.11.*
o *23.quæst.5. num.30.*
d *Prælat.7.num. 23.*
q *Notab.3.*
r *5.Ethic.*
s *2.2.qu.58. artic.3.*
t *Ibidem qu. 60.artic.1.*
v *2.2.quæst. 47.artic.4.*
x *Ibid.art.10. & 12.*
y *Quæst. 81. artic.2.*
z *Quæst. 91. artic.1.*
a *2.2. quæst. 123.artic.1.*
b *Ibid.arti.3.*
c *2.2.quæst. 141.artic.1.*
d *Quæst.145. artic.4.*
e *Quæst.151.*

a *23.quæst.5. num.31.*
b *Prælud. 7. num.22.*
c *In ca. quoniam 2. ne Prælat. vic. suas.*
d *In tractat. de empt. & vẽd.q.2.vers. Sexto quæritur.*
e *In titul. de pec.iura. firma. in vsib. feud.capit. 1.*
f *Leg.1.ff. de iurisd. omn. iudic.*
g *Ca. 1. & c. quoniam 2. ne Prælat.vices suas.*
h *Capit. cum dilectus. de consuetud.*
i *ff.de iust.& iur.*
k *1.diff.*
l *Argument. l.1.ff. contra. empt.*
p *ff. de legib.*

Tum,quia etiam,vt dictum est , prohibitum est , ne bona immobilia Ecclesiarum vendantur, non tamen ob id dicuntur de se inuendibilia: quia sunt æstimabilia , vt sunt & ipsa iudicandi officia,& munera.

48 Ex quibus infertur primo noua ratio l.2. & 3. [a] quatenus habent,offendere in legem , qui dat, vel accipit aliquid,vt rectè iudicet: ratio cõmunis, & antiqua est, quod qui dat,videtur dare ad corrumpendum Iudicem , & qui accipit,videtur accipere pro eo,quod tenetur facere,quorum vtrumque est turpe : ratio autem noua ex prædictis collecta est , quòd res inuendibilis & inæstimabilis venditur, aut emitur, aut bonum pecuniarium , & æstimabile pro actu iustitiæ virtutis, qui est inæstimabilis , datur vel accipitur.

Secundo infertur,non solùm peccare Iudices ecclesiasticos,sed etiam seculares , non solùm pedaneos, & mediocres,sed etiam supremos & Monarchas, qui etiam circa prophana emunt vel vendunt , vel volunt emere , vel vendere iustitiam (assumendo eam pro virtute , vel actu eius,qui est iudicium, quo ius redditur , vt in hac extrauagante & in l.*iustitia.* [b] accipi diximus supra, [c]) aut dare,vel accipere aliquid pecuniarium,in pretium vel finem principalem eius ; offendunt enim legem naturalem & diuinam,qua vetitum est inuendibilia , & inæstimabilia vendi,aut(quod in effectu idem est)pro illis in pretium vel finem principalem aliquid pecunia æstimabile dari,vel accipi. Et cõstat omnes eos legi naturali,& diuinæ subiici. [d]

Tertio infertur,munera iudicandi non posse iustè vendi,vel pro pretio dari à recognoscentibus superiorem , in terris,in quibus prædicta Authẽtica, *vt Iudices,*&c.& prædicta lex *sancimus,*vigent, esto domini directi & vtiles pagorum , & oppidorum , illa cum suis iurisdictionibus libere vendere possint.

Quarto,(quæ nouissima conclusio est) impetrationes, & prouisiones munerum iudicandi , quas Reges & Principes faciunt , ignorantes esse malè datam vel promissam pecuniam mediatoribus,vt ea eis obtineret, esse surreptitias,& nullas:quia tacetur quiddam verum , quod expressum retraheret Principem à tam facile concedendo.

Nec obstat resolutio inserta Manual. nostro Confess. [e] post Rotam, [f] & alios quos citat , & sequitur Felinus, [g] quòd licèt omnis expressio falsi , quod expressum redderet Principem difficiliorem ad faciendam gratiam , eam annullet:non tamẽ omnis taciturnitas veri, quod expressum redderet difficiliorem ad concedendum , idem facit, sed tantum illius, quòd iura iubent exprimi, non inquam id obstat, quia prædicta iura prohibendo , ne quisquam pretio ad illa munera assumatur, expresè vel tacitè significant in impetratione illorũ, id non esse tacendum , sicut l.3. [h] statuens, ne crimen pluries quàm semel remittatur, tacitè videtur exprimere , vt in impetratione remissionis secundæ, prima exprimatur, quæ est vera, & à nemine hactenus,quod sciam,reddita ratio illius dicti Guilielmi recepti à Baldo , & aliis ibi , & alibi communiter, scilicet, quòd remissio secunda pœnę homicidij non valet, non facta mentione de remissione alterius præhabita: nam ratio,quæ à Baldo,& ab aliis redditur, quòd Princeps difficilius concessisset secundam expressa prima , nihil valet, per resolutionem supra dictam, quam latè probat Felinus vbi supra, eò presertim , quod collatio facta à principe multis criminibus irretito valet , si illa crimina non induceant irregularitatem,vel inhabilitatem ipso iure ad beneficia, & tamen certum est Principem difficiliùs eam factarum fuisse, si id sciuisset. Quæ illatio non solùm videtur procedere in terris, in quibus prædicta iura seruantur, sed etiam in quibus Principes , & reges eiusmodi officia vendunt , seu in recompensam aliorum obsequiorum , & obligationum conferunt: nam licèt in illis licitè vendantur à Principe pretio sibi noto : non tamen licitè venduntur alio maiori sibi ignoto : quia etiam ipsi nequeunt iustè vendere , nisi seruatis duobus à S. Thoma requisitis, quorum alterum est , vt pretium pro eis datum sine grauamine populi recuperari possit: & ita iniustè venderetur pretio maiori sibi ignoto , quod difficilius, quàm ipsi putant, recuperari posset sine populi grauamine: & proinde grandia peccata peccare , qui pro intercessione ad huiusmodi officia impetranda,grandia pretia, ignorante id Principe , contra legem ir animatam, & animatam cupiunt, meritoque teneri ad restitutionem , licet censuras non incurrant.

49 Tertio principaliter dico , quòd non possunt etiam accipere circa sæcularia , & de se vendibilia, pro officijs malis,vel male præstitis,vel præstandis,ad corrumpendum vel decipiendum Iudicem, vel gratiæ auctorem : Iudicem quidem,quò ferat sententiam iniquam,vel nullam,vel abnuat,aut differat ferre æquam. Gratiæ vero auctorem,quò faciat eam,quæ suam potestatem excedit, vel quæ Reipubl.vel priuatò præiudicet,vel quæ sit scandalosa,vel vetita iure naturali,vel diuino , vel humano , cui non potest ipse derogare, vel non subest causa id faciendi : quia nemo ex iniquitate sua debet reportare commodũ , [a] neque ob turpem causam quęrere. [b] Non autem possunt accipere aliqua pro officijs , quæ non præstiterunt , & mentiuntur se præstitisse , quòd hęc extrauagans in verbo. *Affingunt.* grauiter significauit,vt supra, [c] dicimus. Idem facit illa parœmia, *Fumos vendere.* de qua supra, quę pro re apparenti , & non existenti , aliquid accipientes damnat , vt etiam Budęus [d] annotauit,& probatur l.1. [e] Nec etiam possunt aliqua accipere pro officijs etiam iustis præstandis , quę tamen non intendunt præstare: & si acceperunt iustè pro iustis præstandis,quę intendunt præstare , & postea non præstant,tenentur accepta restituere , quia in priori casu accipitur sine vera causa, & cum fallacia, ac mendacio pernicioso:& ita sine iusta,vel cum turpi causa. Posteriori verò, quamuis acciperetur ob iustam causam,ea tamen non præstita redit ad non causam , vt habet dict. l. 1. [f] Non etiam possunt aliquid accipere pro officijs, quę tenentur facere, factis,vel faciendis eo modo & tempore,quibus ad id tenentur,quia, vt prædictum est, turpiter accipit,qui pro eo quod tenetur facere,accipit.

50 Quarto principaliter dico , quòd circa sæcularia pecunia æstimabilia,& ideo vendibilia , & locabilia,possunt prædicti in quæstione contenti,accipere quantùm illa verè valent , (non solùm tamquam donatum merè liberaliter,& tamquam debitum obligatione , antidorali , siue in gratiarum actionem , sed & tamquam debitum lege propriæ iustitiæ) pro officijs, obsequijs,vel operis iustis præstitis,vel præstandis , quæ non tenentur præstare,vel præstitis,aut præstandis modo longè vtiliori,eo,quo tenentur præstare, & pro interesse maximè damni emergentis:nam quibuslibet magnis , & paruis debetur etiam lege iustitiæ merces,prœmium,honorarium , lege , consuetudine, conuentione iusta,statuta,vel boni viri arbitrio statuenda,pro labore,industria , & studio,quæ suscipiunt in procuranda alteri iustitia vel gratia , nisi aliàs ad id gratis faciendum teneantur. Tum,quia nemo tenetur facere beneficium de suo,iuxta cap.*precaria.* [g] per quod glossa memorabilis, [h] dicit , non teneri medicum ad curandum gratis infirmum diuitem, ideoque petere posse mercedem, etiam si infirmus noluisset curari. ergo nec gratis impendere laborem, nec industriam, nec operam suam , adeundo Regem , vel alium magnatem,vel herum,vel amicum pro alio,intercedendo pro illo.Tum,quia potest quis accipere mercedem pro absitentia , quam alteri facit , & pro fideiusione , & pro vsu gratiæ,qua valet apud alium,& opera sua,vt habet expresè,l.*hoc iure.* [i] & etiam pro defensione. [k] Quæ communis sententia est vt tradit Decius, [l] ergo potest quis petere mercedem laboris & industriæ , intercedendo apud alium summatem , mediocrem, vel infimum adhibitæ. Tum , quia potest quis pro suo interesse præsertim damni vitandi accipere recompensam , [m] etiam in mutuo vt habet glossa. [n] At multi prędictorum intercedente pro aljs apud Reges,Principes,& alios, perdunt obligationes antidorales , & suas spes , siue expectata ab eis beneficia ob cognationes , amicitias, & obsequia præstita, eo quòd in compensationem eorum concedunt eis sic illa , vt satisfaciant illis obligationibus. Ergo rectè possunt accipere iustam recompensam ab eis, quibus cum hoc damno gratiam vel iustitiam impetrauerunt. Tum denique , quòd lege naturali , diuina , & humana, dignus est mercenarius mercede sua , [o] vnde & Aduocatus , & Procurator, Negotiorum gestor , Exercitor , Institor , Professor lite-

a *Leg.itaque fullo. ff. de fur.cap.sedes Apostolica. de rescrip.*
b *Leg. 1. & per tot.tit. ff. & C.de condit. ob turp. caus.*
c *Notab. 29.*
d *Libr 3. de Asse.*
e *ff.de condit. sine caus.*
f *ff.de condit. sine caus.*
g *10.quæst.2.*
h *82. distinct. in summa.*
i *§ 1 ff. de donat.*
k *l.e.metum. §. licet. 1 ff. quod met. caus.*
l *In l. culpa caret. ff. de reg.iur.*
m *Le.3.ff. de eo, quod ver. hoc l. vinum. ff.de reb.credit.l.unica.C. de sent. quæ pro eo quod interest.*
n *In cap.conquestus.de vsur.*
o *Luc.10. & 1.ad Cor. 9. & capit.1.13. quæst.1.*

rarum, Medicus, Assessor, Tutor, Curator, & id genus alij possunt petere sua honoraria, salaria, & iustas remunerationes, iuxta l. 1.[a] & notata in l. *salarium*, & l. *qui mutuam*,[b] & latius per Speculatorem,[c] (vbi ponit formas petendi.) At ij, de quibus quæstio proposita est, dici possunt Aduocati, Procuratores, Negotiorum gestores, vel Opitulatores eorum, quibus procurant quærere iustitiam vel gratiam, ergo iuste possunt recipere. Tandem quòd S. Thomas tam vsu, quàm theoria receptus vbi supra ad Ducissam Brabantiæ respondit ei licite accipere pecuniam pro officiis publicæ potestatis, duobus seruatis, nempe vt emens sit habilis, & pretium tale, quod sine grauamine subditorum possit recuperari. Per quę omnia idem esse dicendum quoad officia præstita circa spiritualia diximus in Manual. nostro Confess.[d] videlicet, non incurrere simoniam illum mediatorem, qui etiam circa spiritualia accipit iustum aliquid pecuniarium pro labore, cura, & studio, quæ impendit pro alio, inhonestè adeundo, rogando, & aliàs curando, aut aliquod interesse lucri emergentis, vel damni cessantis subeundo, quò aliquod beneficium ecclesiasticum alteri conferatur, neque qui iustum pro tali labore ante vel post eum susceptum, soluit.

Dixi supra in hoc dicto quarto *Quantum illa vere valent.* quia non possunt plus accipere tanquam debitum de iustitia, & ita non tantùm, quod notabiliter excederet valorem laboris, industriæ, studij, curę, & interesse subitorum vel subeundorum. Tum, quia hoc dictum fundatur in lege iustitię commutariuę, & in omnibus contractibus, siue nominatis, siue innominatis, qui ea nituntur, seruanda est æqualitas dati & recepti, iuxta illud. [e] *Ne quis supergrediatur fratrem suum, vel circumueniat.* quę regula est perspicacissimi Scoti, [f] quam ad vtile propositum in materia cambiorum retulimus in Manual. nostro Confess. & quamque latè significat S. Thomas, [h] quę etiam colligitur ex Aristotele. [i]

Dixi etiam in prędicto dicto, *Quæ non tenentur præstare*, quia nemo potest honestè accipere quicquam tamquam debitum de iustitia, pro eo quod tenetur gratis facere, iuxta l. 2. 3. & 4. §. vlt. [k] Addidi tamen, *Gratis*: quia qui tenetur facere aliquid, sed non gratis, iustè potest accipere, quod meretur, argum. l. *metum*, [l] & eorum quę adduxit Decius. [m] Addidi item, *eodem modo quo tenetur præstitis, vel præstandis.* quia qui tenetur facere aliquid aliquo modo, & facit illud longè meliori & vtiliori, quàm teneatur, posset percipere tantùm quantum modus ille meretur. verbi gratia, tenetur quis ex officio mediocri affectu, & promptitudine ad deferendam aliquam petitionem scriptam, vel verbalem ad Principem, vel Iudicem, vel quemuis alium, non tamen tenetur maximo affectu & promptitudine id facere, nec instare pro expeditione, nec rogare, vt sic expediat, vel respondeat, neque vt petita concedat, præsertim cumulatè & copiosè, & facit ea modo ampliori certè pro illo ampliori officio aliquid plus meretur, quàm si mediocri tantùm modo, quem officium suum requirit, faceret non meretur: quia quod iuris est de toto quoad totum, est de parte quoad partem, [n] & modus faciendi est circunstantia, seu pars actus, & ita, vt potest capi pro actu non debito, potest capi pro modo non debito actus debiti. Sumopere tamen caueat, ne instinctus amor habendi, persuadeat eis, se plura, & vtiliori modo præstare, quàm præstant, cũ aliqui nec tot, nec tã benè, quàm debẽt, id faciant. Addo, *idem esse dicendum de dante, quod dictum est de accipiente*, scilicet, quòd licet dare alteri quod licet ei de iustitia accipere, eisdem rationibus.

Non obstat huic dicto hęc extrauagans quia illa intelligenda est de dante & accipiente nullo iure debita, pro ipsa iustitia vel gratia debitis fieri, & factis vel faciendis eo modo, quo debentur: hoc autem dictum de dante & accipiente debita de iustitia, & non pro ipsa iustitia, sed pro labore, industria, & studio vel interesse, quę de iustitia non debent subiri, saltem gratis, & eo modo, quo subeuntur.

Non obstant etiam l. 2. 3. & 4. §. fin. [o] quia illę intelligendę sunt de accipiente pro eo, quòd tenetur facere gratis, & eo modo quo ita tenetur facere, & de dante malo animo ad corrumpendum iustitię vel gratię auctorem, quo animo præsumitur dare qui dat pro eis faciendis, per prædictam l. 3. quæ præsumptio cessat in foro conscientiæ, per dicta supra. [a]

51 Ex hoc dicto quarto, & in eius probatione & declaratione dictis infertur primò, quòd qui mediatores & opitulatores lege, vel consuetudine, partium impensis sunt sustentandi, vt hodie frequentiùs Aduocati, Procuratores, & Notarij, possunt stipendia taxata, vel boni viri arbitrio taxanda petere, & accipere: quia licèt ad suam operam impendendam tenecantur, non tamen tenentur eam impendere gratis, imo & vltra stipendia sibi præstituta, quæ mediocri modo fungentes officio suo merentur, possent aliquid amplius accipere, si longè meliori & vtiliori modo id facerent, putà eundo aliquò, monendo aliqua, instando, rogando, & diligentiùs, & breuiori tempore, quàm ex officio tenentur, & expediendo.

Secundo infertur, Cubicularios, & alios familiares Principum, Magnatum, & Iudicum, qui ex officio suo tenentur mediocri modo facere copiam ingrediendi supplicaturis, vel precaturis eis, vel supplices libellos ad eos referre, & responsa eorum ipsis reddere, nihil tamquam de iustitia debitum posse ab illis accipere, si ea tantùm mediocri modo, quem officium eorum requirit, præstent: quia id tenentur gratis facere, posse tamen si longè vtiliore modo, quàm ex officio tenentur, id præstarent, quod multi præstant, humanissimè excipiendo, docendo, & monendo partes supplicantes, quid facere, & quomodo se gerere debeant, quò cupitis potiantur, quique instant, & rogant pro breui & commoda expeditione, vltra quàm officium eorum requirat: qui si hoc plus non accipiunt, gratiam facere, & de iure suo partibus remittere, ob idque gratia, & remuneratione digni censendi sunt. Contra verò, qui nolunt facere, & expedire mediocri saltem modo ea, quæ officium eorum requirit, nisi priùs eis aliqua xenia, vel dona mittantur, quique gratias à Principe factas, vel sententias à Iudice latas nolunt expedire, donec eis fiat, vel præbeatur aliquid pecuniarium, vltra iura sibi debita, & ita supplicantes, & litigantes, in Curijs Principum, & Iudicum, cum multa impensa morantur & detinent, non solùm peccant, sed etiam restituere tenentur, non tantùm impensas, sed etiam ea quæ receperunt: impensas quidem, quia qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, [b] accepta verò ob hanc causam, quia turpiter pro ijs, quæ tenebantur facere, sunt accepta, iuxta prædictam l. 2. 3. & 4. §. fin. [c] sine vllo iusto titulo, & causa, & ita non solùm tenentur restituere in foro interiori tamquam turpiter accepta, & non turpiter data, iuxta ea quæ ponimus in Manual. nostro Confessar. [d] sed etiam in foro exteriori possent condici, & * repeti condictione ob turpem causam, iuxta prædictas leges, imo & conditione sine causa, tamquam sine iusta causa data, iuxta l. 1. [e]

* Repeti condictione ob turpem caussam. *Condictio dati ob turpem caussam, est actio per quam repetimus ea, quæ dedimus alteri caussa non secuta, ob quam data sunt, si turpitudo tantum ex parte accipientis versetur. Condictio autem sine caussa competit, quando aliquid primo ex iusta caussa est apud alterum, sed postea per aliquem effectum esse non debet.*

52 Quinto principaliter dico, quòd licèt prædicti, de quibus est quæstio proposita, non possint capere pro spiritualibus, vt primum dictum habet, neque de suapte natura inuendibilibus, vt habet secundum, neque pro officijs malis, vel malè præstitis, vel præstandis, vt habet tertium, neque pro bonis, & benè præstitis, vel præstandis, tamquam debitum de iustitia, si ea eo solo modo, quo præstant, præstare tenentur, vt habet quartum: licitum tamen est de se accipere donatum merè liberaliter, propter officia bona benè iam præstita, vel præstanda, etiam talia, quæ de officio præstare tenentur, non quidem tamquam debita lege iustitiæ, sed tamquam antidora, & remunerationem antidoralem eorum: tum, per citata supra. [f] Tum, quia iura naturalia, diuina, & humana, dictant benefacienti benefaciendum esse, per l. *si non sortem*. [g] vbi id glossa notauit. [h] Et qui dat bona debita dari alicui, & dando ea bene facit, licèt non debeatur ei tanta gratia, quanta donanti: non enim solùm qui donat sed & qui soluit,

a *Notab. 9. num. 14.*

b *Cap. fin. de iniur. leg. qui occidit. ff. ad l. Aquil.*
c *De condit. ob turp. caus. ff.*
d *Cap. 17. nu. 33. & 34.*
e *ff. de condi. sine caus.*
f *Notab. 11. num. 18.*
g *§. libertus. ff. de condi. indeb. & ea. cum in officiis. de testā.*

a 2. §. *& per to. ff. de var. & extraord. cog.*
b §. *salarium ff. mandat.*
c *In tit. de salar. & titulo de magistr.*
d *Cap. 23. 9. 106.*
e *Ad Thessa. 4.*
f *In 4. distin. 15. q. 1. artic. 2.*
g *Cap. 17. nu. 227.*
h 2. 2. *quæst. 61. artic. 2.*
i 5. *Ethicor.*
k *ff. de condi. ob turp. caus.*
l §. *licet. ff. quod met. caus.*
m *In re. vel pœcaret ff. de regu. iur.*
n *Le. quæ de tota. ff. de rei vend.*
o *ff. de cõdict. ob iurp. caus.*

a *In notab. 9. num. 13.*
b *Capit. consului. & tot. titulo de vsur.*
c *Capite 17. num. 211.*
d *Leg. rem legatam. ff. de adim. leg.*
e *ff. de regul. iur.*
f *Cap. 17. nu. 283.*
g *Num. 51.*

& non etiam solùm qui donat propria, quæ sibi retinere potest, sed etiam, qui dat publica, vel aliena de consensu domini, quæ sibi retinere non potest, dicitur beneficus: nam iusti, qui faciunt iusta, & debita, dicuntur boni secundum Tullium 1. off. relatum à S. Thoma, [a] quod etiam ex Aristotele, [b] satis colligit. [c] Et Principes ecclesiastici, & sæculares, conferentes beneficia ecclesiastica, vel sæcularia, quæ sibi retinere non debent, dicuntur benefici in eos, quibus illa cõferunt, [d] imo & Eleemosynarij eorum, & ministri quorumlibet aliorum, qui largiuntur Eleemosynas eorum, sunt benefici, & habẽtur pro talibus, & gratiæ aguntur iis ab eis, quibus eas largiuntur, vt palam est. Addo, quòd cum accipere possint ob iustam remunerationem, à fortiori ob cognationem, vel amicitiã, vel amorem Dei, seu Eleemosynam, vel aliam similẽ causam gratuitam, per dispositionem inter viuos, vel vltimam voluntatem. Nec obstat hæc extrauagans per ea quæ responsa sunt supra. [e] Et quia quatenus ad huiusmodi merè liberaliter donatorum dationem, vel acceptationem extenderetur, solùm præsumptiuè extenderetur ad illas, præsumendo non esse merè liberales, sed factas ex conuentione iniusta, vel in pretium actuum inuendibilium, ita quoad forum conscientiæ non includeret illarum dationem.

Aduertendum tamen, quòd non otiosè supra dixi prædictam dationem & acceptionem esse licitas, per se vel principaliter ob illas: quia per accidens potest esse (vt frequenter est) peccatum, ob speciem mali, à qua abstinendum est secundum Apostolum, [f] relatum in hoc ipsum propositum in cap. *cum ab omni specie mali*, § & ob scandalum infirmorum, quod vitandum est, [h] quia tamen huiusmodi peccatum non esset cõtra iustitiam, sed solùm contra caritatem, non obligaret ad restitutionem per tradita in præfato Manual. [i] nec faceret incidere in vllas cẽsuras in foro conscientiæ, per dicta ibi, & supra, [k] hæc autem mali species tolleretur saltem quoad auctorem iustitiæ, vel gratiæ, si illo scientiæ & consentiente fieret. Qua cautela multos frequenter vsos fuisse audiui, quæ tamen non sufficeret quoad alios, quibus eiusmodi consensus esset ignotus, & ij, quibus esset notus, facile præsumerent parũ honestam participationem rei donatæ, inter auctorem, & mediatorem, nisi scirent, & dantem illud nosse. Quod arbitror fuisse in caussa, cur S.D.N. Gregorius XIII. iustitiæ, & decoris obseruantissimus, cùm minori gradu esset, me in vrbe præsente magno aliorum exemplo renuit quamdam pensionem grandem sibi à Rege nostro Catholico oblatam, eo quòd in multis eisdemque magnis pro eius, & aliorum Regum maiestate expediendis, officia præstiterat, præstituúsque erat, donec fœl. recor. Pius V. non solùm consentiret, sed etiam, vt eam acceptaret, rogaret, idque Regia maiestas resciret.

Aduertendum, item quòd dixi, *Merè liberaliter*, non ad excludendas omnes dationes, quæ etiam minùs principaliter, & secundariò fiunt ob alias causas, quàm liberalitatis, & liberalis donationis: nam non solùm includuntur donata, & relicta ob prædictas caussas gratuitas, sine vllo respectu etiam minùs principali officiorum præstitorum, vel præstandorum, sed & quæ donantur in vita, vel relinquuntur in morte principaliter ob prædictas caussas gratuitas, licèt habeatur aliquis minùs principalis, & secundarius respectus ad officia præstita, vel præstanda: per ea enim quæ diximus supra, [l] probatur, quòd huiusmodi minùs principalis respectus non efficit, quò minus dicatur datum vel relictum ob meram liberalitatem & gratiam.

53 Ex quibus omnibus infertur primò, rectè ante triginta annos respondisse nos, non peccasse quemdam litium sollicitatorem, qui ministris Prętoris, prętorij, & Auditorum eius frequenter dabat aliquot argenteos, in tacula, & merendas, non quidem pro iustitia vel gratia habenda, sed aliis, vt facerent ei aditum ad eos faciliorem, frequentiorem, & opportuniorem, quàm ex officio teneb antur: aliis autem, vt eius mandata ad eos deferrent, memoréque sui negotij facerent, expeditionémque illius procurarẽt amplius, quàm ex officio tenerẽtur: & eadem ratione neque accipientes ab eo, ob id peccasse, neque restituendi obligationem incurrisse, per dicta supra, [m] si verò accepissent pro eo solo ministerio, & eo solo modo faciendo, quod & quo tenebantur, nõ solum peccasse, sed etiam ad restituẽdum obligatos fuisse, nec dantem à peccato excusari, nisi vidisset nolle illos id, quod tenebantur, & eo modo quo tenebantur præstare, per dicta supra. [a]

Secundo infertur, non solùm malè facere receptores & thesaurarios Principum, & alios, qui mandara de soluendo, vel dando ab eis suscepta differunt exequi, mentientes se non habere pecuniam dominicam, donec eis detur, vel promittatur aliquid, aut remittatur ex quãtitate recipienda, sed etiam teneri ad restitutionem accepti, vel remissi. Idemque eadem ratione dicendum esse de mercatoribus, quibus mittuntur litteræ cambij, vel alijs debitoribus, quibus mittuntur litteræ creditorũ de soluẽdo portantibus illas id, quod erat eis soluendum, allegantibus aliquas excusationes corã Deo falsas, vel iniustas. Dixi tamen. *Mentientes &, Allegantibus excusationes falsas, vel iniustas*: quia si receptores verè tunc non haberent, nec deberent suo domino pecuniam dominicam, & debitores haberent iustam causam non soluendi tam citò creditoribus, non incurrerent peccatum non soluendo tempore in iis præstituto. An autem licitè possint accipere aliquid, vt statim de suo, vel alieno mutuato, satisfaciant literis, priusquam tenerẽtur, ne latores earum ob dilationem perdant, vel desinant lucrari aliquid, satis magnæ, & quotidianæ quæstionis est: & certum est non posse, si darent illa mutuãdo vsque ad tempus, quo tenerentur illa soluere: quia esset peccatũ vsuræ, [b] possent autẽ accipere ratione interesse, si verè coram Deo ob huiusmodi solutionem tantùm perderent, vel lucrari cessarent, vel si soluenda caperent ab alijs, soluto eis pro interesse tanto, quantùm à latoribus reciperent, argumento eorum, quæ de interesse damni emergentis, & lucri cessantis tradimus in Man. nostro Confess. [c]

54 Tertio, quòd non videtur iusta lucra illa magna, quæ aliqui eorum, de quibus hæc quæstio proposita fuit, faciũt ex donarijs, quæ multi milites & alij, non valentes consequi solutionem stipendiorum, & aliorum sibi debitorum à Regibus, Principibus, & aliis, aliter, quàm intercessione illorum, dant eis, aliquando dimidiam, aliquando tertiam, aut aliam partem grandem sibi debitorum: quin & aliquãdo soluunt aliquid amplius, quò pars illa reddenda sibi post solutionem, ftatim reddatur. Tum, quia nonnumquã illorum solutio obtinetur sola intercessione, quam ex officio debent. Tum, quia non debetur eis de iustitia pro officijs, quæ vltra debita præstant tantùm, quãtùm accip ũt. Tum, quòd non donãtur illa eis ob meram liberalitatem: quia principaliùs dãtur eis ob necessitãtem, incommoditatem, defectum impensæ necessariæ ad perendum, & manendum in Curiis vsque ad solutionis consecutionem, quàm ob amicitiam vel aliam causam, cùm in necessitatibus nemo præsumatur liberalis. [d] Tum denique, quod nõ possunt satis excusari titulo emptionis, vel alius contractus innominati, do vt facias, vel facio vt des, qua se dicũt emere actionem recipiendi, quæ minoris valet, quàm res ipsa actu recept. iuxta l. *minus est habere actionem quàm rem*. [e] & ea quæ nos tradidimus in Manu. nostro Confes. [f] quia esto liceat actionem emere minoris quàm valeat res ipsa per eam consequenda, non tamen tantò minoris, quantò ipsi illas actiones minoris emũt. Nec possunt excusari, dicendo, quòd accipiunt titulo contractus innominati do vt facias, vel facio, vt des: quia accipiendo longè plus, quàm labor, industria, & occupatio suæ intercessionis meretur, contraueniunt iustitiæ commutatiuæquæ in omni contractu, siue nominato, siue innominato, iubet seruari æqualitatem rei datæ, & acceptæ, & facti alterius, vt supra dictum est. [g]

Quarto infertur, quot, & quæ fuissent consideranda in eo responso, quod ante quindecim annos dedimus Madridi, cùm alijs de causis in Curia Regia essemus, super actione ex lege Iulia repetundarum intenta contra clarissimum eundemque prudentissimum, & regiæ Maiestati multis nominibus commodum, eiusque Regiæ rei seruandæ custodem fidissimum, & augendę maximè industrium, Franciscum ab Erasso, maximum, dum viueret, Caroli V. & Philippi I I. Regum Hispaniarum Secretarium, ad repetenda 13.

a 2. 2. *quæst. 58. artic. 2.*
b 5. *Ethic.*
c *Lect. 2.*
d *Cap. relatum. iuncta gloss. ver. Liberaliter. de prabend.*
e *Num. 47.*
l *Notab. 11. & 21.*
m *In 4. dicto num. 48.*

vel 14.millia ducatorum aureorũ sibi, tum à Serenissimo Lotharingiæ Duce, cum in matrimam vnius filij sui inuitata fuisset,tum ab aliis multis Magnatibus Hispaniæ, Germaniæ,& Belgiæ intra 30. annos variis occasionibus oblatis,donata: quando ante prædictos 15. annos insolito ad illum diem Castellæ more,iussus fuit reddere rationem quadraginta, & amplius myriadum seu millionum ducatorum auri, retrò 30. prædictos annos suis schedis impensorum: considerandum enim erat, an essent accepta ob causam spiritualem, vel temporalem inuendibilem, an ob officia debita vel gratuita, debito modo, vel gratuito facta,vel facienda: & si gratuito an bona,& bene præstita, vel præstãda, an mala, vel male præstita vel præstanda:& an vt debita de iustitia, vel vt merè donata: & an sciente, & probante regia Maiestate, an ignorante, vel nolente, & an clam, vel manifestè, & quæ qualitas erat personarũ donantium:& quę necessitas, vel vtilitas,quibus ad id moti fuerunt? Prætermisso autem, quòd prædicta consideratione præmissa de singulis singulariter respondendum fuit,memini me respõdere in genere,magnæ laudi vertendum ei fuisse illius actionis intentionem,eo quòd tot adeò potentes, & adeò magnis muneribus fungentes cum multis maleuolis, egregiè in inquirendo aliena peccata industriis, non inuenissent plura, quæ opponerent, qui tot mytiadas, tot annis, & in tot regnis, & innumeris vicibus impendisset: & ea quidem,nõ accepta ex regia pecunia,sed ex donariis summatum,quibus palam erat varia officia maiore animi affectu,& sollicitudine,quàm de iustitia tenebatur apud imperatoriam,& regiam Maiestatem eis præstitisse.

DEO IESV CHRISTO ÆTERNI DEI ÆTERNO filio,de omnibus datis & promissis suis,quæ ex mera ipsius gratia non ex iustitia accepimus,sit gloria in æternum.

IOANNES BAPTISTA BVYSSON LECTORI S.

MOLIENTI mihi hanc alteram operum D. Nauarri editionem, amice lector, visum est omnia eiusdem opera, quæ vel in scrinijs eius nondum edita delitescebant,vel Hispano ab eo sermone conscripta Latinis auribus donata nõ fuerant,conquirere. In qua cogitatione, cùm ego,& amicus quidam meus versaremur,commodè accidit,vt Roma litteras acceperimus, quibus nobis significatur quædam opera D. Nauarri Romæ manuscripta haberi,partim ab ipso Doctore dum viueret Latinè scripta,sed non edita,partim Hispano sermone composita,& nũc primum Latinitate donata:quæ digna essent,quæ cum cæteris Doctoris operibus excuderentur. Accepi hunc auribus sanè attentissimis sermonem, & dum ea manuscripta opera expecto,quæ amicus ille meus,vt ad me ex vrbe mitterentur,se curaturum spopondérat, tertium tomum,ad quem illa referenda non videbantur,typis tum primum commisi. Cúmque etiam eo iam impresso, primo tomo manum admouissem,ex vrbe sanè peropportunè mihi allata est sexta Conclusio commentarij capitis Inter verba *Latinitate donata:quam ipse D. Nauarrus,qui alias quinque Latino sermone donauerat,valde cõtractam,& admodum imperfectam emiserat. Eam ergo conclusionem suo in loco posuimus,& illam quasi lacunam complere curauimus. Deinde longo pòst tempore, cùm fere iam ad finem illius primi tomi accessissemus, desiderata tandem illa Commentaria nondum Latinè impressa accepimus,quæ quidẽ cùm partim ad primum tomum spectarent,eò quòd in aliquot Decreti capita conscripta essent,partim ad secundum, quæ scilicet in Decretales Pontificum constitutiones conscripta erant,referenda essent: tamẽ omnia huic secundo tomo adiungenda duximus, propterea quod illa,quæ ad primum tomum spectabant,eo iam fere impresso suam quasi sedem amiserãt, vnde necesse fuit ea in secundo hic tomo collocare. Accessit etiam quod primus tomus alijs duobus fere æqualis,hac accessione ita creuisset,vt nulla quasi inter illum & duos alios proportio posset existere,& hic etiam tomus,qui licet minor alijs etiam crebra & frequenti locorum citatione magis ac magis diminutus cum tua vtilitate nunc est,facta hac accessione ita crescet,vt si magnitudine cum alijs non possit contendere, saltem hoc habebit, vt collatus cum aliis minus exiguus,& vt ait Aristoteles* κολοβὸς τις *nõ esse videatur. Accipe igitur hæc nostri D. Nauarri opera,quæ cum omnibus vtilia sint, tum maximè ad quàm plurima pulcherrimi illius operis,& numquam satis laudati Manualis loca intelligenda plurimum adiumentum doctis & pijs confessariis sunt allatura. Vale.*

TRACTATVS DE ELEEMOSYNA, IN CAP. QVIESCAMVS XLII. DIST.

Auctore Martino, ab Azpilcueta
Doct. Nauarro.

AD PIVM LECTOREM.

COMMOVIT me, Christiane lector, ad comminiscendum aliqua de Eleemosyna re negotio Christiano tam necessaria, quàm negligenter à nostris tractata in celebre cap. *Quiescamus.* [a] Primum quid iam inde à puero eius rei cognitionem habere percupiui; & quæ occurrunt antinomiarum, iam iura professus, concordiam desideraui. Deinde quod componenti mihi Apologiam libri de reditibus ecclesiasticis scripti nuper super cap. vlt. [b] aduersus quemdam alium tractatum contra illum scriptum, occurrit mihi capit. 5. 4. partis illius, in quo eius auctor de præcepto Eleemosynæ ex professo tractat, nonnulla contraria meis dictis inferens, sed mea sententia non pro rei dignitate, eo quòd in verba magis, quam in neruos rationum animum intendit: & opinionem contrariam communi, quam ipse tenet, quam quæ nos tenuimus in nostro Man. confess. [c] ipsomet nos in id citante, asseuerat esse adeo euidenter falsam, vt dedignetur eius fundamentis respondere; cum tamen eam teneant S. Antoninus & alij grauissimi viri, & tuenti communem non sit facile satisfacere difficultatibus in eius præcepti executione occurrentibus, ob quas aduersa pars in contrariũ deflexit. Quod in Apologia præfata mõstrassem nisi ea inter manus adeo creuisset, vt sine tædio lectoris, tantum auctarium mediocri cura tractatum capere non potuisset. Quare nunc pro mea virili, quamuis tenui, enitar hanc rem tãto vtilius aliis explicare, quanto plures iam natus annos, quam ipse & alij, qui eam tractarunt, id facere constitui; supplicans ante omnia quàm humillimè meæ communique omnium patronæ gloriosissimæ, quæ omnium sanctorum reginæ virgini matri Mariæ, vt rogata per sanctissimum, eundemque sapientiæ auro & eloquentiæ argento ditissimum, & in Eleemosynas commendandas facundissimum, præfatique capitis auctorem, Diuum Ioannem Chrysostomum, eam mihi opem impetret à filio suo Theanthropo D. N. Iesu Christo ad Eleemosynandum hortatore, præceptore ac Eleemosynantium remuneratore optimo maximo, quaquicquid dixero (quod censuræ debitæ submitto) sacro sanctæ summæ quæ Trinitati placeat, Amen.

Candidum autem lectorem etiam atque etiam rogo & oro, ne offendatur nouitate illa verborum, *Eleemosynare*, & *Eleemosynari*, quibus breuitatis ergo pro Eleemosynam facere, & Eleemosynam fieri, non raro vtor.

Præmittam igitur primò Eleemosynæ definitionem cum aliquot ex ea illatis corollariis. Deinde subiiciam capitis præfati tenorem, aliquot annotatiunculis adiectis. Postremo complures ea de re nodos explicandos resoluam.

SVMMARIVM.

1 *Eleemosyna interdum significat rem ipsam, quæ tribuitur, interdum actum virtutis.*
2 *Definitio Eleemosynæ.*
3 *Eleemosyna est actus virtutis misericordiæ, ex qua oritur vt matre, & quæ est effectus Caritatis, vt eius aue.*
4 *Pars alicuius rei est alia cùm consideratur vt separata ab ipsa tota, seu diuersa ratione.*
5 *Eleemosyna danda indigenti, vel qui probabiliter putatur indigere.*
6 *Eleemosynam etiam facit soluens creditori pauperi, non tantùm quo ei reddat suum, sed quò prouideat eius egestati.*
6 *Actus, qui materialiter est vnius virtutis, potest fieri alterius ratione formæ, ac finis adiecti.*
7 *Iustitia actus vt sit bonus moraliter non requiritur, vt fiat propter Deum: satis enim est fieri, eo quod sit rectus.*

1 ELeemõsynã igitur definiturus, præmitto, quod verbum Eleemosyna ita interdum accipitur pro re spirituali, vel temporali qua necessitati spirituali vel corporali subuenitur, vt in cap. *tria*, & in cap. *duo*, [a] & in illo, [b] *Cum facis Eleemosynam, &c.* & in illo, [c] *date Eleemosynam, &c.* sicut interdum accipitur pro actu virtutis, quo fit illa subuentio, secundum mentem S. Thomæ, [d] & eiusdem, & S. Bonauenturæ, & aliorum [e] & nostrorum in capit. *tria*, 45. distin. & aliorum alibi. Nam verbum Eleemosyna idem sonat, quod miseratio: vt enim hoc verbum latinum deriuatur ab illo verbo latino, misereor, ita illud græcum ἐλεημοσύνη ab ἐλεέω verbo græco, quod sonat misereor. Misereri autem alterius, est tristari de malo eius, cum voluntate subueniendi ei, vt colligitur ex S. Thoma, [f] & secundum hanc significationẽ, definiri potest, esse *actus virtutis misericordiæ subueniendi alicui egenti ob egestatem.*

2 Recte dixi *actus*, quia licet verbum Eleemosyna frequenter accipiatur pro re ipsa, per quam fit subuentio, vt supra dictum est, vt hîc tamen accipitur, significat actum virtutis. Dixi item, *actus* in genere; ad comprehendendum interiorẽ, & exteriorem; qui an sint illi, quos Augustinus, [g] appellat cordis, & operis, postea dicam. Dixi etiam, *actus*, ne abyssitatis verbis tantum discederem, quantum Ioãnes Maior, dum [h] definit Eleemosynam esse volitionẽ dandi aliquid, &c. Dixi, *virtutis*, ad significandum, quod illa subuentio, quæ fit ex passione tristitiæ, miserationis, quæ impetu sine iusta deliberatione, vel libera voluntate, non est moralis Eleemosyna, quæ debet esse deliberata, cum iudicio, & electione præcedente natura, vel tempore: quia nemo dicitur bene siue virtuosè operari, nisi sciens, volens, & eligens secundum Aristotelem, [i] à Christiana Philosophia in hoc receptum,

3 Dixi, *misericordiæ*, quò significarẽ Eleemosynam suapte natura propriè esse actum virtutis misericordiæ, quæ est virtus moralis inclinans ad miserendum eius, qui patitur aliquod malum vel defectum, & ei subueniendum: iuxta tradita per S. Thomam, [k] licet dicatur etiã actus virtutis illius quæ omnium regina est caritas, [l] sed alia ratione. Misericordiæ quidem, quia immediatè veluti ex matre nascitur ex illa: Caritatis verò, quia veluti ex auia prodit ex ea, quatenus misericordia ipsa est caritatis effectus vt ait idem S. Thomas, [m] & latius declarat ibi Caietanus. Dixi, *subueniendi*, quia non sufficit actus quo quis misereturalicuius, nisi addatur voluntas leuandi eum illo malo vel defectu. Dixi generaliter, *subueniendi*, ad comprehendendum omnia opera misericordiæ, tam corporalia, quæ continet ille versiculus,

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo,

quàm spiritualia, quæ continet ille alius,

Consule, castiga, dimitte, solare, fer, ora.

Subintelligendo verbum, *doce*, sub verbo, *consule*. Dixi etiam

a 42. *distinct.*
b 16. *q. 1 est.* 1.
c *Capit.* 24. *num.* 5.
C
D
E
a 45. *distinct.*
b *Matth.* 6.
c *Luc.* 11.
d 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 1.
e *In* 4. *distin.* 15.
f *Vbi supra.*
g *In ea. duæ sūt eleemosynæ inf.* 45. *di.*
h *In di. dist.* 15. *quæst.* 5.
i 2. *Ethic.*
k 2. 2. *quæsti.* 30. *art.* 12. *& 3. ad* 4.
l *Cap. inter opera charitatis de sponsi.*
m *In d. qu.* 32. *artic.* 1.

etiam sic generaliter ad includendam subuentionem gratuitam, quæ fit per donationem, vel alium contractum gratuitum, puta donationis, commodati, vel precarij: & non gratuitam, quæ fit mutuãdo, fideiubendo, soluendo, ante tempus, vel alia huiusmodi, quibus eget proximus dando, vel faciendo, iuxta illud Psalm. 3. *Beatus homo, qui miseretur & commodat.*

4 Dixi, *alicui*, & non alij, quò includerem actum miserendi sibi ipsi, iuxta illud Ecclesiastici 30. *Miserere animæ tuæ placens Deo.* Quamuis enim propriè misericordia alium respiciat, satis tamen aliud est pars vnius rei, cum consideratur vt separata ab ipsa tota, vel cum idem diuersa ratione consideratur: vt dicimus vnum & eundem hominem, quatenus est episcopus, esse alium à seipso quatenus est canonicus, [a] vt consideratur quis, cùm suæ animæ miseretur, vel quia anima est pars eius, vel quia ipsemet, quatenus eget est alius quatenus egestati suæ subuenire potest.

5 Dixi, *egenti*, accipiendo verbum illud, pro eo qui verè indiget, vel probabiliter putatur indigere, vt vbi supra dixit Maior; & vt comprehenderem bonos, & malos, quibus omnibus est facienda Eleemosyna, iuxta glossam notabilem, [b] per hunc textum. Dixi, *ob egestatem*, ad excludendum actus subueniendi alicui ob alium finem, & non ob egestatem: puta liberalitatem solam, iustitiam solam, vel religionem solam, immo & ob amorem Dei solùm, qui non est formaliter Eleemosyna, sed tantùm materialiter. Actus enim subueniendi creditori per debitam solutionem ob iustitiam solam non est actus virtutis misericordiæ sed iustitiæ, cuius est reddere vnicuique quod suum est. [c]

6 Addidi toties, *solam*, nam qui pauperi creditori soluerit, non solum vt ei reddat quod suum est, sed etiam vt eius egestati prouideat, verè coram Deo eleemosynat: idem faceret is qui ob liberalitatem, vel egestatem vel ob amorem vel egestatem egeno tribueret. Nam & si huiusmodi actus suapte natura pertineant ad alias virtutes, & illo respectu non sint Eleemosynæ, tamen cum sint principalius, vel æquè principaliter ad subueniendum egestati ob misericordiam, actus sunt misericordiæ & Eleemosynæ hoc respectu. Et ita licet Maior [d] aliter loquatur, tamen reipsa non differimus, quando quidem actus qui materialiter est vnius virtutis, ratione formæ ac finis ei adiecti fieri potest alterius. Vnde vtiliter S. Thomas in d. art. 1. ad 2. ait Eleemosynam ad satisfaciendum pro peccatis factam, effici actum iustitiæ, & factam ad placandum Deum, actum religionis omnium virtutum moralium maximæ.

7 Dixi, tandem, *rectè*: quia oportet vt sit rectæ rationi conformis. Non tamen addidi, *propter Deum*, quod additur in definitione quadam, à S. Thoma relata. [e] Tum, quia Eleemosynæ sunt bonæ, ac virtuosæ, licet non fiant propter Deum, modo fiant, eo quod sint opera virtutis misericordiæ vel quod earum factio seu largitio est recta: sicut dare alij quod ei debetur, & quilibet alius iustitiæ actus ad hoc, vt sit bonus & virtuosus moraliter, non requiritur vt fiat propter Deum, sed satis est, quod fiat eo quod iustum, vel rectum est, iuxta ea, quæ latè de fine operum scripsimus nuper in comment. capit. *cum minister.* [f] & in Man. confess. [g] Tum quod alioquin oporteret dicere nullam esse Eleemosynam, quæ non esset actus caritatis, contra mentem S. Thomæ recepti, [h] & contra omnes, qui affirmant dari actus virtutum moralium, quarum de numero est misericordia, seiunctos ab actibus caritatis, & aliarum virtutum theologalium.

SVMMARIVM.

8 *Eleemosyna est quadruplex. mentalis tantùm, verbalis tantùm, realis tantùm, & mixta.*
9 *Eleemosyna mentalis tantùm prodest sine aliis, non aliæ sine ipsa.*
9 *Actus interior potest esse bonus vel malus sine vllo exteriori; potest tamen fieri melior vel peior ratione numeri, extensionis, vel intensionis.*
10 *Eleemosynam facere potest tam pauper, quàm diues & circa ipsam mereri, vel peccare.*
11 *Eleemosynam faciendi præceptum perinde obligat pauperes quoad actum interiorem, ac diuites quoad exteriorem.*
12 *Eleemosyna vera est, si quod debet restitut pauperibus sibi ipsi verè pauperi subuenendo quæ restituat.*
12 *Elesmosyna vt sit, oportet vt fiat propter egestatem veram, vel saltem reputatam; & si propter Deum fiat, est melior.*
12 *Pauper an sit bonus necne, non curiosè inquirendum.*
13 *Eleemosyna aliqua est temporalis, aliqua spiritualis, & potiores sunt spirituales corporalibus.*

8 EX qua definitione infertur primo (& sit primum dictum principale) quadruplicem esse eleemosynam prima est mentalis tantùm, qualis est voluntas siue volitio nuda subueniendi sine verbis & sine rei præstatione. Secunda verbalis tantùm, qualis est subuentio verbis facta sine animo subueniendi & sine reali subuentione. Tertia realis tantùm, qualis subuentio realis sine verbis & sine animo subueniendi. Quarta mixta qualis subuentio, quæ animo, verbis, & re, vel ex duobus illorum constat. Sic in simili logici diuidunt terminum seu id quod potest esse pars orationis, vel orationem (quam complexum terminorum vocant) in mentalem, verbalem, & mixtam: quod est vtile scire ad instruendos multos, vt iustè sine mendacio negare possint iudicibus & alijs interrogantibus aliqua quę iure non debent interrogari, vel non tenentur interrogati respondere, vt vtilissimè ad practicam docuimus in comment. capit. *humanæ aures.* [a] Sic Theologi, & canonum periti diuidunt orationem ad Deum vel ad Sanctos quæ est actus religionis secundum S. Thomam, [b] & secundum eundem & Bonauenturam & omnes alios. [c] diuidunt inquàm in mentalem tantùm, verbalem tantùm, & mixtam; quod vtiliter praxi applicauimus in comment. ca. quando. [d] Sic canonum periti diuidunt simoniam in mentalem, conuentionalem, & realem, [e] inter quas plurimum distare vtiliter docuimus in prælect. ca. *si quando.* [f] & in Manuali. [g] Sicut legum periti diuidunt stipulationem in eam quæ est dandi tantùm, & in eam quæ est faciendi tantùm, & in mixtam dandi, & faciendi, iuxta textum adiuncta glossa, [h] & actionem in rem persequutoriam pœnalem, & mixtam. [i]

9 Inter quas Eleemosynarum species plurimum distat. Nam verbalis tantùm vel realis tantùm, vel mixta ex reali & verbali sine mentali actuali vel virtuali nihil prodest, vt est in cap. *non satis.* [k] ibi, *non satis est bene facere, nisi illud ex bono fonte, hoc est bona voluntate procedat.* & cap. *duæ sunt.* [l] ibi, *Caritas quæ corporaliter datur si sine benigno corde tribuatur omnino non sufficit.* Mentalis autem sine vlla illarum multum prodest: quoniam actus exterior, qualis est verbalis, vel realis Eleemosyna, bonitatem vel malitiam ex interiori actu sibi correspondente haurit, & nequit esse bonus, nisi ex interiori hauriat bonitatem: contra verò actus interior sine vllo exteriori potest esse bonus, vel malus, vt colligitur ex S. Thoma, [m] dum [n] probat bonitatem vel malitiam actus per prius esse in interiori quàm exteriori actu, & [o] eandem esse vtriusque bonitatem, vel malitiam & [p] cæteris paribus interiorem actum in se absque exteriori esse æquè bonum aut malum, absque eum illo.

10 Dixi *in se*, quia frequẽter fit melior vel peior propter numerum, extensionem, vel intensionem, vt idem ibi declarat. Nec obstat præfatum c. *non satis*, ibi, *non satis est bene velle, nisi studeat etiam benefacere.* quia loquitur de actu interiori, & voluntate inefficaci, nos autem. de actu interiori, & voluntate efficaci, quæ exit in opus. Non enim ait non esse satis velle, nisi faciat opus, sed nisi studeat facere: significans satis esse si studeat & velit efficaciter facere; quia faceret, si adesset faciendi facultas: quod ait glossa: [q] licet non ponderet textum in verbo studeat, per quod suum dictum Ambrosius ibi temperat.

Secundo infertur ex præcedenti corollario multum debere curare eos, qui re vel verbis subueniunt, vt animum quoque subueniendi & adiuuandi concipiant, & ne indeliberatè magis, quàm passione, importunitate, & quadam animali consuetudine, quam iudicio ra-

a *Capi. eccles. de prob. libr.* 6. *capit. de appellation. eod. libr.*
b *Verbor. postulat. huius capit.*
c *Le. iustitia. ff. de iusti. & iur. relata in princip. & §. 1. Instit. eod.*
d *Vbi supra.*
e *In d. quæst.* 32. *art.* 2.
f 23. *quæst.* 5. *nu.* 5. 32. *&* 34.
g *Cap.* 24. *n.* 3. *& sequent.*
h *In d. quæst.* 32. *artic.* 1.
A
B
C
D
E
F
a 2. 2. *quæst.* 83. *artic.* 3.
b 2. 2. *quæsti.* 85. *artic.* 3.
c *In* 4. *distin.* 15.
d *De consecrat. distin.* 1. *cap.* 1. *prol. & nu.* 28. *& ca.* 18. *num.* 104.
e *In capi. fin. de simon.*
f *De reseri. excep.* 4. *nu.* 3. *& sequent.*
g *Cap.* 23. *à numer.* 103. *vsque ad nu.* 105.
h *In leg.* 2. *ff. de ver. oblig.*
i 9. *sequens. instit. de actio.*
k 86. *distinct.*
l 42. *distinct.*
m 1. 2. *q.* 20.
n *In artic.* 1.
o *In artic.* 3.
p *In* 4.
q *Ibidem.*

tionis moti id faciant: ne meritum omnino perdant, vel certè, plurimùm diminuant, quod frequenter à concionatoribus inculcari debere arbitror.

10 Tertio in ferrur ex eodē primo corollario conclusio pauperibus meritò notanda, & illis pro concione prædicanda, videlicet posse episcopos circa eleemosynam faciendam bene mereri, & peccare, perinde ac diuites: quando quidem possunt indigentium misereri, & non misereri, & esse duri & blandi, & velle illis, vel nolle subuenire, per præfata, & per illud Augustini in d. capit. *duæ sunt*, ibi *Charitatis eleemosyna, sine substantia terrena sufficit*, per quod ampliatur id, quod ait Ambrosius singulariter,[a] in hæc verba. *Misericordia est communis vsus: ideo commune præceptum est, omnibus ætatibus, omnibus officiis necessaria, & ab omnibus deferenda: non publicanus, non miles excipitur, non agricola, non vrbanus, diues, aut pauper; omnes in communi admonentur vt conferant non habenti.* Ampliatur enim, vt habeat locum etiam in paupere carente facultatibus ad eleemosynandum realiter: quia non caret facultate ad miserendum & volendum misereri & subuenire.

11 Quarto quod pauperes perinde obligantur ad præceptum de eleemosyna facienda quoad actū interiorem, ac diuites quoad exteriorē, & quod in casibus quibus diues tenetur ad subueniendum reipsa, tenetur pauper ad volendum subuenire, si posset. Pro quo vltra prædicta facit, quod diues & pauper æquè obligantur ad amandum proximum, quantum id per facultates licet: at defectus facultatum non tollit potentiam volendi subuenire: immò auget, quatenus facilius est non habenti, velle subuenire quàm habenti velle, & subuenire. Vnde vulgatum est illud, omnes pauperes esse liberales, quia experientia docet facilius persuaderi pauperi aliquid esse largiendum, quod ipse non est largiturus, quàm diuiti qui largiturus est. Ergo pauper æquè ac diues tenetur ad volendum subuenire, licet non ad realiter subueniendum. Quam conclusionem, cùm primò occurrisset, non audebam affirmare meditando posse responderi reddendo rationem diuersitatis, videlicet, quod causa quare diues obligatur ad volendum dare inopi eleemosynam, est vtilitas illius; quæ cessat in voluntate pauperis inutili ei. Quæ tamen responsio non videtur satisfacere rationi satis perpensæ: quare admonendi videntur pauperes per concionatores, & confessarios, vt non solùm reprimant inuidiam, qua solent inuidere aliis, cum eleemosynatur largius eis, quàm ipsis, sed etiam vt concipiant voluntatem subueniendi, si possent.

Quinto optandum esse, vt omnes, qui egestatem aliorum contemplantes, eis eleemosynemus, meminissemus de nostrarum animarum egestate præsertim pœnitentiæ, diuinique amoris, eíque de illis prouideremus.

12 Sexto infertur actum illum, quo quis vt debitor pauperum est obligatus ad restituendum eis, & sibi tamquam pauperi subuenit, esse vēram eleemosynam, iuxta ea quæ in manuali,[b] & in Apolog. de redit. [c] admonuimus.

Septimo, quod vt actus subueniendi alicui sit eleemosyna, oporter vt fiat ob egestatem veram, vel habitam pro tali; quod ex definitione prædicta palam fit, sufficit enim vt putetur egere in dubio, vt eam petat ad hoc, vt is putetur egenus per hunc textum,[d] adiuncta glossa. Quamuis ei, qui creditur quod de cibo secutus, iustitiam negligit, non sit danda, [e] quod est in causa vt aliqui (quorum de numero ipse quoque aliquando fui) ægrè tribuant vestes aliquibus pueris male moratis, qui simulac vestiti sunt, eas ad sua desideria implenda alienant. Non tamen cutiosè inquirendū est, an sit bonus nec ne, per rationem [f] allatā.

Octauo veram esse eleemosynam, cum vltra proprium finem additur alius præsertim amor Dei: & meliorem esse, quam cum solùm sit eo quod est recta; quia meritum caritatis additur ei: meliorem item cum pro alio fine adiungitur honor Dei, quia meritum religionis siue latriæ additur: & ita triplici fine hic actus sit bonus, scilicet ob rectitudinem ipsiusmet operis, ob amor é Dei, & ob honorem eiusdem. Et cæteris paribus quo melior & multiplicior est finis bonus alicuius actus, eo est melior, vt latè tradimus in d. comment. cap. *cum minister*, [g] & antea in capit. *consideret*, [h] adhortantes vt bona opera, quæ suapte natura

a *In cap. vt. in singulis. 86. distinct.*

b *Ca. 3. nu. 131.*
c *Quæstio. 1. mouit. 46.*
d *In verbo postulat.*
e *Ca. nō omnis. 5. qu. 3.*
f *In hoc eodem capit.* g *23. quæst. 5.*
h *In princip. de pœni. dist. 5. & distin. 1. cap. qui vult. n. 41.*

siue ex suo obiecto bona facimus, redimamus & ornemus aliis finibus superiorum virtutum: quo vno & eodem labore faciamus nobis longè potiora merita. Verbi gratia, largimur vnius sulij eleemosynam eo tātùm, quia est actus rectus misericordiæ, bene facimus; sed si eādem largiamur vt etiam Deo placeamus, melius facimus, & si etiam vt eum honoremus, melius & sic etiam consequenter; & non est maior sumptus nec labor corporis, & parum plus animi quàm si ob vnum tantum horum respectuum faceremus.

13 Nono infertur, eleemosynam diuidi secundum Augustinum,[a] primo in eam, quæ est cordis, & in eam, quæ est operis: cui addidimus supra tertiam speciem, scilicet mixtā cordis simul & operis; per opus intelligēdo non solum res alias à verbis, & scriptis; sed etiā ipsa verba & scripta.

a *In præfato cap. duæ sunt 45. dist.*

Decimo eleemosyna diuiditur in spiritualem & temporalem, quarum vtraque septuplex est, & omnes continētur in præfatis versiculis: omnes, inquam, cōmunes & vulgares: quia multę alię inueniuntur, vt Maior, & Caietanus aiunt, puta erigere lapsum, comitari solitarium, calefacere frigentē: sed facile possunt reduci ad præfata quatuordecim. Quibus addēdum est, quòd simpliciter potiores sunt spirituales corporalibus. Tū quia spiritualia potiora sunt corporalibus. [b] Tum quia meliori parti nēpe animę, & per meliores actus, nēpe, spirituales fiūt, quamuis aliquo casu ob circumstātias personarum, locorum, & temporum; aliqua corporalis sit melior aliqua spirituali: quandoquidem melius est pascere fame morientem, quam docere, vt pulchrè de more declarat S. Thomas. [c]

b *Cap. illud, cap. solita. de maior. & obedien.*
c *In d. q. 32. artic. 3.*

Vndecimo infertur, quod tantùm vel plus præcipimur largiri eleemosynam spiritualem, quàm corporalem. In hoc tamen cap. & eius commentario de eleemosyna corporali agitur plusquam de spirituali,

Duodecimo infertur etiam diuidi eam in gratuitam, & nō gratuitam & in eam, quam quis facit alij, & quam quis facit sibi ipsi, vel parti suæ verè separata & distincta à se, vel ratione. Præmissa itaque definitione eleemosynæ cum præfatis corollarijs illam declar antibus, subiicio verba capituli præfati, quæ sic habent.

IOANNES CHRYSOSTOMVS IN EPIST. ad Hebræos. Homil. 11. ad cap. 6.

CAP. QVIESCAMVS, RELATVS A Gratiano sub 42. distinct.

Quiescamus ab hac absurda curiositate, & diabolica, & peremptoria, (alias perniciosa) Si enim in clero se electum esse dicat, si sacerdotem se nominet scrutare. Non enim sine periculo in talibus indiscussa communicatio est: circa maiora periculum vertitur. Non enim das sed accipis. Si verò pro nutrimēto postulat, nihil in his examines. Inquire quomodo Abraham hospitalem se circa omnes ostendebat. Si scrutator fuisset circa refugientes ad se, numquā Angelos hospitio recepisset. fortasis enim nō putans eos Angelos esse, cum reliquis hos repulisset. Sed quoniā omnes recipiebat, susc epit & Angelos. Non enim ex vita eorum, quos accipis, mercedem tibi retributurus est Deus, sed ex voluntate tua, ex liberalitate, ex honorificētia multa, ex misericordia, ex bonitate.

SVMMARIVM.

14 Eleemosynam corporalem facere, aliquando est præceptum obligans pœnæ culpæ mortalis.

14 Secundum principale dictum sit, quod inter omnes conuenit aliquem aliquando obligari præcepto, etiam sub pœna culpę mortalis, ad faciendam eleemosynam corporalem. Tum quia, [d] dicitur. *Quod superest date eleemosynam*, Tum quia quam plurimi condemnabuntur in die iudicij, eo quod non fecerūt eleemosynam, vt dicit Christus, [e] ibi, *Esuriui & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere, &c.* At nemo nisi ob peccatum mortale damnatur sicut neque excommunicatur, [f] neque consequenter peccant mortaliter nisi contraueniant præcepto, [g]

d *Luc. 11.*
e *Capit. 25. Matthæi.*
f *Cap nemo. & ca. nullus. 11. quæst. 3.*
g *§. fin. 4. dist. 14. qu. 1. cap. quisquis. præceptis. §. quod præcipitur.*

SVMMARIVM.

15 Eleemosynam facere de omnino necessarijs vitæ suæ, vel suorū nemo tenetur, & id faciens regulariter peccaret.

16 Patriæ defendendæ causa vitam licet profundere, & patrem licet occidere.

15 TErtium principale sit, quod etiam inter omnes conuenit, neminem teneri ad elargiendam Eleemosynam de illo, quod sustentationi vitæ suæ vel suorum, quos alere debet, omnino est necessarium, quod appellamus necessarium simpliciter, vel absolutè: immo quod regulariter peccaret, qui id faceret: quia obligatur prius sibi & suis de huiusmodi necessario prouidere quam extraneis, [a] etiam in extrema necessitate cōstitutis, cum ipse quoque cum suis in eadem sit constitutus, vel constitueretur, si elargiretur illud. Peccaret, inquam id largiendo, nisi in caussa religionis, vel rei publicæ id faceret, prouidendo personæ alicui longè vtiliori, vel magis necessariæ eis, quam, ipse sit, quia ob eas seruādas licitè potest quis suam vitam profundere, iuxta S. Thomam. [b] Pro quo est exemplum Samsonis, [c] & Eleazari, [d] & quod patrem, patriæ defendendæ causa, licet occidere, [e] vel nisi crederet se posse propriam necessitatem aliundè resarcire: nam tunc cum per illam facultatem is ponatur extra necessitatem extremam, iustè potest, immo & debet alij constituto in ea subuenire, iuxta cap. *pasce*. [f]

a *Cap. si non licet. 23. qu. 5. l. si præses. C. de seruitutibus & aqu.*
b *2. 2. qu. 32. artic. 6.*
c *Iud. 16.*
d *2. Machab. capit. 16.*
e *Le. minimè ff. de relig. & sumpt. funer.*
f *86. distinct.*

SVMMARIVM.

16 Superfluum in temporalibus vel est naturæ tantùm, vel naturæ, & personæ simul; & quod sit tale.

17 Status personæ non consistit in individuo; sed quod maior est & latitudo illi necessariorum est maior.

17 Superfluum non videtur habere thesaurizans ad emendum dominium, quo est dignus, vel prædia, & alia temporalia ad mutandum statum in digniorem, quò melius in illo seruiat. Superfluum retinens vt futuris pauperibus reseruet, non peccat.

17 Thesaurum Reges & inferiores principes habere non solum possunt sed tenentur.

16 QVartum principale sit, quod inter omnes etiam conuenit superfluum temporalium esse duplex: alterum naturæ tantùm siue secundum quid; alterum naturæ & personæ simul, siue superfluum simpliciter. Superfluum naturæ tātum est quod non est necessariū ad vitam suam suorumve sustentandam, sed ad sustentandū statum & personā sic. Superfluū verò naturæ ac personæ simpliciter est id quod non est necessariū etiam ad sustentādum decenter suum statum, & personam illud habentis, consideratis non solùm præsentibus sed etiam futuris necessitatibus, quæ probabiliter sperari vel timeri possunt, vt S. Thomas ab omnibus in hoc receptus, [g] docuit. Intra quas necessitates includentur etiam vt in nostro Man. confess. [h] diximus post Caietanum in tractat. [i] ea quæ requirit conseruatio status sui, filiorū, & filiarum; & suorum famulorum: ea item quæ requirunt conuiuia honesta, munificentia, magnificentia, hospitalitas & alia huiusmodi opera quæ decet eum exercere: immo & ea quæ aliquanto sunt plura, quàm status ipse strictè requirit.

17 Quia status personæ non cōsistit in individuo; immo quo maior est status, maior est latitudo illi necessariorum. Nam in alio dicetur necessaria certa quantitas maior aut minor decem ducatis, in alio alia maior vel minor viginti, in alio alia maior vel minor mille, & in alio alia maior vel minor decem millibus, &c. Immo vt in d. Man. [k] post Caietanum [l] diximus non videtur habere superfluum is, qui thesaurizat ad emendum aliquod dominium, cuius est dignus, neque qui colligit ad emendum prædia & aliqua alia bona temporalia, quo mutet statum viliorem in alium digniorem, vt in illo altius altioribus virtutibus inseruiat Deo à quo credit sibi datum benignè talentum id faciendi: Quin neque ille videtur peccare retinēdo superfluum, qui futuris pauperibus thesaurizat, vt Caietanus, [m] satis expressit, Reges etiam non solùm possunt, sed & tenentur thesaurum habere, secundū S. Thomam receptum, [n] quem in hoc citauimus in Man. [o] & eadem ratione reguli, & alij principes, & nobiles quo inueniantur parati ad hoc cum oportebit eos expendere.

g *In dist. 15. 4. q. 2. artic. 1. q. 4. & in di. art. 5. & qu. 32. in 2. 2.*
h *Capit. 24. numer. 5. & seqq.*
i *5. quæst. 5. tom. 1.*
k *Cap. 23. n. 74.*
l *2. 2. qu. 31. artic. 4. & in quæst. 118. ar. primo.*
m *In d. tract. 1. quæst. 4.*
n *In lib. 2. de regim. princi. cap. 5. & 6.*
o *25. num. 2.*

SVMMARIVM.

18 De superfluo naturæ tantum Eleemosynam facere non est præceptum, sed regulariter vetitum, & peccatum.

18 Statum quisque iuxta suum decenter non viuens peccat.

19 Eleemosynam vt quis faciat alij, quàm extremè egenti, non licet indecenter viuere, nec etiam causa humilitatis.

20 Nobiles viros artes duæ tantum decent, agricultura & militaris, exemplo Romanorum.

21 Conuiuia honesta cognatis & amicis facere non est detrahere Eleemosynæ pauperum sed virtus affabilitatis, vel amicitiæ.

21 Humanitatis officia certæ personæ suis temporibus exhibenda, non prætermittenda propter communia debita, quæ indeterminatè debentur proximis.

22 Status decentia iudicanda est, potius inclinando ad defectum, quam excessum propter luxum, & ambitionem.

18 QVintum principale est, quod circa primum superfluum scilicet naturæ tantùm, & secundum quid, inter omnes conuenit, non esse præceptum, immo vetitum & peccatum regulariter Eleemosynam alij elargiri. Quia quilibet, si potest, tenetur viuere decenter secundum statum suum, & viuendo indecenter peccat, vt ipsemet Thomas ibi ait, & probatur per cap. *quæ contra mores hominum sunt, pro eorum diuersitate sunt vitanda*, [a] & per illam rationem efficacem, quod viuere indecenter est contra virtutem, scilicet affabilitatis, seu amicitiæ, quæ est pars iustitiæ, iuxta S. Thomam, [b] cuius illud legitur. *Quisque obligatur ad proximum se delectabilem exhibere cum verbis, tum factis.* At is qui se indecenter vestitur, vel necessariis carentem aliis exhibet, non se exhibet delectabiliter, immo tristabiliter (vt ita dicam;) & qui de eo, quod est de necessario ad suum statum, seu de superfluo naturæ tantùm, quod idem est, elargitur in Eleemosynam, non potest se decenter exhibere aliis, ergo non licet ei eam elargiri.

a *8. distinct.*
b *In 2. 2. qu. 114. artic. 1.*

Hoc tamen fallit in tribus casibus. Primus est, cùm elargitur aliqua, quæ aliunde facilè resarcire potest, per dicta supra. [c] Secundus cùm elargitur modicum, id est non tantùm, quod eo elargito non queat vti mediocri decentia intra decentis vitæ latitudinem, verbi gratia. Degit quis in terra, vbi nobiles, & suæ conditionis viri vel mulieres decenter vtuntur veste serica & pretiosa, & non indecenter veste pannea minus pretiosa quàm serica, sed magis quàm vulgari & rustica: & si faciat Eleemosynam non potest vti serica, & eius accessoriis, sed tantùm pannea; poterit hic elargiri Eleemosynam vsque ad eam quantitatem, cum cuius largitione se compatiatur vestis huiusmodi minus pretiosa pannea. Quare incautè (vt puto,) quidam detraxerunt mihi, eò quod cum tres ex fratribus neptes in nostra Celtiberia, siue Nauarra suis paribus nobilibus quidem, sed non adeo diuitibus collocarem, cùm eis pepigissem, vt nil penitus, vel digitum panni serici vestirent: partim quo haberēt aliquid de quo liceret elargiri Eleemosynam: partim quo essent exemplo, vt aliæ illis pares, vel minores continerent se intra modestiæ Nauarrarum antiquæ cancellos, quibus exemplo Castellanarum fractis, multæ domos suas, quæ non tam rediti bus, quam antiqua nobilitate pollent, vestrum luxuria, illarum quæ accessoriis euertere à quadraginta annis cæperunt, quas postea, gratia Deo, scio à multis laudatas, & maiori in pretio habitas, ob idque à nonnullis in exemplum assumptas.

c *Num. 15.*

19 Ex his obiter infertur, quod etiam caussa Eleemosynæ largiendæ alij, quàm egenti extremè, non licet vti nimium paupere indecentique mensa, vestitu, familia, & domus ornatu; & à fortioti non licebit caussa humilitatis; cuius specie nonnulli suam auaritiam tegunt, cum Eleemosyna, quæ est actus misericordiæ virtuti caritati attributæ, potior sit, quàm actus humilitatis, quæ est virtus attributa temperantiæ, vt colligitur ex S. Thoma. [d] Nec quis mihi opponat illos Galliarum nobiles laudatissimos, qui (quando in eis ipse iura profitebar) suis propriis manibus putabant & fodiebant aliquas selectiores vineas septas vt de vendito vino, quod ex earum curis separatim in torculari calcatis conflueret, Eleemosynarentur, dicentes Eleemosynam, quæ de sudore propriō quæ sitis fieret, esse Deo gratiorem. Ne, inquam, mihi vllus opponat; consideret, quod licet iuxta leges monarchiæ

d *2. 2. quæst. 30. artic. 1. & 4. adiuncta. quæstio. 101. artic. 3. ad 4.*

Gallicanæ antiquas & in hunc diem seruatas & nuper magis communes nobilitati Gallicanæ omnes artes mechanicæ,& graphariæ, & omnis generis mercaturæ adeo nobilitati repugnent, vt nemo, etiam summo nobilitatis loco natus, eius priuilegiis gaudeat,si tali arte vtatur;duæ tamen quamuis solæ præter liberales,eam decent; nempe agricultura, quæ regnum sustentat, modo fiat in prædiis propriis;& militaris quæ illud defendit, quod à Romana videtur accepisse,iuxta illud Persij de Quintio. *Ante boues dictaturam induit vxor*, & quod etiam hodie Romæ magna cum laude, & non minore reipublicæ vtilitate, nobilissimi, ijdemque ditissimi viri agriculturæ artem exercent; neque abs re, quia teste Cicerone Romano, [a] citato à glossa, [b] *omnium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius.*

21 Infertur etiam malè agere illos qui reprehendunt aliquos, eò quod in conuiuia honesta suis cognatis & amicis impendunt ea quæ possent impendi pauperibus: Tum quia id facere virtutis est affabilitatis vel amicitiæ, præsertim si laici laicis, & clerici clericis ea exhibent, seruatis quæ seruanda esse difiniunt multi canones. [c] Tum quia, qui talia dicunt similes videntur Iudæ qui [d] de vnguento per Magdalenam in Christi caput effuso, dixit, *vt quid perditio hæc? poterat enim venundari multò, & dari pauperibus*, ex cuius facti accusatione colligit Caietanus singulariter, [e] humanitatis officia, quæ alicui certæ personæ exhiberi postulat certum tempus, non esse prætermittenda propter communia debita, quæ determinatè debemus proximis; *& non vult cælestis magister vt homo prætermittat conuiuium nuptiale, officium sepulturæ, honorificum conuiuium, cum sue fuo, & similia vt eleemosynet. Ipse enim qui est auctor gratiæ non venit destruere sed perficere rationem naturalem.* Hæc ille, quæ tamquam quotidiana sunt, maximè notanda,iuxta l. *legati*. [f]

22 Quæ verò mensa,qui vestitus, quæ familia, & habitatio dicatur decens, vel indecens arbitrio prudentis, & gustum nulla passione infectum habentis determinandum est,habita ratione personarum,locorum,temporum, & aliarum circumstantiarum arg. legis 1. § cap. *de causis*, [h] & l. *plenum*, [i] & glossæ, [k] & aliorum ibi per Felinum & alios citatorum; attento tamen quod ambitio & delitiæ plurimùm ætate nostra grassantur & quod decentia status non est fixa in indiuisibili,sed habet latitudinem, arbitror inclinandum esse in partem propinquiorem defectui quàm excessui, quo plus Eleemosynare liceat. Hæc de secundo casu in quo licet Eleemosynare de superfluo naturæ tantùm, de tertio sit sequens principale dictum.

SVMMARIVM.

23 *Eleemosynam quilibet superfluum naturæ tantum habens facere tenetur in extrema, vel quasi necessitate proximi; cum ei occurrit sub pœna peccati mortalis.*

24 *Necessitas extrema tollitur non solùm per gratuitam; sed etiam per non gratuitam subuentionem, vt equo, vel veste commodatis,ad traiiciendas niues Alpium.*

24 *Eleemosynam in extrema necessitate facere tenemur etiam infidelibus.*

24 *Necessitatem extremam patientes non tenemur quærere, si non occurrant,nisi publico officio ad id obligemur.*

25 *Necessitatem ad extremam indicandam sufficiunt euidentia signa articuli mortis futuræ,nisi subueniatur.*

26 *Necessitate in extrema monachus etiam administratione carens non prohibetur largiri Eleemosynam.*

26 *Necessitate in extrema eis omnibus, quos iure occidere non possumus, Eleemosynam facere tenemur; quia aliter occidimus.*

26 *Necessitate in extrema modicus tenetur curare pauperem, non tamen gratis.*

27 *Necessitas extrema non ita omnia facit communia, vt quis restituere non teneatur. si habet aliàs facultatem, vel si ei superueniat.*

28 *Necessitatem extremam patienti largiens alienum, vel illicitè quæsitum, non satis facit præcepto de restituendo,*

29 *Pœnitentiæ iniunctæ dandi aliquid pauperibus, non satisfacit largiens illud extremam necessitatem patienti.*

29 *Pœnitentia generaliter iniuncta intelligenda est de alias indebito.*

30 *Necessitatem extremam patienti qui longè distat non tenetur subuenire,sed nec degenti in proximo oppido, nisi probatione vel sufficiens indicium habeat, vt credere debeat alium non subuenturum.*

31 *Necessitate in extrema se esse dicenti non tenetur quis credere,& subuenire nisi testes de visu adsint.*

32 *Necessitatis extremæ euidentia signa quilibet de multitudine videns mortaliter peccat si non succurrat quando eam simul videt.*

33 *Superfluum naturæ non omnes habentes tenentur sub peccato mortali subuenire quibusuis vlceratis, & ægrotis in viis ac aliis signa extremæ necessitatis præseferentibus; quia probabile est verè non ita agere.*

34 *Necessitate ab extrema qui se laborando vel mendicando liberare potest,non est verè in ea constitutus.*

35 *Eleemosynam, cæteris paribus, largiri tenemur potiùs personaliter petentibus, quàm nolentibus præ pudore petere.*

36 *Extremæ in necessitate non censetur is constitutus, qui sit constitutus in periculo perdendi honorem.*

37 *Necessitate in extrema constituto quicumque succurrere potest non se in ea constituendo, tenetur ei subuenire: nec vera est opinio Siluestri de muliere nobili, quod non teneatur propterea vendere vestem ei vilem & emere rusticanam.*

38 *Occidere hominem percutiendo & non adiuuando extremè agentem, æquiparantur quoad peccandum mortaliter, sed non quoad æqualitatem peccati,& alias pœnas.*

23 SExtum principale sit, quod quilibet superfluum naturæ tantùm habens non solùm potest licitè eleemosynare sed etiam tenetur sub pœna peccati mortalis cùm occurrit ei proximus in extrema vel quasi extrema necessitate constitutus. Dixi, *quilibet*, quo includerem omnem sexum, omnem ætatem peccare potentes, tam vxores, quàm maritos, tam religiosos & monachos,quàm laicos, tam fideles quàm infideles, tam pauperes habentes vltra suæ suorum quæ vitæ necessaria quàm diuites, tam infimates, quàm summates & monachas. Tum quia eorum hoc ferè ait Ambrosius, [a] cuius verba supra, [b] retulimus: Tum quia lex naturalis obligat omnes prefatos. [c] Tum quia omnes vetamur occidere, & qui non subuenit huiusmodi ægeno, videtur eum occidere,iuxta capit. *pasce fame morientem*, [d] & l. *necare*, [e] ibi *Necare videtur non tantum qui partum præfocat, sed is qui alimoniam denegat.* & [f] ibi, *Mortem languentibus videtur infligere qui hanc cum posit,non excludit.* Dixi, *Eleemosynam*,generaliter non addendo gratuitam, vel non gratuitam de quibus supra, § quia vtraque illarum sufficit quo huic satisfaciamus obligationi.

24 Tum quia causa obligationis cessante cessat etiam obligatio. [h] At causa,quę nos in id obligat est necessitas illa occurrentis extrema, quæ non solùm tollitur per gratuitam subuentionem, sed etiam per non gratuitam vt palam est. Tum quia nonnumquam hoc est iustius illo: Puta cum viro alioqui pauperi qui equum vel vestem pretiosam haberet, occurrit alius alioqui diues in montibus Alpium niue canis iacens, qui veste vel equo indiget extreme solùm quo traiiciat eos ad quorum alterius partis radice suorum bonorum copiam est habiturus, obligationi suæ certè rectè satisfecerit, si eum leuet illa necessitate, equo vel veste locata vel commodata, sed non gratuito donata. Dixi, *proximò* ad includendum tam infideles hæreticos, Sarracenos, Iudæos,& Paganos, quam Catholicos, qui iure occidi nequeunt ab eo, cui occurrunt. Iura enim præfata generaliter & æquè disponunt de omnibus: ergo de omnibus sunt intelligenda, [i] Dixi, *occurrentibus*, quia non tenemur quærere illos nisi officio publico ad id adigamur, vt diximus in præfato Man. [k] post S.Thomam, [l] in hæc verba. *Qui habet superfluum non tenetur inquirere pauperes, quia esset nimis graue de omnibus pauperibus inquirere: & præcipue cùm ad*

a *In capit. in singulis 86. distin.*
b *Num.*10.
c *Ca.ius naturale.& ca. ius gentium 1. dist. & §. ius gentium instit.de iust. & iur.*
d *86. dist.*
e *ff. de lib.agnos.*
f *83. dist.ca.1.*
g *Num.*3.
h *Capit. cum cessante de appellat.cum ei adnot.*
i *Leg.de pratio.ff.de publ. in rem act. c. solita de maior. & obed.*
k *Capit. 24. num.*9.
l *Quolib.* 8. *artic.*13.

a *Libr.* 1. *de offic.*
b *In rubric. de agric. & cens.lib.*11.
c *Distin.* 44. *præcipuè cap. comessationes ea. conuiuas. & capit. qu. quando.*1. *&* 2. *& ea. nullus* 44. *distin.*
d *Matth.*26.
e *in tentat. primo pagi.*5.
f *ff. de liber. leg.*
g *ff. de iur. de libe.*
h *De officio deleg.*
i §. *& qui rij.ff. de rest. & habit.*
k *In cap. cum adeo de rescript.*

eum, qui necessitatem patitur, pertineat vt necessitatem suam exponat,hæc ille.

25 Dixi, *constitutis in extrema vel quasi extrema necessitate*, per extremam intelligendo eam, quæ tenet hominem positum in articulo statim moriendi nisi ei succurratur; per quasi extremam autem eam, quæ non tenet hominem in præfato articulo præsenti, sed ostendit euidentia signa illius futuri, nisi ei subueniatur iuxta mentem & verba S. Thomæ vbi supra, cui nemo contradicit. Non enim oportet, vt quis sit constitutus in extremo puncto expirandi & moriendi, in quo fortè non posset iuuari, sed sufficit, quod appareant signa euidentia futuræ mortis,vt post Nicolaum ab Ausino, [a] tradit Felinus, [b] vt cùm occurrit pauper indigens cibo potu,vel aliis ad victum necessariis, vt videt alios non posse vel nolle illi subuenire, ita quod probabiliter credit, vel credere debet, quod si ei non subueniat ipse, ille morietur. Et ita sicut non requiritur, quòd sit constitutus in ipso extremo articulo moriendi, sic non sufficiunt qualia qualia signa necessitatis extremæ, & alius articuli extremi; sed quod oportet quod sint euidentia, vt ait S. Thomas quod consolatur plurimum omnes, qui habemus aliquid vltra necessaria naturæ, & rogamur Eleemosynam à dicentibus se necessitatem pati extremam, cuius tamen signa euidentia non videmus, licet indigentiam cernamus, nec tenemur eis credere super re propria testantibus, [c] quod vel denotandum est ad tollendos scrupulos conceptos ab eis, qui rogantur à dicentibus se in extrema necessitate constitutos;quod sæpissimè in hac amplissima Roma fieri videmus.

Ex hoc dicto sexto principali sic declarato infertur primò non esse Catholicis mirandum, quod Turcæ, ac Sarraceni dicuntur Christianis peregrinis, vel cum facultate Regis eorum per terras eius iter facientibus, & extrema patientibus, largiri Eleemosynam:quod ipsum nos quoque illis in simili casu largiri debemus; quia lege naturæ, qua tam illi, quàm nos obligamur, ad id vtrique tenemur,vt prædictum est.

26 Secundo infertur gloss. clem. 2. de vit. & honest. cleric. verbo conuertendum, quæ habet, monachum administratione carentem non posse Eleemosynare de bonis monasterij, limitandum esse, vt non procedat in extremè indigente, quam sic etiam limitat Cardinalis & Imolensis, [d]

Tertio infertur peccasse Catholicum,qui famulum legati Maurorum ad Regem misi, derelictum ab eo, noluit, cum posset famæ, frigoréque pereuntem liberare: eodémque modo peccasse illum qui in orbe nouo Indum paganum,cum quo tamen pacem habebat, siti morientem noluit potare; cum neuter illorum iure occidi ab eis posset. Non autem sic peccabit qui Turcis apud Melitam in fossam iuxta muros Melitæ delapsis & sanguine per vulnera fuso extremè sitientibus, & aquam magno clamore petentibus,eam illis ad potandum non præbuit, quia iure illos occidere poterat, cùm nondum essent capti,nec vita donati licet captis, & vita donatis necessariò fuisset subueniendum.

Quarto infertur,glossam illam singularem, [e] quatenus habet medicum teneri ad curandum gratis pauperem infirmum, partim esse veram, partim non. Quamuis enim verum sit,medicum teneri ad curandum pauperem infirmum, saltem si extremè cura eius egeat; non tamen est verum teneri eum ad id gratis faciendum: quia potest eum curare, & extra eam necessitatem ponere, seruato iusto salario soluendi cum poterit per prædicta.

27 Quinto infertur, parum cautè dicere, qui aiunt per necessitatem extremam fieri omnia communia, eúmque, qui illam patitur,quærere dominium illorum, quibus eget; possèque capere illa tamquam sua, neque ob id ad restituendum teneri etiam si alibi habeat, vnde id faciat, vel etiam si peruenerit ad pinguem fortunam; & id genus alia:moti per capit. *sicut bi*, [f] ibi. *Proprium nemo dicat quod est commune*, & quod necessitas huiusmodi non habet legem, immo facit omnia communia,vt est in cap. *sicut*, § & l. 2. [h] Sed illa iura id non probant; & ille §. non ait res fieri communes propter necessitatem, sed

a *In addit. ad Pisanellã verbo eleemosyna.*
b *In ca.*1.*col.* 4. *dist.*1.
c *Leg. omnibus,C.de testib°. l.nullus ff. eod.*
d *Ibidem.*
e *Ca.*83. *dist.*
f 47. *distinct.*
g *De consecratione. dist.* 1.
h §. *cum in eadem.ff. ad l. Rod. de iact.*

esse communicandas, & glossa, [a] per illum §. exponit verbum illud *commune*, per verbum communicandum tempore necessitatis; sufficit igitur nobis leuare & liberare proximum extremam necessitatem patientem ab illa, siue id faciamus per gratuitam Eleemosynam, siue per non gratuitam puta,mutuo datam, commodatam vel alio contractu non gratuito traditam: quamuis melius fuerit per gratuitam, si egens extremè sit etiam alioqui pauper & is cui occurrit diues.

Et inde sequitur id quod in præfato Manual. [b] secuti Adrianum, [c] efficaciter probauimus, scilicet eum, qui eget extremè, posse quidem capere etiam auctoritate propria, si non est qui ei tribuat, tantum quanto eget ad se leuandum ab ea; sed teneri ad restitutionem illius si peruenerit ei facultas id faciendi: vbi respondimus rationibus Dominici Soti, quibus, [d] contrarium tenuit: quæ si aduersarius legisset,non fuisset eum, vt puto secutus,cuius tamen opinio saluari potest in casu, quo probabiliter creditur ex conditione Domini si præsens fuisset ei gratis subuenturum per gratuitatem & veram donationem,vel ex qualitate, & paruitate rerum acceptarum propria auctoritate.

28 Sexto infertur, quod rectè ait Maior, [e] eum qui habet aliquid alienum, vel illicitè quæsitum, largiendo illud egeno extremè, non satisfacere restituendo illud ei, cui erat restituendum.Tum argum.cap. *ea te*. [f] Tum quia falsùm est, quem per necessitatem extremam fieri dominum eorum, quibus eget, licet habeat ius accipiendi & vtendi illis,& eorum domini obligentur ad ea ei communicanda vt dictum est. [g]

29 Septimo defendi posset, id quod præfatus Maior ait, [h] scilicet, quod pœnitens non satisfacit pœnitentiæ iniunctæ, de dando aliquid pauperibus largiendo illud extremè patienti, quia licet opera alias debita iniungi possint in pœnitentia vt dixi: [i] tamen cum generaliter imponitur aliquid, quod potest intelligi de alias debito & indebito, intelligendum est de indebito, licet enim pœnitentiæ iniunctæ de ieiunandi sex diebus hebdomadæ sanctæ, satisfiat ieiunando illis,quibus alias ieiunandum erat; tamen pœnitentia iniuncta generaliter de sex diebus ieiunandis implenda est ieiunando sex dies non præceptos ieiunari, nisi aliud de confessarij mente constet.

Octauo infertur, plurimum quidem esse laudandos episcopos, parochos & etiam dominos temporales, qui procurant habere catalogos pauperum in territoriis suis grauiter egentium, quo eis per se vel per alios subueniant; non tamen damnandos eos, qui non faciunt idem; quia sine lege, vel ratione nemo est damnandus. [k]

Nono quod non sufficit adhoc vt quis teneatur hac obligatione, quod credat aliquem extremæ pati, si longè ab eo degit: Tum quia non occurrit, quod oportere ait Thomas prædictus. Tum quia non auderem obligare Romanos diuites, neque me neque alios habentes vltra necessaria naturæ, ad prouidendum illis, quos certo credimus extremam necessitatem nunc Neapoli, & Venetiis pati.

An vero sit satis quod in eodem oppido, vel prope degat ad hoc,vt dicatur occurrere ei, credo sufficere duobus concurrentibus. Alterum est quod adsit probatio vel indicium sufficiens, & credere debeat tales esse in dicta necessitate. Alterum quod probabiliter debeat credere neminem alium eis subuenturum.

31 Decimo infertur, quod licet in cap. *quiescamus*, [l] probetur curiosum esse inquirere, an pauper sit bonus, an malus, & an verum in hoc dicat, an falsum, ad effectum dandi ei licitè eleemosynam; quia licet pauperi hoc dicenti credere quoad hoc; non tamen probatur teneri ad credendum illi,dicenti se extrema pati, ad effectum obligandi se ad subueniendum ei tamquam extrema patienti: quod longè diuersum est; & ideo de vno ad alterum non infertur. [m]

An autem sufficiat schedula confessarij, qua certos eam lecturos facit, illum in tali necessitate constitutum quod sæpe fieri videmus; arbitror non sufficere. Tum

a *Dicæ. capit. ficut.*
b *Cap.*17. *nu.* 60. *& seq.*
c *In* 4. *de restit.q.*32.
d *Lib.*5. *qu.*7. *art.*9. *de iust. & iur.*
e *In col.* 10. *&* 11.
f *De iureiur.*
g *Num.*23.
h *Vbi supra col.*10.
i *In Manual.ca.*26. *nu.* 23.
k *Authen. de trien. & semiss. §. consideremus. coll.* 3. *cap. de gaztur* 24. *quæst.* 2.
l 42. *distinct.*
m *Le. Papinianus. ff. de minoribus.*

quia confessarius non deponit de visu quod in teste requiritur. [a] Tum quia possum credere in tanta ciuitate non de fore alios, qui ei opem ferant. An autem sufficiat quod vnus au duo fide digni asserant de visu aliquem esse in eiusmodi necessitatem constitutum, & puto satis esse si saltē iustam rationem redderent, cur ipsi ei non subueniant, si saltem haberent superflua naturæ tantum: arg. glossæ singularis l. *Titio fundus*, [b] & per adducta per Felinum. [c]

32 Vndecimo infertur quod mortaliter peccat quilibet è multitudine hominum, videntium proximum euidentia signa egestatis extremæ ostendentem, si nemo illi succurrat, quia qua ratione vnus peccat, eadem etiam peccant alij, vt vbi supra dixit Maior: quod limitandum esse arbitror, vt solùm procedat, quando simul eum viderunt, simúlque considerauerunt neminem eorum illi succurrere; non autem si succesiue illum videant, & non cernant eum ab omnibus destitui, nam non videntur peccare, qui probabiliter putant eum ad victum esse, aut ad victum iri ab aliquibus præcedentibus vel sequentibus. Qua limitatione ipse frequenter sum vsus tam alibi, quàm in hac amplissima Roma, cum soleo ire ad statas indulgentias vna cum mille myriadibus hominum populi Romani in hoc omnium, vt credo, totius orbis Christiani deuotissimi, modestissimi, & à vanitate lasciua in eiusmodi conuentibus alibi solita quam alienissimi. Contingit enim frequenter videre media via ac calle homines semi nudos, semique mortuos in humida iacentes humo: qui si mihi soli occurrerent in aliquo pago, vbi nescirem esse alios, qui eis subuenirent, teneret solus subuenire; & vadens cum alijs, videor mihi satisfacere vno, vel altero quatrino elargito, putans alios precedentes, vel sequentes etiam eis dedisse, vel daturos esse tantùm, vt omnium eleemosyna ei sufficiat.

Quia verò vereor ne omnes hoc animaduertāt, & multi misericordiosiores, putantes illos signa extremæ necessitatis ostendere, contraueniant conscientiæ dictanti eis necessario subueniendum; & quia sic iacentes grauiter morbum in necessitate augere videntur; propterea sanctum iudicarem, vt magistratus non permitterent eiusmodi egenos sic iacentes petere; etiam si de publico, vel priuatim perita in id ab aliquibus eleemosyna, eis prouideant, quo inde recederent.

33 Duodecimo quæstionis esse, an eiusmodi ægroti tam euidentia extremæ necessitatis signa ostendant, vt omnes habentes superfluum naturæ sub pœna peccati mortalis obligentur ad eis subueniendum. De qua consultus respondi magis me inclinari ad dicendum quod non. Tum quia videntur potius data opera, quò transeuntes moueant id facere, quàm quod ægritudo, aut egestas vrgeat. Tum quod non videntur quærere hospitalia, vel velle in eis degere. Tum quia in tanta vrbe multa sunt remedia, & multos habent, & cognoscunt, & à multis cognoscuntur. Tum quod præsumuntur validæ complexionis, vt sine periculo mortis id facere possint.

Decimotertio infertur non obligasse me ad id * quosdam iuuenes neophytos, qui singillatim media hyeme omnia, præter verenda nudi sola chlamyde lacera tecti venerunt ad me, dicentes necessitatem extremam vestium pati: non obligasse me inquam saltem tantùm, vt ipse solus tenerer eis vestes sufficientes præbere. Tum quia non erat verisimile iuuenes ingenio acuto præditos, nullas subuculas, nullos thoraces, nullas caligas, nullaque saga vetera vel noua, integra, vel lacera habuisse domi. Tum quia probabiliter credere poteram eos etiam inuenturos tot alios adinuenturos, vt eorū, & mea eleemosyna extrema necessitate liberarentur. Tum denique quod erant validi, & poterant laborare, nec ab hoc magis excusari quàm veteres à veteribus Christianis prognati, de quibus mox dicam.

* Quosdam iuuenes neophytos. *Neophyti sunt propriè qui adulti iam fidem Christi, & baptismum suscipientes per breue admodum tempus in ea perstiterunt, de quibus loquitur D. Paulus 1. ad Tim. 3. ver. 6. non neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli, & plenius cap. quoniam 48. dist. qui dicuntur νεόφυτοι, quasi noua planta, eo quod nouum quasi germen ad Ecclesiam Dei accesserint. Sed hoc loco sic non sumuntur, sed neophyti hic iuuenes dicuntur, qui à parentibus non ita pridem Iudæis vel Mauris, & postea ad Christi fidem conuersis, prognati sunt, & in Hispania vulgo noui Christiani nominantur.*

34 Decimoquarto infertur, eum qui laborando manibus, vel hostiatim mendicando se ab extrema necessitate liberare potest, non esse constitutum in illa iuxta glossam singularem, [a] quæ sic habet, *& ei qui potest laborare non debet Ecclesia prouidere*, & quod integritas & robur membrorum in conferenda eleemosyna est attendendum, [b] & quod robusti de cibo securi sine labore frequenter iustitiam negligunt, [c] & quod ait glossa, [d] *iustius feceris si iniuste petentem correxeris, quàm si ei dederis, &c.* Titelmannus, [e] damnat eos qui præ pudore natalium & ob alios honoris respectus, nolunt laborare, vel mendicare, quo se sustóque alant.

Decimoquinto infertur teneri nos cæteris paribus, potius largiri eleemosynam petentibus personaliter à nobis, quàm præ pudore nolentibus petere: Tum quia per proximum corollariū melius & virtuosius faciunt illi quàm isti. Tum quia magis tenemur subuenire occurrentibus quàm aliis, vt sentit S. Thomas. [f] Tū quia parū vult imitari Christum, & maximos Christicolas qui opprobriū ducit eleemosynam accipere, vel petere cum illi tam humiliter acceperint olim & nunc accipiant, & petierint olim & petant. Tum quia non pudor sanctus, sed vana superbia est, nolle, cum necessitas adeo vrget, operari, vel mendicare, quo sibi, suísque necessaria vitæ quærat, vt pius ille Titelmannus ait. [g]

Nec obstat capit. *considerandæ*, [h] quatenus habet. * *Considerandæ in eleemosyna facienda verecundia quæ ingenuos prodit natales*, quoniam maioris meriti est humiliter abnegare suos natales, cùm ratio postulat, quàm contra rationem superbe illos iactare, iuxta illud, [i] *si quis vult venire post me abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me.*

* Nec obstat cap. considerandæ. *Caput considerandæ ex D. Ambrosio lib. 1. officiorum, cap. 30. Quod quoniam multum facit ad eleemosynæ tractationem hic totum inseremus. Considerandæ est etiam in largiendo ætas, atque debilitas, nonnumquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, vt sensibus plus largiaris, qui sibi labore tam non quærit victum quærere. Similiter & debilitas corporis iuuanda promptius, tum si quis ex diuitiis cecidit in egestatem, & maximè si non vitio suo. sed aut latrociniis aut pro scriptione, aut calumnijs, quæ habebat amisit.*

36 Decimosexto infertur, non esse quem constitutum in extrema necessitate eo solo, quòd sit constitutus in periculo perdendi honoris, adeo vt alios obliget ad subueniendū ei sibi sub pœna peccati mortalis: licet contradixerit in hoc Dominicus Sotus. [k] Tū quia ipsemet, [l] determinat, & quidem rectè, esse quem dominum suæ famæ, possēque remittere restitutionem eam sibi auferenti.

37 Decimoseptimo infertur non videri tutam decisionem illam Syluestri, [m] nempe quod fœmina nobilis non teneatur vendere propter necessitatem proximi extremam vestem ei vilem, & talem, qua viliori nemo eius status vtitur, etiam si de illius pretio possit emere sibi vnam rusticam, & de residuo subuenire proximo in extrema necessitate constituto & ob frigus morienti, ea ratione motus, quod (vt ille ait) [n] totus mundus etiam religiosi, non solùm prælati sed etiam subditi damnarentur, quibus licet in necessitate extrema eleemosynam facere.

Non, inquam, videtur esse tuta. Tum quia omnium est omnium sententia quod quicumque potest succurrere proximo in extrema necessitate constituto; non sc constituendo in ea tenetur ei subuenire. At præfata nobilis in casu præfato, id facere potest: ergo. Tum quia D. Martinus nobilis & miles aulicus dimidio suæ vestis cum indecentia sua in Ambianensi porta vestiuit pauperem, eo certè, (vt opinor,) quòd euidentia necessitatis extremæ signa ostendebat. Tum quia non video rationem ex-

a *Cap. testes 2. q. 9.*

b *ff. de condi. & demonstr.*

c *In capi. cum contingat. de rescript.*

a *In sum. 82. distinctione.*

b *Leg. 1. C. de mendic. validi. lib. 11.*

c *5. q. 5. capit. non omnis.*

d *Super Matthæū.*

e *Super Psal. 30.*

f *Quodlibet. 8. art. 13.*

g *Vbi supra.*

h *86. distinct.*

i *Luce. 14.*

k *In lib. 5. qu. 3. artic. 4. de iust. & iur.*

l *Vbi supr. in lib. 4. qu. 6. artic. 3.*

m *In Rosa aurea, casu 17.*

n *In pag. 4.*

cusandi religiosum etiam simplicem, qui de sua veste idem facere posset.

38 Decimooctauo infertur æquiparari iure, occidere hominem peruertiendo, & non adiuuando egentem extremè. Quod tamen restringendum est quoad effectum peccandi mortaliter: quia per vtrumque peccatur mortaliter: non tamen quoad effectum peccandi omnino æqualiter, nec quoad alia multa; Tum quia hic peccat omittendo, & non faciendo, ille verò faciendo, & ita magis peccat, iuxta glossam singularem. [m] Tum quia qui occidit percutiendo peccat contra legem iustitiæ de non occidendo, & non solum peccat mortaliter sed etiam incurrit irregularitatem, & alias censuras contra occidentes per bullam Cœnæ Domini, vel alias latas, & tenetur ad restituendum damnum illatum; ille verò qui occidit non iuuando, & non præbendo necessaria, peccat contra legem caritatis, & ideo peccat mortaliter, non tamen æqualiter, nec incurrit obligationem restituendi, neque irregularitatem, neque censuras contra occidentes statutas iuxta doctrinam Alexandri Halensis, [b] & Adrianum. [c]

a *Leg. si mora ff. soluto matrim.*

b *In 3. sent. q. 87.*

c *In 4. q. 5. n.*

SVMMARIVM.

39 *Superfluum naturæ, ac personæ quilibet habens tenetur eleemosynam facere sub pœna peccati mortalis.*

40 *Superfluum naturæ, & personæ alienum est, quoad vsum & consequenter aliis impendendum.*

41 *Præceptum secundum aliquos obligans ad mortale, & non consilium, est illud euangelicum.* Quod supersit date eleemosynam, *sed videtur esse consilium. nn. 43.*

42 *Vsum in vnum datis rebus, qui vtitur in alium peccat.*

43 *Prodigalitas laicorum quæ sine aliorum iniuria & damno fit est venialis.*

44 *Dominium rei regulariter non perditur, nec iusta possessio per peccatum mortale; & contrarium est hæreticum.*

45 *Omne inordinatum est peccatum saltem veniale.*

39 SEptimum principale dictum sit, quòd quilibet habens superfluum naturæ ac personæ tenetur ad dandam eleemosynam de illo sub pœna peccati mortalis: quod tenuit apertè S. Thomas, [d] & obscurius tamē in 2. 2. [e] vbi eum non discessisse ab eo, quod apertè dixit in d. dist. 15. late Caietanus colligit, [f] ad quod se refert in d. art. 5. & idem tenet Siluester in Rosa aurea, [h] & vterque in sua summa, [i] & ante illos Paludanus, [k] & Richardus, [l] & ferè idem ibi Durandus, & Turrecremata, [m] & alij alibi quam etiam aduersarius tenet & ego semper asseueraui.

Tum quia est & erat cōmunis opinio tempore S. Tho. vt [n] asserit & à communi opinio non soleo recedere sine textu, aut ratione vrgenti iuxta doctrinam Ioannis Andreæ communiter receptam. [o] Tum quia maiorem pietatis speciem habet, & ita in dubio magis est laudanda. [p] Tum quia id videtur asserere Augustinus, *ad Macedonium epist. 54.* & scribens, [q] in hæc verba. *Nonne omnes, qui sibi videntur gaudere conquisitu, eisque vti nesciunt, alienum possidere conuincimus? hoc enim certè alienum non est, quod iure possidetur: hoc autem iure possidetur, quod iustè, & hæc iustè, quod benè, omne igitur quòd malè possidetur, alienum est, malè autem possidet, qui malè vtitur*, hæc ille.

40 Ex quibus apparet superfluum naturæ, & personæ alienum esse, quoad vsum, & consequenter aliis esse impendendum, aliter iniuste possideri, quia habens non rectè vtitur. Tum * quia secundum Hieronymum, [r] *aliena rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur.*

* Quia secundum Hieronymum. *Hoc habetur in reg. monacharum cap. de paupertate, quæ quidem licet ex D. Hieronymi scriptis excerpta sit, non tamen est ab ipso D. Hieronymo scripta. Quod autem ad hoc facit ex D. Hieronymo scriptum, est quod habetur apud eumdem in epistola ad Hedibiam quæst. 1. vbi sic loquitur. Si plus habes quam tibi ad victum vestitúmque necessarium est, illud eroga, & in illo debitricem te esse noueris. Postquam autem hæc scripsit D. Nauarrus librum edidit de eleemosyna R. P. Robertus Bellarminus Societatis Iesu qui est tertius de bonis operibus, in quo multis capitibus ostendit præceptum esse dare eleemosynam, & non solum de superfluis, sed etiam de necessariis quandoque.*

d *Dist. 15. q. 1. arti. 1. qu. 4. & in quodlibet. 8. qu. 6. artic. 13.*

e *Quæst. 32. artic. 5.*

f *In 2. tom. tractat. 5. ca. 4.*

g *qu. 31. 2. 2.*

h *Casu 7.*

i *In verb. ℈ eleemosyna.*

k *In 4. qu. 3.*

l *Quæst. 1.*

m *In capit. in singulis 80. distinct.*

n *Vt in d. di. 15.*

o *In ca. 1. de constit. arg. tex. in cā. fin. 20. dist. & c. prudentiam, de offi. deleg.*

p *Leg. sunt personæ. ff. de reg. & sumpt. fun.*

q *In ca. quid dicā. 14. q. 4*

r *In princi. 42. distinct.*

Tum quia, ea, quæ de Chrysostomo, Theophylacto, & Beda adducit Caietanus, [a] & maximè omnium me vrgent verba Ambrosij, [b] per ipsummet S. Thomā citata præsertim ibi, *sed ait aliquis, quid iniustum est, si cum altena non inuadam, propria diligentius seruo? O impudens dictum, quid propria dicis? quæ ex quibus receperis in hunc mundum? detuliſti.* Quando in hanc ingressus es lucem, quando de ventre matris existi, quibus quæso facultatibus quibusque subsidijs stipatus ingressus es. * Proprium nemo dicat quod est commune, quod plusquam sufficeret & sumptum etiam violenter obtentum est, & illa. *Numquid iniquus est Deus vt nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia, vt tu quidem esses affluens & abundans, aliis verò deesset, & egerent? An idcirco magis quia &. tibi voluit & benignitatis suæ experimenta conferre, & alium per virtutem patientiæ coronare*, illa item. *Tu verò susceptis Dei muneribus & in sinum tuum redactis, nihil te putas agere iniquum, si tam multorum vitæ subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus tam auidus tam auarus, quamque multorum alimenta non suum vsum sed abundantiam & delicias facit?* illa item. *Hæc enim minus est crimini habenti tollere, quàm, cum possis, & abundes indigentibus denegare.* Quæ verba palam significant Ambrosium in præfata sententia fuisse.

* Proprium nemo dicat. *Hæ pulcherrimæ sententiæ non solùm ex D. Ambrosio, sed etiam ex Homilia S. Basilij in hæc verba. Hominis cuiusdam ager fructus vberes attulit sumptæ sunt. Cæterum hæc verba sic apud Ambrosium leguntur. Proprium nemo dicat, quod è communi plusquam sufficeret sumptum, & violentum obtentum est.*

41 Tum quia illud Christi Domini nostri, [c] *Quod superest date eleemosynam*, non solum videtur consilium sed præceptum, & non quale, quale, sed obligans ad mortale, vt prædictum est. Quia Dominus [d] ait se damnaturum in iudicio eos, qui ei contrauenerint, ibi *esurijt enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere: hospes eram, & non collegistis me, nudus & non cooperuistis me, infirmus & in carcere & non visitastis me*, & quod est præceptum generale non particulare restrictum ad hoc vel illud superfluum, nec ad hos vel illos habentes illud, nec ad hos, vel illos pauperes extremam, vel non extremam patientes necessitatem, & ita generaliter est intelligendum. [e] Tum quia id videtur concedere illa ratio neruosa, quòd omnia bona temporaria dantur nobis à Deo opt. max. ad subueniendum necessitatibus vitæ humanæ, vt irrefragabiliter probant præfata cap. præsertim cap. *sicut hi*, [f] & qui rebus in vnum vsum datis vtitur in alium peccat, [g] ergo qui bonis temporalibus in alium vsum quàm in prouidendo suæ personæ, vel alienæ vitæ necessitatibus, vtitur peccat, & consequenter qui retinet superflua non impendendo ea pauperibus.

Contrariam tamen opinionem asserunt S. Antoninus, [h] & Panormitanus, [i] quem sequitur Felinus vtrobique, [k] & Cardinalis Alexādrinus, [l] & Auctor summæ Rosellæ. [m] Imo & Ioannes Maior, [n] quorum opinionis fundamentis ideo aduersario dixit nolle respondere, quia euidenter est falsa.

Ego verò contra adeo non puto eam euidenter falsam vt existimem oportere (neque id facile factu est.) benè respondere difficultatibus pro ea occurrentibus. Quarū 1. est, quòd in praxi & executione vix inuenias casum, in quo non sit respondendū eodem modo secundum vtramque. Nā enim memini licet iam septuagesimum octauum annum agam, & non paruam de hac re cōsiderationem cùm in scholis, tum in praxi habuerim, occurrisse mihi vllum casum, in quo possem iudicare peccare quem mortaliter secundum priorem opinionem, in quo eodem non iudicarem idem secundum posteriorem.

42 Secunda quod S. Thomas, [o] non affirmat (vt aduersarius dicit) priorem opinionem, sed ait, quod etiam supposita illa, non tenetur quis ad eleemosynam dandam de superfluo, etiam personæ & statui, pauperi petenti à se illam, nisi viderit in eo euidentia signa extremæ necessitatis. Quia licet quis teneatur dare superfluum pauperibus; non tamen tenetur dare omnibus, nec huic vel illi: quia satisfacit distribuendo secundum quod sibi visum fuerit opportunum. Per quæ omnia palam docet non

a *Vbi sup. c. 6.*

b *In cap. scio. hi. 47. distinct.*

c *Luc. 11.*

d *Per Matth. cap. 25.*

e *Lc. de protect. ff. de publi. in rem act. & cap. solita de maior. & obed.*

f *47. dist. ca. quid dicam 14. q. 4.*

g *§. furtiui. Instit. de obl. quæ ex delict. nasc. & Clemen. quia cōtingit. de relig. dom. cum ei adnot.*

h *2. p. tit. 1. cap. 4. de iniustitia &c.*

i *In capit. si vero. num. 6. de iureiur. & in capit. 1. distinct. 1. & Col. 3.*

k *In cap. trias 45. distinct.*

l *Verb. eleemosyna. n. In d. distin. 15. q. 3. col. 4.*

m *In d. quæst. 8. artic. 13.*

sufficere adhoc, vt quis mortaliter peccet eleemosynam non tribuendo, quod occurrat magna necessitas ex parte petentis, & superfluum personæ ex parte habentis, nisi occurrát euidentia signa extremę necessitatis, quod ipsum posterior opinio S. Antonini, & Panormitani habet.

Tertia quod Romæ, ac in aliis magnis Vrbibus passim occurrunt pauperes in callibus, & valuis Ecclesiarum, & principum, diuitum & aliorum, & in locis in quibus stratæ sunt indulgentiæ, euidentia signa magnæ necessitatis ostendentes, & obnixè petentes, quibus omnibus nemo sufficienter prouidet, nec potest prouidere: pauci largiuntur etiam parum omnibus, immo & pauci parum paucis, in quibus tamen concurrunt duo illa quæ sola sententia receptior requirit, nempè magna necessitas ex parte petentis, & superfluitas illorum, à quibus petitur. At neque Papa, vel vllus alius iudicat peccare mortaliter se vel vllum tot millium virorum, & fœminarum deuotissime Ecclesias ad quærendas indulgentias staras & alias visitantium licet nullam vel tantum paruam eleemosynam eis tribuant.

Quarta quòd sunt multi mercatores, qui habentes honestam sustentationem in reditibus prædiorum vrbanorum, & rusticorum exercent mercaturæ artem, occupando in ea exercenda, & in emendis, vendendis, & ex aliis regnis ad alia importandis & exportandis, multa millia ducatorum; ita quod sint qui impendant in hoc decies, vel vicies centum millia, qui licet aliquantum aliquibus pauperibus largiantur, non tamen omnibus, quos vident magna paupertate oppressos, nisi extrema opprimantur, quos tamen neutrius opinionis illius fautor iudicat peccare ob hoc mortaliter, immo laudátur, iuxta cap. *eiiciens.*[a]

43 Quod nullibi hoc videtur præcipi, nec vlla ratione efficaciter probari. Tum quia illud Domini.[b] *Quod supereſt date eleemoſynam*, videtur consilium, & non præceptum, quia dictum fuit turbis & populo, cuius pauci etiam ex drtioribus, habebant superfluum naturæ, & personæ quoad quos solos continet præceptum etiam secundum priorem opinionem: ob quod S. Thomas fortè,[c] parum se fundauit in illo. Tum quia præceptum de diligendo proximum,[d] in quo ille se plus fundat dicens, quod illud obligat ad diligendum proximum non solùm verbo, sed etiam opere, iuxta illud, [e] *non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate*, & consequenter subueniendum est ei cùm egerit. Quod tamen fundamentum parum concludere videtur extra extremæ necessitatis casum. Quia vt in præfato Manual.[f] non citra sudorem resoluimus, præceptum de diligendo illum aut illum proximum in speciali sub pœna noui peccati mortalis extra necessitatem ob quam proximus amore illo indigeret, non obligat ad mortale: ergo neque præceptum de facienda eleemosyna, quod ex illo nascitur, obligabit, nisi cum ea proximus extreme eguerit, quia non est maior virtus in causato, quàm in causante, vt vtar verbis Baldi,[g] quod probatur in §. *notandum*,[h] & cap. *licet ex quadam*.[i] Tum quia ratio illa neruosa, quam præ aliis pro communi opinione formauimus ex eo, quòd qui re in vnum vsum accepta, vtitur in alium, peccat, & quod omnes accipiunt à Deo Opt. Max. bona temporalia ad prouidendum necessitatibus propriis, vel alienis, non concludit peccare mortaliter laicos eleemosynam non facientes, quoniam alioqui oporteret conficeri omnem prodigalitatem eorum esse peccatum mortale, quia certum est eos accipere à Deo illa bona ad impendendum in bonos & honestos vsus, & non in malos & vitiosos. Quod tamen constat esse contra S. Thomam,[k] ab omnibus in hoc receptum, secundum quos omnes prodigalitas laicorum, quæ sine aliorum iniuria & damno fit, est venialis.

Sexta quod secundum priorem & receptiorem sententiam nulla esset differentia inter obligationem qua tenentur laici de reditibus secularibus eleemosynas, facere, & inter eam, qua tenentur clerici, de suis bonis Ecclesiasticis, cum secundum illam laici de præcepto teneantur ad id sub pœna peccati mortalis; sicut clerici: quod tamen illa negat, & aduersarius pernegat, asserendo hos multo magis teneri, quàm illos vt supra dictum est.

Septima contra vtramque opinionem facit, quòd vix inuenias vllum qui habeat superfluum naturæ & personæ per definitionem superfluí supra[a] positam: quod tamen vtraque opinio præsupponit.

Octaua etiam contra vtramque opinionem est, quòd elogia illa celebertima Hieronymi, Augustini, & aliorum sanctorum supra ab vtraque parte citata, videntur hyperbolicè dicta. Tum quia certum est, imo & de fide, quòd per peccatum mortale rei dominium nec iusta possessio regulariter non perditur, vt per locum ab speciali probatur in *l. quiſquis*,[b] & cap. *vergentis*,[c] & cap. *cum ſecundum leges*,[d] & dicere cõtrarium, esse hæreticum, Concilium Constãtiense declarauit,[e] at in prefatis elogiis dicitur esse alienum, esse iniustè possessum, esse raptũ, quod diues possideat, iustè quæsitum, si quod supereſt nõ tribuat pauperibus, cum ratio suadeat: quod nequit aliter quam per hyperbolem saluari: ergo hyperbolica sunt.

Tum quia, si, vt verba sonant, intelligantur de peccato mortali necessario sunt limitanda, vt vtraque opinio præsupponit, quoad illos tantùm diuites, quibus est superfluũ personæ: & ita longè pauciores verba eorum, quam ipsi intendunt, cõprehendunt. Quia per dicta supra,[f] & infra dicenda,[g] tales diuites pauci inueniuntur, & par est credere, quod pauci etiam eorum tempore inueniebantur. Tum quia vt illa elogia possint comprehendere tot, quot ipsi intendebant, intelligenda sunt de illo peccato veniali, quod potius ex nimio diuitiarum affectu, quàm ex fractione præcepti procedit; & ita per hyperbolem ad dissuadendam auaritiam, & affectum inordinatum diuitiarum aiunt iniustè possideri, iniustè detineri rapereque aliena etiam illos, qui licet nõ habeant omnino superflua personæ, non tamen impendunt illa pauperibus ob nimiũ affectum, quo sunt in illa: quod saltem peccatum veniale est, quia omne inordinatum est peccatum; iuxta illud Apostoli,[h] *Omnia quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt*, & §. *inordinatum nihil*,[i] non autem mortaliter, secundum vtramque opinionem: quia non transgrediũtur præceptum de eleemosyna cõferenda cum non habeãt superfluum personæ.

43 Nona etiam contra vtramque opinionem facit, quòd nimium videtur restringere illud Domini,[k] *Quod supereſt date eleemoſynam, & ecce omnia mũda ſunt vobis*, vt solùm habeat locum in superfluo naturæ & personæ & non in superfluo naturæ tantùm, vel in casu extremæ necessitatis, & eadẽ ratione nimis videtur restringi illud,[l] quod Dominus ait se dicturum omnibus damnandis, ideo se illos damnare, quòd non exercuerunt opera misericordiæ corporalia: quoniam ad eam nullus secũdum vtramque opinionẽ tenetur sub pœna peccati mortalis, ob quod solum est quis damnandus, nisi qui non subuenerit in articulo necessitatis extremæ, vel habuit superfluum personæ & status: qui collatione aliorum damnandorum sunt perpauci, & rari nantes in gurgite vasto.

SVMMARIVM.

46 Superfluum personæ habentes sunt rarissimi; sed in extrema necessitate constituto eleemosynam facere quilibet tenetur tam de superfluo naturæ tantùm quàm de superfluo naturæ ac personæ.

47 De superfluo personæ tenetur quis alicui pauperi dare secundum communem opinionem, non alicui particulari, & qui nollet dare, peccaret mortaliter.

48 Superflua in testamento pauperibus relinquere diuites proponentes, quia est sibi commodius; satisfaciunt præcepto de danda eleemosyna.

49 Mercatura est licita, cum exercetur ad honestam sustentationem mercatoris, vel reipub. etiam ad lucrandum quando lucrum ordinatur in bonum finem.

50 Præceptum de danda eleemosyna obligat sub pœna peccati mortalis multo plures, quàm sint qui eam non dant extremè egentibus.

50 Consilium quoad aliquos & quoad alios præceptum, est illud Euangelicum, quod supereſt date eleemosynam.

50 Verbum vnum & idem ad diuersa relatum frequenter diuersè significat.

51 Clerici tenentur extra extremam necessitatem constitutis dare omnia superflua ex lege iustitiæ imponente hoc onus

a 88. *distinct.*
b *Luc.* 11.
c *Vbi supra.*
d *Matth.* 22.
e 1. *Ioan.* 3.
f *Capi.* 14. *n.* 8. *p.* 10.
g *In l.* 1. *ff. de ſonat.*
h *Qui feu. dar. poſſ. in vſ fend.*
i *De teſtatio.*
k 2. 1. *q.* 119. *artic.* 3.
a *Nu.* 16.
b *Cod. ad l. Iuliam maieſtat.*
c *De hæret.*
d *Eod. titul. libr.* 6.
e *Seſſ.* 15.
f *Num.* 17.
g *Num.* 46.
h *Rom.* 13. & *extrauag. vnam ſanctã de maior.*
i *Authen. de hæred. & fal.*
k *Luc.* 11.
l *Matth.* 25. & 42. *diſtin.*

eorum reditibus; aliter peccaret mortaliter, & tenentur ad reſtitutionem, nec ſuperflua poſſunt ſeruare; vt augeant eorum ſtatum: secus eſt in laicis.

52 Eleemosynam facere tenetur sub peccato mortali habens superfluum naturæ & personę pauperibus extra extremam necessitatem quos ipse delegerit, non autem occurrentibus, & petentibus si existunt.

53 Superfluum naturæ ac personæ habentes si longè degunt non tenentur sub præcepto hic dare eleemosynam non patienti extremè, vel quasi extremè, modo dent vel proponant pro commoditate dare in patria.

a 42. *diſtinct.* *54 Ordo traditus à gloſſa cap.* Quiescamus.[a] *non eſt neceſſario ſeruandus in eroganda eleemoſyna ſed in neceſſario aliquibus debita; vel debitis.*

54 Beneficiarius reditus superfluos alijs pauperibus, quam loci sui beneficij erogans satisfacit, licet cæteris paribus melius esset erogare indigentis.

55 Religionem in genere obligatus ingredi, non tenetur hanc, vel illam necessario ingredi strictissimam, non tamẽ peccat ingrediendo latissimam.

56 Laudes Eleemosynæ.

57 Eleemosyna tunc prodest, cum dans est in statu gratiæ, non autem si in peccato; sed licet non prosit ad meritum, prodest ad alia multa, præsertim ad pœnitentiam.

58 Pauperes non possunt implorare officium superioris, vt cogat diuites ad subueniendum; sed ipse bene posset ex officio inquirere, & cogere habentes superfluum, etiam naturæ tantùm ad dandum pro extrema vel quasi extrema necessitate eorum.

OCtauum principale dictum sit, non esse quidem perfacile præfatarum difficultatibus scrupulos ita complanare vt euangelio & vsui etiam bonorum quadrent. Sed spiritu euãgelico implorato ad primam difficultatem respondeo, ideo rato consuli doctos à pœnitentibus de casibus, in quibus non sit eodem modo secundum vtramque opinionem respondendum, de omissione elargiendi eleemosynam extra extremam necessitatẽ, quia rarissimi fiunt habentes superflua personæ, & rariores qui te neantur eleemosynam tribuere sub pœna peccati mortalis pauperi petenti eleemosynam extra necessitatẽ extremam: quia satisfaciunt dando alij vel alijs, vt eis videtur opportunum, secundum vtramque opinionem per præfatam S. Thomæ doctrinã,[b] ex qua nascitur secunda difficultas.

b *In quodlibet.* 6. *art.* 13. 47 Ad secundã respõdeo concedendũ quod præfata doctrina S. Thomæ plurimum vrget ad dicendum quod in praxi & executione particulari obligationis de eleemosyna portigenda vtraque opinio videtur cum altera concordare. nam secũdum vtramque tenetur quis ad elargiẽdam eleemosynam in extrema necessitate constituto, tam de superfluo naturæ tantum, quam de superfluo naturæ ac personæ vt prædictum est, & secundum neutram tenetur elargiri, ei qui extra illam necessitatem petit etiam de superfluo personæ: quia satisfacit volẽdo elargiri alij pauperi per præfatam S. Thomæ sententiã in qua vtraque opinio conuenit: differunt tamen in ipsa obligatione: quia secũdũ cõmunem tenetur quis de superfluo personæ dare alicui pauperi, licet non illi, vel illi etiã petenti; secundum tamen posteriorem minimè, & ita qui nollet superfluum eiusmodi elargiri in eleemosynam alicui, peccaret mortaliter secundum priorem, non tamen secundũ posteriorem. At quia rarissimi sunt qui huiusmodi habeant superflua, & rariores qui concipiant propositũ nolendi dare illud pauperibus, neque alijs operibus pijs, tunc, neque postea cum visum fuerit eis opportunum rata esse arbitror in hoc peccata mortalia, quorum se pœnitentes accusant & super quibus confessarij laborent consulendo.

Quibus videtur consequens diuites, qui proponerent superflua relinquere pauperibus in vltima voluntate, quia id videtur sibi opportunius, huic præcepto satisfacere etiã secundum priorem opinionem: quia etiam secundum illã nõ obligantur intra certum tempus, neque in certo loco, sed intra incertum tempus & in incerto loco ea erogare pauperibus extra extremæ necessitatis casum. Quæ quotidiana conclusio est, & satis confirmatur facto nobilissimi Ioãnis Patritij Romani, & vxoris eius miraculo niuis æstiuæ comprobato; qui cum facultates magnas, & superfluas haberent, & carerent, liberis, quos earum hæredes facerent, proposuerunt eas iuxta sanctissimæ virginis Dei matris voluntatem impendere ab ea summis precibus assidue petentes vt in quod pium opus eas potissimum erogari vellet, ali quo modo significaret. Illa verò in ædificãda Ecclesia, quæ hodie sanctæ Marię Maioris vocatur, voluit impendi, locumque, vbi volebat eam ædificari, eis, & Liberio Papę tunc Pon. Max ęstiuę niuis miraculo significauit.

Ad tertiam difficultatem respondeo, quod mallem aliũ eam rectè complanãtem accidere, quàm complanare, quoniam efficaciter videtur concludere, quod non sufficit magna egestas rogantis vt eleemosynam, quæ non sit extrema, & superfluitas rogati, vt rogatus non dando eam roganti mortaliter peccet, sed præterea requiritur, quod non habeat voluntatem dandi superflua alij, cui sibi videbitur opportunum. Quibus tribus concurrentibus, credo quod etiam S. Antoninus, Panormit. Felinus, Rosella & alij, quos supra pro posteriori opinione citauimus, etiam id ipsum concesisset, vnde consequens est opinionem eorũ non esse adeo euidenter fallã, vt aduersarius air; immo esse cognatam communi, & quæ facili negotio possit ei conciliari.

49 Ad quartum concedo artem mercaturę liciram esse, vt probat præfatum cap. eiiciens,[a] cum exercetur ad honestam sustentationem mercatoris, vel reip. & quãdo etiam eã exercet ad lucrandũ ordinando lucrum in bonũ finẽ, vt probat vterque Thomas,[b] concedo item multos mercatores etiam habentes reditus ad se sustẽtandum sufficientes; maximam quantitatem pecuniarum ad artem suam exercendam impẽdere, nec ob hoc ab aliquibus reprehẽdi: sed nego illas pecunias eis superfluere, licet enim sibi sustentandis superfluant, arti tamen suę exercendæ sunt necessarię. Et si vrgeas replicãdo ex hoc sequi nullum mercatorẽ quamlibet diuitem, si omnes pecunias in artem suam exercendam impendat, teneri sub pœna peccati mortalis ad tribuendã eleemosynã pauperi, qui non egęt extremè, respondebo concedendo illud etiam secundum opinionẽ S. Th. ac cõmunem, iuxta solutionem tertiæ difficultatis.

50 Ad quintã respõdeo primò, satis esse quod ex euãgelio,[c] constat præceptũ de eleemosyna tribuenda obligare sub pœna peccati mortalis multo plures quàm sint, qui id nõ faciũt extremè indigentibus. Secũdo quod illud Lucæ. *Quod ſupereſt date eleemoſynã.* quoad aliquos consiliũ & quo ad aliquos præceptũ continet frequenter enim vnũ & idẽ verbum ad diuersa relatum diuersè significat, vt habetur c. *ab excommunicato.*[d] & cap. *quoniam Abbas.*[e] vbi plurima in hoc citat Decius. Rationes item illę duæ in argumento tactę idem concludunt: ideo non obstant.

51 Ad sextam respondeo argumentum in ea tactum mea sententia esse insolubile secundũ opinionẽ, quam aduersarius affirmat; at secundũ receptam à Felino posse, negando ex conclusione præfata consequi laicos quèd ac clericos teneri ad eleemosynam largiendam extra casum extremæ necessitatis, quia clerici tenẽtur ad eam dandam ex omnibus superfluis iustitiæ lege, imponente hoc onus eorum reditibus, cui & si contra venerint, & peccãt mortaliter, obligantur ad restitutionẽ: laici verò nõ nisi ex caritatis lege, nullo tali onere speciali ipsorum bonis imposito. Deinde quòd laici possũt efficere, ne sint sibi superflua impẽdẽdo reditus suos laicos vsibus profanis, modo nõ sint vani vel vitiosi; clerici verò minimè, nisi pijs operibus impẽdendo. Tertio quod laici licitè seruare possunt suos reditus ad emendum quępiam dominica, quo statum suum inferiorem in maiorem, quo digni sunt, mutent, vt supra[f] dictum est.

Ad septimam concedo raros esse quibus sit superfluum naturę, simul ac personę, & cõsequẽter raros ex hoc solo c. dãnari, sed ex hoc nõ colligitur quicquam aliud cõtra receptam sententiam, quę quoad hoc non discedit ab altera quantum multi putant.

Ad octauam concedo dicta sanctorum patrum in ea citata & similia magna ex parte hyperbolica esse, vt argumentum probat, & bona ex parte de peccato veniali esse

a 88. *diſtinct.*
b 2. 2. *qu.* 27. *artic.* 4.
c *Matth.* 25.
d *De reſcrip.*
c *De offi. de leg.*
f *Num.* 17.

intelligenda,sed & aliqua de mortali, quod nostro proposito sufficit.

Ad nonam quæ plurimum vrget contra vtramque opinionem,quatenus habet eos qui non habent superfluũ naturę simul & personę nõ teneri sub peccati mortalis reatu ad eleemosynã faciendã,præter quam in casu necessitatis, respondeo difficile quidem satisfieri ei posse: concludit enim rarissimos esse hodie Romæ,vel alibi,qui tanto vinculo ad id teneantur:nam,vt ipse arbitror, nec Papæ ipsi est nunc tale superfluum, cum multo pluribus quàm habeat,indigeat ad alendos remiges & alios milites in Turcas & Lutheranos mari,terraq; pugnaturos, Quare sæpissime in mentem solet venire, posse quem opinari quod vulgus,vt plurimum opinatur, vt qui tantùm superfluum naturæ habet, vt inde possit elemosynare sine indecentia sua notabili, teneatur elargiri eleemosynam oppressis grande egestate,licet non extrema,vel quasi extrema,si occurrant ei , vel sint vicini. quod satis profectò sentit Ioannes Chrysostomus , [a] definiens illud esse quoad hoc omnino superfluum , sine quo quis sanè & honestè viuere potest; & quod de tali superfluo sit eleemosynãdum,pro quo facit, quod egregiè Græcè callentes qualis est Turrianus noster,nuper Illustrissimã IESV societatem professus,cõtendunt verbum Græcum τὰ ἐνόντα, quod vulgata editio,[b] vertit *quod superest*. potius significare videtur quod habet , & potest dare , quàm quod superest,cui consonat illud. [c] *Da eleemosynam : quomodo poteris ita esto misericors,si multum tibi fuerit, abũdanter tribue;si exiguum tibi fuerit,etiam libenter impertiri stude.* Nam si hoc præcipiebat in vetere lege Tobias suo filio; quanto magis in noua, in qua oportet abundare iustitiam nostram , plusquam Scribarum & Pharisæorum, etiam bonam ? nam de mala non poterit fieri comparatio. Quod annotauit S, Sixtus secundus martyr. [d] Quibus consonat illud, [e] *Secundum vires tuas exporrigens de pauperibus &c.* & multa quæ scribit Paulus, [f] quam sententiam saltem in clericis habere locum existimarem,nisi viderem S. Tho. cõmuniter receptũ diffinire,[g] neminẽ teneri etiam de vtroq; modo superfluo ad dandũ eleemosynam eã petentibus & occurrẽtibus extra casũ necessitatis extremæ;& quẽlibet satisfacere largiendo eis,quibus sibi opportunũ videbitur ea ratione , quod alioqui omnes damnaremur. Quamquam autem præfatam conclusionem non audeã affirmare;audeo tamen obnixe rogare omnes diuites præsertim autem clericos , vt ea vti curent tamquam præcepto.

52 Ex prędictis infertur primò parum in praxi duas prędictas opiniones à sese dissidere; immo quod vt in præfato Man. [h] insinuaui,posse adhunc modũ conciliari, vt posterior sit limitatio prioris,idest,quod habẽs superfluũ vtroque modo, naturę simul & personæ,teneatur quidem ad eleemosynandum pauperibus , etiam non patientibus, extremam necessitatem sub peccato mortali,vt habet opinio receptior,sed non petentibus & occurrentibus , quia satisfacit largiendo alijs, quos ipse delegerit,in quo sensu posterior opinio procedat.

53 Secũdo infertur Hispanum,Gallum aut Germanum, qui Romæ habet superfluum naturæ ac personę non trãsgredi hoc præceptum,eo quod nullam hic elargiatur eleemosynam non patienti extremam vel quasi extremam necessitatem, si modo sua superflua largiatur vel quam cito commodè poterit , largiri proponat in patria : quæ est conclusio consolantissima eorum , qui congregant aliquas pecuniarum quantitates,nec suę vitę,nec personis necessarias ad collocandas in patria cognatas aliquas suas pauperes,vel ad subueniendum alijs cognatis , vel amicis vel conciuibus egentibus.

54 Tertio infertur,quod ordo ille , quem in eleemosynãdo seruandum esse docet glossa, [i] per cap. *non satis*, [k] & per illud, [l] *ordinauit in me caritatem?* cui satis congruit S. Thomas, [m] quod ordo,inquam , ille est quidem seruandus quo ad ea,quæ illis sunt necessario debita, & etiam quoad alia,quantum ad hoc,vt cæteris paribus eleemosyna ordine illo facta sit melior,quàm ordine alio facta , non tamen quantùm ad hoc, vt sit mala si ordine alio fiat.

Tum quia vix vllus eum seruat , & est adeo grauis seruatu ac requirere constitutos in extrema necessitate , ad quod , eo quod est graue , non teneri nos ait Sanct. Thomas. [a]

Tũ quod alioqui peccarent omnes, qui cæteris paribus prius cõsolarentur extraneos,quã suos, vel prius orarẽt pro eis, quàm pro suis,etiã in his,in quibus non est necessario, & sub peccato danda cõsolatio propinquo, neq; oratio facienda pro eo,cũ etiã hæc sint opera misericordiæ,& eleemosynę per prędicta.Tũ quod in præfato libro, [b] & in nostro Man. [c] conclusimus beneficiarium, qui beneficij reditus superfluos alijs pauperibus, quàm loci ; vbi situm est beneficium impendit satisfacere, ac bene facere,quamuis melius faceret, si eos cęteris paribus,indigenis partiretur.

Non obstat id quod plurimum alicui obstare videtur, quod ordo caritatis ,vnde hîc eleemosynarum nascitur, secundum præfatos habet, vt prius ametur Deus, deinde parentes,tertio filij , quarto cognati , postremo extranei, vt ex Ambrosio præfata glossa definit.

Non inquam hoc obstat: quoniam ille caritatis ordo seruandus quidem est,quod eam dilectionem, quę necessariò debetur, non autem quoad aliam quę licitè omitti potest in totũ, nisi quantùm ad hoc, quod cæteris paribus melior esset habita illo ordine , quàm alio. Vnde licet qui diligunt filios prius,quàm parentes ad tradenda necessaria vitæ , peccent; qui tamen diligit prius , & magis filios quàm parentes ad effectum eos,& se delectandi ac recreãdi delectatione necessaria , & qui amant extraneos prius & plus quàm filios & cognatos ad effectum affabilius & delectabilius cum eis conuersandi , quàm cum illis non peccant : quamuis cæteris paribus melius faceremt conuersando cum illis, sic qui eleemosynam vitæ necessariã prius cæteris paribus , tribuit filijs & cognatis, vel extraneis quàm parentibus peccat ; licet cæteris paribus melius faceret contra faciendo.

Non obstat etiam,quòd in proposito agitur de eo,quod necessario fieri debet , scilicet de eleemosyna facienda de superfluo naturæ ac personę , quę debet necessario fieri. Quia licet sit faciẽda in genere aliquibus pauperibus,non illis,vel illis etiam si occurrant & petant per dicta S. Thomæ, [d] relata supra, [e]

55 Sicut & qui obligatur in genere ad religionem,tenetur quidem necessario aliquam ingredi, sed non illam aut illam;& quamuis melius faceret ingrediendo strictissimã; non tamen peccat, immo meretur ingrediendo latissimã, iuxta ea quæ habentur in cap. *constitutionem*. [f]

Quarto infertur ex proxima illatione confusio scrupulorum,quibus angitur quidam,eo quod prętermissis cognatis suis pauperibus iuuit & iuuat quemdam, extraneum amicum honestum supplendo de superfluo suo ea , quibus ille ad se decenter alendum indiget; sicut etiam contũdere potest suos is, qui vult contrahere matrimonium , & non seruare continentiam licet proposuerit bene seruire Deo , citra tamen votum continentię per dicta Pauli. [g]

Quinto infertur longè plus expedire ad persuadẽdum hominibus eleemosynæ largitionem proponere laudes, effectus,& prędmia, quę illam sequuntur , quàm peccata, & pœnas, quę ex eius omissione procedunt. Quandoquidem rarò videtur peccari mortaliter ob eius omissionem extra necessitatem extremam,vel quasi(quę etiam rarò vt plurimùm contingit) saltem ab eis, qui superflua naturę ac personę proponunt elargiri pauperibus, licet non elargiantur occurrẽtibus & petentibus, vt dictum est.Laudes autem, effectus, męrita, & prædmia largitionis eius plura sunt quam quæ calamo quis assequi queat, satis sit in præsentia citare illud. [h]

Ignẽ ardentẽ extinguit aqua: & eleemosyna resistit peccatis & Deus prospector est eius qui reddit gratiam , meminit in posterum. & ita in tempore casus inueniet firmamentum:& illud, [i] *quod superest date eleemosynam;& ecce omnia munda sunt vobis* , & illud, [k] *Peccata tua eleemosynis redime.*& quod qui pauperi dat, videtur dare ipsimet Christo pauperis persona personato, [l] qui apud Mat. sic se iustos esse allocuturum in die iudicij ait: *esuriui, & dedistis mihi manducare,sitiui & dedistis mihi bibere,hospes erã & collegistis me.&c.*& quod iustis dicentibus, *Quando te vidimus esurientẽ,& pauimus , sitientõ & dedimus tibi*

potum?

a Hom. 49. super cap. 9. 1 ad Corint. col. 4.

b In capit. 2. Luce.

c Iob. 4.

d In homilia de diuitibus.

e Ecclesiastici cap. 14.

f In d. cap. 9.

g In quodlibet. 8. arti. 13.

h Capit. 24. quæst. 4.

i Capit. quiescamus 42. distin.

k 86. dist.

l Cant. 2.

m 22. q. 33. art. 9.

n Vbi supra.

b De reditib. eccles. q. auct. 1. mon. 26. n. 2. & monito 27. num. 1. & sequent.

c c. 17. n. 94.

d quodlib. 8. ar. 13. c nu. 51.

f Sub fin. de regular. li. 6.

g 1. ad Corin. 7.

h Ecclesiast. 3.

i Luc. 11.

k Daniel. 4.

l Cap. 25.

a Ca. 24. nu. 8.

b In sermo. 45. ad patres in eremi.

c Cap. nihil. de consec. dist. 5. ca. quærat. §. quod autem. de pœni. distinct. 3.

d In cap. quod quidam de pœn. & rem. & in d. §. q. autem.

e Ca. falsã. de pœnit. dist. 5.

f In serm. de septuages. per illud Matth. 25.

g Cap. sicut 11. qu. 7. dist.

h In capit. si quis. de furt. in fine.

DE ELEEMOSYNA. 135

*potum?*respondebit.Amen *dico vobis: quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis mihi feciſtis*.Quæ verba vtinam cordi affigentes, imaginaremur Christum ipsum sub pauperis imagine latentem , & quidquid datur pauperi , adeo sibi dari existimantem, vt ce S. Martino qui vestem pauperi diuisit diceret Angelus, *Martinus hac me veste contexit*. Omitto infinita , quæ sacri Doctores scripserunt. Illud solum admoneo ,quod pridem in præfato Man. [a] admonuit ex illo magno patriarcha nostro Augn. [b] *Nunquam*,inquit, *recordor me legisse mala morte perijsse illum qui libenter in hac vita opera pietatis vel caritatis voluit exercere.*

57 Admonendi autem sumus quod tunc demum operatur eleemosyna præfatos omnes effectus , cum largitor illius est in statu gratiæ constitutus,non autem cum est in statu peccati mortalis & damnationis:quia sicut alia omnia opera, quamlibet alioqui suapte natura bona , facta sine gratia gratum faciente sunt mortua, [c] & ita etiam similiter eleemosyna.Sed vt præfata opera mortua, licet nil prosint ad bene merendum per illa immediatè gratiam aut gloriam, prosunt tamen ad alia multa , de quibus per glossam, [d] & maxime ad hoc,vt illustretur cor illa operantis ad pœnitentiam, [e] ita & magis hunc effectum,qui videtur præcipuus,operatur eleemosyna. Preces enim pauperum & miserorum pro suis benefactoribus ad Deum prorectas facile audit misericors & miserator Dominus. Itaque qui eleemosynat, non putet sibi quicquam profuturum quoad gratiam,& gloriam nisi cum id in statu gratiæ facit: putare tamen potest , id multùm profuturum ad hoc, vt Deus moueat eum & iuuet ad contritionem habendam. Vnde August. singulariter dixit. [f] Dominum condemnaturum blasphemos,latrones , & alios malos,eo quod non fecerint opera misericordiæ , non esse intelligendum ita quod sit condemnaturus eos,propter peccata commissionis eleemosynæ,sed propter blasphemias , latrocinia , & alia peccata , à quibus se liberandi , gratiam dedisset,si misericordes & misereatores fuissent.

58 Sexto infertur ratio, quare rarò vel numquam videmus in praxi glossam illam. [g] communiter receptam ibi & per Panormitanum , [h] & alios alibi quæ habet pauperes non habere quidem actionem sed posse implorare officium superioris, vt cogat diuites ad eleemosynandum. Ratio enim est quod secundum opinionem S. Antonini & Panormitani supra relatam non tenetur dines de præcepto nisi in casu necessitatis extremæ , extra eam autem neque secundum receptiorem sententiam , nisi habeat superfluum naturæ & personæ:nec tunc tenetur ad dandum huic vel illi sed tantùm his quibus viderit sibi opportunum, & ita imploranti officium iudicis super hoc contra aliquem diuitem responderi potest , tu non es in extrema , vel quasi extrema necessitate , aut potes laborare vel mendicare : & pudor te ab hoc non excusat, vt supra est dictum, vel sunt alij tibi cognatiores & me ditiores , non est mihi super filium personæ , & id genus alia , quibus eneruet vires iudicij fori exterioris contra hunc , vel illum intentatas. Posset tamen Rector ciuitatis mea sententia inquirere de necessitate extrema , vel quasi suorum ciuium , vel peregrinorum, vel de defectu eleemosynas spontaneãrum ad ei subueniendum , & constito sibi de hoc, coadunare populum, & quando non posset rogatu, cogere iusu omnes habentes superflua naturæ , licet non haberent personæ , ad contribuendum in eleemosynam talibus necessitatibus necessariam , vnumquemque pro superfluo, quod ei Deus dedit, & hoc modo frequenter & vtiliter posset præfata glossa in praxim deduci per præfata.

SVMMARIVM.

59 *Eleemosynam quilibet facere potest cuilibet egenti de qualibet re , dummodo sit sine præiudicio alterius , vel proprio cui renunciare nequit.*

60 *Eleemosynam facere potest monachus de bonis monasterij , quæ sua non sunt , de consensu legitimi superioris vel Ecclesiæ.*

60 *Eleemosynam non potest facere hæres de suo, licet sit dominus eius.si est restitutioni subiectum.*

60 *Eleemosynam potest facere vsurarius ex illicite quæsito;quãdo scilicet habet alunde quod restituat : quia nemini præiudicat.*

61 *Eleemosynam facere potest habens decem male acquisita & miscens alijs suis;quia re manet, vnde restituat.*

62 *Eleemosynam de licitè quæsito facere non potest,quę ita fieret impotens ad restituendum , quæ necessario restituere tenetur.*

62 *Præcepta & iustitia præponenda sunt liberalitati , & eleemosynæ,nisi maxima necessitas vrgeat,vel pascini debetur consentiret.*

63 *Necessaria vitæ tantùm habens , non potest licitè de illis eleemosynam facere,licet sint sua ; quia id nequit sine præiudicio vitæ facere , cui non potest renunciari.*

63 *Eleemosynam extremè patienti potest quis facere de alieno, si non habet de suo:quia dominus si præsens esset, teneretur id facere.*

64 *Eleemosynam potest vxor facere de suis bonis parafernalibus, & filius familias de bonis castrensibus vel quasi.*

64 *Eleemosynam quando possint licitè facere subditi de bonis superiorum.& num. seq.*

65 *Eleemosynam vxor & quilibet alienorum bonorum administrator facere potest,si id consuetudo habeat, & quoad vxorem etiam contra expressam voluntatem mariti vtiliter scilicet gerendo negotium eius.*

66 *Vxor licet debeat marito operas obsequiales siue officiales;industriales tamen,& artificiales non debet.*

67 *Eleemosynam potentibus laborare suis manibus facientes, reputando eos pauperes, non male faciunt : quia tamquam pauperibus,licet,non mendicent tribuunt.*

68 *Restituere quis potest sibi tamquam pauperi , vt alijs , si est pauper obligatus restituere pauperibus incerta male quæsita , omnia vel partem saltem ex confessarij consilio.*

69 *Beneficiarius debens aliqua , quæ aliunde soluere nequit potest de fructibus sui beneficij sibi tamquam pauperi capere, quantum est necessarium ad soluendum.*

70 *Executor ad distribuendum aliqua pauperibus potest deligere cognatos suos,& familares pauperes,immo & filios,modo non sibi quærat.*

70 *Executores si duo sint ad elargiendum pauperibus deputati, poterit alter eorum alteri,si est pauper,elargiri.*

71 *Beneficiarij præsertim scholastici omittentes horas & obligati restituere fructus perceptos Ecclesiæ vel pauperibus possunt sibi illos retinere saltem de consensu confessarij.*

72 *Pauperes obligati restituere pauperibus in genere & executor deputatus ad distribuendum aliqua pauperibus,possunt se pro vno ex illis deligere.*

72 *Duorum officium potest quis subire ,quando neque materia nec forma dispositionis repugnat.*

72 *Beneficiarius non tenetur fructus superfluos sui beneficij elargiri solis pauperibus loci,vbi est situm beneficium , vel vbi residet.*

59 NOnum principale dictum, quod quilibet cuilibet egenti de quòlibet potest eleemosynare rectè sine præiudicio iniusto alterius & proprio cui renunciare nequit.Dixi *quilibet & cuilibet*. ad comprehendendum bonos & malos, fideles & infideles vt suprà. [a] Dixi , *de quolibet* ; ad comprehendendum omnia bona propria vel aliena , licitè vel illicitè quæsita : de illis enim omnibus licitè eleemosynare potest, modo id fiat sine præiudicio alterius , cum quo tamen de nullis potest,vt habet cap. *denique*. [b] ibi, *si non potest subueniri, nisi alter lædatur , commodius est neutrum iuuari , quàm grauari alterum*. sit autem sine alterius præiudicio, cum fit sine damno alterius vel cum eo , sed de ipsius legitimo , expresso vel tacito consensu. [c] Dixi,*& proprio cui renunciare non potest*. nam cum præiudicio vitę propriæ cuius non est dominus, [d] id facere nequit.

60 Ex quo infertur primo quod numquam de alieno quis licitè eleemosynat, vt monachus de bonis monasterij , quæ sua non sunt, nisi de consensu legitimo superioris vel ecclesiæ. [e]

Secundo quod aliquando non potest quis eleemosy-

a Num. 24.

b 14. qu. 5.

c Cap. scienti de reg. iuris libr. 6.

d Leg. liber. homo. ff. ad l. aquil. ea. contingit. de excõmunication.

e Capit. non dicatis cum glossi 12. qu. 1.

nare

nare de suo, vt hæres, qui licet sit Dominus rei restituti-
ni subiectæ, [a] non potest eam in eleemosynam dare, quia
tertio præiudicat.

Tertio quod nonnumquam licet eleemosynare de il-
licitè quæsito puta quando sit sine præiudicio eius, ex
quo quæsitum est, vt cum vsurarius habens alia vnde re-
stituat vsuras male extortas eleemosynat de illis. Neque
obstat his doctrina S. Thomæ communiter recepta, [b]
videlicet quod de quæstis illicitè, quæ debet restituere
is qui quæ sicut non fit rectè eleemosyna. Non inquam
hoc obstat; quia intelligenda est ad effectum, vt per illam
excusetur à restituendo tantùm quantùm deberet restí-
tuere, si eam non faceret, vel cum per eam fieret inops
ad restituendum,

61 Quarto, quod si quis inueniret vel etiam fararetur
decem scuta, quæ misceret alijs, quæ domi haberet iustè
posset de illis eleemosynare pauperi petenti, non quí-
dem ad effectum diminuendi obligationem restituendi,
sed ad effectum, vt illa eleemosyna esset Deo accepta si
aliud non obstaret, cum facta illa eleemosyna maneant ei
ad restituendum sufficientia. Dixi *quæ misceret alijs*, quo-
niam ex quo ante mixtionem vel consumptionem domi-
nium eorum remaneret apud dominum, non posset ea sí-
ne culpa furti dare: post commixtionem autem, quia per
eam fit dominus potest dare manente integra obligatione restituendi per ea quæ leguntur & notantur in l. *si alieni*. [c]

62 Quinto, quod aliquando non potest quis eleemo-
synare de licitè quæsito, quando scilicet eleemosynando
de illo fieret impotens ad restituendum ea quæ tenetur
necessario restituere. Nihil enim boni, ac ne sacrificium
quidem est faciendum cum præiudicio alterius, iuxta il-
lud [d] relatum, in cap. non est putanda. [e] *Qui offert sacrificium de substantia pauperis, idem est ac si victimet filium in conspectu patris*,

Sexto, quod recte respondimus olim cuidam magno
principi solito passim intercedere apud quemdam Re-
gem maxima æris alieni mole grauatum, & impotentem;
ad soluendum stipendia militibus debita, vt illis, & illis
eleemosynaret, illis & illis benefaceret, quòd per illa
liberalia & pia opera fiebat impotens ad sua debita
soluenda; quod non licet: quia præcepta & iustitia
anteponenda sunt liberalitati & eleemosynæ, nisi
maxima necessitas vrgeat, vel pars cui debetur con-
sentiret. [f]

Septimo quod multo magis deberent ipsimet Reges,
Reguli, & alij principes tam sæculares quàm eccle-
stici cauere sibi ne gloriam humanam insequentes, & ig-
nominiam fugientes malint magnas familias alere, regia
contiuia, insignes eleemosynas, & pia opera facere,
quàm debita soluere præsertim stipendia suorum milítum,
& ducum, quorum virtute, industria, & labore regna, &
dominia eorum perstant.

63 Octauo eum qui non habet vltra necessaria vitæ non
posse licitè eleemosynare de illis, quamuis sint eius:
quia non potest id facere sine præiudicio vitæ cui non
potest renunciare, argumento capit. *pasce fame morientem*. [g] adiuncto capite *si non licet*. [h] & supra [i] est
dictum.

Nono posse quem de alieno, si non habet suum, elee-
mosynare patienti extrema, quia id facit sine iusto do-
mini præiudicio: Dominus enim si præsens esset, te-
neretur id facere, [k] licet enim secundum opinionem, quam
supra [l] sequuti fuimus, extrema necessitas neminem
exuat dominio rerum suarum, nec alium inducat, in illud
inducit tamen necessitatem communicandi, vt ibi dixi-
mus & ita non facit vllum [m] damnum iniustum, iuxta id
quod in simili probat, l. *fluminum*. [m] cap. *ecclesia*. [n] nisi plus,
& alio modo daret, quàm dominus dare obligaretur, si
præsens esset. si dominus præsens non teneretur ad subue-
niendum gratis & per viam donationis egenti extremè,
nemo alius posset iustè gratis, donando subuenire de ip-
sius bonis per prædicta.

Decimo, posse vxorem de suis bonis parafernalí-
bus, id est, quæ habet vltra dotem & filiumfamilias
de bonis castrensibus, vel quasi, eleemosynare: quia
per id neque patri neque marito fit præiudicium, arg. l. i. [a]
& glossæ, [b] & Baldi. [c]

Vndecimo, posse vxorem, filios, famulos, & veros ser-
uos eleemosynare de bonis patris mariti, monasterij, do-
mini, & heri, primo quidem de licentia expressa eo-
rum, quorum bona tractant iuxta præfatum c. *scitote & cõsentienti non fit iniuria*, [d] secundo de licentia eorundem tacita,
puta illa, quæ resultat ex licentia, qua peregrinantur, vel
iter faciunt, vel sunt in scholis, vel alibi, negotia eorum
tractant. Quia tunc videtur eis concessa tacitè licentia
id faciendi secundum consuetudinem similium persona-
rum, iuxta l. *si longius*. [e] præsertim cum necessitas esset
magna, vt notat Panormitanus, [f] & quando certa quanti-
tas conceditur eis in singulos dies impendenda siue pa-
rum siue multum impendant, & ipsi per parsimoniam fa-
ciunt aliquid ex ea reliquari per ea quę latè diximus in
præfato lib. de redit. ecclesiasticis, [g] & nostro comment.
super cap. *non dicatis*. [h] Illud enim reliquum posse nt eleemosynare iustè, ac sanctè mea sententia.

65 Duodecimo, quod licet in cap. *quod Deo pari*. [i] sic
scribat August. [k] *nihil de tua veste, nihil de tuo auro, vel argento, vel quacumque pecunia, vel de rebus vllis terrenis tuis sine mariti arbitrio facere debuisti*. potest tamen eleemosynare
iuxta præfata corollaria, & etiam, si consuetudo habeat,
quod vxores eleemosynent aliqua de pane, vino, & si-
milibus, argum. cap. fin. [l] & cap. *quæ contra mores*. [m] etiam
si maritus expresè publicè vetuerit, modo ipsa probabi-
liter putet ipsum id fecisse, vt temperaret ab excessu, &
non à moderato & solito. si inquam probabiliter putaret,
nam si verè cognosceret voluntatem mariti esse omnino
contrariam acquiescendum est ei; Neque puto hæc esse
specialia in vxore vt aliqui significant, sed etiam proce-
dere in quocumque bonorum alienorum administratore
eadem ratione. arg. l. illud, [n] placet etiam opinio Rai
mundi ac Rodulphi quos sequitur Siluester, videlicet,
quod vxor potest contra voluntatem expressam, & sibi
notã mariti eleemosynare, vtiliter gerẽdo negotium viri,
puta, quia videt eum crudelem, & sceleratum & occulte
largitur eleemosynas, vt auertat ab eo suam iram Deus,
& conferat ei suam gratiam; & sufficit quod maritum nos
scandalizet, licet credat, quod ei displiceret si sciret. arg.
l. *soluendo*. [o] cum similibus, & exemplo Abigail, quæ [p]
quibusdam muneribus contra sui mariti voluntatem im-
pensis eum liberauit à morte. Potest etiam idem facere
cum vir assignauit ei certum quid pro suo victu, & ipsa
per abstinentiam, & parsimoniam faciat aliquid reliqui
sibi vt eleemosynet. Potest etiam secundum Paluda-
num si vir sit furiosus, & tunc pertinet ad eam dis-
positio domus & familiæ, donec aliter à superiore fuerit
ordinatum.

66 Potest item secundum S. Thomam & Richardum
& communiter Theologos [q] & Summistas eleemosyna-
re de his quæ per suam artem vel industriam quęrit, puta,
quia est Chirurga vel obstetrix, vel pollet arte alia lu-
crosa. Nam licet vxor debeat operas obsequiales siue of-
ficiosas marito, & quod per eas quærit, quærat ei. iuxta
glossam. l. *si cui patronus*. [r] industrialiter tamen & artificiales
non debet. Immo si vult per eas sibi acquirit, modo eas
exerceat non deficiendo ab eo, quod marito debet, vt col-
ligitur ex Baldo, [s] & tradit late Ioannes Lupus. [t]

67 Decimotertio quod quamuis glossa communiter
recepta, [v] dicat ei qui potest laborare, non deber Ecclesia
prouidere; & quod integritas & robur mẽbrorum in con
seręda eleemosyna est attendenda, [x] eo quod robusti de ci-
bo *securi sine labore frequẽter iustitiã negligũt*. [y] & quod glossa
super Matth. habet *iustum feceris si iniustè potentem correxeris, quàm si ei dederis &c.* Quamuis inquã glossa illa dicat talia,
& per contenta in ea & per cap. 1. [z] videatur probare, non
tamen ita intelligenda sunt, vt significent male facere
illos, qui potentibus laborare manibus suis eleemo-
synant reputantes eos esse pauperes. Tum quia negare
non potest eos esse pauperes & stylus huius sanctæ Curiæ
eos reputat tales. Tum quia alioqui peccarent clerici be-
neficiarij & commissarij ad distribuenda pauperibus ali-
qua, & cognati ditiores, qui eiusmodi hominibus solis suis
operibus viuentibus eleemosynarent. Quare sanus intel-

lectus

[a] C. *ad Mac-ced.*
[b] *In rubr.* C. *de pact. conuen.*
[c] *In l. 2. C. de rebus cred.*
[d] *De reg. iur. libr. 6.*
[e] *ff. de indic. l. 2. ff. de iuri. omnium iud. cap. præterea de off. deleg.*
[f] *In d. cap. si quis in fine. de furt.*
[g] *Quæstio. 1. monit. 26. 33. 43. 44. 45. & q. 3. moni. 25.*
[h] *Num. 41.*
[i] *33. qu. 5.*
[k] *Ad Ecditiã epist. 199.*
[l] *De consuet.*
[m] *2. distinct.*
[n] *ff. ad le. Aquil.*
[o] *ff. de negot. gest.*
[p] *Primo Reg. 25.*
[q] *In 4. distin. 15.*
[r] *ff. de operi. libe.*
[s] *In l. si vxorem. Cod. de cond. in sert.*
[t] *In rubri. de donat. inter virum & vxorẽ, col. 82.*
[v] *In summa 82. dist.*
[x] *Leg. 1. C. de mẽdicã. valid. libr. 11.*
[y] *5. q. 5. non omnes.*
[z] *Eiusdem distinct.*

[a] *Leg. Fœminæ. Co de secũdis nuptiis.*
[b] *2. 2. quæsti. 32. art. 7.*
[c] *ff. de solut. & in l. idem Pomponi. §. si plumbum. ff. de rei ven.*
[d] *Prouerb. 3. & 1. quæst. 5.*
[e] *Le Mulier bona. ff. de iur. dot. c. non est putanda. 1 q. 1. & cap. denique. 14. quæst. 5.*
[f] *Num. 25.*
[g] *2. 86. distin.*
[h] *3. q. 5. & l. præses. C. de seruit. & aqua.*
[i] *Le 2. §. cũ in eadem. ad l. Rhod. de iact. & glos. c. sicut bi. 47. distinct.*
[k] *Num. 27.*
[l] *§ fin. ff. de damno inf. ct.*
[m] *De elect.*

lectus eorum quæ glossa continet videtur esse, quod elee-
mosyna debetur ei, qui non habet, quo viuat, nec potest
suis manibus laborare: non autem illi, qui potest id facere;
& quod potens suis manibus quærere victum peccat, &
potest castigari, si mendicet, non autem quod peccet ille,
qui eam tamquam pauperi, licet non mendicet, tribuit.
Quare deponat scrupulum peccati beneficiarius ille, qui
cuidam cognato vel amico victum sibi, vxori, & filijs la-
bore manuum suarũ vix quęrenti eleemosynauit vnũ mu-
lum, vel bouem, cuius vsu, opera, seu labore se iuuaret, ne-
que putet hoc esse contra Concilium Tridentinũ quod [a]
interdicit beneficiarijs, ne cognatos, aut familiares de re-
ditibus Ecclesiæ augeãt, quia mox subdit, quod possint eis
si pauperes sint, tamquam pauperibus de illis erogare. Nõ
enim Concilium se restringit ad pauperes mẽdicantes, sed
ad pauperes in genere, quales sunt multi non mendican-
tes, qui licet se suis manibus possint sustẽtare, & licet non
dicantur pauperes ad effectum iustè mendicandi, sunt ta-
men tales ad effectum iustè accipiendi eiusmodi & alias
subuentiones mediocres, quibus non fiunt diuites, sed fiũt
liberiores ad paulo quietius degendum & ad missas au-
diendas, & aliquot alia pia efficienda, & habenda.

68 Decimo quarto quod qui tenetur ad restituendum
pauperibus aliqua male acquisita interea potest. si est pau-
per restituere sibi tamquam alij pauperi ea omnia, vel par-
tem eorum saltem iuxta confessarij Docti consiliũ, vt post
multos relatos concludit S. Antoninus, [b] quod tamen nul-
lo firmo fulcio fulcit: fulciri tamen posse videtur. Tum eo
quod ille non tenetur ea restituere illis aut illis paupertí-
bus, sed pauperibus in genere, & ille est vnus ex illis. Tum
quod gratior est eleemosyna, quæ cęteris paribus propin-
quiori tribuitur iuxta ordinem illam distribuendi Am-
brosij citati à glossa [c] supra relatam.

69 Tum quòd carnem suam quisque amare debet, &
non odisse. [d] Tum quod beneficiarius qui debet aliqua, &
quæ aliunde soluere nequit, potest de fructibus sui benefi-
cij capere tantùm sibi tamquam pauperi ad ea soluendum
quãtum est necesse, vt supra declaratum est aperiendo ve-
rum intellectum, cap. *peruenit*. [e] tiam si debita illa pro ma-
lis vel prophanis fuissent contracta. Tum quod l. *ab omnibus*. [f] probat hæredem qui iussus est dare decem hęredi, ius-
sum quoque dare sibi & §. *Diaconissam*. [g] habet bonorum
diaconisse partem dari monasterio quò alat eam. Neque
obstat l. *si mandauero tibi*. [h] quatenus videtur probare eum,
cui data est electio, non posse se eligere se ipsũ; habet enim
eum, cui data sunt centum, vt daret cui vellet, non adim-
plere mandatum eligendo se ac retinendo ea sibi, & pro
libito expendendo. Non inquam id obstat. Tum quia lo-
quitur in mandato cuius fines diligenter sunt seruandi. [i]
Tum quod id ibi contingit, quia ex verbis mãdantis colli-
gitur contraria mens. Tum quia loquitur, quando idem
eligit se ipsum quatenus est idem, non autem quando quis
eligit se ipsum, quatenus est alius cùm obligatus ad resti-
tuendum incerta, non potest eligere se quatenus est ra-
ptor, fur, vel vsurarius, vel quilibet alius homo, sed quate-
nus est pauper, & ita vnus eorum quibus facienda est re-
stitutio. Tum quod dici posset quod etiam in casu præfati
§. *si quis centum*. qui accepit centum, si haberet illam quali-
tatem, quàm qui dedit, voluisset in eorum distributione
attendi, posset sibi ea, vel partem eorum capere. Certè me-
mini aliquando dare alicui distribuenda quædam in quos
vellet pauperes, desiderãdo vt sibi ex eis caperet aliqua tã-
quam pauper, cui ego tamquam tali non poteram sine
vtriusque rubore dare. Immo arbitror, quod in illo ipso
casu illius §. si mandans esset Christianus, modestus, ma-
gis satisfaceret mandatarius accipiendo sibi ex illis centũ
illud, quo egeret, recognoscẽdo se pauperem, & in amore
Dei, quàm tribuendo alij parum pio & modesto, cui ta-
men tribuendo certum esset satisfactum iri.

70 Decimoquinto ex proxima illatione infertur, execu-
torem ad distribuendum pauperibus aliqua, posse procul-
dubio deligere pauperes cognatos suos & familiares, vt
determinauit Baldus, [k] immo & filios si sunt pauperes ad-
hibita cautela, ne per eos sibi quærerent secundum Calde-
num, [l] cui consonat Ancharanus. [m] Quin & Cardinalis, [n]
secutus Paulum à Leazaris ait, quod si duo executores sunt

[a] *In sess. 25. c. 5. de reformatione.*
[b] 2. *part. tit. 1. cap. 8. col. 3.*
[c] *In summa 42. distinct.*
[d] *Capit. non æstimem. 23. q. 2.*
[e] *De fide inst.*
[f] §. *item si 1. iust. ff. de l. 2.*
[g] *Authen. de sanct. episco. coll. 9.*
[h] §. *siquis eẽ. tit. ff. mand.*
[i] *Leg. diligenter. ff. mand.*
[k] *In lege id quod pauperibus qu. 22. Cod. de sacro sanct. eccles.*
[l] *Cons. 31. & 39. de test.*
[m] *Cons. 84. domina Apolonia.*
[n] *In clem. 2. q. 22. de testam.*

[a] *De consec. distinct. 1. ca. 7. num. 32.*
[b] *Cap. 25. nu. 122. & sequ.*
[c] *Sess. 9. Cõc. Lateranen.*
[d] *In l. si mandauero. tibi §. siquis iussus dare cetum. ff. mandati.*
[e] *In cap 2. §. sane de testã. col. 3. lib. 6.*
[f] *In d. clem. 2. q. 22.*
[g] *De electio. h. Dicta l. ab omnibus. ff. de leg. 1.*
[i] *In d. qu. 22.*
[k] *Cap. tuæ. c. is qui. de spõs. c. is annot. ff. adoptionibus.*
[m] *De proba. n à num. 14.*
[o] *Quæstio. 1. monit 26. n. 2. & monit. 27. num. 1. & seq.*

SVMMARIVM.

74 *Eleemosynæ bonæ sunt malę, cum sunt principaliter propter aliquod bonum honorarium, vel pecuniarium.*
74 *Eleemosynæ factæ principaliter propter finem debitum non pereunt eo solo quod minus principaliter fiant propter laudem, vel vtilitatem temporalem actu vel virtute in debitum finem relatam.*
75 *Eleemosynam maiorem quis largiendo publicè quàm fuisset largiturus secretã, bene non male meretur si aliud nõ desit.*
76 *Eleemosynam maiorem elargiri pauperi, pro quo petit amicus, vir egregius, quã ipsimet pauperi vel plebeio pro ipso, non est peccatum sed meritum, si non principaliter propterea fiat.*
77 *Eleemosyna vt maior fiat, procurantes peti per egregias personas publicè amore Dei non peccant.*
77 *Eleemosyna plus dari iustè in opus piũ amore Dei si petatur ex sugestu, vel altari vt ętiam pro eo circum sedentes orent.*
77 *Offerri plus sine peccato potest celebranti primam missam vel baptismum eo quod publicè fiat, vel inuitatus quàm nemine vidente si principaliter propter Deum.*
78 *Eleemosyna ob circunstantias aliquas esse potest aliquando maior publica, quam secreta.*
78 *Prælatos non facientes eleemosynas publicas sed secretas qui laudant, errant.*
79 *Eleemosynas à se publicè peti, ait per publicas personas nisi ex magna causa non optandum propter periculũ inanis gloriæ.*
80 *Hospites gratis recepti, & omnes inuitati de copiosis ferculis pauperibus amicis mittentes ob vanã gloriam, bis peccant.*

80 Episcopi caritatiue hospitio recepti à monasterijs eleemosynam de sibi appositis dare nequeunt, licet cum ex debito causa visitationis procurantur, possint id facere ibidem, & non extra de fragmentis.

DEcimũ principale quod quemadmodum alia opera suapte natura bona, siũt mala eo solo quod principaliter siũt ob laudem, honoré, gloriam, vel aliud bonũ pecuniarium, vt late monstrauimus in commentario c. *cum minister*. [a] ita etiã (proh dolor) multa quæ suapte natura sunt eleemosynæ bonæ fiunt malæ, cũ fiunt principaliter propter aliquod bonum honorarium vel pecuniarium, iuxta illud. [b] *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis: alioquin mercedẽ nõ habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est. Cum ergo facis eleemosynam noli tuba canere ante te sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis vt honorificentur ab hominibus.* Sed quia, vt ait Cicero. [c] *Pauci sunt qui rebus benegestis sibi gloriam non appetant*. Et pro consolatione infirmorum qui humana laude ad eleemosynandum alliciũtur addo, quod sunt alia virtutũ opera bona facta principaliter, vel propter Deum, vel quia recta & bona, vel rationi cõformia sunt, & non desinũt esse bona eo solo quod fiant minus principaliter propter bona honoraria vel alia temporaria actu vel virtute in debitum finem relata, vt latè vbi supra in cap. *cum minister*. [d] demonstro: ita neque eleemosynæ factæ principaliter propter finem debitum, puta propter Deum vel propter egestatem proximi, vel quia sunt bona opera pereũt eo solo, quod minus principaliter fiãt propter laudem vel aliam vtilitatem temporariam actu, vel virtute in debitum finem relatam.

75 Ex quo infertur primo veritas, & verus intelligendi mod[e] illius decisionis Ioãnis Gersonis. [e] Scilicet nõ male, immo bene quẽ mereri (si aliud nõ desit) largiendo maiorẽ eleemosynam publicã quàm fuisset largiturus secretam: quæ intelligenda est, quando non requirit maiorem laudẽ de maiori eleemosyna saltem principaliter, licet eam minus principaliter actu, vel virtute in alium finem debitum relatam requirat.

76 Secundo infertur nõ esse peccatum immo meritum, si adsint cætera, largiri maiorem eleemosynã pauperi absenti, pro quo petit aliquis amicus, vel vir egregius, quam dedisset, si pauper ipse vel alius homo gregarius eam petiisset, modo vt prædictum est, non respiciatur principaliter persona illa media petentis.

77 Tertio non peccare illos qui saltem magna de causa procurant aut consulunt vt petatur ad aliquod opus pium publicè per egregiam quàm piam personam Dei amore, vt maior eleemosyna fiat quam si secretò vel per alias personas gregarias petereturꝰ seruatis modis prefatis?

Quarto iustè dari plus eleemosyna cum in aliquod piũ opus petitur ex altari vel suggesto publicante parocho, vel alio, quid, & quantum quisque largiatur aut promittat, vt pro eo circumsedentes Deum orent.

Quinto posse quẽ absque peccato plus offerre missam primam facienti, vel nuptias, aut baptismum celebranti eo, quod ad id inuitatus fuerit; vel populo spectante offerat quàm offerret si nemine videnteꝰ aut non inuitatus id faceret, eadem ratione seruatis prefatis modis.

78 Quę omnes decisiones radicantur in prefato dicto principali, & quod frequenter circunstantię aliquot occurrunt ob quas eleemosyna publica debet esse maior, quàm secreta: è quibus est illa quod alioquin videntibus falsò putaretur faciens eam auarus, vel sordidus, & detractione dignus.

Sexto eiusdem Gersonis vbi supra dictum cõuincit errare illos, qui laudant prelatos non facientes eleemosynas publicè sed tantum secretas: quia præceptum est eis vt publicè beneficiant per illud, [a] *luceat lux vestra corã hominibus.*

79 Septimo quod turius est pro salute animę non optare, vt eiusmodi eleemosynę publicè aut per publicas personas petantur saltem sine magna causa. Quia cum bona pars hominum sit vel pauper vel insueta humilitatis actibus vel plus satis glorię humanę auida, facile credi potest bonam partem eorum à quibus peritur tantùm aut magis illud plus quod largitura est publicè quam secretè largituram ob gloriam humanam, vel pudorem, & ignominię timorem ex necessitate quadam & tristitia contra illud Apostoli, [b] *Hilarem datorem diligit Deus.* & illud Gratiani [c] *qui dat ob pudorem perdit rem, meritumque rei.*

80 Octauo bis peccare illos hospites, qui gratuito ab aliquibus recepti & exhibiti de ferculis sibi copiosè appositis mittunt aliqua ob gloriam vanam pauperibus amicis. Primoquidem quia eleemosyna ob gloriam vanam facta est mala saltem venialiter, vt in specie Caietanus definit. [d] Secundo quod nocent alijs cum quo nocumento non est Eleemosynandum, [e] vt supra dictum est. Neque arbitror excusari semper tales per consensum Domini petitum publicè coram alijs inuitatis: quia frequenter est extortus ob pudorem & ita inuoluntarius, qui saltem coram domino videtur non excusare. arg. l. 1. [f] & per late tradita per Curtium Iuniorem, [g] facit clem 2. [h] qua declarauit non posse episcopos cum gratuito siue caritatiue recipiuntur hospitio à monasterijs eleemosynare de sibi appositis, licet cum ex debito causa visitationis procurantur posint id facere de fragmentis, vt ibidem dicitur non autem de panibus integris, nec deferendo alio, vt glossa recepta ibi declarat.

FINIS.

COM

a 23.qu.1.

b *Matth.6.*

c *Lib.1. offic.*

d 23.q.5. nu. 3.32.33.

e 2.part. tit. de temperãt alphabet.39.

a *Matth.5.*

b 2.ad Cor. 9.

c *In cap. fin. 23.q.8.*

d *Super Matha.c.7. col. 1.pagina 1.*

e *Capi.denique.14.q.5.*

f §. *Ĩ onerandis. ff. quæst. rer. act. non dat.*

g *Cons. 141. nu.11. vol.2.*

h *De cens.*

COMMENTARIVM DE FAMA, ET INFAMIA

QVOMODO PROBENTVR, ET quot ad illa requirantur, super capit. Non sunt audiendi 11. quæst. 3.

Augustinus lib. de bono viduitatis cap. 22.

NOn sunt audiendi, siue viri sancti, siue fœminæ, qui quando reprehenduntur in aliqua negligentia sua, per quam fit, vt in malam veniant suspicionem, vnde suam vitam longe abesse sciunt, dicunt coram Deo sufficere sibi conscientiam, existimationem hominum non solùm impudenter verum etiam crudeliter contemnentes. *Et infra.* Nobis enim necessaria est vita nostra, aliis fama nostra.

SVMMARIVM.

1 *Fama, secundum auctorem, est existimatio hominum vulgata inter aliquos.*
1 *Fama non est de re notoria, & euidenti, quia potest purgari.*
2 *Famæ definitio ex Bart. Fama est opinio communis, voce manifesta, ex suspicione procedens.*
2 *Fama potest esse de aliis ab homine, & inanimatis, vt de limitibus agrorum.*
3 *Definitio famæ Callistrati iurisconsul. reiicitur ab auctore, vt pote non generalis, quia tantum de fama bona hominis.*
4 *De fama Bart. obscurè, per suum morem, loquutus, & eius de fama hominis tantum est.*
4 *Fama bona, & mala dicitur: in malam tamen partem infamia dicitur. i. mala fama.*
6 *Fama etiam est indifferens, nec bona, nec mala bonitate naturali, vel morali.*
7 *Fama de vna & eadem re potest haberi bona, & mala, & indifferens, respectu diuersarum qualitatum.*
8 *Famæ duæ contrariæ probari possunt, sed altera illarum probationum falsa erit.*
9 *Fama oportet vt sit omnium, vel maioris partis eorum, apud quos allegatur esse.*
9 *Famam constituere non potest opinio pauciorum quàm decem, etiam si non sint plures in pago, vel oppido.*
9 *Famæ duæ contrariæ non possunt dari verè de vna & eadem re respectu eiusdem qualitatis, loci, temporis, & hominum.*
10 *Famam bonam, vel infamiam ad inducendum requiritur maior pars vicinię.*
10 *Infamia probata potest probari bona fama, & ita duæ contrariæ famæ per cap. cum in tua de sponsal.*
11 *Fama probari potest per duos solos testes legitimè de illa deponentes.*
12 *Testis de fama vt legitimè deponat, non est necesse eum credere ita esse, contra Panormitanum & Felinum.*
13 *Testis de fama non sufficit vt dicat se publicè id audiuisse, quia potest ab vno vel altero tantum audiuisse.*
14 *Testis de fama non satis est dicere, quod est publica vox, vel fama, quia non propterea est omnium, vel maioris partis populi.*
15 *Fama raro ita vt oportet probatur, & multi grauiter in hoc errant.*
16 *Famam restituere tenetur non solùm qui plenam, & totam tollit, sed etiam qui partem eius.*

EX hoc colligo primo, quid est fama. Colligitur ex eo, quòd sit existimatio. Augustinus enim hìc loquitur de fama, vt patet in fine, ibi *Fama nostra*: & vocat bis *suspicionem*, & semel *existimationem*. Colligitur etiam, quòd est *existimatio hominum* & ita non vnius tantùm. Pluralis enim locutio plures requirit. [a] Colligitur etiam, quòd est res fata, seu profata, seu prolata, & vulgata inter aliquos, id enim significant illa verba *animas aliorum*, & illa *in aliis* & illa *alij*. Colligitur etiam quod non est de re notoria, & euidenti, eò quòd supponit posse quem niti ad se purgandum de illa, quæ ei imponitur fama, cui rei non est locus in notorio. [a] vbi Antonius & alij: & ex ijs constat definitio tota composita à Bartholo [b] & quod est opinio communis voce manifesta, ex suspicione procedens. In qua verbum *opinio* tenet locum generis. Omnis enim fama est opinio, non contra, omnis opinio est fama. vt enim fiat fama oportet, quòd fetur, seu profetur, aut proferatur, fando enim fit fama. Alia verò ponuntur pro differentiis, verbum quidem *communis*, quo differat ab opinione vnius solius, quæ licet sit fata, seu prolata, & voce manifestata, non efficit famam, verbum autem *voce manifesta* ad differentiam opinionis nondum voce vulgatæ, nec prolatæ. Illa vero pars *ex suspicione procedens* ad differentiã notorij siue manifesti vt dictum est. Nõ tamen addidi *de homine* vel *hominis* facto, quia de multis aliis, etiam inanimis, puta montibus, fluuis, limitibus agrorum est fama. Per eum enim aliquando probantur limites agrorum, vt habet c. *cum causam*. vbi Panormitanus & alij. [c]

3 Ex hoc infertur primo, quod definitio famæ Callistrati iurisconsulti [d] videlicet, *fama est dignitatis illæsæ status, legibus, ac moribus comprobatus*, quamuis eam plerique omnes probent, & sit bona quoad propositũ eius, non tamen quoad hoc nostrum. Tum quòd secundum illam non est vlla fama nisi de homine, & de factis eius, vt ijdé dicunt & in iis glossa recepta, [e] addendo illi ea verba *in nullo diminutus*. quæ paulo subtilius ei adiicit glossa [f] per viam expositionis illius verbi *illæsæ*, infertur in quã quòd illa definitio non conuenit famæ in generali, sed tantum famæ bonæ, & integræ, quæ est species famę in genere desumptæ. Neque Callistratus voluit ibi significare per illud verbum *status*, aliquid aliud à fama bona. voluit enim dicere famam bonam, & integram esse existimationem, siue opinionem communem de alicuius statu, quòd sit legibus comprobatus, & illæsus, in nullo per illas diminutus.

4 Ex quo, secundo sequitur Bartholum contra suum morem obscurè, ne dicam incogitanter loquutum, [g] dicendo aliud esse famam hominis, de qua in d. §. *existimatio*, quæ si est in bonam partem, dicitur fama, & si in malam dicitur infamia: aliud famam inter homines, de qua in dicto §. *plurimum*, vbi dicit se de hoc tractaturum, obscurè inquam, in hoc est loquutus, vel incogitanter. Tum quia palã est famã, de qua loquitur præfatus §. *existimatio*, esse famam inter homines, cum tota definitio Bartholi, qua definit famam inter homines illi conueniat, quia palàm est, quod est existimatio, & opinio, dicente ibi glossa recepta per omnes, quòd fama, quæ ibi definitur, & opinio, & existimatio idẽ sunt, sicut ensis, gladius, & mucro, & communis *voce manifestata, de suspicione procedens* vt est

a *Cap. plura lis de reg. iur. libr. 6. l. vbi numerus. ff. de testib.*

a *Ca. vestræ de cohabitat. mul. & cle.*
b *In l. de iure. §. plurimum. 5.7. & 8. ff. de quæst.*

c *De probat.*
d *In l. cognitionẽ §. existimatio ff. de car. & extra or. cognit.*

c *In capite vestra. de cohabi. mul. & cleric.*
f *Super dict. §. existimati.*

g *In dicto §. plurimum. 5.*

clarum. Tum quia Bartholus ipse ibidem ait, famam inter homines diuidi in famam, vel infamiam cuiuspiam in genere, puta quòd est bonus, vel malus, quòd est fur, vel latro, de qua in l. *non omnes.* [a] & in famâ de aliquo particulari cuiuspiam facto, scilicet, quòd illud aut illud effecerit de qua in l. 3. [b] & ita satis concedit famam, de qua in §. *existimatio* esse famâ inter homines. Tum quia de illo, qui est fustibus cæsus, vel gradu motus, est infamia, de qua in d. §. *existimatio*. vt in eo probatur. Et tamen certum est, reputationem, qua ille ab hominibus putatur, & profertur diminutus, vel priuatus fama, esse famam inter homines.

5 Secundo colligitur ex hoc ipso cap. quòd fama diuiditur in bonam, & malam: colligitur enim ex eo, quòd habet nostram famam prodesse aliis, & infamiam nocere: vt enim fama bona famia est, iuxta illud Maronis. *Sum pius Aeneas, fama super æthera notus.* & mala: fama, siue infamia fama est, iuxta illud eiusdem. *Fama malum, quo non aliud velocius vllum, Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.* De qua vtraque fama sunt illi versus Cardi. [c] *Fama repleta malis, velocibus excolat alis; Fama boni lentè volat inuidia renitente.*

6 Quibus vltra omnes adiicio, esse tertiam speciem, scilicet indifferentem, quæ nec bona, nec mala est, qualis est apud Italos Regem Hispaniæ tale, vel tale oppidum colere, & apud Hispanos Tiberim in Italia, vel Padum mediocriter creuisse. Fama bona definiri potest *esse famam de aliqua re, quatenus est bona*: intelligendo per bonitatem, tam naturalem, quam moralem fama mala siue infamia potest definiri, *esse famam, de aliqua re, quatenus est mala*, intelligendo per malitiam, tam naturalem, quam moralem, fama vero indifferens *est fama de re aliqua, siue respectu bonitatis, vel malitiæ, naturalis, siue moralis.* In quibus tribus definitionibus fama ponitur pro genere, reliquum pro differentia, qua quælibet illarum trium specierum differt ab alia,

7 Ex quibus infertur, quòd de vna, & eadem re potest haberi bona, & mala & indifferens fama respectu diuersarum qualitatum bonarum, malarum, & indifferentium. Iuxta exemplum Iulij Cæsaris, qui infamia tyrannidis in rempub. Romanam laborauit, nihilominus tamen ob eius singularem in bellis gerendis industriam, aliasque egregias animi sui dotes gloriosissimus fuit, & iuxta illud Pauli, [d] *In aliis laudo vos, in hoc non laudo*, respectu etiam eiusdem qualitatis, per respectum tamen diuersorum hominum, & locorum, & temporum: quia vnus, & idem ab aliis castus, & ab aliis incestus, & ab alijs fur, & ab aliis fidelis haberi potest, secundum communem opinionem, & existimationem hominum aliûs, & aliûs loci, & temporis. Non tamen potest esse sic existimatus opinione eorundem hominum eiusdem loci, & temporis respectu eiusdem qualitatis.

8 Nec obstat, quod sæpe probantur contratiæ famæ, adeo quòd glossa magna recepta [e] dixit, reum, contra quem est aliqua mala fama probata posse probare contrarium. Non inquam, hoc obstat, quoniam altera illarum, probationum falsa est, & quæ illarum audienda sit, paulo post dicemus.

9 Non obstat etiam dicere, quod frequentissimè contingit quamplurimos homines credere de aliquo, quòd sit bonus, & quâ plurimo, quòd sit malus, quoniam neque vnius, neque duorum neque viginti, neque centum hominum opinio, etiam vulgata, facit famam. Sed oportet, quòd sit omnium, vel maioris partis eorum, apud quos allegatur esse illa, vt docet Bartholus [f] & sensit prius glossa, vbi etiam Bartholus. [g] Ad hoc enim, vt sit opinio communis aliquorum, oportet quòd sit omnium, vel certè maioris partis eorum. [h] Quamuis verum sit opinionem pauciorum quàm decem, etiam si non sint plures in pago, vel oppido, non posse constituere famam, vt in simili determinatur de notorio à Panormitano [i] post Antonium. [k] Et ita non possunt dari duæ veræ famæ contrariæ de vna, & eadem re, respectu eiusdem qualitatis, loci temporis, & hominum, quia si altera est omnium, vel maioris partis eorum, necesse erit alteram nullorum esse, vel minoris partis tantùm, & ita non esse veram famam.

10 Quare iure miteris Felinum virum alioqui eruditissimum approbare l Rochum, [m] quatenus ait per illum textum fuisse quemdam Doctorem Paduanum repetentem, qui tenebat, quod maior pars viciniæ requirebatur ad inducendam infamiam, vel bonam famam, vbi quis primò erat infamatus. Quod est contra illum textum, qui vult quòd bona fama etiam potest probari per iuramenta propinquorum. Sed si ita esset, quod ad eam inducendam requiratur maior pars viciniæ, ergo ex alia parte nunquâ poterit probari bona fama, quâ mala fama habet iam maiorem partem viciniæ pro se, & tamen ille textus vult quod probata infamia possit probari bona fama, quod esset impossibile, quia ad bonam famam numquam reperires maiorem partem viciniæ, & quòd per hoc argumentum reperens obmutuit. Iure inquam mireris, Tum quia conclusio illa illius repetêtis verissima est per prædicta. Tum quia præfatum cap. *cum in tua.* nihil contra eam probat. Nam solum probat posse probari duas contrarias famas, quod proximè concessimus. Sed ex hoc non sequitur inueniri duas contrarias famas, quia testes alterius erunt falsi, sicut in plerisque casibus solent probari per testes contraria, quæ tamen nequeunt inueniri. [a]

11 Tum quia significat, quòd ad probandam famam requiritur, vt testetur de illa maior pars, quod tamè falsum est, quia probari potest per solos duos testes legitimè de illa deponentes, secundum glossam receptam, [b] vbi Bartholus [c] cõmuniter receptus. Tũ quia aliud est ad essentiam famæ requiri maiorem partem eorum, apud quos allegatur esse fama, & aliud probari esse famam apud illos, quæ duo inuoluunt Rochus, & Felinus. Tum quia vterque dicit præfatum Doctorem repetentem ab eorum confusum argumento obmutuisse, cum potuisset illud facillimè soluere, clarificareque per prædicta.

12 Tertio infertur ex prædictis, quod fama probari quidem potest per duos testes legitimè de illa deponentes, sed ad hoc, quòd dicantur deponere legitimè, non requiruntur omnia illa quæ aliqui putant. Nam Panormitanus [d] probatus à Felino vbi supra, videtur dicere, quòd testis deponens de fama, debet credere esse verum id, quod fatur, quod tamen nullo iure probari videtur. Potest enim fieri, & palsim contingit, quod aliquis audiat maiorem partem vnius vicinæ, vel collegij, vel oppidi affirmare, & credere aliquid, quod tamen ipse non credit, immo fortè scit contrarium. Attamen si testetur de illa fama, & quod maior pars credit, & dicit, illud suum dictum optimè probabit, si nihil aliud desit. Non obstat illud cap. *licet.* [e] quia loquitur in casu speciali, vt paret ex eo. Neque obstat id, quod ait [f] Panormitanus: quia loquitur de teste, qui deponit de auditu & credulitate: Nos autem loquimur de teste, qui deponit de visu, & auditu ipso, scilicet quod audiuit à maiori parte, vel omnibus, &c.

13 Non sufficiunt autem illa, quæ putant alij sufficere. Non enim sufficit, quod testis dicat se aliquid publicè audiuisse, vt notat Bartholus, & quicquid alij contra dicant, immo significant contrarium communiter teneri. Tamen illud Bartholi communiter tenetur, vt testatur Decius, [h] & satis colligitur ex Alexandro in additio. [i] & si neque Bartholus neque aliquis alius id diceret tenendum tamen est illo irrefragabili argumento, quòd testes dictum debent necessario concludere. [k] Atqui dicit se audiuisse aliquid publicè, non dicit necessario maiorem partem illorum, apud quos allegatur esse famam, dicere cum posit illud audiuisse ab vno, vel altero tantum publicè.

14 Non item sufficit testari, quod est vox publica vt tenet Bartholus [l] communiter receptus, & in locis aliis ibi per postillam citatis, quia non sequitur est vox publica de hoc in illo, aut in illo populo, ergo omnes, vel maior pars eorum de illo populo credit, & dicit hoc. Non etiam sufficit dicere, quod est publica fama, vt tenet ibidem Bartholus, quia testem, qui deponit de fama, oportet reddere rationem sui dicti concludentem, quia deponit de re, quæ non percipitur sensu corporali solo. Nam licet audiri possint voces dicentium hoc, & illud, non tamen potest audiri, neque videri fama resultans ex illis, immo neque discursu intellectus attingi potest illam ex illis dictis insurgere, nisi sciat eos esse omnes, vel

a §. *à barbaris. ff. de re milit. & capi. 1. de seruitut.*
b §. *eiusdem ff. de testib.*
c *In clement. 2. §. de priuil. leg.*
d *1. ad Cor. 11.*
e *In ca. qualiter & quãdo. 2. de accu.*
f *Vbi supra num. 13.*
g *In leg. 3. §. eiusdem. ff. de testib.*
h *Leg. quod maior pars. ff. ad municip. & cap. 1. de his q̃ fiunt à maiori part. capit.*
i *Num. 8.*
k *In diff. in. westra.*
l *In ca. eum oporteat. col. 7. ver. Adde. de accusatio.*
m *In ca. cum in tua. de spõs.*

a *Leg. Vbi repugnãtia. ff. de regul. iur. cap. cum remũtiatur. 32. quæst. 1.*
b *Leg. 3. §. eiusdem. ff. de testibus.*
c *In d. §. plurimum. n. 19. de quæst.*
d *In ca. licet ex quadã de testibus.*
e *2. de testib.*
f *Ibid. & in capit. quoties. eod. titul.*
g *Vbi supra num. 9.*
h *In cõsil. 57. num. 4.*
i *Ad eundẽ Bart. ibidem.*
k *Leg. neque natales. C. de probat. & ca. in præsentia eodem titul.*
l *In leg. 3. §. eiusdem. ff. de testib.*

maiorem partem eorum, apud quos dicitur esse fama. Vnde & testis interrogatus, quid sit fama, de qua deponit, respondens esse audire quæ dicuntur per istum, & per istum, & illum, nihil probat, quia non cognoscit famam, de qua deponit, vtpradit additio ad Bartholum. [a] Non sufficit etiam, quòd dicat esse publicam vocem, & famam propter easdem rationes, vt Decius post alios, quos ibi citat concludit vbi supra.

15 Quare frequenter respondi, famam rarò ita, vt oportet, probari, quoniam vt plurimum in vltimo articulorum, super quibus testes interrogantur, solet poni, quòd de contentis in illis est publica vox, & fama. Vnde arbitror rectè receptores testiũ solere in Hispania procedere in responsione testis ad articulum finalem in quo, vt dixi, solet articulari de publica voce, & fama, scribunt enim retem respondere id, quod supra respondit. Idcirco consulendum est ei: qui indiget probatione famæ legitimæ, vt ponat in articulis, quod testis audiuit illud ab omnibus, vel à maiori parte eorum, qui sunt de tali loco, vel tali vicinia, vel tali collegio, vel ciuitate, ad quos pertinebat id scire, quod est valde memorabile: quia intelligo multos iudices, & aduocatos in hoc grauiter errare.

16 Contra tamen hæc omnia facit, quod qui imponit aliquod crimen alicui bona fama pollenti: dicitur eum infamare, secundum omnes, etiam si non imponat illud ei nisi apud paucos, puta tres, vel quatuor, vel sex, & etiam si solum apud vnum, & tenetur ad restitutionem famæ sublatæ. Ergo opinio particularis prolata, potest dici fama, & infamia, etiam si non sit communis omnium, vel maioris partis, &c. & licet illi aliis nihil dicant. Sed respondetur, quod superiora intelliguntur de fama plena, & completa, & id, quod adducitur in argumento intelligitur de fama cœpta, & incompleta, &, vt alibi dicimus, non solum tenetur restituere famam ille, qui plenam, & completam tollit, sed etiam qui partem eius, vel eam cœptam aufert.

Cætera circa hanc materiam vide in nostro Manuali, [a] & in nostro commento, c. *Inter verba*, [b] & c. *cum Minister*, [c]

a *In dicto §. eiusdem.*
a *Capit. 18. num. 19.*
b *Conclu. 4.*
c *De sponsibus human. act. num. 48.*

COMMENTARII DE LEGE POENALI FRAGMENTVM.

In cap. Fraternitas. 11. q. 2. Martino ab Azpilcueta Doctore Nauarro Auctore.

GREGOR. AVGVST. ANGLORVM EPISCOPO. Cap. 4. Responsionum ad Augustinum Anglorum Episcopum.

FRaternitas tua ex persona furis pensare potest qualiter valeat corrigi: sunt enim quidam, qui habentes subsidia furtum perpetrant, & sunt alij, qui in hac re ex inopia delinquunt: vnde necesse est, vt quidam damnis, quidam verò verberibus corrigantur: & cum paulo districtius agitur, ex caritate agendum est, & non ex furore: & quia ipsi hoc præstatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. Addis etiam, quo augmento ea, quæ furto de Ecclesiis abstulerunt, reddere debeant: sed absit, vt Ecclesia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærat.

SVMMARIVM.

1 Ecclesiam decet suum recuperare sine augmento pœnæ, licet mero iure iustè etiam regularis possit meram pœnam iustè à iure statuto, vel conuentione decretam exigere.
1 oportet verbum non semper necessitatem, sed quandoque honestatem, & conuenientiam denotat.
2 Ex legibus aliquæ sunt pœnales, ex quibus oriuntur innumerabiles pœnales actiones.
3 Pœnam legalem ac conuentionalem etsi Ecclesia iustè petere possit, decentius tamen est vt abstineat.
4 Decentius omittere non est peccatum, secus si fiat quod penitus decet, quamuis stricto liceat iure.
4 Decet pœnam legalem, & conuentionalem petere.
5 Bono melius datur.
5 Lex rationis, & intellectus actus est, concurrente etiam voluntate. nu. 8.
6 Lex item illa est, quam populus statuit.
6 Consuetudo lex quædam est humana.
6 Argumentum à partium sufficienti enumeratione validum.
7 Consultoria lex, lex & ipsa dicitur, licet non adeo propriè nec obligat, sed dirigit.
8 Legis descriptio in genere, & quid sit lex humana. nu. 9.
9 Promulgatio legis non solùm fit verbo, aut scripto, sed & facto per legitimi temporis continuationem, ac etiam per naturalem instinctum.
9 Lex diuina positiua per Moysem, euangelica per Christum, & eius Apostolos promulgata fuit, naturæ per institutum naturale.
10 Pœna, vt communiter accipitur apud theologos, & iuristas, non potest iustè imponi, nisi ob culpam præteritam: secus de pœna latius sumpta pro defectu boni. nu. 12.
10 Malum propriè sumptum in culpam, & pœnam scinditur, & sumptum in genere comprehendit etiam carentiam boni. & seq.
11 Pœna frequenter etiam accipitur pro defectu boni, quod quis est aptus habere.
12 Pœna latius sumpta, prout importat damnum, quandoque sine culpa, licet non sine causa, imponitur, vt in interdicto, suspensione, & irregularitate. num. 13.
13 Amissio lucri etiam & ipsa ab aliquibus damnum, sed malè dicitur.
14 Pœna latius sumpta est priuatio boni, quod quis est aptus habere.
14 Pœnalis lex latius sumpta est nedum quæ imponit pœnam propter culpam, sed quæ priuat bonis ob aliquam causam.
15 Lex naturalis verè & propriè dicitur diuina.
16 Lex naturalis potest obligare ad peccatum mortale.
17 Lex purè humana potest obligare subditum ad peccatum mortale.
17 Noui testamenti sacerdotis potestas maior est potestate sacerdotis antiqui testamenti, & potest obligare ad peccatum mortale. nu. 18.
18 Transgressio præcepti, ob quam lex vetus imponebat pœnam mortis, vel modo euangelica imponit, est, & erat peccatum mortale. nu. 20.
18 Mortis pœna cùm in veteri, siue euangelica lege imponitur transgressori, ibi adest obligatio ad peccatū mortale. n. 20.
18 Patris præceptum iustum circa œconomiam obligat filium ad peccatum mortale.
19 Maior potestas est reipub. in subditum in pertinentibus ad bonum publicum, quàm patris in filium in spectantibus ad œconomiam.
19 Patrem iustè occidere potest filius pro defendenda repub.
20 Excommunicat quandoque Ecclesia transgressores canonis purè humani.
21 Auctoritate aliena aliqua facimus, quæ nostra non possumus.
22 Potestas omnis à Deo est, à quo naturalem populi immediatè, Reges autem mediatè, at supernaturalem Papa immediatè, cæteri Prælati ecclesiastici mediatè accipiunt.
22 Culpæ & pœnæ subditos à legislatoribus simul obligari posse indubium est.
23 Pœnalis lex, quatenus purè pœnalis, non obligat ad culpam.
23 Lex purè moralis tantùm est quæ sine adiectione pœnæ quid præcipit, vel prohibet.
23 Lex purè pœnalis est, quæ nihil iubet, vel vetat, sed solùm pœnam imponit.
23 Lex mixta est, quæ iubet, vel prohibet, adiecta pœna.
24 Pœnalis lex, vel etiam mixta, ex ea parte qua pœnalis est, nihil prohibet, aut iubet.
25 Mundicare pueri, etiam sano, etiam ex causa otiositatis, vel cupiditatis, donec manet intra latitudinem pauperitatis, non est peccatum mortale.
26 Lex alia moralis tantùm quæ dictat quid faciendum non adiecta pœna, alia pœnalis tantùm, quæ imponit pœnam, sed expressè nec prohibet, nec iubet, & mixta quæ habet vtrumque.
27 Lex obligatoria ferè omnis videtur mixta, quæ continet culpam, & pœnam saltem tacitam.

27 Dominicanorum leges aliquot ita statutæ sunt, ne ad vllam obligent culpam.
28 Expressi & taciti non modica differentia.
28 Pœnam dum adiicit lex actioni prohibitæ, non tollit culpam, immo confirmat.
29 Remedia posteriora non tollunt priora.
29 Manet quod expressè non mutatur.
29 Diminutionē non afferunt inducta ad augendū nec è contra.
30 Pascentes in prato, & secantes ligna in montibus non suis, euitant culpam ob pœnam impositam, tu verò distingue.
30 Restituere damnum, & alienum ablatum obligat lex naturalis, & diuina, cui nemo potest derogare, nisi subsit rationabilis causa, num. 36.
31 Inferior legem superioris nequaquam potest tollere maximè autem diuinam.
32 Absolui potest in articulo dubiæ restitutionis pœnitens verè proponēs facere quod tenetur secundū peritorū sententiam.
32 Consuetudo optima legum interpres, à qua homines vix diuelli patiūtur, vnde nec mutāda, nisi sit intolerabilis. n. 45.
33 Prædiorum rusticorum duæ sunt species quarum vna hominum cultura fructus, altera verò ex se profert ligna, & herbas, siue pascua, quo ad primam speciem difficile est sustinere per legem pœnalem tolli culpam damnificantium: non ita quo ad secundam, siue sint vniuersitatis, siue priuatorum.
33 Sponte nascentia in locis iure primæuo erant occupantium, & in ijs, licet cœperint ad aliquos postea, facta rerum diuisione, pertinere, consuetudine potest introduci, vt quisque sine culpa eis vtatur, soluta si deprehendatur pœna. num. 35. & 37.
34 Res de facili redit ad suam priorem naturam.
34 Consuetudine legitima præscripta potest facilius introduci, vt vtentes alienis fructibus sponte nascentibus sint immunes à culpa, soluta si deprehendantur pœna.
35 Consuetudine introduci non potest, vt is, cui ad id non competit, alienis sine culpa inuito domino vti possit: at vt sic mediante aliquo iure liceat, poterit. n. 36. & 38.
83 Septa cum sufficienter non sunt prædia, consuetudine introduci potest, vt domini animalium ea depascentium sint extra pœnam, & culpam, modò absit dolus.
39 Iure sibi concesso qui vtitur, non peccat, etiam quod inde alteri damnum eueniat, modò absit animus nocendi.
40 Furtum licere, & si humana lege, vel consuetudine introduci non possit, potest tamen introduci, ne certis in casibus rei alienæ vsus sit nec furtum, nec illicitus.
41 Vectigal non soluens non est immunis à culpa ob legem pœnalem contra tales editam.
42 Vectigal Regi debitum est magis, quàm quod eidem ex priuato contractu debetur.
42 Consuetudinem diu obseruatam de peccato mortali damnare durum est.
42 Lex humana modificari, & tolli consuetudine potest.
42 Sustentatio Regi à subditis iure naturali debita etsi non possit tolli, potest tamen moderari quantitas.
43 Confessariorum vniuersalis consuetudo circa aliquid obseruata indicat id licere.
44 Pœnam conuentionalem non iussu non soluens non peccat.
46 Tributum in genere quid sit.
47 Vectigalis vocabulum modo strictius, modo latius patet, quam tributi.
48 Tributorum, quæ principibus debentur, multa genera.
48 Vectigalium, quæ principi penduntur, tria genera.
49 Vectigalia, seu tributa personalia, vel mixta extraordinario modo inducta fuerunt, & obligant eo modo, quo populus ea soluenda de consensu principis expresso vel tacito suscepit.
49 Ordinaria onera, extraordinario tamen modo inducta, non sunt æquè fauorabilia, nec naturaliter debita; vt ordinario imposita modo.

a 12. quæst. 2.

TRactaturus de lege pœnali, præsertim quo ad forum interius vocatum conscientiam, profundius ni fallor, & vtilius, quam hactenus tractatum sit, delegi cap. hoc celebre, cuius initium est *Fraternitas*, [a] desumptum ex epistola beatissimi Patris, & vnius ex quatuor Ecclesiæ doctoribus Gregorij Papæ, cuius, & gloriosissimæ Virginis Matris, ipsius, & omnium diuorum Reginæ, Mariæ meritis, & precibus spero me sic adiutum iri, vt Dominus noster Iesus Christus huius, & æterni patris filius, & illius doni immensi Spiritus veri Sancti coæuus *Diriget incœptos præsenti numine cursus, Et reget vndantem iam per vada cærula puppim*, In suam, eorumque gloriam, quorum est vna eademque sempiterna in Sanctissima Trinitate individua maiestas.

IN PRIMIS ergo colligam, & notabo ex prædicto c. decerpto ex epistola præfata prædicti gloriosissimi doctoris, beatissimique Papæ Gregorij aliqua nostro proposito conuenientia. Deinde perpendam, & contraham præcipua eorum, quæ Alfonsus Castrensis vir apprimè doctus, & magnum Franciscani ordinis ornamentum in duobus libris de lege pœnali scripsit: simul adiciam, quæ videbuntur ex eis tenenda, applicando ea vtiliter decisioni quæstionum quotidie in vtroque foro, præsertim conscientiæ occurrentium.

Primo igitur noto id, quod ipse Gratianus huius aurei voluminis auctor pro summario ei præfixit, nempe *sine augmento sibi ablata Ecclesiam recipere oportet*. Cui consequens videtur Ecclesiam non debere recipere pœnam à lege contra furem, vel raptorem impositam neque aliam: contextus enim agit de fure, qui si est manifestus tenetur reddere quadruplum vltra rem furto sublatam, & duplum, si non est manifestus, [a] & idem contextus habet Ecclesiam non debere petere pœnam.

Idem videtur probare §. 1. [b] quatenus habet primos credentes rapinam suorum bonorum cum gaudio tulisse, [c] & Apostolus, qui, [d] consulens Corinthiis, vt iniuriam, & fraudem paterentur, & non per contentionem cum scandalo sua repeterent, quanto magis consuluisset, ne vltra sua pœnas reposcerent. faciunt & alia multa quæ Gratianus, [e] congerit ad probandum Christianum hominem non debere in sui defensionem armorum auxilia quærere. contra tamen hanc adnotationem opponit neruose glossa huiusmet cap. [f] quatenus habet ablata cum duplo esse restituenda, &c. *in antiquis*, [g] quatenus habet etiam Ecclesiis restituenda esse ablata cum multiplicatione, &c. *in legibus*, [h] quod refert legem sæculi iubentem reddere vndecuplum pro ablato: glossa ponit multas solutiones. Prima est, quod hoc capitulum intelligatur de augmento innaturali, & illegitimo, contraria verò de legitimo. Secunda, quod intelligatur de fure, qui antequam conueniatur rem ablatam restituit: quam meritò reprobat: quia fur, & raptor non excusantur à pœna propter spontaneam restitutionem. [i] Tertia, quod hoc capitulum intelligatur de Ecclesia, quæ non debet petere pœnam, & contraria de iudice, qui ex officio furi rei Ecclesiæ pœnam infliget, & dabit Ecclesiæ. Quarta, quod hoc c. intelligatur de pura pœna, contraria verò de interesse, quod non est pœna respectu Ecclesiæ, quæ petit suum damnum resarciri, licet fortè sit pœna respectu damnum dantis, ad quem nihil forsan de damno peruenit. Quinta, quod hoc c. intelligatur etiam de interesse, quod est extra rem, contraria verò de interesse, quod est intra rē. Sexta, quod hoc c. intelligatur quo ad forum conscientiæ, contraria verò quo ad forum exterius.

Quarum solutionum prima vera quidem est in se, sed inepta huic textui, qui loquitur de pœna iuris, quam constat esse legitimam per prædictum §. *pœnæ*. Secunda verò solutio falsa est in se, vt ipsamet glossa reprobat, & inepta textui, qui nihil meminit de sponte restituente. Tertia verò falsa est in se, quia malè præsupponit Ecclesiam non posse petere pœnam furti per prædictum c. *in antiquis*. & per prædictum cap. *decenter*, est etiam inepta, quia contextus huius c. simpliciter loquitur de Ecclesiæ petitione, & nihil de iudice, vel eius officio. Quarta est etiam in se falsa: quia, vt circa tertiam dictum est, Ecclesia potest petere puram pœnam. Quinta etiam est falsa, & inepta: falsa quidem, quatenus significat Ecclesiam non posse petere omne interesse, quod potest laicus, quod nullo iure probatur, inepta verò, quia textus loquitur de pura pœna furis, & de nullo interesse. Sexta etiam est satis inepta: quoniam textus nihil meminit de foro conscientiæ, neque de confessione sacramentali furis, solum enim habet, Ecclesiam non oportere repetere rem sibi ablatam

a §. *pœnæ. instit. de obligat. ex delict. nasc.* & §. *in duplum.* & §. *quadrup. Institut. de actio.*
b 23. q. 3. *sub finem.*
c *Act.* c. 5.
d 1. *ad Corinth.* 6.
e In *dict.* §. 1.
f *Super ver. cum augmēto.* & c. *decēter.* 89. *distinc.*
g 5. *ead.* q. 2.
h 5. *ead. qu.*
i *Leg. non prodest. ff. vi. bon. rap.*

à fure cum augmento: est tamen ipsa vera in re, & memoriæ maximè mandanda, & à quam plurimis commendata, & pro singulari habita, vt intra dicemus, quatenus habet neminem teneri ad soluendum pœnam in foro conscientiæ, sed satisfacere quo ad illud soluendo simplum, quod alias deberetur: in quo approbatur ab omnibus hic. Et certè qui satis perpenderit, quod Gregorius loquitur hic de fure, & de pœna contra eum legibus constituta, & quod illa est legitima, & quod non est interesse, & quod textus per hæc (*Absit vt Ecclesia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere*) clare significat, quod de hac loquitur pœna: qui inquam hæc perpenderit, & quod non solùm ait, quòd Ecclesia non debet petere, sed etiam quod non debet recipere, clarè iudicabit nullam præfatarum solutionum esse aptam.

1 Et iure quis miretur quod nemo hic, nec alibi, quod sciam, satis aptè intellexerit eum ad hoc, vt non contradicat conclusioni cõmuniter receptæ, quæ habet Ecclesiam, & personas ecclesiasticas posse iustè petere à fure, & ab alio quocũque suo malefactore non solùm rem sibi ablatam, vel damni illati refectionem, sed etiam pœnam à iure vel statuto iusto, vel conuentione partium statutam: quæ conclusio non solum est communiter recepta, & in praxi communiter seruata, sed etiam irrefragabiliter probatur per prædictum c. *in antiquis*, [a] & in d.c. *decenter*, [b] & per c. *dilecti*, [c] & alia iura citata ibi per glossam, [d] quæ notabiliter colligit ex textu etiam religiosos eam petere posse. Quare dicendum videtur opposita capitula intelligenda esse de veræ iustitiæ rigore, hoc autem de honestate, & decentia, & dicere verbum *oportet* in hoc textu positum non inducere necessitatem, sed quamdam honestatem, & conuenientiam, & poni pro *decet*, vt in l.1. [e] adiuncta glossa secunda, quæ citat alia iura, quibus addunt alia Iason ibi, & citati per eum: ita quod sit sensus, decere Ecclesiam, vt sit contenta suis rebus restitutis sine augmento pœnæ, quod frequenter seruant etiam nobiles, & alij virtute liberalitatis contra auaritiam muniti: & hunc intelligendi modum dici posset sensisse Gratianus, [f] dicẽs contrarium esse intelligendum de legum seueritate, at hoc esse intelligendum de mansuetudine ecclesiastica, si per mansuetudinem sensit decentiam suprædictam.

2 Secundo noto ex toto cap. & prædictis, esse aliquas leges pœnales, ex quibus, & ex iis, ob quæ feruntur, dicuntur nasci * actiones pœnales, quas dixit esse innumerabiles textus in §. *pœnales*, [g] vbi glossa solennis multas ponit differentias inter eas, & rei persecutorias. Quid autem sit pœna, & quotuplex, quidque lex pœnalis, infra dicetur.

* Actiones pœnales quas dixit esse. *Pœnales actiones illa sunt, quibus petimus ex dilecto, vel aliter nobis obligatum soluere pœnam legibus definitam. Rei persecutoria autem, sunt, quibus tantum exigitur, quod citra pœnam leges in obligationem venire voluerunt, vt si furti actio in aliquẽ intendatur actio rei persecutoria esse, qua res furto ablata iure repetitur. Pœnalis autẽ illa qua pœna legibus debita à fure exigitur. Pœna autẽ legalis de qua numero sequenti fit mẽtio, illa dicitur, quæ lege imponitur in pecunia pro reparatione dãmni, cõuentionales autẽ pœnæ, sunt quæ ex cõuentione partiũ præstant vel dãni emergẽtis vel lucri cessãtis reparationem.*

3 Tertio noto ex textu, & prædictis, quod quamuis liceat etiam Ecclesiæ petere rem suam cũ pœna legali, vel conuentionali, licentius tamẽ & decentius esset id nõ facere: nõ tamẽ penitus dedecet: quia facere q̃ ita dedecet, quamuis stricto iure liceat, peccatum est, vt probat cap. *magna*. [h]

4 Ex quo sequitur, quod non solum licet, sed etiam decet petere pœnam: quamuis magis deceat non petere illam: sunt enim gradus decentiæ, sicut & liberalitatis, & pietatis, & aliarum virtutum, intra quarum extrema alia sunt aliis à vitiis remotiora: quia bono datur melius. [i]

5 Expedita per hæc pauca prima parte intẽtionis nostræ propositæ, tractaturus secundam, qua dixi me perpensurum, contractuũ, & praxi vtiliter applicaturum præcipua eorũ, quæ prædictus Alfonsus tradidit in prædictis duobus libris de lege pœnali, discernendo recipienda ab iis quæ videntur reiicienda, admoneo in primis lectorem, nolle me agere censorem eius, quem à 60. & amplius annis, ex quo Complui fueramus condiscipuli, dilexi, suspexi, colui, & tãdem ob rarã eruditionem concionandi, & scribendi facundiam, & pietatem egregiam suam admiratus, sed vt eius altior theoria theologa fusius ab eo scripta per canonum doctrinam decurrata, & ad vsum demissa, fiat vtilior, id quod faciam per monita sequentia.

Primo igitur omniũ admoneo, ipsum dignum esse laude ob facundiam eius, qua se in prologo athletam, & propugnatorem veritatis fortissimũ vnum contra quamplurimos in arenam descendere proponit, partimque ex hoc loco, & clarius ex multis aliis vtriusque libri per verbum illud *plurimos*, plures iurisperitorum, quam theologorum, intellexisse: quorum tamen opinionem in multis esse iustiorem, infra monstrabimus vtentes illo Aristotelico, *Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas.*

Secundo moneo quod in c.1. & 2. [a] protestatus se nolle agere generaliter de lege, sed solùm de lege humana, eademque pœnali, sic legem humanam, omnium aliorum ad illum vsque definitiones datas esse mancas asserens, totis 29. paginis definit & declarat, *Lex* (inquit) *est recta voluntas eius, qui vicem populi gerit, voce aut scripto promulgata cum intentione obligãdi subditos ad parendum illi.* quodque hæc definitio circumspecta quidẽ est, sed quod desiderare posset curiosus primum, quod pro definito accepisset verbum, *lex humana*, & non simpliciter verbum, *lex*, cùm solùm humanam definire intenderet. Secundum, quod non fuisset vsus verbis adeo nouis, & parum apud canonum peritos, immo & apud Theologos in hac re vsitatis.

6 Tertium quod legem facit actum voluntatis, & non monet lectorem, quod S. Thomas cõmuniter receptus, [b] profunda ratione dixit esse actum rationis & intellectus, quod esse patẽtissimũ non erubuit dicere Sotus, [c] neruosè id probans per l. *legis virtus*. & alias leges, [d] validis rationibus fultas. Quartum quod non videtur legẽ à populo latam includere, cum tamen Isidorus, [e] *legem esse constitutionem populi definiat*. Quintum quod non cõprehendit legem consuetudinariã, quæ cùm sit lex quædam, [f] & non sit naturalis, neque diuina, necessariò est dicenda humana, ar. à sufficienti partium enumeratione, quod esse validum probatur in princ. insti. & ibi glossa & Baldus. [h]

7 Sextum, quòd non comprehendit legem consultoriam, quæ licet non sit adeo propriè lex, iura tamen & iurisperiti appellant legem, immo & Theologi appellantes consilia Christi leges Euangelicas, quas certum est non fetri cum intentione obligandi, sed ad meliora dirigendi, [i] & tradunt glossa, Panormitanus, Felinus & omnes. [k]

8 Quare planius, breuius, & antiquitati proximius videtur id quod nos alias legem in genere definientes tradidimus, [l] sequuti S. Thomam communiter receptũ definiẽtem, [m] videlicet, quod *lex est ordinatio rationis ad bonum commune, ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata.* intelligendo quod cum ratione ordinante concurrit voluntas, vt ea tamquam præceptum, vel consilium seruetur, & per illã particulam, *per eum, cui est cura communitatis*, etiam ipsam communitatem, quæ sui curam habet, vt exprimit S. Thomas, [n] immo & ipsum Deum, qui omnia gubernat, [o] iuxta illud Boẽtij, [p] *omnia certo fine gubernas.*

9 Nam etiam legẽ Dei voluisse S. Thomã comprehendere sua definitione cõstat ex prædicta q. 9 dum legem naturalem sub ea cõprehendit, intelligẽdo etiã per promulgationem, non solùm eam, quæ fit verbo, vel scripto, sed etiam eam, quæ fit per facta legitimo tempore continuata, vt comprehendat consuetudinẽ legitimam, iuxta cap. final. [r] vel per instinctum naturalẽ Dei, sicut lex naturalis vt declarat ipse S. Thomas: [s] lex enim diuina positiua vetus promulgata fuit per Mosem, [t] & Euangelica per ipsum Christum D.N. & Apostolos eius. per quam definitionem facilè declarari, & suppleri possunt omnes aliẽ datæ per Platonẽ, Aristotelem, Ciceronẽ, Chrysippum, Demosthenẽ, citatos per iurisconsultos, [v] & per sacros doctores in locis citatis à Theologis, [x] & S. Thomã, & Sotum, [y] & ipsũmet Alfonsum, qui totũ c.2. huic rei applicuit, quod tamẽ tanquam parum necessariũ, & vtile transeo. Definita verò sic lege in genere, facilè, ac breuiter definiri potest lex humana in specie, q̃ sit *lex ab homine lata*. Constat enim ex genere, q̃ est lex, & differentia sufficiẽte, quæ est, *ab homine lata*: & per cõsequẽs est bona, iuxta doctrinã Aristotelis & Boẽtij, [z] & latius nos tradimus [a] post Decium

a *Libr. 1.*

b *1.2.qu. 90. arti. 1.*
c *In 9.1. art. 1. de iust. & iur.*
d *ff. de legib.*
e *Lib. 5. etymol. ca. 10. & habetur in c. lex. 1. dist.*
f *Capit. consuetud. 1. dist.*
g *De obl. quæ ex quasi con. nascun. & in princ. de obli. quæ ex quasi del.*
h *In l. cõuenticula. Co. de epis. & clericis.*
i *§. quod præcipitur. sub cap. quisquis. 14. q. 1.*
k *In ca. 1. de consti. & aliis ibi.*
l *In cap. erit autem lex, 4. dist.*
m *Vbi supra ar. 3.*
n *Vbi supra ar. 3.*
o *Cap. firmiter. §. hæc Sãcta Trinitas. de sum. Trinitate.*
p *Libr. 1. de consol. Philo.*
q *Arg. 4. ad primum.*
r *De cõsuet. 5 In d. art. 4. ad 1.*
s *Ca. Moses. 7. distinctio.*
t *In tit. ff. de leg.*
v *In 3. sent. 1 dist. 37.*
x *Vbi supra.*
y *In Topic. & leg. 11. vbi Bart. cõmuniter receptus. ff. de testam.*
z *In rubr. de prob.*
a *In rubri. de probat.*

a *5. ead. quæ.*
b *80. dist.*
c *De arbi.*
d *Super ver. pœnam.*
e *ff. de iustit. & iure.*
f *In §. verũ. sub hoc capit. posit.*
g *Inst. de act.*
h *De vot.*
i *Ea. vbi autem non aperei. ff. de verb. oblig. & in c. integritas. 32. q. 1. & capit. fecundã. 8. q. 1.*

10 Tertio admoneo, quod prædictus Alfonsus, [a] contendit nihil posse iustè dici pœnam, nisi quod imponitur ob culpam præteritam propriam, iuxta illud Augustini. [b] *Omnis pœna, si iusta est, peccati pœna est, & supplicium nominatur.* & iuxta resolutionem S. Thomæ, [c] qua latè resoluit malum diuidi in culpam & pœnam, quæ conclusio certè vera est, accepto verbo *pœna*, vt communiter accipitur à Theologis, & etiam à Iurisperitis: [d] sed quia frequenter accipitur in iure pro defectu boni, quod quis aptus natus est habere, vt fatetur ipsemet S. Thomas, [e] quando alta mente concipit malum generalissimè sumptum, quod definitur *priuatio boni apti nati haberi*, non satis sufficienter diuidi in pœnam & culpam.

11 Sed solùm cùm accipitur strictiùs pro malo creaturæ rationalis, quatenus est talis, & quia multę leges appellant pœnã etiã malũ, & nocumentũ hominis absque culpa eius prouenientis: interdictũ enim est pœna, quatenus interdicti tenentur ciues ciuitatis interdictæ absque illorum culpa. [f]

12 Canonici etiam aliqui alicuius capituli suspensi absque illorum culpa tenentur pœna suspensionis, iuxta notata in ca. *Romana*. [g] & qui sanctè contrahit matrimonium cum vidua, etiam ignoranter, pœnam bigamiæ patitur. [h]

13 Et licet textus in cap. 2. [i] habeat, *rem quæ caret culpa, in damnum vocari non conuenit*, intelligendo per illud verbum *damnum* ipsam pœnam, glossa tamen ibi recepta ab omnibus, cui similis in cap. *sine culpa*, [k] numerat multos casus, in quibus pœna contrahitur sine culpa, sed non sine causa: nam & peremptio rei legatæ damnum, & pœna dicitur legatarij à textu & glossa, & Doctoribus, [l] immo & amissio lucri à præfata glossa & aliis multis, qui tamen in hoc falluntur, vt alibi monstramus vocatur damnum.

14 Quare planius fuerit hoc in loco definire *pœnam esse priuationem boni, quod quis aptus natus est habere*, & legem pœnalem non solum illam quę imponit pœnam propter propriam culpam, *sed etiam eam quæ imponit priuationem alicuius boni sine vlla ratione culpæ propriæ, immo nec alienæ, ob aliquam tamen causam, quæ legislatori visa est in id iusta.* Quam resolutionem satis confirmat id quod ipse Alfonsus fatetur sub finem prædicti cap. dum ait legem, quæ irrogat infamiam filijs pro parentum culpa, rectè dici pœnalem, quicquid volenti magis de nomine quàm de re disputare. & legenti magnum eius in hoc apparatum eruditione, & facundia plenum, videri posit.

15 Quarto admoneo, quod prædictus Castrensis, [m] eruditè, neruosè, ac copiosè concludit in primis contra Ioannem Gersonum virum alioqui eruditum valde: ac pium, [n] legem naturalem esse verè, ac propriè diuinam: & merito. Tum quia lex naturalis à Deo naturaliter nobis inditur, [o] ibi. *Ius naturale est quod natura animalia docuit.* adiuncta glossa verbo *ius naturale*, quæ per naturam intelligit Deum, & ca. ius naturale. [p] ibi, *instinctu naturæ*, scilicet naturantis, hoc est Dei, iuxta glossam, [q] ergo est lex Dei, & diuina. Tum quia Paulus, [r] legem naturalem iustitiam Dei appellat, iustitiam quidem non suam, qua ille iustus est, sed eam cuius obseruantia iustificari poterant gẽtiles, vt Chrysostomus Ambrosius & Theophylactus ibidem significant. Tũ quia lex naturalis hominis est lata ei ab aliquo, & non ab Angelis, neque ab vllo homine, ergo à Deo, & sic est diuina.

16 Secundo concludit, quod illa potest obligare ad mortale peccatum, & rectè quidem. Tum quia ex prædicto ca. 1. & ex positionibus prædictorum sacrorum Doctorũ colligitur gentiles nosscere potuisse per legem naturalem diuinos esse morte, qui *talia*, id est, prædicta contra legem naturalem nobis inditam, *perpetrabant*: & non poterant hoc scire, nisi illa obligaret ad mortale: ergo, &c. Tum quia omnium, etiam Gersoni cõsensu lex diuina potest obligare ad mortale, & lex naturalis est (vt diximus) diuina: ergo.

17 Tertio concludit non solùm cõtra Lutherum, & eius in hoc sequaces, sed etiam contra prædictum Ioannẽ, Gersonum, [s] quod non solùm lex diuina & naturalis, sed etiam purè humana potest obligare subditum ad eius obseruantiam sub pœna peccati mortalis: & sanctè quidem. Primo namq; potestas sacerdotalis noui testamẽti maior est, quã erat potestas sacerdotalis veteris, iuxta Paulum, [t] & notata in ca. *translato*. [v] At Sacerdos veteris testamẽti poterat per præceptum suum obligare subditum illius transgressorem ad mortem corporalem per textũ clarũ [a] Deuteronomij. 18 Et omnis trangressio præcepti, ob quam iuxta vetus testamentum imponebatur mors corporalis, erat peccatum mortale secundum omnes Theologos: ergo potestas ecclesiastica nouæ legis poterit ferre præceptum sub pœna peccati mortalis.

19 Secundo, quòd patris præceptum iustum circa gubernationem œconomicam obligat filium ad sui obseruantiam sub pœna peccati mortalis. Patulus enim, [b] præsupponit parentibus non obedientes peccare mortaliter: at maior est potestas Reipub. in subditum: in his, quæ pertinent ad bonum publicum, quàm patris in filium, etiam in his quæ pertinent ad rem œconomicam, argumen. l. *mimmè*. [c] quæ habet posse filium iustè occidere patrem pro defendenda rep. Tertio quod Paulus clare præsupponit, quòd gentiles peccabant mortaliter in multis. At illi nulla alia lege, quam naturali, vel humana ligabantur: ergo illæ possunt ad mortale obligare.

20 Quarto, quod nemo potest excommunicari, nisi ob peccatum mortale. [d] At Ecclesia transgressorem legis pure humanæ excommunicat, vt habetur in ca. *super specula*, [e] & cap. 1. [f] quatenus excommunicant presbyteros leges seculares, vel medicinam audientes, quos constat in eo non peccare contra vllam legem diuinam, immo neque naturalem, sed solùm contra purè humanam. ad idem clem. 1. [g] quatenus excommunicat sepelientem interdictum in loco sacro, & in [h] Concilio Lateranensi sub Leone 10. coacti, & confirmata [i] in Concilio Tridentino excommunicantur imprimentes libros sacros sine præuia examinatione, & approbatione legitima, quod nulla lege diuina, aut naturali vetatur: ergo lex purè humana potest obligare ad mortale. Quinto ex cap. 2. [k] in illis verbis, *qui non obedierit Principi morte moriatur*. id est, excommunicetur, secundum omnes: quod sine peccato mortali fieri nequit per prædicta. Sexto, quòd præcepto quarto Decalogi tenemur honorare parentes, quorum appellatione non solùm veniunt genitores carnales, sed etiam spirituales, & omnes alij superiores. At sub illo verbo, *honorare*, continetur etiam obedire: nam Paulus [l] per illud quartum præceptum probat filios debere obedire parẽtibus. Postremo, quod nihil obstat fundamentum illud potisimum, quo Gersonus innititur, videlicet, quod non potest quis suæ dispositioni addere pœnam, quam non potest inferre, & quod nulla potestas humana potest infligere pœnam æternam peccato mortali debitam.

21 Nihil inquam id obstat. Tum quia nullo iure id probat. Tum quia illud ad summum est verum de illo, qui potestate ab alio non accepta disponit: cuiusmodi est testator, [m] non autem est verum de illo, qui auctoritate ab alio accepta disponit, vt passim multi apparitores, & meri executores Apostolici iubent alijs sub pœna excommunicationis, quam ipsi ferre non possunt, cum excommunicare sit iurisdictionis, quam ipsi nullatenus habent, iuxta ca. *pastoralis*, [n] & clem. 1. adiuncta glossa, [o] & Innocentio. [p]

22 Et omnis iurisdictio & potestas superiorum humanorum est accepta à Deo ipso immediatè, vel mediatè: naturalem quidem accipiunt reges mediatè, at populi immediatè. Ecclesiasticam autem Papa immediatè, at alij Prælati Ecclesiastici mediatè. [r] vnde confessarius auctoritate Dei sibi collata absoluit confessum à pœna æterna, quam infligere nequit, [s] sic passim parochus simplex Episcopi, vel Papæ auctoritate ab excommunicatione, quam inferre non potest, absoluit. [t] sic Iudex condemnat aliquem, vt deportetur in insulam, in quam solus Princeps deportare potest, iuxta l. *biduum*. [v] relata à Gratiano, cap. *biduum*. [x] & nihil repugnat quod rex faciat alicui facultatem disponendi cum pœna, cuius irrogationem solus habebat. Ita Deus optimus maximus fecit legislatoribus facultatem ferendi leges sub pœna peccati mortalis, quam ipsi non possent infligere.

Quinto admoneo, quod in cap. 5. [y] tractat, quæ lex obliget ad mortale, & quæ non: quod ego minore verborum, sed maiore rerum copia vtilius, ni fallor, & praxi aptius trado in [z] Manuali confessariorum: & ideo hic non repeto. Submoneo item, quod in cap. sexto concludit vtile, ac necessarium esse statuere aliquot leges pœnales: quod

a *In cap. 3. eiusdã primi libri.*
b *Lib. 1. retra ctat. ca. 9.*
c *Quæst. de malo. art. 4.*
d *In titulis. ff. & C. de pœnis & eodem tit. in decretalibus, sexto & clement.*
e *Vbi supra in respõsione ad decimũ.*
f *Ca. si ciuitas & ca. si sententia, de sententia. excõ. lib. 6.*
g *In vniuersitate. de sẽtẽ. excõ. lib. 6.*
h *Ca. si cui. 24. distin.*
i *De constit.*
k *De reg iu. lib. 6. & in c. renouantes. 22. dist.*
l *In l. non amplius. §. 1. verb. legatarij. ff. de leg. 1.*
m *In cap. 4. prædictis lib. 1.*
n *In lib. 2. de spirit. vita animæ cap. 5.*
o *ff. de iustitia & iure. l. 1. §. ius naturale.*
p *1. distinct.*
q *Leg. respiciendum. ff. si cert. pet. & l. sed si restituatur. ff. de iudic.*
r *Ad Rom. 1.*
s *In lect. 4. de vita spirit. anima.*
t *Ad Hebr. 7.*
v *De constit.*

a *Cap. 17.*
b *Sub finem prædicti ca. 1.*
c *ff. de relig. & sumpt. fũ.*
d *Cap. nemo. & ca nullus. 11. q. 3.*
e *Ne cler. vel mon.*
f *Eod. titulo libr. 6.*
g *De sepult.*
h *Sess. 10.*
i *Sess. 4. §. si*
k *De maior.*
l *Ad Ephes 6.*
m *Le. 1. C. de sacror. eccles. capit. vltima volumus. 13. quæst. 2.*
n *§. quia vero adiuncta gloss. de offic. delog.*
o *Eod. titul.*
p *In cap. dudum. de præsumpt.*
q *Leg. ex hoc iure. cum ei nosa. ff. de iustit. & iur. adiuncta l. 1. ff. de constitu. princip.*
r *Capit. 1. in nouo. 21. dist. & capit. sacrosanct. 22. distinct.*
s *Cap. quem pœnitet. de pœnit. dist. 1. circa medium*
t *Cap. fin. §. 1. de offic. delog.*
v *ff. quando appell. sit.*
x *21. quæst. 6.*
y *Eiusdem libri.*
z *Cap. 23.*

quia indubitatum est apud Catholicos, non tracto. Submoneo insuper, quod in 7. cap. [2] addit tria documenta ad interpretandas leges pœnales, eruditè quidem, sed prolixè: quorum summam, additis aliquot alijs quotidianis infra monitis, breuiter tangam.

Sexto moneo, quod in cap. 8. [b] longo, & parum necessario apparatu probat legislatorem posse obligare ad culpam & pœnam simul: quod etiam ramquam indubitatum relinquo: nam licet significet ipse plurimos (intelligendo, vt suspicor, iuris peritos) tenuisse contrarium: ego tamen neminem id renentem legi, quamuis sint qui afferant legis humanæ latorem apponendo pœnam temporariam, in dubio præsumi excludere æternam: de quibus est Matthæus Mathesius, [c] & alij, quos postea referam: quod longè aliud est, quàm dicere, quod non potest obligando ad pœnam obligare ad culpam: nam dicere illud, est dicere quod non vult obligare ad culpam; dicere autem hoc, est dicere, quod non potest: & ita tantùm differt hoc ab illo, quantùm potestas à voluntate, quæ longissimè distant. [d]

23 Septimo admoneo, quod prædictus Alfonsus concludit, [e] legem purè pœnalem, quatenus est pœnalis, non obligare ad culpam, cuius doctrina profusissimè ibi tractata contrahi potest diuidendo primo legem in moralem tantùm, & pœnalè tantùm, & mixtam. Secundo, definiendo illa tria membra sic, Lex moralis tantùm est, *quæ præcipit, vel prohibet aliquid sine adiectione pœnæ*: cuiusmodi sunt decem præcepta decalogi, de quo, [f] & glosse cap. *quid in omnibus*. [g] Lex autem purè pœnalis, *quæ nihil præcipit, aut prohibet, sed solum pœnam imponit*: qualis est lex prima. [h] quæ ponit pœnam mendicantibus validis, non prohibendo eis mendicare. *Lex autem mixta est quæ prohibet aliquid cum adiectione pœnæ*, qualis est illa, de qua in cap. *cum in cunctis*. [i] quibus imperatur Episcopis consecrationis suscepto, & parochis, & archidiaconis ad ordines promotio, pœna negligenti constituta. Tertio affirmando, quòd lex purè pœnalis, quatenus est pœnalis, non obligat. Quod breuissimè probatur, primo per l. *legis virtus*. [k] cuius tenor est, *legis virtus hæc est. imperare, vetare, permittere, punire*: ex qua facilè colligi potest ferri posse leges super singulis contentis in ea, non ferendo super alijs, & consequenter ferri legem punientem, quæ non præcipiat, nec prohibeat aliquid.

24 Secundo, quod lex pœnalis, quatenus est talis, solùm imponit pœnam, & cùm in pœnis non debeat fieri extensio, [l] & aliud sit prohibitio, & præceptio, quàm pœna: consequitur; quod quatenus est pœnalis non prohibet, nec præcipit. per quam ipsam rationem infero contra id quod ipse significat, quod nec lex mixta, quatenus est pœnalis, prohibet quicquam aut præcipit, quoniam hoc facit, quatenus est moralis, & non quatenus est pœnalis, vt palàm est.

25 Memoriæ tamen tenenda est illa conclusio quotidiana, quam desumit ex Caietano, [m] ad declarationem prædictæ legis primæ, [n] scilicet, quod qui verè est pauper, etiam si sit validus, non peccat mortaliter mendicando etiam causa otiositatis, vel cupiditatis, donec manet intra latitudinem paupertatis: & quod prædicta lex non obstat, quia non inducit culpam, sed ad prius inductam per leges contra otiosos, & cupidos latas, addit tantùm pœnam, & ita est lex tantùm pœnalis. quare cum per leges prius latas non peccet mortaliter mendicans propter cupiditatem, vel otiositatem, quæ suaptè natura non attingit culpam mortalem, consequitur non peccare vt plurimum verè pauperes ob otiositatem, vel cupiditatem mendicantes.

26 Octauo admoneo, quod prædictus Alfonsus definiturus, [o] an lex purè pœnalis tollat obligationem ad culpam, quæ per priorem legem moralè fuerat imposita, præsupponit quamdam legis diuisionem nouam, diuidendo illam in moralem tantùm, pœnalem tantùm, & mixtam, siue moralem & pœnalem simul, quas in summa rectè definit. Moralis tantùm est. *quæ dictat aliquid esse faciendum, vel non faciendum, nulla transgressori adiecta pœna*: qualia dici possunt omnia præcepta decalogi, [p] relata in glossa cap. *quid in omnibus*. [q] quinque præcepta generalia Ecclesiæ, de audienda missa in festis, [r] de soluendis decimis, [s] de ieiunando certis temporibus, [t] de communicando, [v] & tangitur in titulo de celebran. miss. de confitendo peccata. [x] Lex tantùm *pœnalis est, quæ nihil dictat esse faciendum: vel non faciendum, sed solùm imponit pœnam non facienti aliquid, vel facienti*: quales dici possunt 17. canones, [a] & multi canones, [b] Concilij Tridentini nuperrimi quibus non iubetur quis hoc vel illud credere, vel affirmare, vel negare, sed tantùm anathematizatur is qui hoc vel illud affirmat vel negat: talis est etiam cap. *si quis ex clericis comam relaxauerit, excommunicetur*, [c] & cap. *si quis suadente*. [d] l. *si quis in tantam*. [e] Mixta verò, siue moralis & pœnalis simul est, *qua vtrumque facit, nempe quæ dictat hoc vel illud faciendum, vel non faciendum transgressori pœnam adiiciendo*. qualis est in ca. *cum in cunctis*. [f] & extraug. *execrabilis*. Ioannis 21. & cap. *omnis*. [g] & alię innumerę.

27 Contra quam tamen diuisionem facit quod omnis ferè lex obligatoria videtur esse mixta: quia expressè, vel tacitè continet culpam, & pœnam: omnis enim lex, quam ipse appellat moralem tantùm, videtur obligare ad culpam venialem, vel mortalem. [h] & consequenter continet pœnam æternam, vel temporariam, futuri sæculi, vel præsentis: & omnis lex, quam ipse appellat tantùm pœnalem, tacitè obligare videtur ad culpam venialem, vel mortalem, propter quam imponitur pœna. Dixi suprà, *ferè*: vt excluderem aliquot leges Dominicanorum, quibus cauetur expressè, ne ad vllam culpam obligent, vt ait S. Thomas, [i] quod puto fuisse in causa, quare nullus auctorum, quorum meminerim, ante ipsum hanc diuisionem tradiderit: quam tamen defendi posse puto, respondendo quod eius diuisio vera est respectu expressæ pœnæ, oppositio verò procedit quo ad pœnam etiam tacitè adiectam: inter quæ non parum refert.

28 Secundo id quod præfata diuisione præsupposita per multa concludit, legem videlicet tantùm pœnalem, quatenus est pœnalis non tollere obligationem ad culpam per priorem legem inductam, etiam non præmissa præfata diuisione, potuit loquendo vt plures docere: sed nec ad id probandum erat opus multis, quæ ipse adducit. Tum quia neminem puto esse qui contradicat. Tum quia vix habet vllam rationem dubitandi: & disputatio debet esse de re dubia. [k] Tum quia id probat cap. *si quis ex clericis comam relaxauerit, excommunicetur*. [l] quod est lex purè pœnalis contra clericos, alia priori lege veritos relaxare comas, & nemo vnquam dixit, nec somniauit per illud relaxari culpam, ad quam obligabat prior. Idem probat prædictum cap. *si quis suadente*, & præfati 17. canones. [m] & lex, *si quis in tantam*. [n] & alij citati ex Concilio Tridentino. Tum quia actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. [o] & ferens legem nouam pœnalem, quatenus id facit, non intendit tollere culpam, propter quam pœnam inducit: immo tacitè, nisi aliud exprimat, videtur eam confirmare, vt sentiunt omnes scribentes in dict. cap. *si quis ex clericis*: & alijs præcitatis.

29 Tum quia remedia posteriora in dubio non tollunt priora, saltem quatenus non sunt eis contraria, [p] & noua defensio, seu nouum ius non tollit in dubio antiquum, [q] quia quod expressè non mutatur manet. [r] Tum quod inducta ad augmentum non operantur diminutionem, neque è contrario. [s] At lex purè pœnalis, contra transgredientem legem priorem ad culpam obligantem lata, fertur ad augendam custodiam legis prioris, ergo non operabitur diminutionem eius: quod faceret, si tolleret obligationem ad culpam, quam palam est multum suadere illius custodiam, cum timor offensionis diuinæ multum nos reuocet à malo. [t]

30 Tertio principaliter prædictus Castrensis, [v] ex suprà dicta conclusione infert, omnes qui secant, vel asportant ligna de alienis syluis, vel pascùt pecora in pratis, & montibus alienis, peccare mortaliter, & teneri ad restitutionę ablatorum, & damnorum non obstantibus legibus pœnalibus Regnorum, vel ciuitatum, quibus certa pœna statuitur imponenda ijs, qui ea faciunt: idque ait irrefragabiliter ex prædicta conclusione sic deduci: Lex naturalis, & diuina, quæ leges omnes præcesit, obligat furantem, rapientem, & damnificantem ad culpam mortalem, & ad reiablatæ & damni facti restitutionem. [x] At leges posteriores adiicientes pœnas legem naturalem transgredientibus, in quantum huiusmodi, sunt purè pœnales factæ ad maiorem custodiam illius, ergo non tollunt obligationem ad culpam per eam inductam.

a *Eiusdem li.*

b *Eiusdē lib.*

c *Notab. 74.*

d *Capit. cum super. de re iud. cum allegatis ibi. per gloss. & alios.*

e *In c. 9. eiusdem libr. 1.*

f *Exod. 20. g 32. qu. 7.*

h *C. de mendicantibus. valid. lib. 10.*

i *§. cum verò, & §. inferiora. de electi.*

k *ff. de leg.*

l *Leg. fi. de interpretation. ff. de pœn. & cap. pœna. de pœnit. dist. 1.*

m *In 2. 2. qu. 187. art. 5. ad 3.*

n *C. de mendi. valid.*

o *In 26. paginis cap. 10.*

p *Exod. 20.*

q *32. qu. 7.*

r *Cap. missas. de consecra. distinct. 1.*

s *Capit. cum non sit. & per titulū de decimis.*

t *Capit. quadragesimæ & sequentibus de consec. dist. 5. & toto titulo de observa. ieiun.*

v *Cap. peracta, de consec. distinct. 2.*

x *Cap. quem pœnitet. de pœnit. d. 1.*

a *10. dist.*

b *Cęs. 6. 7. 14. & aliarum.*

c *De vita & honest. cler.*

d *17. qu. 4.*

e *C. vnde vi.*

f *§. cum verò. & §. inferiora. & §. fina. de electi. capit. Ad reprimendam, & cap. irrefragabile. de offi. ord. capi. de multa de prabend.*

g *De pœnit. & remiss.*

h *Arg. §. fin. 4. dist. & §. quod præcipitur. sub capi. pen. 14. qu. 1. i 2. 2. q. 189. art 9.*

k *In l. ancilla. C. de furt.*

l *De vit. & honest. cler.*

m *30. dist.*

n *C. vnde vi.*

o *Leg. non omnis. ff. de rebel. cred. & cap. final. de prabend.*

p *Leg. nō est nouum. & l. sed & posteriores. ff. de legi.*

q *Ca. veniēs. de præscript.*

r *Leg. sanci mus. C. de testam. & leg. præcipimus. C. de appell.*

s *Cap. fin. de verb. sig. & l. legata inutiliter. ff. de adim. leg.*

t *Capit. irrefragabili. de offici. ordina. cum multis similibus.*

v *In prædicto cap. 10.*

x *Exod. 20. l. 1. de furt. ad iunctis cap. si res. 14. qu. 6. & cap. peccatum. de regul. iur. lib. 6. & capi. sæpe. de restit. spoliat.*

a *De electi. c. ex insinuatione. de appell. cum aliis similibus.*

b *Capit. sunt quidam. 25. qu. 1. & capi. ita ne. 32. q. 5.*

c *Capit. 1. ad Roman.*

d *In quo libet. 9. qu. 3. 7. artic. 15.*

e *§. 1. & Le. minime. ff. de leg.*

g *Cap. cit dilectus. de cōsuetud.*

h *ff. de acquiren. rer. dom.*

i *In l. de generat.*

k *31. distinct.*

l *§. pactus, ne peteret. ff. de pacti.*

m *In ca. cum omnes. de cōsti tu.*

31 Quod ipsum etiam alia ratione ait euidenter probari, nempe quod inferior non potest, etiam si maximè velit, legem superioris tollere: in quod, licet ipse non alleget, est textus in clemen. *ne Romani*. [a] quòd maximè procedit in diuina, quam vsque ad sanguinem tenemur omnes defendere. [b] At lex diuina naturalis obligat huiusmodi malefactorem ad culpam mortalem. [c] ergo nulla humana, siue sit pœnalis tantùm, siue moralis tantùm, siue mixta, potest illam tollere. Et grauissimè arguit tum imperitiæ, tum impietatis eos, qui contra prædictam illationem consuluerunt, quales multos se vidisse testatur, quorum fortassis de numero sum etiam ipse, cuius scripta in hanc conclusionem inclinantia fortè viderat.

Contra tamen prædictam illationē est consuetudo vbique fere gentium à subditis seruata, & à superioribus tolerata, & à confessarijs, qui prædictam restitutionem non præcipiunt, approbata, à quorum aliquibus interrogatus ipse ante annos circiter 50. memini me semel scripto respondere, & deinde responso recuperato suspendisse sententiam, donec otio competenti suppeditato inuenirem rationem formalem, qua dubietatem animi expellerem, quam per viginti annos, & amplius non inueni: ideoque eo tempore solebam respondere confessarijs, qui me super hoc tum verbo, tum literis interrogabant, vt absoluerent confessos, qui verè proponerent facere quicquid in hoc teneretur secundum iuris diuini & humani peritorum sententiam: eo quod primò videbā periculosam esse de peccato mortali definitionē, vt dixit S. Thomas ab omnibus receptus, [d] in hæc verba: *Omnis quæstio, in qua de mortali peccato quæritur, nisi expressè veritas habeatur periculosè determinatur: quia error, quo non creditur esse peccatum mortale, quod est peccatum mortale, conscientiam non excusat à toto, licet fortè à tanto. Error verò, quo creditur esse mortale, quod non est mortale, ex conscientia ligat ad peccatū mortale. Præcipuè autem periculosum est, vbi veritas ambigua est*. quod in hac quęstione accidit.

Secundo quod considerabam quàm difficilis sit vitę, & consuetudinis mutatio, iuxta authen. *de monachis*, [e] & quod consueta minimè sunt mutanda. [f] nisi clarè constet consuetudinem esse intolerabilem, cum legis variè intelligibilis consuetudo sit optima interpres, [g] & quod consuetudo fere vbique gentium seruet prædictæ conclusionis contrarium, ita mordicus, vt ferè impossibile fuerit eam abrogare. Quare post longam meditationem visa sunt firma quæ sequuntur dicta.

33 Primum, esse distinguendum inter syluas, quas veluti vineas plantant, & fodiunt homines priuati, vel publici, siue respu. in terris suis priuatis, vel publicis, siue respub. in terris suis priuatis, vel publicis, & herbas satas, vt seritur frumentum ab eisdem in similibus terris, qualque quotannis secant, & recondunt in cœnarijs ex vna parte, & inter syluas antiquas sponte in vallibus & montibus natas & auctas, & herbas spōtè natas in terris priuatis, vel publicis: secundum quod in paucis terris est consuetudo, qua liceat, soluta pœna, primi generis arbores cædere, & herbas depascere: in multis autem, & fere vbique est cōsuetudo, qua liceat id facere in arboribus, & herbis secundi generis: & meritò: quia faciliùs, & rationabilius potuit induci consuetudo hæc, quàm illa, eo quod illa secundi generis longè magis communia sunt, quam hæc primi generis. Illa enim omnia sponte nascentia, sicut à principio erant communia, & occupantis fiebant, iuxta l. 1. [h] licet postea fuerint facta publica certorum populorum, vel priuata certorum particularium quo ad dominium, & proprietatem, sic facilius potuerunt remanere communia quantùm ad eum vsum, quo liceret vti eis impunè, si non deprehenderetur, vel soluta pœna si essent deprehensi.

34 Quia in symbolizantibus, hoc est similes qualitates habentibus, facilior est transitus secundum philosophos, [i] & facilè res ad suam pristinam naturam reuertitur, vt habetur in *c. cum ab exordio*. [k] & lege *si vnus*. [l] vbi multa in hoc adiecit Iason, & Felinus, [m] & ita facilius potuit continuari consuetudo antiqua, quæ continuata tempore legitimo suffecit ad inducendam illam seruitutem, & sustinendum onus patiendi damnum, de quo agitur. Hæc autem primi generis sunt multò magis propria, quippè quæ numquam fuerunt ita communia, vt fierent occupantis, neque quo ad dominium, neque quo ad vsum.

35 Tertium, quod consuetudo, quæ haberet, vt liceret alijs capere alienum, vel vti re aliena inuito domino, sine iure id faciendi, nihil valeret, nec consequenter excusaret à peccato, & à restitutione damni: quia illa esset contra legem diuinam, & etiam naturalem, præsupposita rerum diuisione, & consequenter nulla, [a] etiam si mille annis esset continuata. [b]

36 Quartum, quod consuetudo, quæ haberet vt quis capere posset alienum, vel vti eo inuito domino, mediante iure aliquo legitimo, valida est, & excusat à peccato, & à restitutione damni: excusantur enim omnes, qui vtuntur vsufructu, vel vsu, & habitatione rerum alienarum legitimè constitutis, etiam inuitis dominis earum. [c] & * qui vtuntur seruitutibus vrbanorum, vel rusticorum prædiorum legitimè constitutis. [d]

* Qui vtuntur seruitutibus vrbanorum. *Seruitus hoc loco est ius prædijs inhærens, vnius vtilitatem adaugens, alterius vero diminuens. Vrbanorum autem prædiorum seruitutes sunt quæ vrbanis ædificijs adhærent, id est quæ debentur ædificijs vrbanis, vel à prædio vrbano, vel à rustico. Rusticorum verò prædiorum seruitutes sunt illæ, quæ inhærent prædijs rusticis, eisque debentur, vel ab vrbanis, vel à rusticis prædijs.*

37 Quintum, quòd consuetudo potuit inducere ius cædendi, & asportandi ligna, & depascendi herbas supra dicti secundi generis impunè, si non deprehenderetur, & soluta certa pœna, si deprehenderetur. Tum quia hoc nulli iuri diuino, aut naturali repugnat, tum quia hoc ius, & seruitus potest constitui consensu dominorum, iuxta l. 1. & 3. [e] & l. *via*. & sequē. l. f vel lege publica ex iusta causa in id edita. argumen. l. *item si verberatum*, [g] & latè notatorum per Innocentium & omnes. [h] Tum quia id in specie probatur per l. *venditor*, [i] quæ habet posse libere per consuetudinem ex lapidicina aliena cædere lapides certo pretio soluto, etiam inuito domino. & ita vbique ferè gentium præfata consuetudo irrepsit.

38 Sextum, quòd sunt quędam regiones montanę in Regno Nauarrę, in quibus vsque in hodiernum diem est consuetudo: duratura, vt credo, perpetuo, vt liceat etiam omnino impunè depascere non solùm herbas sponte natas, vel satas, sed etiam segetes triticeas siligineas, & quascumque alias satas in terris non septis, & etiam in septis, si sepimenta non fuerunt ad resistendum pecorum ingressui satis munita, ea ratione introducta, quòd alioqui oporteret incolas omnes habere multos custodes paucarum ouium, paucorum porcorum, & paucarum vaccarum, & aliorum pecorum, quæ nutriuntur herbis sponte nascentibus, quod non possent habere. Quare consensu publico, & consuetudine iam pridem præscripta introductum est, vt quicumque aliquid seuerit, vel plantauerit, sepiat, vel custodiat illud, ita vt pecora non possint illud depascere, vel patienter ferat damnū, quod ei à pecoribus sine custode errantibus, sine tamen dominorum eorum dolo, fuerit illatum, quæ consuetudo licita est, quoniam non dictat, vt liceat furari, vel damnificare iniustè sine iure legitimo id faciendi, sed quod facere id mediantè iure eiusmodi seruitutis, vel permissionis publico consensu, & publica lege introductæ, non sit furari, neque damnificare iniustè. Per quod soluuntur argumenta in contrarium formata, & consuetudini tolerabili ab intolerabili separata.

Ad argumenta contraria respondetur. Ad primum, concedo quidem nulla pœnali lege, quatenus est talis, tolli obligationem ad culpam per aliam legem priorem inductam, immo nulla lege humana, aut consuetudine qualibet generali, vel speciali tolli obligationem ad culpam inductam lege diuina, vel naturali illam præcedente: negando tamen quod extante præfata consuetudine is, qui cædit ligna, vel depascit herbas, committat furtum, rapinam, vel aliud damnum iniustum inferat.

29 Quoniam non cædit, nec damnificat iniustè, sed vtitur iure suo: & qui vtitur iure suo nemini facit iniuriam, [k] etiam si nocumentū inde alteri eueniat, [l] nisi nocendi animo id faciat, [m] quę est Bartho. & aliorū cōmunis resolutio.

40 Ad secundum verò respondetur concedendo quidem non posse inferiorem tollere legem superioris, concedendo item legem de non furando esse legē superioris,

a *Per ca. malla. & ca. fructus. de consuet. 8. dist 9.*

b *Cap fin. de consuet. & c. fin. de præscri.*

c *ff. & C. & inst. de usufruct. & de vs & habet per totum.*

d *ff. & C. de seruitio & seru. vrb. & rusti. prad.*

e *ff. de vsufruct. ff. de seruit.*

g *ff. de rei vend. & leg. Lucius. ff. de euict.*

h *Cap. qua in eccle siarū. de constit.*

i *§. si constat. ff. tēmi. prad.*

k *Cap. cum ecclesia vulterana de elect. & leg. in iuriarum. §. 1. ff. de iniur.*

l *Leg. si in meo. ff. de aqua plu. arc. & le. Proculus ff. de dā. infect.*

m *Le. flumi num. & fin. ff. de dā. infect.*

nimo omnium supremi nempe Dei Opt. Maxi. & consequenter nulla lege humana, neque pœnali, neque mortali posse tolli obligationẽ ad culpam inducta ab ea: negando tamen, quod non possit fieri consensu humano, vel lege, & consuetudine humana, ne aliquis rei alienę vsus sit furtum, quia alias non extante tali consensu, lege, vel consuetudine, esset furtum: nam supra probatum est non esse furtum, nec rapinam, vel damnificationem iniustam illum vsum, quo vsufructuarius, vel vsuarius, vel alius habens aliam seruitutem, vel aliud ius, vtitur eo in re aliena inuito domino: quod tamen esset furtum, vel rapina, vel damnificatio iniusta, si absque tali iure id faciendi ea vteretur: & in casu proposito consuetudo præfata præstat ius vtendi certo modo re aliena: & ita nihil obstat prædictum argumentum.

Ad tertium, quod tacite inuoluitur in prædictis duobus, respondeo concedendo quidem quod nulla lex pœnalis, quatenus est talis, tollit obligationem per præcedentem legem inductam: sed negando quod nos, qui hanc conclusionem tenemus, diçamus quòd ratio, quare qui supradicto modo cædit ligna, vel depascit herbas, non peccat, nec tenetur ad restitutionem: sit quia lex humana pœnalis apponendo pœnam sic secanti, vel depascenti, tollat culpam, quam per legem diuinam incurrit: sed ea ratione nitimur, quòd præfata consuetudo inducta consensu publico, vel lege publica, efficitene illa cæsio, vel depastus sit illicitus, introducendo ius nouum, vel conseruando antiquum, quo id facere liceat.

41 Quarto principaliter prædictus Alfonsus vbi supra infert, illos, qui iusta tributa principibus debita per fraudem, aut simulationem reddere omittunt, non liberari à peccato, nec à restitutione ob legem pœnalem contra tales editam: in quod confirmandum latè spaciatur, cuius argumentorum nerui sunt in summa ij. Primus, quod quicumque iustè debet aliquid, tenetur id soluere sub pœna peccati, & restitutionis. [a] At tributa iustè debentur Regibus, & Principibus: ipsemet enim Christus D.N. [b] pro se, & Petro soluit, & iussit quę sunt Cæsaris Cæsari reddi, [c] & Paulus expressè id præcipit. [d] Secundus est, quod dignus est operarius mercede sua, [e] & Reges, ac Principes sunt operarij Reipublicæ circa tuendam iustitiam, & pacem subditorum, vt probat cap. *si tributum*: & cap. *magnum*, [f] & declarat S. Thomas cum alijs, [g] nec est Catholicus qui hęc neget: ob quod poterat ipse leuare se onere tam late probandi: ergo sicuti negans mercedem operario peccat mortaliter secundum omnes, adeo quòd vulgo dicatur, vnum de tribus peccatis clamantibus in cœlum est merces retenta laborum: ita qui negat Regi tributum, quia videtur negare mercedem illi debitam, peccat mortaliter. Cuius rationibus addo primo quod tributum tam debetur Regi, quàm quod ipse mutuo, vel commodatò dedisset, vel quod ex venditione sibi deberetur, vt probant cap. *tributum*, & alia proximè citata. At nemo vmquam dixit non peccare qui renuit soluere Regi mutuum, commodatum, vel pretium rei ab eo emptæ: ergo nemo debet dicere non peccare illum, qui Regi tributa soluere renuit: quia æquiparatorum æquiparata est ratio. [h] Addo secundo, quod nemo dicet non peccare qui fraudat Regem censu, quem debet de prædio conducto, vel in emphyteusim accepto: ergo nec debet dicere fraudantem tributa regia non peccare. [i] Tertio, quod qui fraudat proximum censu ei debito ob causam priuatam, peccat cum onere restituendi: ergo à fortiori, qui debet Regi ob causam publicam, [k] cum bonum publicum præferatur priuato. [l]

42 Contra tamen eius conclusionem facit primo quod durum videtur damnare culpæ mortalis omnes qui contrarium eius faciunt, cum vbique fere gentium qui exportant merces, ex quibus debetur Regi pars decima, vel alia, cõentur occultare aliqua, ne de illis cogãtur soluere quicquam; & eiusmodi onera grauia, & dura tollenda esse significauit Dominus per illud, [m] *alligant onera grauia, & importabilia*: relatum in cap. *alligant*. [n] Secundo, quod consuetudo potest tollere, & modificare omnem legem humanam. [o] At licet sustentatio necessaria Regi decenter sustentando debeatur iure naturali iubente mercenario mercedem soluere, iurę tamen humano est instituta quantitas sustentationis regiæ: & ita potest illam consuetudo augere, vel modificare. At consuetudo dictans ne quis sine mendacio, & periurio occultans aliquas merces ad aliud non teneatur, nisi vt deprehensus soluat solitum vectigal cum auctario dupli, vel quadrupli, non tollit sustentationem regiam, sed moderat eam tantùm, ergo potest valere, & excusare.

43 Tertio, quòd nullibi gentium confessarij cogunt confitentes huiusmodi fraudes ad restituendum: & bona pars eruditorum sunt confessarij: ergo bona pars eruditorum videtur probare consuetudinem præfatam.

44 Quarto, quod pœna conuentionalis debetur. [a] At non est dicendum quem peccare non soluendo illam, nisi soluere iubeatur, ergo neque non soluendo tributum.

45 Quinto, quod difficile valde fuerit, ne dicam impossibile, mercatores, & alios ab hac consuetudine semouere: & quod, qua parte fieri potest, seruanda est consuetudo. [b]

46 Pro resolutione huius tanti dubij præmitto primo, quod tributum generaliter sumptum potest dici quicquid tribuitur, vt dicit glossa notabilis, [c] cui adstipulatur vulgus, quod appellat tributum id quod, quis quotannis debet etiam alicui priuato, & tributarium eum, qui illud debet: adstipulatur etiam quod pensio emphyteutica appellatur canon in l. fin. [d] & canonem esse tributi speciem infra dicetur. Vnde videtur quod sicut pensio verbum descendens à verbo, pendo, comprehendit pensionem publicam, quæ debetur Regi, & priuatam, quæ debetur priuato, vt rectè ait Siluester. [e] ita etiam tributum potest appellari publicum, & priuatum, licet ipse aliter dicat: quamuis parum referat an sic, vel sic, vel hoc, aut illud teneantur. Secundo, quod verbum tributum strictius captum significat tantum id quod debetur Reipu. siue dicatur à tribubus, vt ait Varro, quod ea pecunia, quæ populo imperata erat, tributim à singulis proportione census soluebatur, siue (vt ait Festus) à tribuendo deriuetur, eo quod ex priuato in publicum tribuatur.

47 Ex quo infertur quòd licet verbum vectigal secundum originalem significationem strictius sit, quam tributum etiam strictè sumptum, nam à principio solùm significabat portorium, quod ex rerũ vectione debebatur: nunc tamen latius patet, quam verbum tributum strictè sumptum: quoniam tam ad publicos reditus, quàm ad priuatos extenditur, iuxta l. *vectigalia*. & alias multas, [f] quæ de vectigalibus Reipubl. disponunt, & iuxta illud Ciceronis, [g] *ex meo tenui vectigali capio ego ducenta*. cui consonat l. *quæro*, [k] & l. *cedere*. [i] & rubrica & l. 1. [h]

48 Tertio præmitto, etiam sumpto strictè verbo *tributum*, varia esse genera tributorum, quæ Regi, & Principibus debentur: quod testatur Budęus, [l] in hæc verba, *Aerarium Romanum ex vectigalibus, & tributis olim constitutum fuit, quomodo & hodie nostrum. Vectigalia trium generum fuerunt, ex agrorum cultu, ex mercium traiectu, & ex pascuis. Primum decumæ, alterum portorium, tertium scriptura appellabatur: & præter hæc salarium*: quod probat ex illo Ciceronis, [m] de laudibus Cn. Pompeij. *Nam in cæteris rebus: cùm venit calamitas, tum detrimentum accipitur. At in vectigalibus non solùm aduentus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem. Nam cum hostium copiæ non longè absint, etiam si irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest.* Et idem Budæus, [n] sic ait. *Non omittendum etiam prouinciales olim stipendiarios tria genera pensitationum agnouisse, canonẽ, oblationem, & indictionem*: quæ etiam populares hodie in Gallia agnoscunt. Hæc tria genera Cicero his verbis complexus est, [o] auctore Asconio: sic enim inquit de Sicilia loquens, *Quando frumentum, quod deberet, non ad diem dedit: quando id quod opus esse putaret, non vltro pollicita est? quando id quod imperaretur recusauit?* Quarto, quod tributorum, & vectigaliũ publicorum, de quibus agimus, alia sunt realia, alia personalia, alia mixta, sicut & munera, de quibus in l. *munerũ*. [p] & Panormitanus & alij. [q] Vt enim ex superioribus, & ex l. 3. & 4. [r] colligitur, alia tribuuntur ob res tantùm, alia ob personas tantùm, & alia ob vtraque. Tributa alia sunt, quæ Regi, vel Reipu. debentur ex solis rebus immobilibus: qualia sunt, quæ debentur Regi, vel Reipubl. ex prædijs rusticis, vel vrbanis, & alijs terris, quæ

a *Toto titulo ff. & C. de solut. & Institt. quib⁹ modis tol. obl. & in c. ea te. de iureiur. c. sæpe de restitutione spoliator.*
b *Matth. 17.*
c *Matth. 22. Matt. 12.*
d *Ad Romanos 13.*
e *Luc. 10. & ca 1. 13. qua. 2.*
f *tit. q. 1. capi. tributum. 23. quæst. 8.*
g *In d. ca. 13. & in tract. de regim. princip lib. 3. c. 5.*
h *Cap. translato. de const. & capit. Si post quam. de præb. li. 7. l. 1. ff. de leg. 1. vbi doct.*
i *Arg. l. illud ff. ad legẽ aquilam. & c. 2. de transl. præla.*
k *Arg. ca. cit in canonis. de elect. & authent. multo magis. Co. de sacrosanctis eccles.*
l *Cap. licet. de regul.*
m *Matt. 23.*
n *26. q. 7.*
o *Cap. fin. de consuet le. 2. C. qua sit longa consuetu.*

a *Leg. stipulatio ista. §. alteri, & leg. si insulam. de verb. oblig.*
b *Capit. qua contra mores 8. distin. capi. erit autem lex. 4. distin. c In rubr. C. de annonis & tributi. li. 10.*
d *Co. de iur. emphy.*
e *In ver. gabella. 1.*
f *ff. de publicanis, & vectigal.*
g *in pavado.*
h *ff. de vsufr. leg. iff. arbor. fur. cæsarum.*
k *ff. si ager vectigalis, vel emphyt. pet.*
l *De asse. lib. 4.*
m *Pro lege Manil.*
n *Eod. lib.*
o *In 3. Verrina.*
p *ff. de muneribus & honor.*
q *In cap. aduersus. & c. inter alia. de immu. eccle.*
r *ff. de censib.*

Populus a principio destinauit ad regiã sustentationẽ, quę videntur sortita appellationem canonis, tamquam canonicum, & regulare tributum: quod significant verba præfata Ciceronis, & l. 1. [a] quatenus disponit, vt superinductiones soluantur veluti canones, & post illam legem non soluantur vt extraordinaria, sed vt canonica, & regularia. Illa item, quæ debentur Regi ex rebus immobilibus ei quæritis per contractus, & vltimas voluntates eo modo, quo alijs priuatis quæruntur: de quibus in l. 1. 2. & fin. [b] Illa item quæ debentur ei ex bonis Regijs, vel publicis, quæ ipsius Regis, vel Reipubl. auctoritate fuerunt concessa, vel etiam nunc conceduntur in emphyteusim, vel feudum sub aliquo annuo censu: quod genus tributorum videtur appellare Cicero, quem in hoc adducit vbi supra Budęus, decumarum, seu decumas, & leges præfatæ canonem. Personalia verò, vel mixta, sunt quæ debentur ob personas tantùm, vel ob personas, & res simul: qualia sunt, quæ postea Reges, & Principes superindicunt ipsi populo, quæ capitationes, census, indictiones, & superindictiones, angariæ, & perangariæ, & vectigalia vocantur. [c] Portoria item, & decumæ à Cicerone, & Budæo, vulgo taliæ, collectæ, gabellæ, guidagia, pedagia, duanæ, & ab Hispanis alcaualæ, quarteres, & alijs id genus nominibus.

Secundo considero, quod prædicta primi generis tributa naturalius debentur ipsis regibus, quàm tributa secundi generis: quia eodem iure naturali, & ordinario ea debentur eis, quo alijs omnibus priuatis census, & reditus siue temporarij, siue perpetui, debentur ex fundis, vel alijs suis rebus locatis, vel in emphyteusim, vel feudo à se concessis. [a]

49 Alia verò secundi generis debentur minus naturaliter, tamquam extraordinario quodam modo inducta: & ita ea videntur esse debita eo modo, quo populus suscepit soluenda de consensu principis, vel reipubl. expresso, vel tacito: extraordinario enim modo inducta, licet sint ordinaria, non sunt adeo naturalia, & fauorabilia, sicut ordinario modo inducta, iuxta glossam singularem, [b] quæ putata singularis ibi à Cardinale & ab omnibus vbique recepta, ait iurisdictionem legati Sedis Apostolicę quamuis sit ordinaria, quia tamen extraordinario modo inducta, non est adeo naturalis, & fauorabilis, ac iurisdictio episcopalis: quod efficaciter probat prædicta clem.

Tertio considero, quod non omnis lex obligat ad peccatum mortale, sed illa sola, quæ est iusta, promulgata, recepta, non derogata, &c. vt latius declaramus in Manuali. [c] Quibus addo, quod sicut lex, quæ in nihilo recepta est à principio, in nihilum obligat, vt ibi diximus: quia sicut singulariter ait Dominicus, [d] receptus à recentioribus ibi, [e] & latè Felinus, [f] ita lex aliqua ex parte recepta, & ex aliqua non, licet obliget quo ad id in quo est recepta, non tamen ligat quo ad id, in quo non est recepta. Quia quod iuris est de toto ad totum, idem iuris de parte ad partem, quando eadem ratio manet in parte quæ in toto. [g] Ob quod ante annos Salmanticæ pro tribunali iudicauimus, quidam præsupponunt non fuisse regularem filium, eo quòd,

a *Iuxta leges omnes ff. & Co. de locat. & titulo si ager vectig. & ff. si ager vect. & C de iur. emph. & c. 1. de feudis, & ca. petenti. de iocat.*
b *In clem. 2. de offic. ord. ver. nolum⁹.*
c *Cap. 23. à num. 39.*
d *In §. leges. 4. distinct.*
e *Et in ca. 2. de const.*
f *In cap. 1. de treug. & pa. num. 12.*
g *Leg. quæ de toto ff. de rei vend. & cap. pastoralis. §. item cum totum. de offic. deleg.*

BIBLIOPOLA LECTORI.

HOC Commentarij in cap. Fraternitas fragmentum editum quidem fuit antea cum D. Nauarri Consilijs, quod quidem integrum posse recuperare, & hic adiucere desideraui mus. Sed quoniam hominum nequitia hactenus factum esse dolemus, vt nullibi quod sciamus, illud appareat, ex Consilijs desumptum in hanc partem transtulimus, in quæ ea coniecimus quæ hactenus impressa non fuerant, vel si fuerant impressa Latinè tamen quod sciamus non extabant.

COMMENTARIVM RESOLVTORIVM DE FVRTO NOTABILI, SVPER CAP. fin. 14. quæst. 6. ad quemdam Manualis Confessariorum locum declarandum, & de Homicidio casuali.

Cap. fin. 14. quæst. 6. Hieron. in Epist. ad Titum cap. 2.

FVR autem non solum in maioribus, sed in minoribus etiam iudicatur. Non enim id quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione non idcirco diuersa fit fornicatio, si mulier sit pulchra, aut deformis, ancilla, aut ingenua, puppercula, aut opulenta. Sed qualiscumque illa fuerit, vna est fornicatio. Ita in furto quamtumcumque quis abstulerit, furti crimen incurrit.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quid, quomodo diuidatur, remittitur. Omnem vsurpationem illicitam & eius voluntatem 7. præceptorum de non furando prohiberi.*
2 *Magnum & paruum vnius esse speciei, & ex suo genere mortalia, num. 5.*
3 *Circumstantia qualis confitenda, quantitati non esse eiusmodi, nisi quando. & c. num. 4.*
5 *Peccatum quod ex suo genere mortale est, propter tria tale esse desinit.*
5 *Furtum paruum non est mortale, quale sit præscribat vir prudens, sicut prescribet.*
6 *Furtum paruum cum voluntate magnum faciendi mortale.*
7 *Et alias non, quamuis si multum nocuit ex alia consideratione erit.*
8 *Et etiam si magna molestia afficit. Quando furto auferre à paupere maius peccatum, & quando non.*
9 *Furtum centum dipondiorum, & duorum regalium in aliquo loco pro mortali habetur.*
10 *Furtum minus, quam duorum ducatorum, notabile non videtur: sicuti neque etiam fraus minor, quo actio inducatur. n. 9. quod periculosum videtur.*
11 *Actio negatur damnificato in re, quod est peccatum mortale. num. 10. quamuis ob illud concedi possit.*
12 *Excommunicatio generalis nisi ob peccatum mortale non ligat, & ob illud sic. num. 10. nisi eximatur: & an liget aculei.*
12 *Furtum dimidij regalis, aut viginti dipondiorum notabile videtur, & etiam supra octo, & vnius gallinæ, & duodecim quorum & c. num. 11. & quando aculei, & auis vnius.*
12 *Auctor cur Salmanticæ iterum doctoratus insigne accepit: & hoc cap. repetiuit.*
12 *Reges ob gallinæ furto ablatas, & minores res, milites morti adiudicarunt.*

1 IX exemplari S. Hieronymi per Marianum Victorium correcto * apparet hunc textum in aliquo esse mutatum: in versiculo enim. *Quomodo*, sic ait. *Quomodo in fornicatione, & adulterio non idcirco diuersa sit fornicatio si pulchra, vel diues, deformis, aut pauper, meretrix, vel adultera sit: sed qualiscumque sit re.*

* Apparet hunc textum. *Hoc etiam obseruauit qui annotationes edidit in Decretum Gregorianum inferius item vbi hic habetur, quantumcumque quis abstulerit, legitur, quantumcumque seruus abstulerit.*

Sed quia non ita multum refert, nec ad gratiam, nec ad nostrum institutum, eiusdem literam sequuti sumus in Manualis Confessariorum recognitione, [a] ad quem locum nos remiseramus in eodem, [b] in hoc commentarium reiecimus explicationem quantitatis requisitæ vt furtum peccatum mortale sit.

Posita igitur furti definitione, & eius in mentale furtum, & reale diuisione, & alijs rebus ibidem tactis, solum hic repetemus quod in Manua. [c] & in additione cap. *quando*, [d] diximus, scilicet septimo præcepto de non furando, [e] non solum quòd à proximo contra suam voluntatem clam auferatur, (quod propriè furtum dicitur) prohiberi, sed etiam quicquid præterea malè acceptũ malè retinetur, & dãnum omne, quòd malè ei infertur, & cõsequẽter quòd per fraudes, aut vim legum iniustarum, aut aliam quamlibet rerum alienarum illicitam vsurpationem accipitur, aut retinetur, f quin etiam omnem volũtatem deliberatam inuito domino accipiendi, retinendi, nocendi, & illicitè vsurpandi: quia sicut in Manuali, [g] & in d. additione, [h] & in ca. fin. de simon. [i] post S. Thomam, [k] diximus, peccata cordis, oris, & operis sunt generis eiusdem, quamuis solius cordis non ad restituendum, sicut oris, & operis obligant.

2 Hoc ergo constituto notemus ex hoc cap. vnius generis, & speciei esse magnæ rei, & paruæ furtum. In principio enim ait furem, tam qui parum, quàm qui multum furatur, iudicari. Et in fine concludit quantumcumque quis furatus fuerit, furti crimen committere. Quin etiam medio cum fine coniuncto melius idem probatur, in quo in effectu dicit quemadmodum fornicatio cum pulchra aut deformi, opulenta, aut pauperc, ingenua aut ancilla vnius, & eiusdẽ speciei est, scilicet, Simplex fornicatio, sic furtum magnæ, & paruæ rei est eiusdem generis. Et patet (sicut glossa hîc tractat) cæteris paribus grauius peccatum esse fornicari cum vna ex prædictis quàm cum alia. Nec obstat dicere mentem S. Hieronymi, quæ ex ratione, quam [l] adfert ad suam sententiam confirmandam, in illis verbis. *Non enim id quod furto ablatum est, sed mens furentis attenditur.* fuisse, vt diceret vsurpationem paruæ rei tunc solum esse furtum, quando voluntas furantis erat multum furari. Hoc inquam non obstat: quia respondetur ex alia ratione, & similitudine, quam de fornicatione adducit, & ex conclusione colligi eius mentem fuisse dicere, quod notatum à nobis est.

3 Ex hoc sequitur primum conclusio quædam quotidiana, quam in principio cap. *consideret*. [m] probauimus, & in Manuali [n] posuimus, videlicet, circumstantiam quantitatis peccati, quamuis illud augeat non mutare speciem, neque

a *Ca. 27. n. 9.*
b *Ca. 17. n. 3.*
c *Cap. 17. nu. 2.*
d *De consecrat. distinct. 1. num. 231.*
e *Exod. 20.*
f *Cap. penale. supra q. 5.*
g *Cap. 11. n. 9.*
h *Num. 233.*
i *Num. 7.*
k *1. 2. qu. 72. articul. 7.*
l *In ca. Marcion. qu. 1. leg. non dubium C. de legib.*
m *De pœnit. dist. 6.*
n *Cap. 6. n. 7.*

regulariter ex veniali facere mortale. Et ideo pœnitens ad illam confitendam communiter non tenetur, & consequenter nec ad dicendum si furtum sit pretij decem, viginti, centum, mille, aut decem millium ducatorum, modo confiteatur quantitatem idoneam ad furtum mortale constituendum, quia sicut S. Hieronymus hic significat, circumstantia quantitatis in furto, licet peccatum augeat, non tamen eius speciem mutat, neque ex veniali communiter mortale efficit, neque ad omnes circumstantias confitendum tenemur, sed (sicut in Manuali, [a] definiuimus, illas solum, quæ faciunt, vt opera, quorum sunt, peccata sint mortalia, aut quæ sunt in vna specie mortalia, sint in altera, aut quod vna consideratione est mortale, alia etiam sit; siue opera ab vna specie in aliam transferant, siue non, iuxta communem opinionem, quam in dict. cap. *consideret*. [b] copiosè tractauimus.

4 Sequitur secundum, verum esse quod in eodem Manuali, [c] diximus, quòd quamuis laudabile sit circumstantias peccatum augentes, & illud ex minori grauius reddentes confiteri, tamen opinionem magis communem, & probabiliorem esse, id non esse necessarium, quandoquidem illud incrementum non est causa, vt veniale fiat mortale, aut alterius speciei, aut per aliam considerationem, sicut copiosè probauimus in principio dict. cap. *consideret*. [d] Quod tamen locum non habet in ea, quæ peccatum auget, & facit vt ob illud ad reseruata pertineat, saltem per constitutionem synodalem, quæ interdum aliqua furta, aut damna supra certam quantitatem reseruat, aut addit vt absolutio, aut restitutio certo modo fiat, & in qua facit, vt excommunicatio Papæ ei annexa sit, vt per aliquas excommunicationis literas excommunicantur qui ad certam quantitatem furati fuerint, & non alij, quamuis in eo mortaliter peccent.

5 Sequitur tertium, omne furtum magnum, & paruum ex suo genere, & specie esse mortale, quia magnitudo, & paruitas furti speciem non mutat, & constat rerum magnarum furta esse mortalia. [e] Ergo etiam ex suo genere paruarum erunt. Sed quia in omni materia peccati mortalis tria à culpa mortali eximunt, videlicet paruitas, indeliberatio, & defectus iudicij idonei ad mortaliter peccandum, vt dicimus in Manuali, [f] sic in hac materia furti paruitas, aut eius exiguitas facit, vt mortale non sit, iuxta S. Thomam, [g] S. Antoninum, [h] & Adrianum, [i] communiter receptos. Quia tamen non est definitum, neque iure naturali, diuino, aut humano, quæ sit quãtitas necessaria, vt furtum aliquod, damnum, aut retentio aliqua, aut alicuius rei vsurpatio peccatum mortale efficiatur, communiter tenetur, & rectissimè, esse quantitatem notabilem, & qualis hæc sit, boni viri arbitrio relinquitur, quoniam quæ indefinita relinquuntur à lege, arbitrio boni viri sunt definienda. [k]

6 Magnam tamen molestiam nonnulli confessarij nobis exhibent, interrogantes qualis quantitas sit notabilis censenda, aut quam nos talem arbitraremur, oblata nobis quæstione, sicut vna sæpius nobis ablata fuit, & eò molestius id nobis factum est, quò plures existimarunt D. Sotum, l definiuisse eam esse duorum, aut trium ducatorum, quando magna eius, à quo res aliena accipitur, vel detinetur furto, paupertas non persuadebit aliam minorem ad id satis esse, qui tamen nostro iudicio hoc non asserit, quamuis in exemplum adducat. Pro decisione igitur eius, quod huic remissum fuit in Manuali, dicimus primò, quòd qui parum furatur, volens multum furari, mortaliter peccat, sicut S. Hieronymus hic sentit, quia voluntas faciendi, & ipsum factum eiusdem sunt malitiæ, iuxta S. Thomam receptum. [m]

7 Secundo, qui rem aliquam paruulam furatur citra voluntatem aliam maiorem furandi, neque ob illud maius damnum proximo faciendo, quàm paruula illa res valet, furtum mortale non committit, si probabili cum ratione credit, si dominus sciret, ei placiturum, neque etiam, licet sciret molestè id laturum, si ei denunciaretur, neque datum fuisse, sicut Caietanus sentit, [n] quamuis S. Thomas de hac re aliquantum obscurè loquatur. [o]

Tertio, qui furatur paruulam aliquam rem, veluti subulam à sutore aut acũ à sartore, propter quod, & quia aliam subulam non habeat neque acus, à labore cessat, furtum mortale non cõmittit, quamuis ex eo notabile damnum in dominum redunder, sicut in noua editione Manualis [a] insinuamus, licet contrarium sentiat Syluester, [b] cum quo consentit solus. [c] Primum quia rem notabilem non furatur: secundo quia qui paruam illam rem furatur, quamuis ob eam damnum decem ducatorum inferret non tamen duplo, aut quadruplo illius damni condemnaretur, sed duplo, aut quadruplo rei illius paruæ furto subtractę, quatenus esset furtum manifestum, aut non manifestum. [d]

Quarto dicimus, quod actus ille accipiendi paruam illam rem esset mortalis, si qui furripit, sciret, aut scire, aut credere deberet ex furto illo paruulo illud damnum notabile domino sequuturum esse: non quia furtum, aut voluntas illam rem furandi mortale sit, sed quia damni notabilis causam dat, [e] quæ diuersæ sunt res quod ex diuersitate titulorũ de furtis, & de iniurijs facile colligitur.

8 Quinto idem dicendũ esse de eo, qui paruulam rem furatur, credens ex eo dominum magnam molestiam, & perturbationem notabilem accepturam quemadmodum ego scio quemdam furatum esse suo hero diuiti magnum quoddam malum cydonium, quod in suo horto ille habebat, & magni æstimabat ad ostendendum amicis, & monuerat suos famulos notabili eos molestia ipsum affecturos (sicut postea affectus fuit) si illud furarentur. Dico ergo illum seruum furtum notabile non commisisse, quamuis ob molestiam notabilem quam attulit, mortaliter peccare potuisset, si quidem credebat, aut credere debebat illam molestiam domino suo se pariturum esse.

Sexto, quod ex duobus his dictis sequitur causam, cur qui rem aliquam paruam pauperi aufert, mortaliter peccet, & opulento qui similem aufert non commissurum peccatum mortale: & causa est, non quia vnus furtum mortale commisit, & alius non, sed quia vnus est causa notabilis molestiæ, & fortasis afflictionis corporalis, famis, sitis caloris, aut frigoris, & alius non, aut quia vnus debet credere eum à quo accipit, non æquo animo laturum, & alius non credere hoc tenetur.

Septimo quod ex hoc textu sequitur, eum qui parum, aut multum accipit, aliqua ratione sibi persuadens eius dominum benè id interpretaturum, non peccare quia non furatur: [f] Nec consequenter, qui aliquid accipit, quod iuxta suam quantitatem & qualitatẽ personæ accipientis, & à qua accipitur, credendum est non male acceptũ iri, quia non furatur neq; cuiquã contra suam voluntatem nocet, & ideo non facit iniuriam, neque dolum per cap. *scienti, & consentienti*, [g] quamuis fortasis decipiatur, credens dominum bene accepturum, quatenus tamen ipse iure crediderit bene accipere non peccat. Diximus *aliqua ratione*, quia si temerè crederet, peccaret, per eundem *§. rectè*. [h]

Octauo, quòd sublatis coniecturis damni, molestiæ, & afflictionis corporalis, aut spiritualis, quæ ex furto sequi possunt, & sublata coniectura, quod rei acceptæ dominus benè sit accepturus, & sublata voluntate plura furandi, si posset, non est discrimen in eo, quod ab vno potius, quàm ab alio res accipiatur, & ideo necessario definiendum est, an sit absolutè aliqua quantitas, cuius furtum peccatum mortale sit, & alterius minoris non.

Nono, quod licet in aliquibus episcopatibus per cõstitutiones synodales declaratum sit, ne literæ excõmunicationis concedantur pro re, quę minoris centum dipondiis valeãt, & in aliis ne dentur pro re, quæ minoris duobus regalibus valeat, non tamen idcirco definitum est illam esse quantitatem necessariam per quam furtum, aut damnum peccatum mortale constituatur, si quidem quamuis non posit, nec debeat, nisi pro peccato mortali excommunicatio ferri. [i] sicut dicimus in Manuali. [k] Non tamen est necessarium eam pro vnoquoque peccato mortali concedi, & sic interpretari possunt, quòd quamuis pro minori, quam duorum regalium, aut centum dipondiorum mortaliter peccetur, nemo tamen pro minori excommunicetur.

Decimo, aliquo ex dicto D. Soti [l] supra relato colligere summam duorum, aut trium ducatorum non esse in

a *Ca. 6. n. 3.*
b *à num. 5.*
c *Dicto capit. 6. num. 7.*
d *Num. 5. & sequent.*
e *Capi. fures cum tribus sequ. de furt.*
f *Ca. 11. n. 4.*
g *2. 2. qu. 66. artic. 6.*
h *1. part. tit. 4. cap. 3. §. 7. & 8.*
i *Quolibet. 8. pag. 11.*
k *Leg. 1. ff. de iur. deliber. & ca. causis. de offic. delega.*
l *Libr. 5. qu. 2. artic. 3. de iust. & iur.*
m *1. 2. q. 20. artic. 3.*
n *1. 2. qu. 66. artic. 6.*
o *In d. art. 6.*
a *Cap. 17. nu. 3.*
b *Verb. furtum.*
c *Libr. 6. qu. 2. ar. 3. de iust. & iur.*
d *§. in duplii. & §. quadrupli instit. de action.*
c *Argum. ca. fin. de iniur. l. qui occidit. ff. ad leg. aquiliam.*
f *Leg. inter omnes. §. rect. ff. de furt.*
g *De regul. iur. libr. 6.*
h *Dict. le. inter omnes. ff. de furtis.*
i *Cap. nemo & ca. nullus. 11. q. 3.*
k *Cap. 17. nu. 9.*
l *Libr. 5. qu. 2. artic. 3. de iustit. & iur.*

se eiusmodi sine consideratione personæ cui furtum fit. A Pro quibus facit primo, quia * actio de dolo nō datur propter dolum factum in re, quæ pluris duobus ducatis non æstimatur. [a] Secundo quod Matthæus Mathesius, [b] dixit rem, quæ duobus ducatis non valet, vilem esse, & ideò neminem pro eo quod pluris non valet, furem noctu interficere posse, quamuis regulariter eum interficere liceitum sit. [c] Tertio quod laterna res parua, & vilis videtur, quo manus eam tibi auferenti inferas, quamuis relinquere nolit. [d] Quarto quod rationi satis consentaneum videtur. Regi, aut prædiuiti alicui alteri vnum ducatum auferre, non esse peccatum mortale.

* Actio de dolo non datur. *Actio de dolo vt aiunt iurisconsulti cōperit mihi, quando damnum de dolo malo à quouis mihi est datū, vt si quis aduersus me versetur dolose consulendo, vel malitiose negotia mea administrando, nec supereſt aliqua ciuilis actio, quam possim experiri, tam directa quàm vtilis, fore in factum actio, nulla item directa prætoria. Hæc autem non datur liberis contra parentes, quia odiosa est & in ea condemnatus infamia efficitur.*

10 Vndecimo, nobis videri nec D. Doctorem Sotum istud dicere voluisse, neque verum esse. Tum quia S. Thomas, [e] à culpa mortali non eximit furtum, nisi quando est de re minima, & tenuissima. Memini autem talem esse ducatum in se consideratum in hac regione videbitur. Tum quia sanctissimo illi, & doctissimo viro cum omni moderatione illud verbum excidit, dicendo furtum de re minima non esse mortale, quo significauit non habere illud locum, quando rem minimam auferens, domino in illa re minima contra suam voluntatem nocere vult, quamuis Caietanus magno conatu, & rectè nostro iudicio, eius sententiam ad contrarium affirmandum pertrahat. Non obstant in contrarium citata, non primum, quia aliud est denegare actionem doli contra eum, qui in minori re quàm duorum ducatorum decipit, & aliud dicere non peccare mortaliter qui in minori decipit, quia lex actionem denegat contra emptorem, & venditorem, qui plusquam in dimidio iusti pretij decipit, [f] non tamen ideo illi mortaliter peccare omittunt, iuxta doctrinam D. Thomæ receptam. [g] Non obitat secundum, quia Matthæus Mathesius sui dicti necessariam probationem non adfert, & licet adferret non obstares, si quidem malè sequitur. Hic in isto casu interfici non potest (præsertim auctoritate priuata) ergo mortaliter non peccat. Præterea multa sunt peccata mortalia, in quæ lex humana non animaduertit, & animaduertit diuina vt habet *denique*, [h] & S. Thomas. [i] Tum quia in aliquibus Episcopatibus cautum est ex consilio virorum doctorum, & prudentum, vt literæ excommunicationis pro furto centum dipondiorum, & duorum regalium, (quæ hic sunt 68. dipondia) concedantur, & sicuti in Manuali diximus, [k] post Paludanum, [l] pro quo sunt cap. *nullus*. & cap. *nemo*. [m] quod & in cap. *inter verba*. [n] extendimus, excommunicatio maior generalis, nisi ob peccatum mortale non ligat.

11 Duodecimo, quod (salua meliori sententia) mihi confitentem, aut me consulentem monerem de his rebus prima, vt pro notabili quantitate haberet, quoad effectum, vt ablatio, aut retentio mortalis sit, summam centum dipondiorum seu marapetinorum, quin & quinquaginta, & triginta, & viginti, & vt pro tali non haberet minorem octo dipondijs in hac regione, neque in alia, quæ pecunia æquè ac hæc abundaret, quamuis supra tria dipondia restituere iuberem.

Secundo, quod magis me mouet ad dicendum etiam summam supra octo esse notabilem licet non condemnarem pœnitentem aliquantum doctum, qui contrarium approbaret.

Tertio, quod pro tali haberet vnum hædum caponem, & etiam vnam gallinam mediocrem, etiam in regione, vbi illa viginti dipondijs non valeret, neque dimidio regali; etiam duodecim ouorum ablationem: & idem dicerem de modiolo tritici, & quarta cantheri vini. Tum quia vna quæque istarum rerum, saltem communiter, & iuxta maiorem partem plusquam minima habetur. Tum quia in repetitione, quam de hoc eodem cap. nihil istarum rerum attingentes fecimus in secunda petitione doctoratus in hac celeberrima Salmanticensis Academia (quæ cùm ob suam celsitudinem, & auctoritatem aliarum Academiarum doctores in suorum numerum adscribere in ruribus non soleat, in eorundem tamen nos numerum referre voluit, licet nos summo cum honore cathedra Decreti donasset, quamuis defenderimus, [a] non esse concedendam actionem furti, nec aliam, propter ablationem, aut retentionem tam exiguæ rei, quæ ad constituendam mortalem iniustitiam insufficiens esset, asseruimus tamen propter furtum, aut acceptionem, aut retentionem vnius gallinæ dari posse, quod nobis irrefragabiliter probat. §. *gallinam*. [b] Tum quia multos viros prudentes audiuimus laudare quemdam Regem Christianum, quòd duos milites qui in suis castris duas gallinas furati erant, laqueo suspendisse & alium Regem infidelem, qui ob res illis minores, in suos milites morte animaduertebat. Quamquam huic responderi posset leges belli, & necessitatem exercitui subministrandi commeatus, hanc seueritatem efficere. Verum replicari etiam posset, mansuetudinem Christianam repugnare videri legibus, vt propter rem, quæ non est peccatum mortale, nec censetur, vita alicui eripiatur, sicuti in Manuali [c] tractum fuit.

Quarto dicerem furari rem minoris quantitatis esse peccatum mortale quando per eam damnum æqualis, aut maioris quantitatis, quam prædictarum infertur, veluti furtum vnius acus, aut vnius subulæ, aut alterius instrumenti, ob cuius inopiam sartor, sutor, aut alius artifex tantundem damni accipit, seu lucri amittit, quantum sunt prædictæ quantitates. Notandum tamen est, quòd si daretur excommunicatio propter solum furtum, neque alia damna comprehenderet, qui eiusmodi furtum commisisset, excommunicatus non esset. Quia vt supra diximus aliud est furtum instrumenti tam parui pretij, & aliud damnum, quòd eius ablatione, aut retentione fit: quia si duplo aut quadruplo furti condemnaretur, pro vt manifestum, aut non manifestum esset, non damnum, sed solùm pretium instrumenti surrepti duplicaretur vel quadruplicaretur, iuxta omnium sententiam, [d] vt supra dictum est.

Quinto dicerem excommunicationem generalem contra eos qui furantur, aut malè ablatum non restituunt, comprehendere omnes iniustè aut retinentes tantam quantitatem, quanta ad peccandum mortaliter satis est, quia solum verbis, & mente proferentis comprehenduntur, quę est animas à peccato mortali abducere, & ne in illud prolabantur cauere, [e] nisi per viam constitutionis excommunicatis, aut aliam viam excipiantur qui ad aliam certam vsque quantitatem maiorem non auferunt: si enim excipiuntur, non comprehendentur, quin excommunicatio non ligat nisi quos, & quot qui excommunicat, aut qui eam petit, vult excommunicari, sicut in Manual. [f] diximus de eo qui multa exigua sępe suo hero auferet, aut alij, aut multis abstulit, vt in Manual. 8 dictum est.

Tractatus de Homicidio casuali.

SVMMARIVM.

13 *Irregularis est qui alium casu occidit, rei illicitæ operam dans, aut licitæ illicitè. quod optime probatur, quicquid alij dicant. n. 15. Intelligendum tamen esse quoniam opus illicitum eò dirigitur. n. 17.*

13 *Irregularis est clericus, qui mercaturam exercendo, aut arborem alienam cædendo casu occidit iuxta Sylu. non est tamen verum. n. 22. quamuis adulter qui se defendendo maritum occidit, sit. n. 15.*

14 *Intellectus communis ca. Tua. de homicidio. melior nouo quodam.*

14 *Chirurgus non debet esse monachus, nec clericus ordinis sacri.*

15 *Argumentum à contrario sensu firmum pro eo, cuius contrarium non exprimitur.*

16 *Regula iuris in omnibus, quæ ab illa non excipiuntur, seruetur.*

17 *Casu nocet, si culpa in eum directa præcedit, & non aliàs. n. 18.*

19 *Intellectus cap. fin. de homicid. Sylu. malus.*

Irregu

a *Leg. si oleū & le sequen. ff. de dolo.*
b *Nota. 135.*
c *Exod. 22. le furē ff. ad leg. Cornelia. ff. de sicar. ea. si perfodiens. de homic.*
d *Leg. si ex plagis. §. ea berna. ius. ff. ad leg. aquil.*
e *2.2 qu. 66. art. 6. ad 3.*
f *Leg. 2. Co. de rescindēd. vendit. & c. cum dilecti. de empto.*
g *2.2. qu. 77. artic. 7.*
h *4. distinct. 1 r. 1. qu. 96. artic. 2.*
k *C. a. 27. nu. 9.*
l *In 4. dist. 18. qu. 1. arti. 2.*
m *11. qu. 3.*
n *Eadem caus. & q. n. 480.*

a *In cap. fin. 14. quæst. 4.*
b *Institut. de rer. diuis.*
c *In capit. 23. nume. 60. & sequent.*
d *In dicto §. in duplū & §. quadruplū. lib. institu. de action.*
e *Arg. cap. 1. de sentēn. excom. libr. 6. & cap. 2. de institut. eod. libr.*
f *Cap. 27. nu. 11.*
g *Cap. 17. nu. 139. & 140.*

29 Irregularis non solum qui mortem consulit, sed etiam illud ex quo illa sequitur.

21 Opera omnino bona qui negat, hæreticus est, sed ex maiori parte sunt mala venialiter, & nulla est in individuo indifferens.

21 Homicidium omnino casuale irregularitatem non inducit & quando est illud.

22 Irregularis nemo ob mortem sine alia culpa, aut cedendæ arboris alienæ, aut negotiationis prohibitæ exercitio, aut ex campana in tempore prohibito sursum versus erectione: aut ex venatione rei prohibitæ, aut ascensione in mulam mansuetam vetitam. num. 23.

24 Irregularem facit quemdam vna mors casualis, quem alia talis non faceret.

13 ADiungamus nunc huic textui, & prædictis illam quæstionem de Irregularitate, quæ in hac impressione recognitionis Manual. [a] per errorem remissa fuit in commentarium huius cap. cum in aliud scilicet commentarium *non in inferenda*, [b] cum hoc excusso remittenda fuisset & deinde ex hoc huc reiecta fuit. [c]

Quæstio est, an notabilis quædam moderatio D. Doctoris Soti [d] vera sit? Pro quo in memoriam redigenda est illa regula affirmans, quam in Manuali [e] posuimus, scilicet omne homicidium casuale (quod est illud, quod casu contingit, nulla ad illud interueniente voluntate) quod ex opere illicito, aut ex licito facto illicitè sequitur irregularitatem inducere, iuxta cap. *tua nos*. cap. *suscepimus*. [f] & cap. fin. [g] quæ de opere illicito loquuntur, & cap. *continebatur*, & cap. *presbyterum*. [h] quæ de opere licitè facto agunt.

14 Quam moderatur D. Doctor Sotus, vt solum locum habeat, quando opus aut modus operandi, ex quo homicidium sequitur illicita sunt, quia sunt ex suo genere periculosa ad mortem, aut mutilationem efficiendam, & ideo prohibita, & non in alijs, quæ ob alias rationes sunt illicita. Contra quàm, & eius fundamenta faciunt primum, quòd tam glossæ in capit. *sicut dignum*. [i] & cap. *de his*. [k] & S. Thomas, [l] quam omnes alij, indifferenter dicunt esse irregularem, qui facit aliquod opus illicitum, aut licitum facit illicitè, si ex illo mors, aut mutilatio consequatur.

Secundo, quod Siluester speciatim dicit, [m] Clericum, qui casu interficit, mercaturam exercens, quæ illi est prohibita, esse irregularem, quamuis non esset laicus cui idem contingeret: & qui cædendo arborem alienam casu interficit, eum esse irregularem, quamuis tantam diligentiam adhiberet, quanta satis esset, vt non efficeretur, irregularis, si arbor ad eum pertinuisset. Idem Siluester, [n] quin etiam Caietanus si bene expendantur, dicunt clericum, qui venando adhibet tantam diligentiam, quantam laicus, quo deformatio non sequitur, non peccare magis peccato homicidij, quàm laicum, verum irregularitatem incurrere. Et patet clerico non esse prohibitum arborem cædere, neque etiam mercaturam quod sint ad deformitatem inferendam periculosa, sed propter alias rationes, neque etiam venationem accipitrum, leporum, cuniculorum, quamuis cap. 1. cum glossa [o] voluptatis, sed non relaxationis causa eam veter. Tertio textum non reperiri, qui istud efficaciter probet.

Quarto inductionem cap. *Tua*. [p] cui D. Sotus maximè innititur, pro certo ponere, quòd tam incertum est, vt communis opinio contrarium teneat, & nostro exiguo iudicio meritò, quia præsupponit illum textum continere monachum, qui vtendo chirurgia ob solam pietatem curat vulnus, & aperit, ex quo infirmus vento contra præceptum monachi se exponens, moritur, non esse irregularem, & si ob lucrum curat esse irregularem. Cuius cōtrarium textus probat, iuxta intellectum communem (quem Ioannes Andreas, Panormitanus, Ananias, & Felinus probant) qui tenent in vtroque casu esse irregularem, quamuis in vno facilius quàm in altero dispensetur. Neque sine ratione id tenet, quia textus apertè dicit illum monachum exercendo alienum officium sibi veritum peccasse: sicut illa verba sonant. *licet ipse monachus multum deliquerit officium alienum vsurpando, quod sibi minime congruebat*. Tum quia clarè etiam dicit, tribus rebus concurrentibus, scilicet quia ob pietatem, & non lucrum curauit, & artem bene callebat, & debitam diligentiam omnem adhibuit, non ita reiiciendum esse, vt misericordia erga eū vti non possit, quin celebrare post meritam satisfactionem non permittatur, quod est dicere, eum misericordi dispēsationem indigere. Hæc enim sunt verba textus. *Si tamen causa pietatis, & non cupiditatis id egerit, & erat peritus in exercitio chirurgiæ, omnemque studuit, quam debuit, diligentiam adhibere, non est ex eo, quod per culpam mulieris contra consilium eius accidit, adeo reprobandus, quod non post condignam satisfactionem cum eo misericorditer agi possit, vt diuina valeat celebrare. Altoquin interdicenda est ei sacerdotalis ordinis executio de rigore.*

Quintum, quod si eius inductio valeret, eius moderatio falsa esset, quia eius limitatio habet eum esse irregularem, qui opus illicitum sibi prohibitum facit, quòd periculosum est, ad aliquem interficiendum si ex eo mors, aut mutilatio cōsequatur. At patet Monachum, de quo ille textus loquitur, opus illicitum fecisse, & eiusmodi, vt sibi esset prohibitum, eo quod esset periculosum ad mortem afferendam. Vsus enim fuit chirurgia, quatenus amputauit, aperuit vulnus & aliquas carnes adussit, quod non solum monachis, sed etiam omnibus sacerdotalis ordinis est prohibitum ob periculum ne aliqua mors contingat, sicut tenet Panormitanus, [a] & Siluester, [b] & communis. Itaque si quod eius inductio præsupponit, verum esset, eius moderatio falsa esset, & si hæc vera est, eius inductio falsum præsupponit.

15 Sextum, quod ille nititur in eo, quod adulter à marito cum vxore deprehensus, si suæ defensionis causa maritum occidit, irregularis non est. Cuius oppositum in Manuali [c] tenuimus, & ante tenuit S. Antoninus, [d] & sua eadem moderatione probatur, quia adulterium est actus illicitus, & periculosus ad mortem inferendam, considerata hominum procliuitate, & consuetudine interficiendi adulteros, & suas vxores, & consideratis etiam legibus, quæ in certis casibus in parentem, & maritum ob illud non animaduertunt, [e] & illius moderatio continet mutilationem casualem, quæ ex opere illicito, & periculoso mortis afferendæ sequitur, mutilatorem irregularem efficere.

Septimum, quod ille nititur in eo, quod dicit non esse textum pro regula generali prædicta de qua supra, [f] & in Manuali 8 doctorum, qui dicunt, hominem ex qualibet morte casuali ex opere illicito sequuta, irregularem fieri, præter quam in duobus casibus, nempe c. *dilectus*. & c. *ex litteris*. [g] quæ solùm significare videntur mortem, quæ ex opere licito, & licitè facto sequitur hominem irregularem non facere. Quod fundamentum infirmum est, quia argumentum, quòd a contrario sensu dicitur, quamuis infirmum sit in logica, firmissimum tamen est iniure, [i] quando ad probandum illud, cuius contrarium non est in iure expressum adhiberur, iuxta c. *à nobis*, [k] & glossam c. *significasti*. [l] Et cum prædictæ regulæ contrarium expressum non inueniatur, nec ex fundamento communi alia solutio, consequens est ex illo probari posse.

16 Octauum illa duo cap. videlicet c. *dilectus* & c. *ex literis*, [m] non solùm probare ex argumento, quod à contrario sensu dicunt, sed etiam ex eo, quod à cessante ratione, & causa, appellant quod est validum, [n] vt palam est ea perpendenti. Alterum enim scilicet, c. *dilectus*. dicit clericum de quo loquitur, non fuisse irregularem, quia neque voluntate, neque actu homicidium patrauit, neque rei illicitæ operam dando contingit, & alterum c. *ex literis*. ab irregularitate quendam excusat, quia in suo opere diligenter circumspexit.

Nonum multos esse textus, qui generaliter vruntur regula, quod qui deformat, hoc est occidit, vel membrum homini abscindit, aut illius est causa, irregularis est, siue in pace hoc fiat, siue in bello, siue lapidem aliquē iaculando, aut discipulum verberando iniuste vt habetur in cap. *miror*, cap. *si quis viduam*, cap. *clerico*. cap. *de his*. [o] & cap. *contigebatur*. & cap. *presbyterum*. [p] qui textus tam generalem regulam tradunt, vt etiam eos, qui iustè, & sanctè, directè, aut indirectè occidunt, & deformant, aut illius causa

a *Cap. 27. nu. 221.*
b *23. qu. 3.*
c *Scilicet ex d. ca. Non inferēda. n. 27. sub fin.*
d *Leg. 5. q. 1. arti. 9. de iustit. & iur.*
e *Cap. 27. n. 221.*
f *De homici.*
g *Eod. titulo lib. 6.*
h *De homici.*
i *§ fin. de homicid.*
k *1 50. distin.*
l *2. 2. q. 64. arti finn.*
m *Ver. homicid. 3. q. 1. sub fin.*
n *Eod. verb. quæst. 18.*
o *De cleric. venator.*
p *De homici.*

a *Cap. sententia. ne cleric. vel monach.*
b *Verb. Medicus.*
c *Cap. 15. nu. 7.*
d *3. part. tit. 5.*
e *Arg. le patri. l. marito, ff. ad leges Iul. de adult. & leg Graccus. eod. titul.*
f *Eod. nu. 13.*
g *Capit. 27. num. 217.*
h *2. de homi.*
i *Leg. 1. ff. de offi. eius cui mãda. est iuris. & cap. apostolica. de his quæ fiunt à prælat. sine consi. cap.*
k *2. de sent. excom.*
l *De foro cōpet.*
m *De homic.*
n *Leg. adigere. §. quāuis. ff. de iur. patron. cap. cum cessante. de appellat.*
o *50. distinct.*
p *De homici.*

sunt, comprehendant, sicut in Manuali [a] latè dicimus. Quamulti doctores, ex quibus fuit S. Thomas, [b] in ea fuerunt sententia, quod etiam ob homicidium quod quispiam pro inevitabili sui defensione perpetrauit, irregularis efficitur, & certum est, à regulis iuris, nisi in causa iuris expressi, aut necessariæ rationis eidem maximè innixæ nobis discedendum non esse, vt habet glossa, l. *omnis definitio*, [c] & in rub. de regul. iur. [d] receptæ per omnes. & cum ius ab hac irregularitate non eximat, nisi eum, qui casu citra culpam interfecit, aut mortis causa fuit, aut rei licitæ operam dabat, aut deliberatè ob necessariam defensionem occidit, regula doctorum probata relinquitur, deformationem casualem ex culpabili opere consequentem irregularitatem efficere.

16 Propter dicta fundamenta prædictam moderationem tenere non auderem, si illa (sicut ipse dicit) opinioni Doctorum canonistarum aduersatur, quamuis ea nobis probatur in se, & quatenus cum alia, quam illi nostro iudicio sentiunt, & etiam ab aliquibus satis exprimitur, consentit, scilicet homicidiū casuale non facere irregularem eum qui caret culpa ex sua natura, aut ex intentione effectus culpabilis ad illud non ordinati, & directi. Exemplum sit. Rogo meum socium, vt meum ad Ecclesiam eat, quam ego adeo, cum aliqua intentione videndi mala mortalia audiendi, loquendi, aut turpia perpetrandi. Nobis ad eam euntibus, tegula de tecto cadens mihi socium interfecit. Irregularis non ero. Quamuis enim mors illa sequuta sit ex eo, quod à me rogatus fecit, & ego in eo rogando, & cum eo eundo illo fine mortaliter malo, peccarem, illa tamen malitia, & culpa mea non fuit ordinata, ad illam mortem nec ad illam directa siue ex natura operis, siue ex intentione agentis, mei videlicet, qui fui in causa rogando, & obsecrando, vt eo iret quo & quo mortuus est. Pro ista moderatione & conclusione facit. Primo, quòd ob illud, quod casu contingit, nemo damnum, nec pœnam meretur, [e] quamuis culpa præcedat, si illa non ordinatur ad illud, aut dirigitur, sicut aliqui loquendo de ista materia singulariter dicunt, è quibus sunt Petrus de Ancharano, & Perusinus & Francus. [f]

Secundo, quod si mulam, quo ad theatrum proficiscens veharis tibi commodarim, quamuis tu in illa insidens cum aliqua intentione mortaliter mala dicendi, audiendi, aut aliquod peccatum mortale patrandi, & in itinere tibi mulam, fulmen, rabidus aliquis canis, aut alius casus fortuitus interemerit, ad pretium pro illa mihi soluendum non teneberis, quia licet quando quis commodato, aliquid accepit, commodatum pereat commodanti, quando casu fortuito cōmodatum perit, sed quando casum culpa præcessit, tenebitur, [g] & in facto proposito casum tua culpa præcessit. Quia tamen nec ex tua natura, nec ex tua intentione ad illud dirigebatur, illud tibi nocere non debet, iuxta mentem, & commentationem omnium in dictis duobus capit.

18 Tertio, quòd Petrus, Ancharanus & Philippus Francus expressè hoc decidunt, dicentes [h] id, quod quædam glossa dicit, nocere id, quod casu contingit, quando casum culpa præcedit, intelligendum esse, quando culpa ad illud refertur, & dirigitur, ex glossa de hac eadem materia irregularitatis loquitur.

Quarto, quod responsionis cuiusdam Bonifac. VIII, [i] ratio hoc clarè probare videtur. Postquam enim dixit eum, qui aliquem percuti iubet cum protestatione, ne eum interficiat, si mandatarius interfecit, irregularem esse, sui huius dicti rationem reddit, quia in mandando culpam commisit, & existimare debebat illud contingere posse, per hoc significans, quòd quamuis in mandando culpam habuisset, si tamen existimare non debuisset deformationem ex mandato sequi posse, irregularis non fuisset. Vnde colligi potest, quod qui famulum hinc Metinam mitteret, vt aliquid mortaliter malum emeret, aut venderet, diceret, aut faceret, qui in itinere fulmine tactus, aut ab aliquo leone, aut latrone interficeretur qui mitteret irregularis non esset, quia quamuis in causa fuit vt occideretur eum ad iniquum opus mittendo, non tamen cogitare tenebatur ex illo mandato illud euentum, neque ob illud mittere non debuit, cum culpa non esset in id ordinata.

19 Quinto, quòd non retundet vim quarti fundamenti, qui dixerit Siluestrum, [a] asserere quòd Bonifacius duas illic suæ sententiæ rationes adduxit, quarum vna est, quia is culpam in mandando commisit, & in omni mandato culpabili locum habet: & secunda quia existimare debuit ex eo id contingere posse, in mandato licito. Primo, quia eius declaratio, est contra glossam, quam licet ipse reprehendat, eam tamen omnes sequuntur. Secundo, quia ex copulatiua *Et*, faciendo disiunctiuam, *vel*, suam textus proprietatem amittit, contra l. *non aliter*. [b] & capit. *præter*. [c]

Sexto, quod nos multum mouet est, quia decisio Bonifacij superuacanea, & de nodo in scirpo fuisset, si hæc moderatio vera non esset, quādoquidem si vt per homicidium casuale aliquis irregularis sit, sufficit culpā aliquam intercedere, vt illud contingat, siue dubio satis superque sufficiebat, vt contingeret propter culpam iussionis, vt verberaret, tam affinem ei, quæ est de interficiendo. Et ideo non erat cur illa decretalis constitueretur.

20 Septimo, quod nostro iudicio hoc sentire voluit sapientissimus ille Innocentius, [d] in exemplis, quibus suum dictum illud solemne illustrauit, non solum eum esse irregularem, qui consulit interficere, sed etiam qui consulit facere aliquid vnde mors sequatur. Adhibetur enim exemplum eius qui consulit explodere tormentum ęreum, aut percutere alium, aut proficisci ad arcem vi capiendam, quæ capi sine hominum interitu verisimiliter non potest; itaque multum dubitat de eo, qui consulit arcem proditione capere; quia sæpe sine interitu capi solet. Et si quælibet culpa ad mortem directa, vel non directa ad illam, sufficeret, neque de quarto exemplo dubitasset, neque tria priora adhibuisset in culpis tam propinquè ad mortem directis; nec pro ratione in tribus casibus incurri irregularitatem dixisset, quòd id, quod in illis iubebatur ad infectionem appropinquabat.

Octauo dico hoc idem Hostiensem, & Ioannem Andream illic sensisse & communis, cum Panormitano dicit rationem, cur Innocentius propendeat in hanc sententiam, etiam in quarto casu incurri irregularitatem, esse, quia quamuis non est tam certum ex arce per proditionem capta, neces hominum sequuturas, quam ex eiusdem per vim occupatione, sæpe tamen etiā ex occupatione per proditionem sequuntur. Idem sentit communis, [e] dicendo rationem, cur illa concludit eum, qui consulit alicui, vt percutiat alterum, & alter illum interficit, irregularem fieri, quia existimare debebat illud ex eo sequi posse, sicut bene declarat Panormitanus. [f]

21 Nono facit, quia si contrarium teneremus, & eos, qui ad id culpam venialem satis esse tenent, sequeremur, è quibus est Caietanus, [g] quasi semper irregularis esset, qui diceret, faceret, consuleret, aut aliquid mandaret, quo facto mors contingeret. Quia communiter (sicut diximus in cap. *Inter verba*. [h] quamuis hæresis sit Lutherana dicere) omnia nostra opera esse peccata saltem venialia, quod Alfonsus Castrensis, præcellens concionator, grauisque scriptor probat post glorioſum, mihique martyrem Ioannem Roffensem, præsulem magnanimum, ille quidem in libro aduersus omnes hæreses, [i] hic autem contra assertiones Luther. [k] tanta tamen est humana miseria, vt timeam, ne maior pars operum, quæ plerique omnes facimus, talis sit, aut quia ex sua natura illa talia sunt, aut quia aliqua circumstantia temporis, loci, personæ, modi, finis, aut aliarum, quæ omnes concurrere debent, vt bonum opus sit, illis desit, vt scribit D. Dionysius, [l] & S. Thomas. [m] Quod si bonum opus nostrum non sit, necessario saltem venialiter malum erit, quandoquidem nullum opus humanum cum deliberatione factum reperitur, quod in indiuiduo (quod à iurisconsultis species dicitur) sit indifferens, hoc est neque bonum, neque malum, vt notat S. Thomas, [n] & consequenter fere omnia homicidia dicerentur contingere ijs, qui aliquo casu in ijs venialiter peccarent.

Decimo

---

a Cap. 27. & 29. m. 209.
b 2. 2. qu. 64. artic 8.
c ff. de regul. iur.
d libr. 6.
e Leg. si creditor. le. qui fortuitis. Co. de pignorat. act. cap 1. de commod. & cap. final. de posit.
f In glo. penult. ca fin. de homic. lib. 6.
g Ca. 1. de commodat. & ca. fin. de depos.
h In d. glo penult. d. ca. fin. de homicidi. libr. 6.
i In d. ca. fin. de homic. lib. 6.

a Ver. homicid. 1. qu. 7. versic. 4.
b ff. de legib. c De ver. signific.
c In capit. ad audientiam. de homicid.
a In d. capit. ad audientiā. de homicid.
f In d. capit. ad audientiam.
g 2. 2. qu. 94. artic. 8.
h 11. qu. 3. n. 604.
i Verbo opera.
k Artic. 31.
l Cap. 4. de diuin. nomin.
m 1. 2. q. 18. artic. 11.
n 2. 2. q. 18. artic. 9.

Decimo facit, quia si id quod prætendimus, verum non esset, sequeretur omnes, qui spectaculis belli, simulatorum, conflictuum, arundinum, aut taurorum, ob nequitiam mortalem, aut vanitatem venialem (de quibus nostro iudicio sunt plures, qui & vxores, liberos, famulos, amicos, aut alias personas secum deducunt) interfunt, irregulares esse, si eorum aliquis moreretur, aut membrum aliquod amitteret ob casum aliquem ex theatro, vel ob ictus lancearum, tormentorum, virgarum, arundinum, occursum equorum, percussiones ensium, aut aliarum rerum similium, quæ casu contingerent: quod esset irregularibus Episcopis, prælatis, & alijs Ecclesiasticis principalibus, & honoratis sæcularibus orbem opplere.

Vltimo facit pulchra illa decisio, & solutio, quàm in postremis editionibus recognitionis Manualis, [a] addidimus trium deformationum, aut homicidiorum, scilicet omnino voluntaris, omnino casualis, & mixti, vbi definiuimus illud esse verè casuale, quod in se directè non appetitur, & ex eo, quòd nullo modo ad illud dirigitur, sequitur; qualis est mors eius, quem aliquo missum fulmen interficit, citra omnem suæ deformationis cogitationem de quo absolutè illic diximus irregularem non facere, & nunc latè probauimus.

22 Ex his omnibus pro omnium declaratione has illationes inferimus. Primo rectè dixisse prædictum D. Doctorem Sotum, aberrasse Siluestrum, dicendo irregularitatem incurri à clerico, qui cędendo alienam arborem casu aliquem interemit, quamuis ab eo tanta diligentia posita sit, ne interficeret, quanta fuisset ad vitandam irregularitatem satis, si propriam arborem cædendo id ei contigisset, siquidem cędendæ alienæ arboris culpa ad mortem, quæ contigit, non dirigebatur.

Secundo rectè etiam eundem dixisse, non esse irregularem monachum, eo quòd sursum versus ipso mouente campanam tempore prohibito illius tintinnabulum aliquem interfecit, si in eo tanta diligentia vsus fuit, quanta sufficiebat ad vitandam irregularitatem, si tempore permisso eum sursum versus egisset. Licet enim his duobus casibus opus sit illicitum, culpa tamen nullatenus dirigitur in mortem.

Tertio erasse Siluestrum, [b] dicendo irregularem futurum clericum, cui homicidium casuale ab mercaturam vetitam exercenti contingat, propterea quod si mercatura ei licita fuisset, irregularis non fuisset: quod profecto verum non est si mercatura illa talis sit, vt nec ex sua natura, nec ex intentione clerici, ad illam cædem nullo modo dirigatur.

Quarto, quod quamuis verum Caietanus attigeret, dicendo clericum, qui venando tantam diligentiam, quantam laicus adhiberet, ne homicidium sequatur, non magis peccatum homicidij, quam illum committere falsus tamen ille dicendo clericum in illo casu incurrere irregularitatem, & laicum non, si venationis genus ex sua natura in homicidium non dirigebatur, qualis est venatio leporum, cuniculorum, perdicum ad alterius cantum, aut cum accipitre sine aliquibus armis, in prouincijs, in quibus non est prohibita, licet in eo clericus peccaret id faciendo tempore, quo diuinis interesse teneretur, & si suæ Ecclesiæ deesset, aut ob aliam rationem, quæ ad occidendum haud digeretur, neque etiam si venationem exercendo fulmine aliquis, qui suis precibus in eadem versabatur, interiret, quamuis eius dictum in venatione vrsorum, aprorum, & ceruorum, quæ armis exercetur, defendi posset, si mors per illa contingeret, & non ob alium casum grandinis, aquarum inundationis, aut alicuius alterius calamitatis, quam cogitare non debebat.

Quinto, non esse irregularem fratrem minorem, cui ne mula vehatur prohibitum est, eò quod mula mansuetissima, qua vehitur, citra aliquam suam aliam culpam puerum occidat: quia culpa suæ equitationis supra mulam mansuetam non dirigebatur ad talem mortem, nec ex sua natura, neque ad eam ex intentione ipsius sessoris referebatur.

24 Sexto, neque etiam esse irregularem venatorem cuius venatio solùm ex eo est illicita, quòd tempore Missæ, quam audire, aut celebrare tenebatur, eam ille exerceat, absque alia sua culpa ad mortem, si qua ex ea sequeretur, directa.

Septimo, non esse irregularem scholasticum, qui secum ad se lauandum ad flumen socium rogatum deduxit, & inde ad vuas recentes ex vineis furandas profecti sunt, dicet socium aliquis canis rabidus in vinea momorderit, & ex eo mortuus sit: quamuis talis esset nostro iudicio, si vinitor vineæ occideret, aut canis qui vineam custodiebat morderet, & ex eo interiret. Quia in vno casu illius culpa nullo modo ad illam mortem dirigitur, & in alio sic.

Octauo necem alicuius facere irregularem, vnum, qui rei illicitæ operam dat, & aliam non. Nam verbi gratia tu es clericus, instituì certum aliquod belli simulacrum, in quo tu eques multos equites inuitas, vt tecum decertent. Multi ad decertandum concurrunt: eorum aliquis ictibus, aut prolapsione ex equo moritur; irregularis es: sed si ex fulmine, aut sua excandescentia moriatur, non es irregularis; quia quamuis mors casualis tibi tribuenda sit non in opere illicito versareris, & ex sua natura ad mortem directo, sed non ad illud mortis genus referebatur illud genus certaminis: quæ omnia quotidiana sunt. Clarius exemplum in eo accipe qui socios ad aliquam arcem illicitè capiendam, conatur intromittere. Contigit autem vt in via aliquem socium ei fulmen occiderit, & in arcis ingressu custodes alium, ex huius enim morte irregularis, erit, non illius autem.

Nono, & postremò colligo vt homicidium casuale in rei illicitæ operam dante irregularitatem faciat, non esse necesse, quod tam ordinata, & directa ad occidendum culpa sit, vt sæpius ex illa mors sequatur. Satis enim est, vt aliquoties sequi soleat, & vt ex arbitrio boni viri (quoniam quod est eiusmodi, indefinitum est à iure, boni viri arbitrio committitur. [a] illius illiciti operis culpa ad mortem, aut mutilationem dirigatur, & spectet, sicut ex prædictis illationibus, & ex cap. *continebatur*. cap. *Ioannes*. cap. *presbyterum*. [b] constat. Ex quibus omnibus dictis ad Iesum Christum D. N. & gloriosissimam, atque sanctissimam gloriosissimæ virginis, & matris suæ & matrem (cuius festi anni 1556. celebrationem; cum duodecima mediæ noctis hora Ecclesia paulo ante finiuit) omnis honor, & gloria perueniat. Amen.

DEO IESV CHRISTO LAVS.

---

a In cap. 27. num. 220.
b Verb. homicidiū 3. q. 1.

a Capite de causis. de offic. deleg. le. 1. ff. de iur. deliber.
b De homic.

COMMENTARIVM RESOLVTORIVM D. MARTINI AB AZPILCVETA D. NAVARRI, DE NECESsitate defendendi proximum ab iniuria, & à morte spirituali, & corporali super cap. Non in inferenda, 23. q. 3. ad certa Manualis confessariorum loca declaranda, à multis expetitum.

23. q. 3. Ambros. lib. 1. de offi. cap. 37.

NON in inferenda, sed in depellenda iniuria lex virtutis est. Qui enim non repellit à socio iniuriam si potest, tam est in vitio, quàm ille qui facit: vnde Sanctus Moyses Exod. 2. hinc prius orsus est tentamẽta bellicæ fortitudinis. Nam cùm vidisset Hebræum ab Aegyptio iniuriam accipientem, defendit, ita vt Aegyptium prosterneret, atque in arena absconderet. Salomon quoque ait Prouerb. 24. Eripe eum qui ducitur ad mortem.

SVMMARIVM.

1 *Cap. hoc, Non in inferenda. in tribus locis correctum.*
2 *Fortitudo, robur, magnitudo est iniurias depellere, imbecillitas inferre.*
2 *Vis & robur virtus dicitur. Cur omnis consuetudo optima virtus dicitur.*
3 *Deus peccare non potest. posse peccare non est posse, de illo se iactare imbecillitas.*

a *In capit. 37. lib. 1. de offic.*

HIVS cap. verba sunt apud S. Ambrosium,[a] ex cuius libris emendationibus tres in eo errores correximus, qui in multis libris impressis Decretorũ habentur: & in eis etiam quæ Lugduni pro emendatissimis væneunt sine literis rubris. Primus est in principio, vbi loco, *Non in inferenda*, habetur *Non in ferenda*. Secundus vbi loco *bellicæ*, legitur, imbecillis. Tertius vbi post illud verbum *fortitudinis*, est adiectum verbum repellere, superuacaneum.

2 Colligitur ex eo primum, ex illa particula *virtutis* conclusio quædam dignissima, quæ in memoria cuiusque Principis, & magnanimi viri insideat, scilicet imbecillitatem esse, & non fortitudinem iniuriã inferre. Cum enim imbecillitas, & fortitudo contrariæ sint, & dicat S. Ambrosius hic legem fortitudinis esse eam depellere, & impedire, lex erit imbecillitatis eam accersere, & inferre, nam quod oppositum in opposito, id operatur propositum in proposito,[b] & Sãctum Ambrosium per illud verbum, *virtutis*, fortitudinem voluisse intelligere, colligitur tum ex eo, quod in sermone latino fuit apprimè doctus, & hæc sit propria eius significatio, iuxta illud Cicer. ad Planc. lib. 10. *Omnia summa consequutus est virtute duce, comite fortuna.* Tum quia tractans de virtute fortitudinis hoc dicit, quod ex eod. cap.[c] constat. Quamuis ex eo, quòd aliqua vis, & conatus ponatur in acquirendis, conseruandisque bonis moribus, & habitibus animi, ibi omnes virtutes appellantur apud Aristotelem,[d] S. Augustinum[e] & S. Thomam.[f] Quemadmodum omnes mali mores, & habitus è contra imbecillitates, ægritudines, ignorantiæ nominantur: & iuxta illud Dauidis, [g] ibi, *qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.* & illud, [h] *ibi ignorantias meas ne meminerris.* Vnde sequitur quam imbecilla sit opinio, in qua sunt aliqui Reges, domini & alij insignes viri, quibus videtur nihil posse præstare & efficere in his regionibus, & prouinciis, in quibus regnãt, dominantur & vigent, si tantùm ea quæ cum iustitia, rationeque sunt coniuncta efficere possunt, nisi etiam id omne, quod cum ratione, & iustitia pugnat, obtinere possint.

3 Quamobrem quibuscumque possunt rationibus dant operam, vt adeo potẽtes habeantur, quòd quicquid volunt, efficiant, siue sit iustum, siue iniustũ, voluntque, vt sibi in omnibus, quæ cupiunt obediatur, seruiatur, nutuique ipsorũ pareatur: neque considerant apud se virtutem, & magnitudinem animi (sicut S. Ambrosius hic dixit) non in facienda iniuria, sed in eadem propulsanda consistere. Neque illud Iulij Cæsaris aduertunt. *Quanto quisque in maiori dignitate sit, eo minorem malefaciendi licentiam habere*, apud Salustium:[a] non considerant inquam iniuriam inferre posse, non esse posse, sed huius defectum, sicut dicit S. Augustinus: & ideo Deus, qui omnia potest, hoc non potest.[b] Non considerant etiam magnitudinem animi esse condonare, & iniuriam obliuiscendi animi contra abiectionem eam inferre, & paruitatem vlcisci.

Quare Titus Imperator statuit, ne qui Imperatori maledicerent, punirentur.[c] Obliuiscuntur eius, quod Sancta Mater Ecclesia quotidie nobis ante oculos ponit, videlicet illam superceleste, & infinitam fortitudinem Dei D. N. Iesu Christi, qui neminem vmquã iniuria affecit, & centum millia iniuriarum plaustra perculit, & vt ait D. Petrus,[d] *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: qui cũ malediceretur, non maledicebat.* Neque vident quod præ oculis omnes habent, se in statu damnationis æterna manere, neque absolui posse, quousque statuant numquam se in eam voluntatem ituros, vt sibi in re mortiferè iniuriosa, aut iniusta obediatur, seruiatur, atque pareatur.[e] Quare laudibus, omnium prosequenda vox eorum est qui dicunt. *Deus ab iniuria alteri inferenda me tueatur, & pro illata iustam mihi patientiam impertiatur.* Dira verò & execrabilis eorum est vox, qui iactant, neminem mortalium sibi vmquã quidpiam fecisse, quod impunitum reliquerint, si intelligunt sicut multi faciunt de priuata vindicta, cùm ea sit peccatum mortiferum, quia contra illud Apostoli,[f] non vosmetipsos defendentes. i. vlciscentes.[g]

SVMMARIVM.

4 *Iniuriam qui non depellit quis cõsentire peccato præsumitur. Licet non ad personam sed ad rem ipsius pertineat & quamuis non consentiat, & cur. nu. 20.*
7 *Lex cessat cessante eius ratione. n. 6. lex cuius virtutis alterius defensionem præscribat.*
6 *Voluntas est libera, à solo Deo cogitur, omnia velle, & non velle potest.*
7 *Fortitudinis virtus in quo versetur & melius. 21. de Iustitia distributiua, & commutatiua, Decem præcepta legis sunt iustitia.*
8 *Lex caritatis, raro obligat, & quando ad defensionem, & ad opera misericordia.*

a *In Catilin.*
b *§. final. de pœnit. dist. 2.*
c *Leg. 1. Cod. si quis Imperat. maled.*
d *1. Pet. 2.*
e *Cap. legatur. 24. qu. 2. & ea. peccati venia de regul. iur. lib. 6.*
f *Ad Roma. 12.*
g *Supra ead. quæstio. 1. & infra ead. qu. 8. & Tho. 2. 2. q. 108. art. 1.*

9 *Cõsentit qui in peccato peccat omnis cõsensus peccati talis est.*
10 *Defendere quis sub pœna peccati teneatur. nu. 9. & 10. etiam cum suo damno.*
11 *Defensionem ob alienam quis, cur aliquid accipere possit, quamuis ad illam teneatur.*
12 *Defensio an debeatur ob caritatem cum detrimento honoris, & facultatum, quas possumus recuperare. An condemnatum redimere pecunia debeamus, qui per illam redimi potest; An cum scandalo quis ad defensionem ex iustitia teneatur? nu. 13. & 14. & cur. nu. 22.*
15 *Defensionem debitam qui fugit, consentire, quamuis non consentiat, præsumitur. nisi quando non potest sine damno, cum illationibus.*
15 *Legem qui transgreditur, contemnere videtur, si non sit caussa saltem iniusta.*
16 *Defensionem prætermittens sine consensu, & etiam cum consensu, auxilium differt.*
16 *Præcepta decalogi sunt iustitiæ, non quæ ad ea rediguntur.*
16 *Restitutio ob ea quæ ex caritate non sunt præstita non debetur, sed sic ob ea quæ non sunt præstita ex iustitia.*
18 *Defensio prætermissa cum offensæ delectatione non inducit fauoris præsumptionem, neque pœnam in foro exteriori, neque censuram, neque irregularitatem incurrere facit. nu. 17. nisi quatuor rebus concurrentibus.*
18 *Intellectus singularis cap. Quante. de sent. excom.*
19 *Innocentius magnus Papa, & magnus Doctor hoc male intellectum declarauit.*

a *De reliqu. & veneran. sanct. lib. 6.*
b *Exod. 2.*
c *Prouerb. 24.*
d *Num. 2.*
e *In cap. fin. infra eadem. caus. & q. 1.*
f *Ad Rom. 1.*
g *1. 2. qu. 74. art. 8. & 2. 2. qu. 154. arti. 4.*
h *Cap. negligere. 2. qu. 7. cap. qui potest, infr. ead. cap. 2. de hæret. cap. dilecto, de sent. excom. lib. 6.*
i *Cap. quante de sent. excommunicat.*
k *Cap. sicut dignum §. illi etiam. qui de homicid.*
l *§. 1. 83. dist.*
m *In aliis ca. eiusd. distin.*
n *Cap. pasce 86. dist. l. necare. ff. de liber. agnosc.*
n *Capit. ipsa pietas, infra end. qu. 4.*
p *Leg. in seruorum. ff. de pœn.*
q *Eod. 23. & Deuter. 22.*
r *Ex ca. 23.*
s *Cap. qui cũ fure. de furt.*
t *2. 2. qu. 70. artic. 1.*
v *11. qu. 3. nu. 233.*
x *Cap. 15. nu. 16. & 17. & ca. 18. nu. 55.*

4 SEcunda conclusio; quæ ex hoc textu colligitur, est peccare eum, qui à proximo iniuriam non propulsat. Quam excellens ille, & vnus de quatuor præcipuis Ecclesiæ Doctoribus (de quibus in cap. 1. agitur)[a] S. Ambrosius non solum pro magna sua auctoritate hic persuadere, sed etiam philosophica ratione probare voluit exemplo Moysis,[b] & auctoritate Salomonis.[c] Ratio porro digna est (vt dictum est supra,)[d] quæ in omnium memoria inhæreat, qui fortes haberi volunt, scilicet lege fortitudinis, & virtutis illud iuberi; quin etiam non contentus se dixisse illum peccare, adiicit illa verba, *Tam est in vitio, quàm ille qui facit*, quibus significat, quòd qui nõ propulsat, non solùm non peccat, sed quòd etiam tam peccat quàm qui eam facit. Confirmat hanc conclusionẽ magnus ille noster pater S. Augustinus, quẽ S. Ambrosius baptizauit, dicens,[e] * *Qui propellere iniuriã potest, & non propellit, eidem consentit*, & omnis consensus & auxilium peccati est peccatum, vt dicit Apostolus,[f] quem sequitur S. Thomas.[g]

* Qui propellere iniuriam potest. *Hoc c. D. Augustino tribuitur à Gratiano, & citatur à glossa ordinaria ex Augustino in Psalmum 81. & est apud Cassiodorũ, sed verba Decreti sunt, qui desinit obuiare cum potest consentit, glossa autem habet, Nam cum possis obuiare peruersis, si desinas aduersari, consensu erroris est.*

5 Et Papa item Eleutherius, & alij dixerunt,[h] quòd non solum cõsentit, sed quòd etiã fauet qui iniuriam nõ depellit, quin etiam Innocentius III.[i] videtur dicere quòd is excommunicationem maiorem incurrit qui defensionem omisit si percussus quẽ defendere potuisset; clericus erat. Item Alexander III. asserit quòd qui potest, & non defendit ab interficere volentibus, interficit,[k] cui consentit Symmachus,[l] & alij,[m] & idem S. Ambrosius dicebat,[n] quòd qui morienti fame, cibo non succurrit, eum enecat; & crudelem etiam appellat S. Augustinus eum, qui cum potest, non extrahit, etiã per vim, eum, qui est in domo quę iam iam ruitura est.[o]

Confirmantur hæc omnia hac consideratione, multo maius damnum esse iniuriam, & detrimentum personæ, quam facultatum,[p] porro nos tenemur ad propulsanda damna à facultatibus proximorum, vnde in veteri lege[q] præcipitur, vt qui bouem perditum proximi, etiã inimici sui, offenderit, ad eum illũ reducat; & qui asinum succumbentẽ oneri viderit, eũ subleuet, aut ad subleuãdum iuuet, idem etiam de qualibet re proximi amissa faciendum significat scriptura.[r] Præterea gloriosus S. Hieronymus dixit,[s] quòd qui de furto scit aliquid & domino illud quærenti illud non manifestat, peccat, & S. Thomas,[t] quẽ in cap. *inter verba*,[v] & in Manual.[x] sequuti sumus, definit, quòd qui scit damnum aliquod iniustum alteri euenturũ si ipse tunc testimonium non dicat inueniendam aliquam ab eo esse rationem, quomodo illud à se dicatur, quamuis ad illud non compellatur, per illud Apostoli,[a] *Digni sunt morte non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt*, super quòd dicit glossa,[b] *Consentire est tacere cum possis redarguere.*

Denique facit quia tenentur ad dicendum mala personæ, honoris, & facultatum, quæ in perniciem reip. aut alterius cuiuslibet particularis parantur, sicut extendẽdo ad clericos, & eos, qui secretum seruandũ iurarũt, &c. diximus in multis locis, in Man.[c] & latius in ca. *sacerdos*.[d] & in repet. c. inter verba.[e]

6 Contra hanc tamen conclusionem hæc dubia se offerunt. Primum, quia cessante ratione principali, & expressa alicuius legis, & ipsa cessat.[f] At ratio principalis, & expressa in omnibus ferè textibus, quorum fulcris innititur hæc conclusio est, quia qui cum potest, non propulsat, iniuriæ consentire & fauere videtur. Quæ ratio cessat in eo, qui coram Deo non consentit, nec iniuriam inferri vult, immo molestè fert, aut saltem illi non placet, quamuis per negligẽciam, pudorem, metum, aut aliam aliquam causam eam non depellat, quod fieri posse nemo inficiabitur si confiteatur, sicut sub pœna hæresis omnes tenentur per liberũ arbitriũ. per c. *sienim*.[g] vers. *liberi enim arbitrij nos condidit Deus, &c.*[h] & voluntatẽ à nullo cogi posse, iuxta illud.[i] *Posuit Deus hominem in manu consilij sui.* vbi gl. ait in libertate arbitrij: & adeo liberã, vt quodlibet obiectũ à sensibus vel intellectu propositũ possit illud velle, aut nolle, & deducitur ex illis pulchris dictis Augustini,[k] & l. *eius est nolle, cuius est velle*, aut neque velle, neque non velle, & suum actũ suspendere, quod à scholasticis dicitur non velle purè negatiuum. Ergo qui non consentit, licet non defendat non peccat.

7 Secũdo, quia ad id nos teneri existimare nõ debemus, ad quod nulla lege obstringimur.[l] At nulla lex videtur esse, quæ ad id nos obliget, quia lex fortitudinis, quam hic S. Ambrosius adducit, ad excessus audaciæ, nimiosque timores refrænandos nos obligat, ne mortis, & aliorũ magnorum incommodorum rerum temporalium pericula cõtra rectam rationem non aggrediamur, aut suscipiamus, vt post Aristotelem,[m] S. Thomas docet.[n] Et contingere potest, vt aliquis eius, cui alter nocere vult, defensionem prætermittat absque metu, sed ob negligentiam, malitiam pudorem, aut alias causas ad passiones non pertinentes, quas virtus fortitudinis gubernat.

Tertio, quia neque etiam lege iustitiæ ad id tenemur; partim quia iustitia distributiua in ea defensione nõ versatur, cum in ea de re communi particularibus distribuenda non agatur, quod est proprium iustitiæ distributiuæ, vt asserit vterque Thomas,[o] Neque commutatiuæ iustitiæ id munus est, cum in ea de commutatione rerum, cum alijs non agatur, de qua vterque Thomas, vbi supra. Partim quia aliquo præcepto Decalogi id iuberi non videtur, & ideo eius transgressio ad restitutionem non obligat, sicut dicimus in Manu.[p] Sequuti Alexandrum Halensem communiter receptum.[q]

8 Quartum, quia neque aliqua caritatis lex diligendi proximum, sicut posmetipsos ad id nos obligare videtur, partim quia hæc raro sub pœna peccati mortalis obligat, per ea quæ in Manuali[r] diximus; partim quia plus diligere proximos, quàm nos non tenemur,[s] & certum est nos sponte pati posse mortem, à quibus ipsorum occisione nos defendere possemus, iuxta *c. non est nostrum*.[t] & Thomam,[v] & alios, quos citauimus in *c. olim*.[x]

Quinto, quia nemo ad opera misericordiæ sub pœna peccati mortalis, nisi quando quis est in extrema necessitate tenetur, vt probatur per ca. *pasce fame esurientem*.[y] à contrario sensu, quod ita intelligit S. Thomas,[z] communiter receptus, & nos diximus in Manual.[a] Et proximum tueri, est opus misericordiæ, cùm ob necessitatem, & miseriam in qua est fiat. Ergo ad defensionem proximorum saltẽ non tenebimur, nisi quando interficere eos aliquis voluerit, quod exemplum Moysis hic adductum confirmat, & auctoritas Salomonis, quę loquitur de defensione eius, qui ad mortẽ ducitur. & cõsequenter qui ab aliquo alteri omnes crines velli viderit, & aliquem colaphis; vel fuste per-

a *Ad Roma. 1. cap. 1. de offic. deleg. cap. notũ. 2. qu. 1.*
b *Super illud cap. 1.*
c *Cap. 18. nu. 51. & cap. 15. nu. 10. & 17.*
d *Nume. 14. & § quem. de pœnit. dist. 6.*
e *11. q. 3. à n. 62.*
f *Leg. adigere. §. quãuis. ff. de iur. patron. ca. cum cessante de appellat.*
g *De pœnit. dist. 2.*
h *5. 11. qu. 1. cap. disputet. tibi. 23. qu. 4.*
i *Eccles. 15.*
k *In §. 15. quæst. 1.*
l *Capit. consuluisti. 2. qu. 5. capit. 2. de transl. prælat. l. illa. Co. de collat. m. 2. & 4. Ethic. n. 2. 2. quæst. 123. artic. 3.*
o *2. 2. qu. 61. artic. 1. & 2.*
p *Capit. 24. nu. 5. & in c. inter verba. 11. q. 3. n. 7. & q. 3. part. qu. 87.*
r *Cap. 14. nu. 8.*
s *Cap. si non licet 23. qu. 5. t. 23. quæst. 5.*
v *Libr. 1. de regim. princi. capit. 6.*
x *De restitu. spoliat.*
y *86. distinct. 2. 2. 2. quæst. 32. artic. 5.*
z *Cap. 24. & 3. & 4.*

cuti aut aliis similibus iniuriis affici animaduerterit citra mortis periculum, ad eos tuendos saltem sub pœna peccati mortalis non tenebitur, quod contra prædictam conclusionem videtur.

Sexto, quia videtur nos esse ad existimationẽ nostram tuendam & facultates nostras defendendas, quam proximi magis obligatos. [a] Et qui existimationem proximi defendit, communiter suam perdit, aut eiusdem amittendæ periculo seipsum obiicit.

9 Ad ista contraria, & alia rectè explicenda, & ex eorũ, solutionibus multa corollaria quotidiana inferenda, voluissem mihi sane tempus ad id necessarium suppetere, quod mihi, & impressio huius libri, quæ iã me valde premit, detrahit, & augusta iussio Principis, & Gubernatricis Dominæ meæ D. Ioannæ nullis nominibus celsissimæ, (quam ob caussam aliquam dignissimã me visurum spero) vt statim ad curiam accederem, adimit. Nihilominus adhibebimus sex explicationes, ex quibus propositorum sex dubiorum responsiones colligemus; & ex iis rursus decem & octo corollaria inferemus.

Prima declaratio sit. Qui non defendit oppressum iniuria si consentit, & delectatur, vt illa iniuria fiat, peccat, siue eam depellere possit, siue non, siue præsens, siue absens sit, quia omnis consensus quo peccato consentitur, peccatum est, & tale peccatum; quale est cui consentitur, iuxta illud Apostoli, [b] relatum in cap. 1. [c] *Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*, & tradit speciatim S. Thomas. [d]

10 Secunda declaratio sit, quòd vt aliquis non propulsans iniuriam, cum potest, peccet, est necesse, vt ad illud teneatur. Nam vt rectè dixit S. Thomas, [e] & Caietanus, ibidem declarauit, nemo non propulsans alterius iniuriam peccat, nisi quando ad propulsandum tenetur. Quod addimus, quia iuxta aliquos, ad defendendum non tenetur, qui sine damno honoris, existimationis, aut pudoris aut bonorum eum impedire, aut tactibus insultibus se opponere non potest, sicut explicauit Felinus, [f] excom. relatus à nobis vbi supra in Manual. [g] cui nemo hactenus se opposuit, nec nos vnquam in cathedra contradiximus. Consentaneum tamen est, vt ei nunc nos repugnemus. Primo, quia in extrema necessitate nostræ defensionis cõstituto subuenire tenemur etiam cum damno omnium earum facultatum, quæ ad conseruandam vitam nostram non sunt necessariæ, & consequenter honoris, pudoris, existimationis, & fortunarum sustentandæ vitæ non necessariarum, iuxta illud Ambrosij relatum in capit. *Non satis*, [h] *Si cùm rapitur quis ad mortem, plus apud te pecuniæ tua valeat, quam vita morituri, non est leue peccatum*, quemadmodum diximus nos in Manuali, [i] post S. Thomam. [k] At qui sine nostra defensione se liberare non potest, in extrema eius necessitate est. Secundo, quia non solum pudor, aut aliqua diminutio nostræ existimationis.

Sicut dicit Felinus, nos ab illo non eximit, sed neque etiam amittendi honoris periculum; quia hic etiam in bonis externis est, sine quo vita seruari potest, & inferius bonum quã vita est, sicut latè probamus in cap. *inter verba*. [l]

Tertia, quòd vix quòd Felinus tã in hoc receptus dicit, etiam in aliis bonis defendi potest, partim quia duæ ille auctoritates Scripturæ, [m] quas supra [n] citauimus de eo, qui incidit in bouem proximi amissum, & in asinum humi oneri substratum, probant nos teneri ad exponendum aliquid de nostris facultatibus, quo damnum proximi facultatum propellamus, quandoquidem duo hæc fieri sine aliqua rerum nostrarum, & temporis iactura, aut negotiorum impedimento non possunt. Diximus, *ad exponendum*, & non dandum, quia qui hoc facit, sui laboris, temporis, aut impedimenti iustam mercedem de poscere potest, si velit; quemadmodum etiam qui in extrema necessitate constituto opitulatur, ea quæ impendit postulare potest, vt annotauit Adrianus, [o] licet enim lex eum ad subueniendum patienti necessitatem extremam obliget, & ab illo damno proximum liberandum, non tamen ad id gratis faciendum nos cogit; nihilominus semel saltem aliquid ei expendendum gratis est. Qua consideratione nonnullis glosiis, [p] & aliis alibi responderi potest, ab iis qui volunt probare neminem alteri teneri quod

a *Leg. proces. C. de iurisit. C si non licet. 23. qu. 5.*

b *Ad Rom. 1.*

c *De offi. delleg* d *1.2. qu. 60. art. 8. & 2.2. q. 154. art. 4.*

e *2.2. qu. 62. artic. 6.*

f *In cap. 2. de hæret. & indic. quanta. de sent.*

g *Cap. 14. n. 6.*

h *86. distinct.* i *Cap. 11. nu. 12.*

k *2.2. qu. 32. artic. 5.*

l *11. qu. 3. nu. 218.*

m *Exod. cap. 22. & Deuteron. 22.*

n *Num. 5.*

o *Quodlibet. 1. art. 2. col. 3.*

p *In d. mpi. quanta.*

A scilicet nemo est ad id obligatus ob quod mercedem accipere potest, [a] eam enim accipere ob rem, quam facere tenetur nemo potest, [b] quia responderi potest hoc intelligendum esse de eo, qui illud gratis facere tenetur, & non de eo, qui facere tenetur, sed non gratis, si saltem dives sit is cui hoc necessario præstãdum est, vt dicit glossa singularis, [c] sicuti etiam aduocatus, procurator, notarius, hospes & etiam doctor sæpe. ad fungendam suis muneribus tenentur, quin ad illud cogi possunt, per ea, quæ Decius adducit in regul. *Inuitus nemo cogitur defendere*. [d] non tamen gratis officium suum exhibere tenentur, & ideo prout fert consuetudo pecunias capere possunt. [e]

Quarta Felynum ratione non niti hinc maxime probatur, quia omnes, qui ex iustitia ad aliorum defensionem tenentur (quales sunt iudices, & alij, quos statim nominabimus, ad illam præstandam cum sui laboris, facultatum & personæ etiam offerre domino tenentur, quamuis non temerè se ad id debeant, sicut in Manu. [f] diximus.

12 Quare explicantes hoc melius quam hactenus explicatum fuerit, dicimus primum duabus de caussis proximi defensionem nos teneri posse, scilicet, ex præceptis caritatis, & ex præceptis iustitiæ.

Secundo ex charitatis præcepto ad defensionem vitæ proximi obligamur, si eam iniustè ei adimere aliquis voluerit, & non sit alius; qui possit, aut velit eam defendere præter nos, & proinde in defensionis nostræ extrema est necessitate constitutus. tunc igitur nos lege caritatis tueri cum necesse est quamuis ob id facultates, & etiam honorem perdamus, modo in vitæ diserimen non deueniamus.

Tertio idem faciendum esse asserimus quando in periculo suorum bonorum amittendorum proximus versatur, sine quibus conseruare suam vitam non potest. [g]

Quarto, quod etiam ad rerum ipsius damna vitanda nos tenemur de nostro labore, & bonis nos tantum conferre, quantum opus fuerit, & possumus adhibere sine scãdalo, quando probabiliter non est alius, qui possit, aut velit ab eisdem damnis & incommodis eum per id quod in lege scriptum est eripere [h]

Quinto, quòd nihilominus nos recuperare possumus quod à nobis eius rei gratia fuit de nostris bonis expensum, per proximè dicta, [i] & latius in Manual. [k]

Sexto dicto Felini locum esse quando damnum proximi est tam paruum, vt arbitrio boni viri iustum non sit à nobis præstari illud, quo ad eum liberandum opus est. [l]

Septimò, quòd non sine causa diximus *de nostro labore & bonis*, quia non tenemur nostrum honorem pro rebus temporalibus proximi profundere, nisi quando tanta esset diuinarum copia, vt minimum honoris, qui ob eas amittendus essent facile superarẽt, cũ sicut probauimus in c. *inter verba*. [m] maioris preti j sit honos, quam diuitiæ.

Octauo, quòd neque etiam sine causa diximus vitam, quam iniustè adimere aliquis ei voluerit, quia non tenemur nostris opibus redimere vitã ei, qui ad eius amissionem iustè condemnatus est; quamuis Rex, vel lex, vel statutum, aut sententia eius pecunia redimende facultatem daret; & ita limitãdum prefatum c. 5. Ambrosij, *Non satis*. [n] Licet non ignoremus replicari posse talem cõdemnatum in extrema esse necessitate vitę amittẽdæ: quod verò is inciderit in eam sua culpa, illum vitæ conseruandæ priuilegijs non priuat: potro nos tenemur ijs, qui in ea necessitate constituti sunt subuenire propter iudicia Dei nostri iustissima; sed respondemus mirum non esse si illa iusta condemnatio eius pecunia redimendæ necessitate nos liberet, cum eidem ipsi se defendendi facultatem, & seipsum etiã redimendi necessitatẽ adimat. Quod quidã bene cũ quadã doctrina Scoti quadrat, [o] relata à nobis in Mã. [p] 14 Nono, quòd volẽtibus eum redimere talis cõdemnatus, si vellet, se vendere posset, per ea, quæ in Man. diximus de ijs, qui in Brasilia, & alijs locis barbaris Christianorũ pecunijs emũtur ab ijs, qui eos in cibũ mactare decreuerunt. Quamuis hoc discrimem statui inter eos posset, nẽpe quod licet qui in Brasilida per eiusmodi eptionẽ à morte liberatur, cũ nõ sint mãcipia, sed liberi, cedãt in Barbarorũ escã, restituẽdo illud ꝙ pro ipsis datũ fuit libertati restitui possint, qui se tamen venderent, ne iustè interficerentur, se li-

a *Leg. metũ §. sed licet. ff. de eo quod met. caus. & leg. si pater 9. ff. de donat.*

b *Leg. vlt. ff. de condict. ob turp. caus. ca. non sane. 14. quæst. 5.*

c *In §. 1. 83. d. ff. de regul. iur.*

d *Dicto capi. non sanè.*

e *In capi. 11. numer. 13. & capi. 17. num. 136.*

f *Argum. le. 2. ff. de iurisd. omn. iud. cap. præterea de offi. del erg.*

g *Cap. 23. exod. & capi. 22. Deutero. nu.*

h *Supra nu. precedenti.*

i *Cap. 23. n. 9. & cap. 17. num. 100.*

k *Arg. à præsct. C. de seruit. Cos non licet. 23. qu. 5.*

l *11. q. 3. nu. 216. & 217.*

m *80. distinct.*

n *In 4. dist. 15. qu. 3. §. de secunde pondatur. p Ca. 15. nu. 21.*

berare pretio soluto non possent, cum omnino in mancipia se ipsos vendiderint; quia in his locum non habet ratio, quæ in illis æquitatem illam introducit, per dicta in tribus locis Manual.

Decimo dicimus, *sine scandalo*, vt per hoc verbum, & id quod de honore diximus à peccato excusemus grauem aliquem virum, qui defensionem famuli alicuius prætermittit, quem alius colaphis cædit, ne cursu per vicos eos qui illud faciunt, insequatur cum scandalo, & detrimento honoris sui, & existimationis & eum etiam qui publicè non arguit concionatorem mendacẽ, qui è suggestu falsò alium infamauit; & ad eum etiam excusandum, qui non liberat eum, qui iniustè sententiam mortis, suæ condemnatur, accepit, ne ex eo aliorum innocentium mors consequatur, aut aliqua grauis seditio inter eos, qui liberare, & inter eos, qui interfuere volunt, oriatur, sicut rectè retigit Adrianus, [a] addens non teneri me ad retinẽdum aliquorum berum ne se de rupe alta præcipitet, si crederem me interfectum iri à suis famulis. meam intentionem contrariam esse arbitrantibus.

Vndecimo, quòd præcepto iustitiæ, tenentur se defendere mutuo Reges inter se, & aliis superiores, qui iurisdictionem habent, & eorũ subditi, [b] præsertim feudatarij, & eorũ domini. [c] Patres item, tutores, curatores, heri, pedagogi, parochi, custodes, & alij similes; & è contrariò eos filij, pupilli, minores famuli, mancipia, & parochiani, & custoditi per notata à Panormitano, [d] facit l. *vt parentibus*, [e] & cap. *duo ista nomina*, [f] & præceptum quartum decalogi, quod ad eos extendi dictum est in Manual. [g] Tertia declaratio sit, fieri facile posse, immo vero quotidie, quotidianã fieri arbitramur, vt quispiam cùm possit non defendat iniuriæ tamen non consentias, sicut primum argumentum contra hunc textum adductum probat; præsumendus tamen est consentire, quia omnes prædicti textus dicentes consentire eum, qui cum potest, non defendit, aut non redarguit, intelligendi sunt de præsumptione consensus. Quod moderandum est, quando sine aliquo damno defendere potest, & non aliàs. Quamuis enim quis teneatur ad defendendũ proximum cum damno omnium suorum bonorũ, præsumi tamen debet illum non consentire, si illud nisi cum graui suo damno facere non potest. Primo, quia cum facere possit ob complacentiam iniuriæ, vel ob damni vitationem, in re dubia præsumendi videtur defensionem ob hoc, & non ob illud prætermisisse, quia indubio pars mitior est præsumenda. [h] Secundo, quia quamuis qui contra aliquam legem iniustè facit sine caussa iusta, præsumatur ob contemptum in legem peccare, vt habet glossa celebris, cap. *metropolitanũ*, [i] & glossa 1. [k] cap. *cum illorum*, [l] non autem si aliquam aliam caussam eius rei habuit quamuis iniusta esset, sicut Dominicus, [m] benè declarauit post Archidiaconum. [n] Tertio, quia experientia docet, quæ est rerum magistra, [o] multos, præsertim Principum, & magnatum familiares innumeras iniurias ad quas impediendas, etiam cum damno suorum bonorum, tenentur, minime impedire, non quidem quòd illæ eis placeant, sed ne gratiam principum, & spem quam de ipsorum donis habent amittant. Vnde singulariter sequitur, quòd quamuis cum detrimento honoris, & bonorum suorum teneatur quis ad eum defendendum cui iniuria vita est auferenda iniuriæ tamen consentire non præsumetur: sequitur rursus quod quamuis iste talis non defendendo verè peccet, & fortasis etiam quia verè in eius mortem consentit, non tamen id præsumitur. ex quo sequitur etiam hunc in foro exteriori punitum non iri ab consensum; quia in eo de non apparentibus, saltem per præsumptionem, & de non existentibus idem est iudicium, [p] quamuis sic in foro interiori, & plus si consentit, quam si non consensit.

16 Quarta declaratio, magnum esse discrimen inter non defendere solùm, & non defendere, & consentire ex vna parte; & inter consentire, ac auxilium præbere ex altera parte. Primo, quia solùm non defendere, & non defendere, & consentire, nullo præstito auxilio, est peccatum cõtra caritatem, autem aut misericordiam, & contra præceptum de diligendo proximo, vt rectè sentit D. Sotus, [q] & probatur, quia est opus odij, inuidiæ, discordiæ, con-

a *In 4. de correctio. frater. col. 21.*

b *Argum. ca. Regul. ea. administratores. 23. q. ad Ro. 13. & cap. ea. N. de iur. iuran.*

c *Ca. de forma. 2.2. q. 5. & capi. 1. de forma. fid. in vsib. feud.*

d *In cap. 2. de restit. spoliat. num. 9.*

e *ff. de iustit. & iur.*

f *23. qu. 4. l. 1. Cod. de commend. propin. capit. omnes. de pœnit.*

g *Ca. 14. n. 3.*

h *Capit. 1. de reg. iur. leg. merito. ff. pro soc.*

i *2. quæst. 7.*

k *Verb. contemptum.*

l *De sentent. excommu.*

m *In ca. nullus. 55. distin.*

n *In cap. quicunque. 81. d.*

o *Cap. quam sit. de electio. libr. 6.*

p *Cap. si omnia. 6. qu. 1. l. duo sunt Titij. ff. de testã. tutel.*

q *Lib. 4. q. 7. arti. 3. de iustit. & iur.*

A tentionis, aut aliorum similium vitiorum, quæ claritati contraria sunt, aut eius filiæ misericordiæ, & contra præceptum de diligendo proximo, aut eius actui beneficentiæ contraria sunt, vt de odio demonstrat S. Thomas in vna quæstione, [a] de inuidia in alia, [b] & de discordia, & aliis, [c] cõsentire vero & auxiliari iniuria inferenti, est contra virtutem iustitiæ, vt ibidem latè probatur, quia è contra vnũ Decalogi præceptum, in quem iniurię illator peccat, & omnis iniuriam inferens in aliquod ex decalogi præceptis peccat, quæ sunt iustitiæ præcepta, sicut dicit S. Thomas. [d] Et si quis dixerit etiam præceptum de amando proximo quod ad quartũm decalogi præceptum redigitur, vt in Manual. [e] diximus, & consequenter esse præceptum iustitiæ: respondebitur esse aliud ex illis esse, quod negamus, vt in Manual. diximus, [f] & aliud ad illa redigi, quod fatemur, nec nobis hoc obstat. Nam etiam omnia, aut ferè omnia claritatis, & etiam aliarum virtutum præcepta ad decalogi præcepta reducũtur sicut præceptũ de dilectione Dei. Ad primũ reducitur cùm de illorum numero non sit, vt in Manual. diximus. [g] Secundo, quia non defendere, aut non defendere, & consentire non auxiliando, ad restitutionem damni non obligat, quod ex omissa defensione consequitur, sed sic consentire, & auxiliari, sicut diximus in Manual. [h] vbi citaui Adrianum de restitutione: [i] quo non citato idem pulchrè ait Sotus. [k] Qui enim solum contra præcepta caritatis, & misericordiæ peccat, damnum inde sequutum restituere non tenetur, qui verò contra iustitiam peccat, tenetur, sicut paulo supra dictũ est nu. 7. & 8. & diximus in Manual. [l] & in cap. *inter verba*. [m] post alios, præsertim Adrianum. [n]

17 Quinta declaratio, quòd non quilibet, qui iniuriæ consentire præsumitur, iniuriam inferenti auxiliari præsumitur, saltem auxilio, quod delicti participem eum directè faciat. Primo, quia rigidum videtur duas præsumptiones speciales introducere, præsertim autem ad delictum in eodem casu augendum, [o] & vt notatur per Cardinalem. [p] Quod in hoc casu fieret, si non solum consensus, sed etiam auxilium præsumeretur. Secundo, quia communis opinio quam tenet Panormitanus, [q] quamquam ait communem Decius, [r] & Iason, [s] habet iure ciuili non delinquere communiter qui solùm non defendit, & quòd quamuis iure canonico regulariter delinquat, non tamen est puniendus in foro exteriori, etiam si dicatur præsumi eum auxiliari: contrarium tamen nobis dicendum est, cum vtroque iure opem ferentes delicto, puniendi sint, secundum omnes. [t] Tertio, quia secundum Innocentium communiter receptum, [v] qui non impedit homicidium, quod nouit tractari, non fit irregularis eo sequuto, si præsumeretur autem consensisse, aut auxilium præbuisse censeretur talis, cum præsumeretur de delicto directè participare, saltem sicut causa eius particularis.

Quarto, quia si contrarium dicamus, fatendum nobis est, omnes, qui cùm possunt, non propulsant iniuriam haberi in foro exteriori pro transgressoribus, non solùm legis caritatis, sed etiam legis iustitiæ, & consequenter ad restitutionem omnium damnorum, quæ propter id ei qui fuit iniuria affectus contigerunt obligari, quoniam omnes, qui posse iuuant inferentes iniuriam, ad id tenentur, licet non teneantur solùm qui non impediunt iniuriam cùm possunt, vt ait S. Thomas, [x] recepti ab omnibus, & puniendi essent tanquam qui iussissent, consuluissent, sufragarentur aut receptores scelerum, quæ res insolens videtur. Quinto, quia hæc nostra interpretatio per totum orbem recepta esse videtur, quod minimè est omittenda. [y] Sexto, quia vt quis incurrat excommunicationem canonis, *si quis suadente*, [z] non sufficit, vt consentiat etiam malitiosè, clerici percussioni, seu ea delectetur, si eius nomine facta non fuerit, neque ipse iusserit, nec iuuerit, neque illam consuluerit, sed solùm consenserit, aut ex pura malitia delectatus fuerit, sicut efficaciter probat dictum quoddam Bonifacij, [a] & cõmunis omnium consensus, qui dicunt te excommunicatum non fore, quamuis percupias vt aliquis clericus qui Romæ vel alibi degit percutiatur, vel interficiatur illud, quæ te omnino prorsus inscio, & desiderij conscio, vt cupis euenerit, isque sit interfectus, sicut quotidie euenire soler.

a *In cap. eum quis. de sent. excom. lib. 6.*

a *2.2. q. 34.* b *Quæst. 36.* c *Quæst. 37. & sequent.*

d *2.2. q. 122. artic. 1.*

e *Capit. 14. num. 3.*

f *Cap. 11. nu. 5. & 6. ca. 14. numer. 5.*

g *Ca. 21. nu. 6.*

h *Ca. 17. nu. 20.*

i *Quæstio. 1. concl. 9.*

k *Libr. 4. qu. 7 artic. 3. de iustit. & iur.*

l *Cap. 24. nu. 5.*

m *11. q. 3. n. 714.*

n *14. de testi. quæst. 1. col. 9.*

o *Leg. 1. cap. de dot. promiss.*

p *In capit. quia circa de consang.*

q *In cap. 1. de restit. spoliat.*

r *In cap. 1. de offic. deleg. & in leg. culpa caret. ff. de regu. iur.*

s *In leg. vt vim ff. de iustit. & iur.*

t *In capit. 1. de offic. deleg. cum ei annotatis.*

v *Lac. Petrus. de homicid.*

x *2.2. qu. 62. articul. 7. & Scotus. in 4. dist. 15. qu. 2.*

y *Le. minime. ff. de legat. ea. cum dilat. Gut. de consuetudi.*

z *23. q. 4.*

SVMMARIVM.

20 Peccat cur, qui non defendit, quamuis non consentiat.
21 Defensio proximi qua lege præcepta, & quomodo lege fortitudinis, & quomodo iustitiæ. numer. 22. & quomodo caritatis lege. nu. 23.
21 Fortitudinis virtus, in quo immediatè, & mediatè versetur.
23 Diligere proximum dilectione charitatis, aut naturali aliquãdo debemus.
23 Defendere se ipsum quando quis, quando proximum tenetur, quamuis se ipsum defendere nolit. num. 24.
25. Defendi proximus debet, etiam citra extremam necessitatem, & quando, & cum quo damno.

18 Sexta declaratio, proximam hanc conclusionem moderandam esse, quatuor concurrentibus. Primum est potestas ad impediendum. Secundum ad illud obligatio. Tertium vt sine suæ personæ, honoris, & bonorum damno facere possit; quartum vt delictum sit manifestum, hoc est, vt manifestum sit illud esse delictum, & vt manifestè fiat. His enim concurrentibus non solùm præsumitur, consensus sed etiam auxilium per decretalem. [a] Innocentij III. qua hanc moderationem probans, conclusionem etiam moderatam censet, quod ad plurimos canones, & leges interpretandas memoriæ mandandum arbitror. Hanc moderationem illũ probare inde apparet, quia nisi probaret illa decretalis superuacanea esset, si enim ea bene ponderetur, nullã aliam vtilem doctrinam continet, quia prima pars nihil aliud facit, quam insinuare quam magnate meritas sit manus violentas rectoribus Ecclesiæ inferre. Verba enim eius sunt, *quantæ præsumptionis, & temeritatis existat in rectores Ecclesiæ manus iniicere violentas*, quod certè dicere plane facit ad rem de qua agimus nihil.

Secunda solùm continet vt ne quis stultè existimet solùm violentiæ auctorem puniendum esse, quod ecclesiastica auctoritas facientes, & consentientes eadem pœna multandos præcipit. Verba enim illius sunt. *Ne autem solos huiusmodi violentiæ auctores aliquorum præsumptio existimet puniendos, facientes, & consentientes pari pœna plectendos Catholica condemnat auctoritas.* Quod etiam cognoscere nequaquam vtile est; quandoquidem in capit. r. [b] & in capit. *notum*, 2. quæst. 1. & alibi sæpè id probatum fuerat.

Tertiã denique solùm declarat eos delinquentibus fauere, qui cùm possunt, manifesto delicto non occurrunt. Verba enim eius sunt, *Eos delinquentibus fauere interpretamur, qui cum possint, manifesto facinori desinunt obuiare*, quod neque etiam, nisi dicere vellet quod decernere nihil referret diximus, quia iam ante ipsum alij Pontifices id decreuerant, vt in capit. *error*, [c] & capit. *qui potest*, [d] & cap. *sicut dignum*; [e] quod quidem ita habet, *non caret scrupulo, societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obuiare.*

19 Cuius dictum, quia obscurum erat, quòd illa verba *scrupulo, & societate*, multis modis intelligi possunt, ille tamquam magnus Doctor, & Papa, qualis reuera, ea singulariter interpretatus est, dicens illa significare velle, præsumendos, & habendos esse pro auxiliatoribus delinquentis. Et quamuis nemo diceret illam decretalem non loqui, nisi quoad effectum excommunicationis incurrendæ, consideret, quòd quamuis Principium significat quæstionem, ad quam respondet, fuisse de excommunicatione, quam qui clericos non defendebant, incurrere vel non incurrere debebant, si non defenderent, tamen neque responsio, quæ in tertia parte est, neque ratio, quæ ad illam Papam mouit, quæ secunda parte continetur, ad illam restringitur. Diximus, *probando dictam moderationem, probare etiam conclusionem moderatam*, quia prædicta decretalis ad hoc solum valet, quod declarat adiutorem eum esse qui cum potest, ei quod manifestè delictum est, non occurrit, & consequenter significat, si illud cui occurrendum est, manifestè delictum non esset eum qui non impediret non præsumi adiutorem; quæ est vtilissima consideratio ad omnes casus, in quibus aliquod dubium existere potest, vtrum id quod fit, delictum contineat vel non. Pro quo facit, quòd statutum est, vt quando delictum manifestum est absolutio, non detur ad cautelam, vt in capit. *fulget*, [f] vsuratio & cap. 1. [g] concubinario, & excommunicatis manifestis, per Extrauagantẽ, *ad euitanda*, de qua in Manual. [h] Quatuor tamen prædictas conditiones concurrere debere, vt hæc moderatio locum habeat, constat ex eo, quod dicta decretalis ponit primam potestatis, & quartam scilicet vt offensa sit manifesta; & secundam scilicet, obligationis, & tertia vt sine damno facere possit. Probatur per ea quæ supra [i] probata sunt, quòd non solùm non præsumitur fauere qui non defendit sine obligatione, sed etiam qui non potest sine damno, quin etiam nec consentire is præsumitur.

20 EX his sex declarationibus responsiones ad sex dubia contra istam secundam conclusionem notabilem, proposita supra [a], colliguntur. Ad primum enim respondemus, rationem cur quis proximum suum non defendens peccat, non esse, quia consentit delicto & delectatur. nam siue defendat, siue non defendat, siue possit, siue non possit defendere, si consentit delicto peccat, sicut supra dictum est. [b] Ratio igitur est, quia non defendit, cum ad illud teneatur, interdũ lege caritatis, & iustitiæ simul. & interdum cum damno suarum facultatum, & honoris, & interdum sine eo sicut insinuat ũ est in secunda declaratione. [c] quamuis grauius peccet, ceteris paribus si in delictum consentit. & textus, qui dicunt eum, qui nõ defendit consentire, nolunt dicere, quòd si nõ consentiret, non peccaret, sed propterea quod ex quo non defendit, eum peccare significant. Quin etiam quando potest defendere & non facit, præsumitur in foro exteriori consentire, & delectari offensa, sicut insinuatum est in quarto dicto supra. [d]

21 Ad secundum respondemus fateri nos iustum esse, ne nos ad id obligatos existimemus, ad quod nulla lex nos obligat, negamus tamen nullam legem esse, quæ nos ad proximum defendendum obliget, quia est interdum solius caritatis lex, & interdum caritatis, & iustitiæ simul sicut statim infra, [e] dicemus. Negamus etiam legem fortitudinis ad illud nos non obligare, saltem mediatè, sicut noster textus affirmat. Quia quemadmodum confitemur quod in dubio proponitur, immediatum officium fortitudinis esse refrenare temeritatem, & timorem ne ad aliquid suscipiendum aut omittendum nos inducant, quod ratio iubet suscipiendum non esse, aut non omittendum & interdum aliquos defensionem omittere ex malitia, & non ex timore. Sic eos fateri necesse est interdum defensionem timore mortis, prætermitti, aut alterius damni personæ, honoris, aut bonorum; & etiam interdum pudore, & ne gratia hominum amittatur, contra legem fortitudinis, quæ præcipit, vt nullo metu prætermittatur quod ratio fieri præcipit.

22 Ad tertium respondemus legem commutatiuæ iustitiæ multos ad proximum defendendum sæpe obligare. Nam sicut diximus supra: [f] Regibus, Prælatis, iudicibus, & alijs ibidem nominatis certus honos, potestas, auctoritas, vectigalia, stipendia, seu merces diurna propter sua munera deferuntur: propterea quod eorum est subditorum, sibique concreditorum defensioni, paci, saluti, iustitiæ, & tranquillitati consulere lex parentibus, heris, tutoribus, curatoribus, parochis, & alijs custodibus certam potestatem, auctoritatem, certã vim, ius & dignitatem tribuit in filios, mancipia, pupillos, minores, parochianos, & alios eorum fidei commissos; atque ita eosdem ad ipsorum defensionem, sicut supra [g] dictum est, obligat.

23 Ad quartum dubium respondemus primò, quod sicut in præcedentibus duabus responsionibus dictum est, lex caritatis, quę proximum diligere nobis præcipit, ad eum defendendum tantum, quomodo, & quantum dictum est supra, [h] nos obligat. Secundo, quod quamuis in paucis casibus, sicut in Manual. [i] diximus, teneamur diligere proximum summa illa caritatis dilectione, tenemur tamen in prædictis casibus eum diligere, saltem tanto amore naturali, qui ad prædictam defensionem suscipiendam saris sit, aut saltem suscipere illam defensionem tenemur sine illo amore, quo peccatum omissionis cuitemus quæ est ob-

seruatio

a Cap. quanto. de sent. excommunicat.
b De esse. deleg.
c 83. distinct.
d Infra eod.
e § illi de homicid.
f De sentent. excom. lib. 6.
g De vsur. libr. 6.
h Cap. 27. q. 35.
i Exod. 22.
a Eod. nu. 6.
b Eod. nu. 6.
c Num. 10.
d Num. 15.
e Num. 22.
f Eod. num. 14.
g Eod. nu. 14.
h Eod. num. 10. & 11.
i Cap. 14. nu. 18.

seruatio specialis, digna quæ generali doctrinę, quam in Manual. [a] attulimus adiungatur.

Tertio fatemur nobismetipsis magis nos, quàm proximis esse obligatos, neque etiam communiter nos ipsos defendere cum occisione proximi nos interficere volentis tenemur, quemadmodum in dubio probatur auctoritate Hieronymi, [b] & S. Thomæ. [c] Non tamen ex hoc sequitur nos ad defendendum proximum nostram defensionem optantem haud obligari, quia rei quæ in præiudicium nostrum cedit consentire possumus, [d] in id vero quod cedit in alterius damnum consentire sine eius consensu non possumus. [e]

24 Ex quo inferri poterit, quòd si ille qui est in periculo mortis diceret, se nolle, vt ipsum cum occisione interficere volentis eum defendamus, & videremos hoc illum bona intentione dicere, ne alius in peccato moriatur, nos ad illud non teneremur. Quarto, quòd non frustra diximus, *communiter nos non teneri ad nos defendendum occidendo nos volentem interficere*, quia interdum aliquis ad sui defensionem teneri potest, sicut diximus, & etiam scripsimus à multis iam annis, cum cathedræ decretorum præsemus in hac celeberrima Academia Salmantina, Carolo scilicet imperatore semper Augusto Domino nostro nos audiente eo die quo ei pro sua singulari humanitate omnes eiusdem academiæ professores audire placuit, in quotidiana prælectione occurrente nobis cap. *caritas est*, (vt nobis videtur) [f] vbi diximus suam Maiestatem quæ tam magno celsoque animo erat nec alium Regem suo regno vtilem, nec alias personas publicas quas viuere reipublicæ plurima interest posse alteri permittere, vt potius seipsum interficiat quam ipsæ eum interficiant, nisi velint peccatum committere. Pari ratione neque milites, qui iureiurando ad pugnandum pro suo Rege se obstringunt, ab hostibus se interfici sinere possent, ne illos occidant, sicut latius ibi probauimus; vbi etiam dissuimus, an priuatus aliquis homo iustè interficere Regem posset, qui sine ratione, & causa, & citra eiusdem cognitionem eum interficere vellet & interficeret, nisi eum regem priuatus ipse occideret.

25 Ad quintum dubium respondemus, concedendo regulariter neminem teneri sub pœna peccati mortalis, ad opus misericordiæ præstandum ei, qui in extrema necessitate constitutus non est, sicut in eo probatur; sed sic aliquando, vt duæ illæ auctoritates Scripturæ [g] probant, quę de eo agunt qui bouem sui vicini palantem, & asinum prostratum oneri offenderit. Ex quibus regula quædam singularis colligi posset, quam nusquam extare vidimus, quæ est hæc, quoties proximus quispiam est in periculo alicuius damni notabilis accipiendi, quod vitare non potest, aut creditur eum illud vitare non posse per se, nec per alium, nisi per me, ad propulsandum damnum, ab eo, sub pœna peccati me teneri si illud facere sine aliquo meo damno possum, de quo statim [h] dicemus; & consequenter si aliqui capillorum euulsione lædere aut colaphorum inflictione offendere sene aliquem, infirmum & debilem, aut solum, omnique auxilio destitutum volunt, neque is huiusmodi iniuriam sine meo auxilio, qui adsum, à se depellere possit, & ego possum non ita magno meo discrimine eam ab iniuriam auertere, id facere teneor, quæ res quotidiana est, & male seruata.

Ad sextum respondemus, concedendo neminem ad alium defendendum (quamuis aliud desit, qui defendat) teneri cum periculo in ea re tantùm amittendi, quantùm amittendum est alteri, qui defensus non fuerit neque etiam minori cum discrimine, tanto tamen, quantum iustum non est, ex boni viri arbitrio cum subire, sed sic tantò, quantum suscipiendum bonus quispiam, & prudens vir esse iudicauerit seruato tamen suo iure, ab eo quem ipse turatus est, id recuperandi quod in eo lædẽdo ab ipso expensum fuerit, sicut supra [i] dictum fuit.

SVMMARIVM.

26 Intellectus trium celebrium textuum, qui loquuntur de defensione proximi, quorum vnus angustus nimis, alter nimis amplus est. & qualis est germanus. nu. 27. & quæ diuersitatis causa. num. 28.
27 Defensio debita, & omissa varię varias personas obligat.
28 Peccatum contra caritatem non fit ex iniustitia, sed ex malitia.
29 Intellectus multiplex in capit. quantæ. de sentent. excom. qualis bonus. & num. 30. optimè declaratur. & 31.
30 Excommunicatus quando est, qui clericum non defendit, cum potest. n. 31.
32 Defendere quis debet, admonendo de malo, quod scit, & non facit.
33 Defensionem debitam qui omittit, cur communiter in foro exteriori non puniatur. neque excommunicationem incurrat, neque restituendi obligationem. neque censuram eiusmodi veram, cum exemplis. numero 34. neque veram irregularitatem. num. 35. sed sic præsumptas. num. 36.
35 Irregularis nemo efficitur, nisi per rem in iure expressam num. 36.
37 Sodomia non est ex criminibus irregularitatem inducentibus, nisi &c.
38 Declaratio breuis sex conclusionum, in Manuali tractarum.
39 Peccat qui opem non fert etiam extra necessitatem extremam damno, in quo alius non potest cum nouæ conciliationes pulcherrimarum duarum conclusionum, & cum suis exemplis. num. 40.

26 EX hoc secundo notabili, & eius fundamentis, & ex eius sex declarationibus, & ex sex responsionibus sex dubiorum contra illud adductorum, decem & octo corollaria elicimus. Primum est nullam trium opinionũ in hac materia solemnium scopum veri intellectus prędictorum textuum, qui de eo, qui cum potest defendere, & non defendit, plenè attigisse. Nam glossa Bernardi, [a] cum sui similibus, qui dixit illos intelligi solum de illis, qui administrationem iustitiæ habent, & cum possunt, non defendunt, nimis illos restringit, quia clarum est aliquos illorum loqui de his qui iurisdictionem non habent, neque auctoritatem publicam, quemadmodum iste noster qui agit de Moyse, qui publicã non gerebat personam quando Hebræum defendit; & Bonifacij textus, [b] qui loquitur de vicino, qui alterum vicinum non defendit. Alia glossa Ioannis cuius prædicta Bernardi glossa meminit; quæ dicit intelligendos esse illos textus de omnibus personis publicis, & priuatis, quomodoliber defendere omittentibus, nimis illos extendit, sicuti rationes quintæ declarationis supra [c] allatę, efficaciter probant.

Tertia Innocentij, [d] quam Panormitanus & communis videntur probare, quæ dicit illos loqui de omnibus, & solis eis, qui fraudulenter defendere omittunt, quamuis sit communis, minus tamen rationi consentanea videtur per statim dicenda. [e]

27 Intellectus igitur verus, & proprius erit illos textus loqui de omnibus personis, tam priuatis, quam publicis, & tam de illis, qui per negligentiam defendere omittunt, quam de illis, qui per malitiam, & nullum præterea auxilium præbent; aut aliquod præbent, non tamen volunt hi textus hos omnes eodem modo peccare, & æquales pœnas incurrere, sed reipsa tamen omnes peccare, & omnes mereare pœnas aliquas, quamuis si minus alij magis peccent, & alij illas pœnas mereantur, alij alias pro personarum diuersitate. Nam si sunt Prælati, & iudices, aut alij, qui ex lege iustitiæ ad defensionem aliorum tenentur, aut hi qui defendere omittunt iniuriam inferenti fauent contra charitatem, & contra iustitiam peccant, & eadem regula eodem modo metiendi sunt. Si verò sint aliæ personæ, & negligunt defendere, nec non fauent delinquenti absque dolo, & absque malitia, contra solam caritatem peccant, & alia regula metiri eos debemus, & si peccant non fauente delinquenti sed cum malitia, quamuis contra caritatem solam peccent, alia tamen regula dimetiendi sunt, sal-

tem

a Ca. 14. nu. 18.
b In cap. non esse nostrum. 23. qu. 5.
c Libr. 1. de regim. princi. capit. 6.
d Cap. ad apostolicam. de regular. & si quis in conscribendo. C. de pact.
e Leg. sed si pater in fi. ff. ad Macedon. cas. si diligenti, de for. compet.
f De pœnit. dist. 2.
g Eod. 23 & Deutero. 22.
h Num. sequ.
i Eod. nu. 11.
a Dicto capi. quanta. de sent. excom.
b In cap. dilecto, de sent. excom. lib. 6.
c Eod. nu. 17.
d In d. capit. quanta.
e Num. sequ.

tem vt magis peccare iudicentur. Dixi eos omnes teipsa peccare. Nam quatenus spectat ad incurrendum censuras,& restituendum damnum, solum hi textus comprehendunt ôbligatos ad illud non solùm lege caritatis sed etiam iustitiæ, quia hi soli incurrunt censuras, & tenentur ad restitutionem per tacta supra, [a] & in nostro tractatu de reditibus Ecclesiast. [b]

28 Secundum corollarium est, quamcumque prædictarum opinionum solemnium aliqua pacto verum attingere. Nam Ioannis glossa verum dixit quoad caritatis peccatum, Bernardi quoad peccatum iustitiæ ; Innocentij quoad magnitudinem peccati, aut paruitatem. Hæc opinionum varietas nostro iudicio nata fuit, quòd non intelligerent, aut non animaduerterent differentiam, quæ quoad censuras, restitutiones, & pœnas reperitur inter peccata, quæ sunt contra solam caritatem, & inter peccata, quæ sunt contra iustitiam, quæ est per magna, sicut supra, [c] & in Manuali, [d] & in capit. *inter verba*, [c] dictum est.

Et nostro iudicio opinio à ratione alienior, & leuioris iudicij communis est, quatenus definit, quòd interuentus fraudis, & malitiæ pœnas, restitutiones, censuras non defendentem incurrere faciat. Nam per fraudem intelligit malitiam, odium, aut malam intentionem, & non animaduertit, quòd dicendo malam intentionem seu malitiam in dubio præsumi, conuenit cum opinione Ioannis, saltem quoad forum exterius ; neque consideratat malitiam non efficere, vt aliquod peccatum contra iustitiam sit, si aliàs non sit, sed vt sit contra caritatem, sicut sensit Scotus, [f] (& Adrianus, [g] & Sotus, [h] rectè explicarunt) qui loquentes de vicino, qui latrones furtum suo vicino facere videns tacet, eum vociferando furtum impedire posit, dicit, quòd siue per negligentiam taceat siue per malitiam, & odium, sui proximi, si nullo onere iustitiæ prematur, contra caritatem solùm & non contra iustitiam peccat, & sic restituere non tenetur.

29 Tertium corollarium continet, quòd nonnulli in certo quodam Manualis confessariorum loco, [i] optarunt scire qualis sit verus intellectus cuiusdam decretalis Innocentij III. [k] qui nondum repertus est, aut non bene declaratus. Quia Bernardus in glossa, [l] dicit eius intellectum esse, solum illum esse excommunicatum ob clericum non defensum, qui iustitiæ munere fungens, non defendit, qui multum restrictus videtur per supradicta. [m] Ioannes autem dixit esse germanum sensum quemlibet esse excommunicatum, qui cum potest, non defendit, qui nimis amplus videtur per supradicta, [n] Innocentius IIII. quem Panormitanus, & communis sequuntur, dicebat esse solos, & omnes illos, qui fraudulenter non defendunt, esse excommunicatos, ex vna parte nimis est laxus, quatenus omnes, qui cum malitia nullum auxilium præbentes, defensionem prætermittunt. Concludit ; ex altera nimis restrictus est, quatenus iustitiæ, omnes ministros, aut qui aliàs ad illud ex ea tenentur, sine malitia, per incuriam, aut negligentiam defensionem omittunt, non includit.

Alius intellectus nobis in mentem venit, qui nonnullis probabatur, scilicet quòd solum locum habeat in iis, qui cum possunt, rectores Ecclesiæ non defendunt; quia de illis procœmium loquitur : vnde dispositionis sensus pendere solet, [o] & quia illis ex iustitia defensio debetur, iuxta prædicta. [p] Verum hoc esset adeo illum textum solemnem restringere, vt ferè inutilis redderetur, cum maxime & ratio, & responsio, quæ generales sunt, non pariantur. [q] Rectius iter alius tenere videtur, scilicet clericos rem esse publicam, [r] esse patres, & legatos populi ad Deum, [s] ipsorum priuilegia, capit. *si quis suadente*, [t] & fori, *capit. nullus*, [v] potius ad omnes clericos simul, quam ad quemquam priuatim pertinent, [x] & ob hoc laici ad defensionem clericorum, tamquam superiorum, & intercessorum suorum ex iustitia tenentur; & si non defendentes contra iustitiam peccant per supra dicta. Quia tamen neque ratio textus hoc fundamento nititur, neque decretalis hæc aliquod verbum, quod hoc sapiat, continet ; & quia difficile esse videtur defendere, quemcumque clericum præsertim solius primæ tonsuræ, aut minorum ordinum pro superiore cuiusq; laici habendum esse quoad effectum, quo ille teneatur tamquam superiorem eum defendere, & quia etiam iuxta hoc clericos alios clericos non defendentes non comprehenderet, germanus nobis intellectus hic non videtur.

30 Quare ex prædictis, [a] colligimus, quod quoad literam Innocentius III. illum textum sine consideratione intentionis, & finis, ob quem in loco, in quo est, [b] Gregorius IX. collocauit, vult dicere eum, qui à quo potest iniuriam manifestam non propulsat, hoc est, quæ manifestè est iniuria, & manifestè infertur, fauere inferenti præsumi.

Iuxta tamen intentionem Gregorij IX. qui in eo loco eum textum posuit, [c] ex eo inferri dicere quamdam particularem conclusionem, quæ ex prædicta generali sequitur, scilicet eum, qui cum potest, à clerico iniuriam non repellit, quę manifestè est iniuria & manifestè infertur, tam pro excommunicato haberi debere, quam qui eam infert iniuriam.

Quartum corollarium, omnem illum, quicũque potest, & debet, & clericum non defendit, contra iustitiam verè aut præsumptiuè esse, aut pro excommunicato habendum esse. Diximus *cum potest*, generaliter, vt cõprehenderemus non solùm eos, qui auctoritate iudiciaria hoc facere possunt, sed etiam eos, qui propria, per cap. *dilectus*. [d] vt supra [e] est dictum.

Addimus *& debet*. quia posse impedire aliquid non inducit peccatum in eo, qui non impedit, si ad illud non teneatur, iuxta prædictam illam, & singularem doctrinam S. Thomæ, [f] quam paulo ante, [g] retulimus. Addimus, *contra iustitiam*. ad includendum omnes, qui ad illud ex iustitia tenentur, quorum maiorem partem supra [h] adduximus.

Addimus etiam *verè*. ad comprehendendum omnes, qui non defendunt, & expressè, aut tacitè aliquo modo fauent consulendo, præcipiendo, exhortando, incitando, aut aliqua alia arte iuuando contra iustitiam, ad stantes, seu præsentes, vel per se vel per suos amicos, aut per arma ab eis suppeditata annuendo vt fiat aut vt perficiatur adiuuando &c.

Quę omnia auxilium aut expressum aut tacitum contra iustitiam continent, simulque in præcepto de non occidendo, aut non furando, &c. prohibentur. [i] Additum etiam fuit *contra institiam*. ad excludendum eos qui cum ad illud ex iustitia non teneantur, quamuis ex caritate tenerentur, per solam negligentiam, aut odium, & maleuolentiam nullum fauorem, neque auxilium præbendo, nec expressum, nec tacitum defendere omittunt contra caritatem, & misericordiam, ea in re peccantes.

Nullus enim horum coram Deo, & in foro interiori excommunicatus erit per supradicta. [k] Diximus (præsumptiuè) ad includendum eos, qui verè in hoc contra iustitiam non peccant, sed præsumuntur tamen peccare : quales sunt illi, qui inopinato, nec aduertentes, gestus aliquos facium t, aut aliqua signa præbent, quæ qua ratione offendens pro se facere interpretatus est, ea iudex ea sumit pro indicijs ad illud præsumendum. Dictum est etiam *præsumptiuè*, ad includendũ omnes illos, qui cum deberent, saltem ex caritate, & possunt sine notabili incommodo, à clerico iniuriam. non propulsant; quæ est manifestè talis, manifestè fit per supradicta. [l]

Adiungimus denique hæc verba *esse aut pro excommunicato habendum*. vt per verbum esse qui verè in eo contra iustitiam peccat, comprehenderetur, & per verbum habendum, qui præsumptiuè contra eam peccat contineretur.

32 Quintum corollarium quod ratio à nemine reddita, quaniti potest rigida illa, sed iusta decisio Barth. [m] scilicet quod quamuis regulariter nemo puniri debeat ex eo quòd solum scit delictum parari, & non indicat ; tamen quando qui sit & filius subditus, aut mancipium puniendus est, huius enim decisionis ratio hæc est, quia alij regulariter solummodo cõtra præcepta caritatis peccant, & hi etiam contra præcepta iustitiæ, offendunt sicut supra, [n] est dictũ.

a *Num.17.* b *Quæstio.2. monit.7.n.6.*

c *Eod. n.16.*

d *Cap.24.n. 7.* e *11.quæst 3 num.113. & sequent.*

f *In 4. dist. 15.qu.2.§. de quarta.* g *In 4.de restitut. quæst. 1.col.9.* h *Lib. 4.q.1. artic.1.de iustit.& iur.*

i *Cap.17. n. 78.* k *Cap.quanto.de sponsa excommunic.* l *Dict. capit. quanto.*

m *Eod.n.26.*

n *Eod. n.26.*

o *Lo. fin ff de haret. institu. cap.quia propter.de elect.*

p *Eod. n. 14. & 22.*

q *Arg. capit. Marchion. 1. q 1.& e. iuggestum. cum ei annotatis per Panor. de appellat.*

r *Leg. 1. § humi studij. ff.de iustit.& iur.*

s *Distin. 49. in princ.*

t *17.quæst.4.*

v *De for.competent.*

x *Ca.1.e.contingit. de sent. excom.cap.si diligenti de for.compet.*

a *Eod. num. 18.*

b *Scilicet in titul.de sent. excommuni.*

c *Scilicet in tit. de sent. excõ.*

d *De senten. excom.lib. 6.* e *Eod.n. 27.*

f *2.2. qu.62. artic.7.* g *Num.10.*

h *Eod. n.14.*

i *Exod.20.*

k *Eod.n.17.*

l *Eod.n. 18.*

m *In l.utrũ. ff.ad l. Pomp. de parri.*

n *Num.14.*

Quam rationem Baldus si considerasset, & qui eum sequuntur, vt refert Felinus in d. capit. *quanta.* non tam acerbè, ac faciunt, Bartholum refutassent.

Sextum corollarium quod ratio cur asperius animaduerti possit in eos, qui aliquem vrbis præfectum, aut magistratum alium regio nomine præsidentem, non defendunt, quam in eos, qui alios priuatos homines non tuentur, est, quia illi contra iustitiam peccant, & ideo in vtroque foro puniendi sunt, & hi non nisi caritatem lædunt.

33 Septimum corollarium demonstrat, quæ sit ratio hactenus à nemine reddita, quare regulariter qui alium non defendit, quamuis in eo peccet, non punitur tamen in foro exteriori, neque iure ciuili, neque canonico, iuxta communem, quam sequitur Panormitanus, [a] & Felinus, [b] & in foro conscientiæ maximè. est enim hæc quod scilicet ex sola defensionis omissione nemo communiter contra præcepta iustitiæ peccat, quamuis contra præcepta caritatis peccet, & ideo pœnis quibus obligantur violatores præceptorum iustitiæ puniri non debet, quæ contra solos eorum violatores constituta sunt.

Octauum, corollarium rectè dicere Bernardum, [c] non esse excommunicatum eum, qui nihil aliud facit, quam non defendere clericum si intelligatur de eo, qui ad illud ex iustitia non tenetur, aliter enim verum non est & si intelligatur de vera excommunicatione, & aliter non est verum. Præsumi enim debet esse excommunicatus concurrentibus quatuor conditionibus, de quibus supra. [d]

Nonum, neminem obligationem restituendi aliquam rem personæ offensæ incurrere, ex eo, quòd non defendit, cum posset, si non tenebatur, neque etiam si ex sola caritate, & misericordia tenebatur, licet ob malitiam prætermiserit. Quod pulchrè probat Adrianus, [e] cui posteriores consentiunt post Alexandrum quem supra [f] citauimus.

34 Decimũm neminem verè censuram vllam constitutam contra eos, qui aliquid contra iustitiam committunt, incurrere ex solo neglectu defensionis iniuriæ, neque etiam ex eiusdem delectatione, si suo nomine commissa non fuerit, aut non exiterit causa illius positiuè per consilium, mandatum auxilium, &c. quia nullus vsquà textus est, qui tale aliquid probet, ideoque non est dicendum. [g] Non enim est nisi capit. *quanta.* quod quidem illud significet, verum illud non id habet, & hoc sed solùm præsumi fauere & consequenter excommunicatum, si quatuor prædictæ conditiones [h] relatæ concurrant.

Vndecimum, nos bene respondisse Tolosæ, aliquos scholasticos non incurrisse excõmunicationem, qui præsentes fuerũt in cœnobio Augustinianorũ, dum in magna Doctorum Academia, & Consiliariorum ciuitatis congregatione de certo quodam scholarium priuilegio disceptaretur, & cum ipsi aliis nullo modo fauerẽt, delectati tamen fuerunt, quòd alij multi Consiliariis egredientibus crines euulsissent, qui aperto capite coronam se portare declarabant. Aliqui tamen Doctores Regentes eam incurrerunt, qui licet scholasticis non dixerunt, vt crines vellicarent, annuerunt tamen gratum sibi illud fore significantes.

35 Duodecimum bene nos respondisse clerico cuidam insulano, qui cum sciuisset tractari de interficiẽdo aliquo, & per negligentiam suam antequam alterum admoneret, vt cauëret fuit interfectus. arg. glossæ cap. *si quis viduam*, [i] & doctrinæ Innocentij, [k] & S. Antonini, [l] irregularitatem ob illud eum non incurrisse ; quia etiam hæc irregularitatis species non incurritur sine morte, aut mutilatione, aut sine fauore aliquo modo præstito, aut auxilio ad illud contra iustitiã concesso non magis quam censuræ, [m] neque magis quam restituendi necessitas.

Decimumtertium, verum esse quod in Manual. [n] post S. Antoninum vbi supra diximus (quicquid alij scripserint) non esse verè irregularem, neque etiam coram Deo, eum qui cũm potest, & debet, cum qui ab alio necatur quem occidunt non defendit, licet per odium defendere omittat, quamuis occisus clericus sit, modo nec fauorem, nec auxilium aliquod tacitum, aut expressum præbeat iubendo, consulendo, aut aliquo modo iuuando, quia nec interficit, nec mutilat; neque est caussa totalis illius, neque partialis per adducta illic ; & quia nullus vsquam textus est, qui dicat in hoc casu irregularitatem incurri, quæ nisi in casibus ad illud in iure expresis non incurritur. [a]

Decimumquartum, non esse firmum quod nonnullis visum est, scilicet quòd irregularis præsumi non debet is, cuius propter defensionem omissam clericus fuit interfectus, licet ob illud incurrat excommunicationem, etiam præsumptam ; quia iura exorbitantia non sunt ampliandа, [b] præsertim in materia pœnali, & in pœna odiosa, qualis est irregularitas, adeo vt nisi in casibus à iure expresis non incurratur. [c] Propterea quod quamuis teneamus dictam Decretalem cap. *quanta*, [d] Innocentij, particularitatem quandam inducere (vt fauere, & peccare contra iustitiam præsumatur, qui manifestè offendentem cum potest, & debet, non tuetur) quoad effectum incurrendi excommunicationem, non tamen eam ideo extendere necesse est, & dicere debemus, etiam dicti fauoris præsumptionem inducere ad incurrẽdam irregularitatem. Contrarium tamen efficaciter ex prædictis sequitur ; quia Decretalis illa, [e] non magis de excommunicatione, quam de aliis pœnis loquitur iuxta literam sui auctoris Innocentij, sicut insinuatum est, generaliter enim definit præsumendum, & habendum esse pro fautore, qui delicto manifesto, non potest, non occurrit. Et quemadmodum ex hac generali conclusione colligitur, particularis, præsumendum esse pro excommunicato, qui cum potest clericum non defendit, sic necessariò sequi debet illum ad restituendum teneri, & est esse irregularem, sicut auctorem ; quandoquidem quilibet, qui est, aut præsumitur fautor mortis alienæ, est, aut præsumi debet obligatus ad restituendum, & est irregularis, perinde ac auctor ; quamuis quò ad alias pœnas aliquanto minoribus puniendus sit, iuxta cap. *sicut dignum*. [f]

37 Decimumquintum, quòd ex duobus proximis corollariis sequitur responsio eius, de quo aliqui in Manual. [g] dubitarunt an per illa verba, quæ ibi habentur, scilicet, *nullum crimen, neque delictũ quamuis graue sit, irregularitatem inducere, præter illud, quod à iure humano spectalem effectum habent*, voluerimus etiam nefandum crimen sodomiæ comprehendere. Sequitur enim respondendum esse illud comprehendi. Primo, quia sicut dictum est supra, [h] irregularitas nisi ob casus à iure expressos non incurritur, [i] ex quorum numero hic non est. Secundo, quia illa verba sunt Innocentij. [k] Tertio, quia parum refert illud crimen esse grauissimum, spurcissimum, & maximè detestabile, cum maius sit hæresis mentalis, vt ait S. Thomas, [l] & maius desperatio vt idem S. Thomas asserit, [m] & multo maius odium Dei teste eodem D. Thoma, [n] quorum tamen nullum irregularitatem inducit ; & præterea alia multo minora eam inducunt. [o] Quin aliquando opera cum virtute coniuncto vt habet capit. *is qui*, [p] cum ei annotatis & cum latè adductis in Manual. [q] Quarto, quia Doctores oppositum tenentes parum firmis fundamentis ad illud probandum nituntur, nec vnus ex eis est qui fundamentis supradictis respondeat ; solido sequuti sunt Bernardum, & Hostiensem, [r] & Speculatorem, [s] quamuis Antonius qui illos sequutus est, [t] ab illis discesserit, [v] propter dictum Innocentij, & Speculator pro vltima refert opinionem Vincentij contrariam, & non considerant Bonifacium VIII. qui capit. *is qui*, [x] declarauit in nullo casu incurri irregularitatem, nisi in expresso à iure, fuisse multo post Bernardum, Hostiensem & Speculatorem, & hæc omnia dubia, si quæ restabant, sustulisse ; quemadmodum etiam Bartholomæus Brixiensis, [y] in hac eadem materia opinionem doctissimi, & sanctissimi Ioannis reprehendit, dicens, [z] Gregorium IX. dubia quæ vsque ad sua tempora extitissent per suam decretalem [a] sustulisse. Facit etiam quod nos intelleximus in Italia, vbi, vt fertur, plus hoc malo laborarut, quam oporteret, nullæ de eo dispensationes quærantur ; & alta quadam disputatione, suoque ingenio digna, contra communem Franciscus Aretinus [b] concluserit. Hic disputandum erat de quadam moderatione doctoris Soti, [c] nisi per errorem in Ma-

a *In capit. de restitut. spo.* b *In d. capit. quanta.*

c *In glo. dict. cap. quanta.*

d *Eod. num. 18.& 19.*

e *In 4.de restitu. qu. 1. col.8.* f *Num.7.sub finem.*

g *Capit.consulnisti.2.qu. 5.capit. 2. de translat.* h *Eodem nu. 18.& 19.*

i *50. distinct.* k *In cap. Petrus. de hom.* l *2.par.titul. 28.cap.2.* m *Dicto canon.ca. siquis suadente. 17. quæst.4.* n *Cap.27. n. 232.*

a *Cap.15. qui de sent. ex commu. li.6.*

b *Regul. quæ iure.de reg. iur.libr.6.*

c *Dicto capi. is qui.*

d *De sentent. excommunic.*

e *Dicto capi. quanta.*

f *8.illi. qui de homicid.*

g *Ca.27.nu. 228.*

h *Eod. num. 35.& 36.*

i *Cap.1. qui de senten.excomm.lib. 6.*

k *In capi.ex tenore. de tempor. ordi. & ca. inquisitionis.de accusat.*

l *2.2. qu.11. artic.3.*

m *2.2.q. 20. artic.3.*

n *2.2.q 34. artic.2.*

o *Cap. presbyterum. ca. continebatur de homicid.*

p *De senten. excommunic.*

q *In cap.27. num.249.*

r *In cap. nisi. §. 1. derenũciat.*

s *In titu. de dispensat. §. iuxta propositones. n.17.*

t *In dict.cap. nisi.§.1.*

v *In dict.cap. ex tenore de tempor. ordi.*

x *De sent.excomm.libr.6.*

y *In cap. fin. 25.distinct.*

z *In cap. fin. de tempor. ordin.*

a *In cap. fin. de tempor. ordin.*

b *In cap.cum non ab homine de indic. col.9.& duabus sequentibus.*

c *Lib. 5. q.1. art.9.de iust. & iur.*

nuali,[a] reiectum fuisset in aliud commentarium cap. fin.[b] cum in hoc reiiciendum fuisset. Hæc moderatio inserta est in commentario qui præcesit, de furto notabili & homicidio casuali.

38 Decimumsextum, corollarium est ex hac disputatione sex conclusionum paucis verbis in Manuali,[c] insinuatarum, & in hoc commentario reiectarum rationem, & declarationem inferri. Nam ratio primæ scilicet, iustitiæ administratores incurrere excommunicationem Canonis, cap. *si quis suadente*, [d] si cum possint, non repellunt iniuriam, est quia in eo contra iustitiam peccant, prætermittentes id ad quod ex suo munere obligantur. Quod idem de omnibus, quos ad illud iustitia obligat, dicendum est; quorum maiorem partem supra,[e] expressimus.

Ratio secundæ, scilicet alios eam non incurrere ob simplicem omissionem, est quia hi solummodo contra solam caritatem peccant, quæ quamuis ad peccatum obliget, nequaquam tamen ad restitutionem, nec ad censuras, nec ad irregularitatem contra iustitiæ præceptorum violatores propositas obstringit, sicut supra,[f] & in Manuali[g] dictum est.

Tertia, scilicet omnes, qui sine suo damno possunt ad impediendum obligari, intelligitur extrema necessitate occurrente, aut tali damno, quòd probabiliter credatur alium non posse impedire, aut id non & alias non, vt supra dictum est acuratorum.[h]

Quarta, quæ insinuatur, est scilicet neminem ad illud cum damno teneri, intelligenda est exceptis prædictis duobus casibus extremæ necessitatis, & damni, quod ab aliis depelli non potest, aut scitur, aut creditur non depulsum iri; & etiam in his ad duos effectus: vt damnum illi placere non præsumatur, sed non ad effectum, vt à peccato excusetur quia ab illo in extrema necessitate, non excusatur, quantuncumque id fiat cum iactura omnium bonorum pecuniariorũ, & honoris, neque ob aliud quodcumque prædictum damnum, molestiam aliquam, laborem, & impensam suscipiendam, quæ postea recuperare tamen possit, excusatur.

66 Quinta, est scilicet in hoc inter forum exterius, & interius discrimen esse intelligatur, quòd si offensa sit manifesta, & manifestè facta, non erit excommunicatus, nec irregularis, si delictum non placeat, nec minus delinquenti faueat. Coram hominibus tamen præsumetur, non solum illi delictum placuisse, sed etiam fauisse, & consequenter habendus erit excommunicatus, & irregularis, si mors contingat, & obligatus ad restituendum.

Sexta, scilicet quòd quoad Deum esse differentiam inter offensionem omittere cum mala intentione, & delectatione offensæ, aut sine illius delectatione, intelligenda est de intentione fauendi delinquenti aliquo effectu tacito, aut expresso, non de simplici complacentia, per supradicta.[i]

39 Decimumseptimum, cõciliari posse duas conclusiones receptas, quæ inter se contrariæ videntur, quod facere sæpe desiderauimus, nec vnquam in hunc vsq; diem gloriosæ Magdalenæ anni 1556. omnino inuenimus. Vna conclusio est neminẽ ad opera misericordiæ corporalia præstandam proximo sub pœna peccati mortalis teneri, nisi quando est in extrema necessitate, sicut diximus in Manual.[k] & supra,[l] iuxta doctrinam S. Thomæ.[m]

Altera est vnumquemque sub pœna peccati mortalis teneri ad restituẽdum bouem, si eum errabunda inueniat, & ad erigendum asinum, etiam eius, quem odit, si in eum substractum in itinere, & onere oppressum incidat, sicut præcipitur in scriptura, *Exod. 23.* illis verbis: *Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti, reduc ad eum: si videris asinũ odientis te iacere sub onere, nõ pertransibis, sed subleuabis cum eo*, non sanè aliquo præcepto ceremoniali, aut iudiciali, puro quę abrogata fuerũt, sed vero præcepto morali, quod semper perseuerat.[n] Et idem faciendum esse de vestibus, aut de qualibet alia re proximi amissa docetur alibi.[o]

Quod sine dubio locũ habet in boue, & asino proximi, quamuis extremam illorũ necessitatem non habeat. Conciliatio enim est, quod aliud est eleemosynã largiri huic, aut illi proximo, qui in eo, quo caret aliquid acquirit, ad quod sola extrema necessitate obligamur, sicut vna conclusio affirmat; Aliud propulsare damnum proximi in eo, quod acquisitum est, ad quod hæc præcepta Exodi & Deuteronomij, nos obligãt. Pro quo discrimine facit, quod iuxta magnam differentiam statuunt inter lucrum, & iacturã, inter damnum eius, quod acquisitũ est, & damnum illius quod acquirendum restat.[a] Quod tamen moderandum est, vt solum intelligatur de damno, de quo probabiliter credi debet, neminem alium propulsare illud posse, aut non propulsaturum.

40 Quæ moderatio colligitur ex duobus dictis præceptis, quæ loquuntur non de quolibet damno, sed de eo, qui non potest impediri, aut non impedietur nisi per eum, vt qui in bouem, aut asinum incidit; ex qua conciliatione multi casus declarantur, in quibus ad propulsandũ damnum nos tenemur, vel non tenemur; verbi gratia. Iter faciens offendo mulionem, cuius mulus luto hæret, neque eum extrahere potest. Si est iter à multis frequentatum, quos auxiliaturos credo, non pecco mortaliter non iuuando. Sed si locus sit, per quẽ nemo, aut pauci prætereũt, maxime. Video iumenta proximi segetes depascentia, & credo neminem illa abacturum præter me non abigens pecco. Video tuas ædes, segetes, aut suppellectilem ardere incipientes, non est alius præter me, qui extinguat ignem, quem cum facile possim, si non extinguam pecco. Video te alteri derrahẽtem cum præiudicio notabili famæ proximi, & quamuis quoad me nihil verè noceas, quia talia non credo, sed noces quoad alios, qui te audiunt; & neminem tibi contradicere video, neque contradicturũ credo, tibi non repugnãs pecco, sicut diximus in Manual.[b] & latius in cap. *inter verba*.[c] Video te emere animalia, pannos, agros, vineas, aut alias res, quas vitiosas esse ego scio, aut multis partibus non esse tam bonas atque tu arbitraris; & video neminem id tibi dicturum præter me, non dicens pecco, quia quamuis nõ es in extrema meæ admonitionis necessitate, meo tamen auxilio indiges, ne tua bona perdas. Quibus aliæ multæ res quotidianæ explicari possunt à nemine (quod ego viderim) bene explicatę, & affirmari quod in cap. *inter verba*,[d] de reste diximus.

SVMMARIVM.

42 Impedire qui omittit peccatum mortale proximi cum potest peccat mortaliter. nu. 41. concurrentibus tribus conditionibus. nu. 47. & qui detrahenti non contradicit, aut peruentem non liberat.

43 Peccata futura magis vitanda, quam punienda præterita; & sic inquiritur, & capitur, &c.

44 Peccat quomodo mortaliter qui facit aliquid, cum quo proximus peccet.

45 Defendere proximum quomodo teneamur, ne mortaliter peccet, etiam cum damno bonorum, honoris, & vitæ corporalis, & etiam citra casum necessitatis, & nu. 46.

45 Misericordiæ opus non solum spirituale, sed etiam temporarium debetur, etiam præter extremam necessitatem. nu. 46.

47 Appellare potest, & quãdo debet, de sententia mortis proximi à cui eius iniustitia cognita est.

48 Peccat quomodo qui vitur suis bonis, & iuribus, quamuis alius ob illud peccet.

41 Decimumoctauum, & postremũ corollarium, quæ ex prædictis infertur, est verum esse, & declarari debere illam conclusionem Manualis,[e] contra quam ibi diximus aliqua dubia adducta fuisse à viro quodam haud dubiè approbato, scilicet peccare mortaliter eum, qui cũ impedire potest, peccatum proximi non impedit. Quam veram esse ex prædictis probari constat. Primo quòd supra per hunc textum, & alios multos conclusum est, caritatem omnes ad defendendam vitam corporalem proximi obligare, & certum est ad spiritualem animæ salutem defendendam nos magis obligari, cum magis à nobis diligendo sit quam vita cuiuscumque corporalis, etiamsi nostra sit, sicut probat S. Thomas.[f] Et maius damnum est vnius animæ, quam multorum, etiam innumerabilium corporum,[g] & vita animæ à peccato mortali exinguitur.[h]

Et sic

a Lo. 2. ff. portio ff. ad leg. Rodiam dicit. l. fin. ff. de pericul. & commod. rei vendit. le. si is qui. §. fin. de furt. le. si sterilis. §. cũ per vendit orem ff. de actio. empt.

b Cap. 18. nu. 30.
c 11. q. 6. nu. 549.

d 11. qu. 3. nu. 77.

e Capit. 14. numer. 20.

f 2. 2. qu. 26. artic. 5.
g Cap. si habet. 24. qu. 3.
h Cap. resuscitatus. capi. omnis de pœnit. distinct. 1.

a 2. 2. qu. 73. artic. 4.
b 11. qu. 3. nu. 347.
c Cap. nimiũ 23. quæst. 4.
d Capit. ipsa pietas.

e Exod. 23. & Deutero. 22.

f De sponsal. g 11. qu. 6. à num. 662.

h Matth. 18. & cap. si peccauerit. 2. q. 1.
i In cap. 24. à num. 32.
k In cap. 1. de postulat. prælat. col. 2.
l In cap. 3. & ca. vt famæ. de sent. excom. & capi. cum non ab homine. de iudi.
m In libr. de ratione tegẽdi secretum memb. 2. qu. 6. pag. 15.
n Cap. 2. de nou. oper. nũciat.
o Dist. ca. 2.
p Cap. 14. n. 26.
q Num. 27.

r Cap. 23. nu. 25.

s Eod. nu. 17. & 31.

t 2. 2. qu. 32. artic. 5.
v Nume. 39.
x Cap. 24. à numer. 3.

y In ca. quãto de sententia excom. & ca. 2. de hæret.
z Numer. 10. & 11.

Et sic à fortiori probat Augustinus in c. *ipsa pietas*. 23. q. 4. ibi. *Quid igitur de opere misericordiæ, quod pro vita æterna adipiscenda, & morte æterna vitanda hominibus debemus impendere; iudicandum est, si pro salute ipsa temporali, verum breui, & ad tempus exiguum liberanda sic nos subuenire hominibus ratio vera, & benigna compellit?* dicens in summa quid nobis pro vita æterna proximi faciendum est, si pro breui corporali, hoc facere tenemur.

42 Facit etiam, quia mortaliter peccat qui se præsente detrahenti non contradicit, cum in eo mortaliter peccet, sicut dicit S. Thomas,[a] per nos in cap. *inter verba*,[b] relatus, & tenemur ad defendendum proximum, qui se præcipitare vult, iugulare, suspendere, aut alio modo interficere, ne se interficiat,[c] & ad extrahendum eum, vi adhibita qui ex domo labescente exire non vult,[d] facit, quòd quamuis extrema nostræ defensionis necessitate, non indigeat, cum tueri & defendere temetur. Nam si periculum amittendi asini prostrati, & bouis errabundi, vestis, aut alterius rei furto ablata aut perditæ, quæ in procliui sunt, ne eas dominus, & proximus noster deperdat, tenemur id facere, quo ab illo damno releuetur, quamuis non sit in extrema, neque angusta eius rei necessitate,[e] quãto magis, periculum amittendæ animæ nos obligabit.

43 Facit, quòd magis tenemur ad impedienda, & euitanda futura peccata, quam procurandam præteritorum punitionem arg. capit. *præterea*,[f] & eorum, quæ latè citamus in cap. *inter verba*,[g] & patet ad corrigenda præterita proximi peccata nos teneri, dandámque à nobis esse operam cum singulari amore, & pari prudentia, & diligentia coniunctam, vt à peccato, in quo is prolapsus est, abducatur,[h] vt in Manual. summatim est dictum.[i] A fortiori ergo tenebimur ad peccatum, quod nondum cõmissum est impediendum, & vitandum.

Facit, quòd futurorum peccatorum vitandorum causa in omni casu iuiquiri potest, iuxta quoddam dictum singulare Innocẽtij IIII.[k] ab omnibus approbati & à laico clericum posse capi, iuxta Panormitanum,[l] communiter receptum, quod locum habet tam in delictis priuatisquæ priuato bono, quam publicis, quæ publico nocent. & tam in occultis, quam in manifestis, sicut benè specialiter explicat Sotus,[m] facit etiam quòd ad euitandum scandalum & offendiculum, quo proximus peccaret, debemus facere, aut omittere omnia, quæ sine peccato possumus,[n] quamuis sint eleemosynæ, aut alia opera per Euangelium consulta,[o] ex quibus omnibus prædictam conclusionem Manual.[p] veram esse constat.

Eam tamen aliqua declaratione indigere, faciunt fundamenta, quæ ibi sumpsimus, scilicet non peccare mortaliter eum, qui petit mutuum ab vsurario, quamuis credat illum mutuum non nisi ad vsuram daturum, & sic mortaliter peccando daturum, vbi supra,[q] neque qui à parocho petit, vt suum filium baptizet, credens eum esse in peccato mortali, & quod eius non pœnitens illum est baptizaturus; neque mulier, quæ se comit ob vanam gloriam venialem, sine aliquo fine mortali, quamuis credat aliquem, aut aliquos eam aspicientes concupiscentiam mortalem concepturos sic eam comptam & ornatam cernentes, vt in eod. Manual. dictum est,[r] neque, qui etiam cum id sine suo damno potest, manus violentas aliquem clerico inferre non prohibet, excommunicationem incurrit, saltem quoad forum conscientiæ, vt supra dictum est.[s] Et quod fortius est, nemo tenetur ad eleemosynam impartiendam sub pœna peccati mortalis, nisi in extrema illius necessitate constituto vt S. Thomas receptus asserit,[t] & supra,[v] & in Manuali[x] relatus, & patet quòd qui sua sponte vult mortaliter peccare, sciens illud quod facit esse peccatum mortale, cum possit illud vitare non est in extrema necessitate constitutus vitandæ mortis spiritualis. Quare prædictam conclusionem affirmantes, scilicet nos ad vitandum peccatum mortale proximi serio, si possumus, teneri, has declarationes addimus.

45 Prima, quod habet locum non solum, sicut illic diximus, quando sine damno, pudore, & dedecore id facere possumus, sicut dicebat Felinus,[y] relatus, & confutatus supra,[z] cui nemo præter me contradicit, sed etiam si non possimus, id facere sine damno bonorum temporalium, & honoris, & adhuc etiam vitæ corporalis, quando proximi anima in extrema nostræ defensionis & opis necessitate constituta est, sicut insinuamus in Manual.[a] dicentes nos teneri ad largiendam eleemosynam spiritualem sub pœna peccati mortalis extremè ea indigenti ad animæ suæ salutem, quamuis in periculum vitæ ob illud veniamus.

Secunda, quòd habet locum etiam quando non est in extrema nostræ opis necessitate ad vitandum peccatum; ob suam tamen imbecillitatem, vel ignorantiam etassam, aut affectatam aut ob alias causas, & occasiones peccandi in huiusmodi necessitate versatur, vt nisi nos ei opitulemur, peccatum mortale commissurus sit, & spiritualiter moriturus, non tamen si opitulemur, non. Hæc est singularis quædam doctrina piissimi, & doctissimi illius Adriani,[b] quæ quantæ nobis consolationi fuerit, cum hodie in eam ferè casu incidimus Deus testis est; quamuis tristitia me affecerit videre nihil eum ad id adducere, sed solum inferre ex hoc, scilicet eleemosynam spiritualem, magis quam corporalem esse præceptam quod etiam probatione indiget.

46 Pro qua tamen adduximus rationem, quam nunquam antea audire, vel legere nos meminimus, nec alibi diximus, videlicet nos teneri ad propulsanda mala, & damna proximi, etiam quæ ille vitare potest, sed non vult, modo sint eiusmodi, quibus iustè, & sine peccato mortali ille non possit eis consentire, sicut supra dictum est, qualia sunt præcipitium, suspendium, & domus recentis oppressio; ne se iugulet, aut alio modo interficiat, seu aliquod membrum sibi abscindat, de quibus agunt præfata cap. *nimium*, & cap. *ipsa pietas*,[c] qualis item cibi, vel potus, vel medicinæ ad vitam necessariæ remotus, iuxta glossam solemnem,[d] si medici sumus, & cum quis non se vult curare, & omnes tenemur prohibere infirmis ne comedant, aut bibant quæ ipsis nocitura credimus, & etiam sanis ne venenum ebibant; licet si velint, illi ab his omnibus se possint seruare.

Itaque dicimus in hoc inter eleemosynam, aut auxilium spirituale, & corporale non esse discrimen, sicut dixit Adrianus nostro iudicio vi argumenti victus, quia quando est tale, vt proximus illud reiicere non possit, & sine eo spiritualiter, aut corporaliter moreretur ex præcepto ab eo, qui potest, etiam ei nolenti auxilium præstandum est. Pro hoc facit, quòd quamuis ægrè ferat mortem damnatus, proximus tamen sanguinis ab illa mortis sententia proximus appellare possit.[e] Immo si condemnatus appellare omitteret, quiæ moti vellet (sicut omittere solent aliqua vilia mancipia) qui scirent sententiam esse iniustam, appellare teneretur arg. illius, Sapientis,[f] *Erue eum, qui ducitur ad mortem*, quod hic citatur; quamuis sit discrimen in eo, quòd eleemosynam spiritualem tenemur largiri constituto in extrema illius necessitate, etiam cum periculo vitæ nostræ, corporalem autem non nisi contra illud, per quod eius illatio verificatur.

47 Tertia declaratio nos ad dictam repulsionem non teneri, nisi concurrentibus tribus conditionibus similibus illis, quæ requiruntur ad hoc vt nos præceptum fraternæ correctionis obliget, quas in Manual.[g] posuimus. Prima, vt certum sit esse peccatum mortale aut veniale periculosum. Secunda, vt spes bona sit futurum vt peccatum ab eo euitetur, aut saltem credatur ex eo deterius nihil consequuturum. Tertia, vt cum opportunitate fiat, non solum personæ, vt sit ea, quæ magis ad illud tenetur, saltem habita ratione negligentiæ aliarum personarum quæ tenentur ad id: sed etiam temporis, vt colligitur ex rationibus, quas pro dictis tribus conditionibus fraternæ correctionis adferunt S. Thomas,[h] Caietanus,[i] Adrianus,[k] Sotus,[l] Innocentius, Panormitanus, & alij Decretalium interpretes,[m] Archidiaconus, Dominicus & alij qui in decretum sunt commentati.[n]

Quarta declaratio, nos etiam ad impediendum peccatum mortale proximi teneri, etiam si opus fuerit cedere vsui nostrorum bonorum, & iurium tam spiritualium, quam temporariorum, quando sine peccato cedere illis

a In cap. 24. à num. 3.

b In 4. de correct. fraterna col. 12.

c 13. quæst. 4. & § 1. 83. dist.

e Le. non tãtum. ff. de appellat. & leg. additos. Co. de episco. audien.
f Pro verb. 24.

g Capit. 24. numer. 27.

h 2. 2. qu. 33. artic. 2. & in 4. distinct. 19.
i In d. arti. 2.
k In 4. de correct. frater.
l Lib. de ratio. tegen. memb. 2. q. 2.
m In cap. nouit. de iudic.
n Cap. si peccauerit. 2. qu. 1.

possumus, & nisi cedamus bonis illis peccatum proximi A ignorantiæ, aut infirmitatis impedire non poterimus, argum. illius. [a] *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis*, [b] & S. Thom. scribit. [c]

48 Quinta declaratio nos tamen minime teneri ad impediendum peccatum mortale proximi, vt omittere debeamus vsum nostrorum bonorum, & iurium tam spiritualium, quam temporalium quantumcumque aliter peccatum proximi prohibere non possumus, quod ille ex pura malitia, & peruersitate sua, vult committere, iuxta illud Matth. 15. *sinite illos cæci sunt, &c.* Et allata per S. Thomam vbi supra, & notata per nostros. [d] Ex quibus declarationibus contrariæ conclusiones soluuntur. Duæ enim primæ per quartam, & quintam declarationem infirmantur, quia prima de iure, quod quis in proximum habet ad mutuum ab eo petendum loquitur, qui per malitiam, & statum malum vsurarij, & peccati, in quo est, & non per ignorantiam, & infirmitatem peccat. Secunda loquitur de eo, qui suo iure vtitur, & à suo parocho petit, vt suum filium baptizet; qui ex sua malitia, & ob malum statum, non ex honesta petitione peccat. Ad tertiam, de ea, quæ se vanè comit, &c. respondemus nos non dixisse in Manuali nostro non peccare mortaliter mulierem, quæ ob vanitatem venialem se comit, credens aliquem ex eo ipsam mortaliter desideraturam, sed quamuis aliquis ex eo ad eius concupiscentiam mortalem moueretur; quæ C sunt res multum dissimiles. Dicimus itaque mulierem, quæ ob talem vanitatem se nimis molliter ornaret credens N. aut N. ad sui concupiscentiam (ob ipsorum infirmitatem mouendos esse ad mortalem sui concupiscentiam, & ob oculos eos sibi repræsentaret, à peccato non esse excusandam. Non diximus autem sine causa, ob ipsorum infirmitatem. Quia non peccaret componendo se nimis molliter quamuis crederet aliquem, aut aliquos homines qui ex sua malitia, & ob malum statum, in quo sunt, & suam vecordiam vitandi tentationes ad peccatum carnis inducentes, & occasiones, etiam antequam veniant, aucupantes se delectaturos, loquuturos, & malè desideraturos se malè mortaliter sicut alias pulchras, & benè ornatas mulieres; etiam quamuis alias præter ipsam non concupiscerent, modo illud non ex infirmitate, Sed ex sola malitia proficisceretur, aut ex malitia, & infirmitate, quæ non esset caussa peccati, sed comes malitiæ, ex qua illud oritur, iuxta ea quæ dicit S. Thomas de ignorantia. [a] Neque etiam diximus sine caussa N. & N. & non aliquem generaliter, quia videtur minime ea mulier peccaturam esse, quòd aliquem generaliter crederet se desideraturam libidinis caussa. arg. cap. *Ostius*, [b] & eorum, quæ adduximus in cap. *si quis autem*, [c] de conscientia dictante in genere tantum. Ad quartum respondeo, quòd propter scandalum proximi, quòd ex malitia oritur, non tenemur ad non vtendum iure nostro spirituali, aut temporario, sicut dictum est. Ad quintum negamus nos non teneri ad proximũ subueniendum, nisi quando est in extrema necessitate, quam vitare sine auxilio nostro non potest. Tenemur enim quando, & quomodo in prima & secunda declaratione dictum fuit. Sed quò hæc, omnia melius animo sederent, adiuuit approbatio multum R. P. fratris Ambrosij Salazar substituti primæ Cathedræ theologiæ in hac Academia, viri singularis vitæ, & ingenij, iudicij, eruditionis, & energiæ in prælegendo, & concionando, quæ rarò in vnum conueniunt. Defensa igitur restat prædicta conclusio ab argumentis, & dubiis prædictis, ad honorem, & gloriam gloriosissimę sanctæ Mariæ Magdalenæ, cuius festum hodie Ecclesia celebrat, quæ à carissimo suo Deo, & homine Iesu Christo impetret, vt quemadmodum sæpius ipsam à suis detractoribus defendit, sic tua potentissima intercessione ab omnibus peccatis mortalibus nos seruet; atque nobis ad inuicem spiritualiter, & corporaliter defendendum gratiam, & in eo perseuerantiam impertiatur, quoad æternam gloriam consequamur, Amen.

a Matth. 18. b Ezech. 2. de nost. oper. nūc. c 2. 2. q. 43. artic. 7. & 8.

d In cap. qui scandalizauerit de reg. iur. & d. cap. 2. de nou. oper. nunciat.

a 1. 2. qu. 76. artic. 1. & 2. b De elect. c De pœnit. distinct. 7.

Salmanticæ 11. Kalend. Augusti 1556.

FINIS COMMENTARII RESOLVTORII de defensione proximi, & translationis; ad laudem, & gloriam Deiparæ conceptionis. 7. Idus Decembris 1569.

COMMEN

COMMENTARIVM RESOLVTORIVM DE SIMONIA MENTALI, ET INTELligentia, capit. fin. de Simon. ad cuiusdam loci Manualis confessariorum declarationem.

Prosequenti mihi Manualis confessariorum, & pœnitentium recognitionem, obscurus ille locus de Simonia mentali occurrit, atque statim in memoriam reuocauit, vt nonnulla in lucem ederem eorum, quæ anno 1532. in cap. fin. de Simonia, insinuauimus, cum cathedram Decretorum consequuti, & nondum primam huius florentissimæ Academiæ Salmanticensis adepti essemus, cui sanè eiusque moderatoribus cathedrarum præsidibus, & scholasticis plurimum debeo. Decreui itaque ad declarandum illum locum, qui quasi inexplicabilis habetur, id aggredi, & dictum cap. & eius communem intelligentiam defendere, & quod eam sequuti in Manuali diximus, & quod in quæstione adeo quotidiana à multis illustribus auctoribus per vniuersum orbem traditum est, & ab argumentis, & nouis recentiorum aliquorum, licet doctissimorum virorum, intelligentiis tutatum est sequi, in quo summa, succi plena, & affectata breuitate, qua vsi sumus in Manuali Deo iuuante vtemur.

GREGORIVS IX. IN CAP. XLVI. QVOD est postremum tituli de Simonia.

MAndato nostro recepto, vt cum monachis, qui per Simoniam, dato aliquo, locum in Monasteriis sunt adepti, secundum constitutionem generalis Concilij dispensares. Et infra Consult. tuæ breuiter respondentes, dicimus mandatum Apostolicum, etiam ad Abbates extendi, & ad resignationes spiritualium, & temporalium, quæ nullo pacto, sed affectu animi præcedente, vtrimque taliter acquiruntur (in quo casu sufficit delinquentibus per solam pœnitentiam suo satisfacere creatori) eos pro Simonia huiusmodi non teneri.

SVMMARIVM.

1 *Dispensare qui permittit cum Monachis, permittit etiam cum Abbatibus; & eius ratio.*
2 *Doctor Miranda Sanctius Carranza Nauarrus auctoris præceptor.*
3 *Abbas Monachus esse non desinit, si antea erat. nu. 2. intelligitur pro Monacho, etiam in materia non fauorabili.*
3 *Gratia quæ amplianda, & quæ restringenda.*
3 *Dispensatio quamuis restringendo sit, non tamen facultas dispensandi, nisi personæ exprimantur, licet neutrum ad defectum naturalem extendatur.*
4 *Dispensare præter Papam nemo sine caussæ cognitione debet, in quo magno opere erratur.*
5 *Verba, etiam in materia odiosa, quæ propriè significant, omnia includunt.*
6 *Dispensatio cum Monachis vnius Monasterij, Abbatem Monachum includit.*

PRimum, quod ex hoc cap. colligitur est illa notabilis conclusio, qui mandatum, & facultatem dispensandi cum Monachis à Papa habet, etiam cum Abbatibus dispensare potest. Quod ex illo colligitur, quia dicit, mandata à Papa habentem, iuxta concilium generale, dispensandi cum Monachis in Monasteria per Simoniam receptis, posse cum Abbatibus dispensare. Vnde multum miror qua ratione acutissimus Ioannes Maior, [a] (quem citare sane libenter soleo, tum ob suam dignitatem, tum quia discipulus fui in philosophia carissimus illius eius excellentis auditoris doctissimi Doctoris Mirandæ Sanctij Carranzæ Nauarri, ornamenti Academiæ Complutensis, & Canonicatus Magistralis Hispalensis) dixit hoc cap. conditum fuisse ad definiendum cap. *Quoniam*, huius eiusdem tituli, quod de monachis loquitur, locum in Abbatibus habere; quia verba illa, *mandato nostro recepto*, apertè probant illud loqui de interpretatione mandati, quod ad dispensandũ Papa Gregorius IX. misit, & non de interpretatione, dict. cap. *quoniam*, quod ante quam Gregorius I X. Papa crearetur decretum fuit in Concilio generali, cui Innocentius I II. præfuit, cui Honorius I II. & huic Gregorius I X. successit. Verum est tamen quod quamuis hoc capit. editum non fuerit eius caussa, quod ipse dicit, illud tamen bene ex hac inductione colligi posset, quia qui rem aliquam dicit, omnia eidem rei subiecta approbare videtur, [b] & Gregorius I X. dicit mandatum suum dispensandi iuxta formam illius cap. de Abbatibus intelligi; quod fieri non posset, si illud cap. quod solum de monachis, & monialibus loquitur, Abbates, & Abbatissas non comprehenderet: colligi etiam ex hac fortiori ratione potest, quia iuris communis constitutio fauorabilior, quam mandati Papæ est. arg. l. *eius militis*, [c] & cap. *ad hæc*, [d] adiuncto cap. fin. [e] Et hic rextus dicit, mandatũ missum in materia, dict. cap. *quoniam*,

a In 4. sent. distin. 25. q. 3.

b Leg. 2. ff. de iuris. om. iud. & capi. præterea. de offi. deleg.
c § si militia missa. ff. de milit. testā.
d Capit. nonnulli de rescript. & cap. gratum. de offic. deleg.
e De offi. le.

pro monachis Abbates concludere. Ergo à fortiori illo cap. quod de monachis loquitur,includentur.

2 Neque tamen glossa hic, neque Ioannes Maior illic causſam attingunt,cur mandatum, quod de monachis loquitur,se ad Abbates extendat, cum aliud Abbates aliud monachi , & aliud etiam capitulum esse videantur , in rubric. de his quæ fiunt à prælatis sin.conf.capit. Et cum certum sit ex rescripta contra monachos impetrato, procedi contra Abbates non posse.arg.cap. *sedes*, [a] vbi id annotauit Innocentius:quin etiam clem.1. [b] quæ de religiosis loquitur,videatur prælatos non comprehendere, sicut significant eius glossa magna.post medium , [c] & Calderinus super illam. [d] Verum ratio elegantis huius conclusionis,duabus, aut tribus notatu dignis propositionibus constat. Prima , est monachum ex eo , quòd Abbas fiat, non desinere esse monachum,arg. capit. *cum ad monasterium*, [e] vbi Panormitanus,& communis hoc sentiunt. Secunda est,mandatum prædictum Gregorij IX. quo facultatem dispensandi cum monachis ex constitutione iuris, dabat donum , & gratiam fuisse, ideoque fuisse fauorabile. [f] Tertia , gratiam hanc & concessionem nemini præiudicare , neque iuri aduersam, neque ambitionis occasionem dare;quam adiunximus , quia gratia tertio præiudicans restringenda est. [g] Sicut rescripta litium ipse iurisdictioni ordinariorum derogantia restringuntur,[h] & priuilegia , [i] iuri contraria ; & gratiæ expectatiuæ beneficiorum,ob occasionem ambitionis , quæ eas consequitur. Quod si dixeris qui dispensat, & relaxat, iuri communi præiudicat , iuxta glossam *§. nisi rigor.* [k] & consequenter mandatum huius textus , quod loquitur de dispensatione, restringendum esset , & non amplificandum; respondebitur aliud esse dispensare , de quo tua obiectio loquitur,quæ prædictis qualitatibus caret,& restringi debet,[l] & aliud facultas dispensandi , quæ prædictas qualitates habet,de qua noster textus loquitur , & ideo amplificanda est.

3 Ex quibus omnibus colligitur , quòd quamuis actus dispensandi odiosa res sit, & restrictione digna, [m] mandatum tamen ad dispensandum,res est fauorabilis,& ampliatione digna , iuxta glossam clem. 1. [n] quam Panormitanus , & Rauennas ibi , & Cardinalis cum Felino , [o] & alij alibi dixerunt singularem , pro qua hic , & alibi hic textus sæpe ponderatur. Quamquam nunc (licet antea nunquam , à nobis animaduersum sit) hoc cap. conclusionem tam generalem non confirmat. Solum enim probat mandatum dispensandi,quod à Papa datur in casibus, in quibus illud fieri ius constituit , amplificandum esse, quia tale erat mandatum de quo textus loquitur , si illa verba , *Secundum constitutionem generalis Concilij dispensares*, bene perpendantur. Omnino tamen ita generaliter proposita conclusio tenenda est , quamuis hoc textu illa necessario non probetur. Siquidem facultatem alicui dispensandi concedere , est gratuitum munus , neminique præiudicat, neque iuri aduersatur , neque ansam , & occasionem ambitionis præbet ; quæ sunt quatuor dictæ qualitates fauorem, & amplificationem inuehentes.

Ex hac conclusione denuo nonnulla alia inferuntur vtilia; quæ Felinus hic refert , hanc moderans absque necessitate , licet non sine veritate , nempe ne quoad defectus naturales intelligatur , ad quos non extenditur, neque etiam ad supplementum, quo Papa generaliter vti solet , quando alicuius statuti defectum supplere vult, iuxta singulare dictum Hostiensis, [p] qui prudenter tamen eam moderatur, ne locum habeat, quando personæ, cum quibus dispensatur , exprimuntur,sicut dixit hic Panormitanus nu. 5. & sensit glossa , [q] quia tunc potius illa est nostro iudicio dispensatio quædam executioni nondum mandata,quam simplex facultas dispensandi.

4 Moderatur etiam eam Felinus vtiliter magis quam conuenienter, ne ampla hæc interpretatio adeo extendatur , vt mandatario facultatem causſæ cognoscendæ, cur dispensatur , adimat ; quia numquam in dubio censetur Papa eam adimere velle,quin potius omnes delegati, & ordinarij cognoscere debent causſam dispensandi, quæ occurrit , antequam dispensent , sicut singulariter dicit Innocentius. [r] Ex quo inferri potest quantum erant multi Nuncij Apostolici,multi comites Palatini , & alij ordinarij in casibus sibi permissis non sine magno reipublicæ detrimento , dispensantes sine causſa, & absque eius sufficienti cognitione, & nulla præuia informatione instructi , non considerantes se grauiter in eo peccare auctoritatē Papæ vsurpantes, qui solus tamquam supremus Christi Vicarius absque tali cognitione dispensare potest , cuiusque sola dispensatio sine causſa facta, quoad legem humanam generalem valet;ad quem solum pertinet si, & quando in eo peccet,iudicare.

Episcopi porro , & alij superiores ipsis , ac inferiores sine causſa atque absque cognitione eius , aut informatione debita in sacris canonibus , etiam in casibus illis concessis dispensare nequeunt , sicut singulariter Innocentius [a] ab omnibus receptus definiit ; quamuis hoc facere possent in suis constitutionibus synodalibus , in quibus aliquid præter ius commune statutum est ; & ita sit vt multi magna cum irreuerentia sedis Apostolicæ , & graui suæ scientiæ onere, & rei publicæ damno tam facile circa sacros Canones, tam in casibus in quibus possunt , quam circa suas constitutiones dispensent ; quod certe maximè reprehendi , quin , & sicut dicit Innocentius vbi supra, puniri deberet.

5 Ex prædictis etiam infertur, dispositionem , quæ loquitur de monacho , si materia non est fauorabilis , Abbatem non comprehendere , sicut omnes hic sentire videntur. [b] Sed nostra sententia non est necesse , vt materia fauorabilis sit. Satis enim est , vt odiosa non sit , & ex earum numero quæ restringi solent. Quare si quispiam vouerat,aut alio modo se obligaret ad exhibendum prandium , aut vnam vestem , librumve vnum aliquem singulis monachis talis Monasterij præbendum,teneretur Abbati , atque prælato idem , quod cuilibet alteri monacho tribueret;sicut sentit Bartholus receptus. [c] Addimus etiam non sufficere , vt materia quouis modo odiosa sit , nisi etiam ex aliquibus coniecturis colligatur intentione instituentis non fuisse Abbatem includere in sua dispositione , quia semper sequimur hanc conclusionem , verba posita in aliqua dispositione,quamuis sit odiosa, tam latè esse accipienda , quam eorum propria significatio pateat, per ea, quæ post Aretinum , [d] & alios recentiores copiosissimè in cap.2.& cap. *quia in tantum*, [e] alias docuimus:dicimus & certum est Abbatem propriè Monachum esse , & hoc vocabulum , *monachum* , in propria sua significatione comprehendere eum , qui verè monachus est, licet aliquam dignitatem sit consequutus.

6 Ex hoc inferimus aliam conclusionem , quæ est contraria sententiæ , quæ ex verbis omnium hic colligitur; quòd si Papa hodie cum monachis omnibus , aut religiosis talis Monasterij dispensaret in irregularitate ob violationem talis interdicti incursa , cum Abbate , aut prælato illius Monasterij iam professo dispensare videretur;quamuis actus dispensandi odiosus sit, & restringi posit iuxta omnes , quia vocabulum illud *monachus* , aut *religiosus* , sua proprtia significatione Abbatem professum includit ; & nullæ sunt coniecturæ idoneæ censendi auctorem dispensationis eum in hoc casu comprehendere noluisse. Inferimus etiam ex his omnibus aliam nouam, & singularem conclusionem , neque hunc textum,neque alias similes decisiones locum habere in Abbatibus , & prælatis commendatariis , qui numquam professionem ediderunt,neque verè monachi sunt , aut canonici regulares ; quia principalis ratio textus , & similium decisionum est , quoniam Abbas monachus esse non desinit, ex eo quòd Abbas creatus sit , quæ quidem ratio in Abbate, aut prælato commendatario nondum professo locum non habet ; quippe qui nec propriè , nec impropriè monachus,nec Canonicus regularis dici potest.

SVMMARIVM.

8 Simonia mentalis peccatum , & facit Simoniacum. nu.7. est harum duarum speciarum,&c.
7 Peccatum quid;& voluntatis,oris & operis, eiusdem speciei, & malitiæ.
11 Simonia habet has tres species. num.8. & reperitur mentalis

vbi est

a *De resciip.*
b *De regula.*
c *Dicta clem.* 1.
d *Ibidem op-posit.6.*
e *§. fin. de stat. monast.*
f *Capit. cum dilecti,de donat.§ fin. ff. de constitut. princip.*
g *Leg.3. §. si quis à princi. ff.ne quid in loc.public. & cap.super eodem de offic. deleg.*
h *Cap. P. & G.de offi. deleg.& ca. ad hæc de referi.*
i *Capite sane. & c.porro de priuileg.*
k *i quæst. 7.*
l *Cap.1.& 2. de fil.presby.*
m *Cap.1 & 2.de fil.presbyt.libr.6.*
n *De offi.vicarij.*
o *Capit. perpetuus.de fid. instrument.*
p *In cap. fin. de transact.*
q *In cap. literas,verb. ordinarij.de fi. presbyt.*
r *In ea.dadū 2. de electio. col.fin. & in cap. cum ad monasterium de statu monac. & c. veniens de fil. presbyt.*

a *In cap. veniens.de fi. presbyt.*
b *In clem.1. de regular.*
c *In leg. si seruus communis. ff. de stipe. ruff.*
d *In leg.cum lege.ff.de testam. & in c. de literis. de testib.*
e *De prob.*

vbi est promissio exterior sine interiore.num 9. quæ sit illa. num.10.sed ad restitutionem non obligare.

7 SEcundum,quod ex hoc cap. colligitur,est,simoniam mentalem peccatum esse ; quia eam committentes appellat delinquentes illo verbo *delinquentibus*,& quia id manifestè significat ob eam pœnitentiam agere oportere, illis verbis,*Sufficit ità delinquentibus per solam pœnitentiam suo satisfacere creatori.*

Et quia peccata cordis,oris, & operis eiusdem speciei, & malitiæ sunt,vt scribit D.Thomas , [a] & nos diximus in nostro Manuali, [b] & constat peccatum simonię opere perfectum grauissimum esse peccatum, [c] tum etiam quia tota peccati definitio ei conuenit.qua D. Augustinus vsus est, [d] super cuius commentario id declaramus,scilicet *esse voluntatem consequendi eius,quod à iustitia vetatur.*Et simonia mentalis huiusmodi est,sicut patet.

Glossa tamen secunda huius c. cum qua concordat alia in *c.consulere.* [e] oppositum sentire videtur,quatenus ait,neminem ob solam voluntatem cōmittendæ simoniæ,simoniacum esse;ac manifestū est,per simoniā mētalem nullum aliud peccatum,quam simoniæ cōmittere ; Simonia ergo mentalis peccatū nō est, nullus ergo peccat.Id tamē in rei veritate ea glossa non sentit,quicquid Ioannes Maior dicat, [f] dū verba ipsa magis ab eo ponderantur quàm illorū sententia contra *c.intelligentia.* [g] quia hæc ipsa glossa ipsū peccare declarant,& dicēdo non esse simoniacum , noluit dicere peccatum simoniæ non committere , sed non esse ex eis,quos simoniacos ius communiter appellat , qui sunt hi qui eam opere perficiunt,& pœnas contra illas constituras incurrunt.Denique voluit dicere non esse simoniacum actualem,sed solum mentalem.

8 Vnde sequitur multas esse simoniæ species,scilicet solam mentalem,solam mentalem conuentionalem , & realem,sicut diximus in Manual. [h] postquam quid simonia esset declarauimus vbi supra, [i] quid sit spirituale & quot eius species sint ibidem, [k] quid vnaquæque harum trium simoniarum sit. Et mentalem esse velle dare , aut accipere rem aliquam temporariam pro pretio rei spiritualis absque vlla datione, & receptione, aut velle accipere aliquid spirituale aut dare, accipiendo , aut dando aliquid temporale absque declaratione nec expressa, nec tacita illius malæ voluntatis,& consequenter sine pacto expresso,vel tacito.

Cui nunc addimus simoniam mentalem diuidi in simoniam mentalem, quæ ad accipiendum,aut dandum aliquid re ipsa non peruenit,& simoniam mentalem, quæ ad accipiendum,vel dandum aliquid peruenit , sine declaratione nec expressa,nec tacita iniquæ voluntatis dandi, aut accipiendi rem spiritualem pro temporali.Diximus. *neque expressa , neque tacita.* ad significandum non esse simoniam mentalem sed realem sponsionem aliquam centum ducatorum facere cum eo , qui habet potestatem conferendi aliquod beneficium vacans , de conferendo illo N. filio suo,aut consanguineo vel non collator beneficij optaret non cōferre:sed ne cui spōsione cadat, ei cōfert ; quia tacitè spōsio illa pactū quoddam est, quo aljus centum ducatos det , quòd ali? beneficiū ei cui ille optat cōferat. Huic similis sane fuit illa promissio quam magnus, & prædiues quidam Dominus fecit magno cuidam Regi optanti vehementer vt debita quædam quæ summam viginti millia ducatorum excedebant à quodam Episcopo demortuo relicta ab eius successore dissoluerentur, obtulit enim se, si gratum suæ celsitudini faceret ad ea debita persoluenda de patrimonio , quod N. eius filius à se, & ab eius matre consequi legitime poterat,deberet ; quia cum eius filius facerdos esset , & doctrina , atque virtute ornatus sufficienter tacitè intelligebatur illum id facere velle , vt N. filius ipsius ad Episcopatum , qui morte eius episcopi,cuius tot erat debita vacauerat,prefaretur.

9 Addimus etiam dubium esse an sit simonia mentalis, conuentionalis,vel realis si aliquis se obligat ad promittere tot ducatos tibi soluendos & instrumentum de resolutione illorum authenticum conficiat,quò ille Episcopatum aliquem,aut aliquod aliud beneficium illi conferas nullam omnino voluntatem habens nec emendi illud beneficium , nec promissis suis standi. Cui doctissimus Caietanus [a] (quem sequitur Sotus [b]) respondet quòd nō;quia culpa,& determinatio actuum exteriorum ab eis, quæ in interioribus insunt, fumenda est,vt scribit D. Thomas , [c] & sic simonia realis esse non potest vbi mentalis non est. Tū,quia simonia definitur per glossam summæ, [d] & in Man. [e] *voluntas studiosa emendi &c.*& in isto casu vera emptio esse nō potest,& vbi nō est vera ēptio,sed apparēs vbi nō vera sed apparēs simonia reperitur,& cōsequēter in hoc casu nō est vera,sed apparēs simonia.Ex quo infert Caiet. vbi supra, quòd quāuis eiusmodi promissionis auctor peccet participādo in simonię mētali eius,qui vult ei vendere spirituale,& seipsum infamādo ,aliosq; scandalizando & insuper mentiendo,non tamen peccat committendo simoniam, ex quo vterque infert illum non teneri ad beneficium eiusmodi dolo acquisitum relinquendum.

10 Nobis tamen primum dictū Caietani verū non videtur, quod tamē ex eo infert satis probatur, quia credim? vtrūque horū simoniam mentalem , & conuentionalem cōmittere. Vt enim peccatum aliquod , sit simonia, non est necessarium , vt vera , & propria voluntas emendi aut vendendi intercedat , sed sufficit voluntas faciendi,aut dandi aliquid temporale pro aliqua re spirituali consequenda. Per emptionem enim & venditionem in hac simoniæ materia, nos intelligimus omnem contractum non gratuitum,vt in rubric. [f] latius diximus, ac retigimus in Manual. [g] & tradunt omnes, [h] quod in hoc casu reperitur. Nam alter istorum vult spirituale vendere;& alter quamuis non velit emere spirituale per veram emptionem vult tamen facere,& facit rem temporariam , pro qua alter aliam spiritualem confert quippe qui vult promittere & facere quod & facit promittendo,& obligādo & facere se exterius.& illi instrumento assentitur,quæ est res temporaria pretio æstimabilis.

11 Confirmatur hoc,quia nemo negaret simoniam esse, si beneficium aliquod tibi darem,ea conditione qua te ad dandos mihi instrumento aliquo aut alteri mille ducatos obligares, ex qua obligatione ad illorū solutionem compelli posses,quicquid in animo tuo clausum habeas, siquidem beneficium ob rem pecunia æstimabilem tibi do. Secundum vero quod vterque ex illo infert , scilicet illum ad relinquendum beneficium , ratione talis simoniæ non teneri:rectè quidem dictum videtur , sed non propter rationem,quæ illos mouit,quòd non sit peccatum simoniæ, sicut illi dicunt,verum quia non est nisi mentalis , & conuentionalis,& non realis; quæ sicut infra [i] dicemus, ad restitutionem non obligat,iuxta probatos auctores Cassadorum; [k] & Gomezium, [l] quos in Manu. [m] & in *c.si quando.* [n] sequimur.

SVMMARIVM.

12 Simonia mentalis ad restituendum non obligat.cum eiusdem defensione.nu.13.& sequ. quamuis lege naturali & diuina prohibita sit,nec etiā in foro conscientiæ.n.26.licet ab vtraque parte perficiatur.num.27.
15 Pontificia declaratio obedientiam,& submissionem intellectus exposuit.
16 Intelligentia inepta huius cap.aliquorum theologorum.nu.16. & 3. sequentibus.
20 Pœnam Ecclesia ob opus mentale nō infligit,nec ob illud, quod solum modo malum est.
24 Qualia peccata mentalia , quamuis damnum consequatur, ad restitutionem non obligent.
28 Simonia mentalis,& conuentionalis ad restituendū non obligat,priusquam &c.
30 Collatio beneficij suspensa non manet.Beneficium vacare fingitur.
31 Emphyteosis pro vacante non habetur sine domini voluntate.
32 Excommunicatio pro incursa non habetur in pensionibus quoad,num.33. &c.
32 Auctor declarationem simoniæ conuentionalis optat.

12 TErtium , quod ex hoc cap .colligitur,est simoniam mentalem ad id restituendum quod ex ea quis est consequutus non obligare , sine illud spirituale sine temporarium sit.Ex quo etiā sequitur nullā per eam quā aliam pœnam à iure co nera simoniacos constitutam per eam in-

a *In 1.tom.q. 2.de simonia.*
b *Libr.9.q.3. artic.1.de iustit.& iur.*
c *1.2.qu.20. artic.1.2.& 3.*
d *1.quæst.1.*
e *Capit. 23. numer.90.*
f *Supra eod. g Capit. 23. numer.103.*
h *In 4. distt. 25.*
i *Eodem nu. 28. & sequ.*
k *In decis. 5. de pactis.*
l *In regula de triennal. qu.12.*
m *Ca.23.nu. 105.*
n *De rescrip. pagin.12.*

curri de qua re in cap. *i.unic.* [a] & alijs in locis ibidem per Innocentium & alios citatis, agitur: quia obligatio eius rei restituendæ quæ per simoniam quæritam est, non est pœna, iuxta aliquos, sed debitum & obligatio ex iniusta eius, quod nõ debebatur acceptione contracta: Quod si à quibusdam pœna dicitur, hoc est ita intelligendum, vt non sit pœna tam extrinseca, & odiosa, quam pœna suspensionis, vel excommunicationis, vel priuationis quæ per extrauagantem, [b] infligitur. Cum igitur per eam obligatio restituendi non contrahatur minus aliæ pœnę incurrentur ar. c. *cũ in cunctis.* [c] in qua sententia omnes conueniunt & probant etiam multo magis, hanc conclusionem veram esse in prima duarum simoniarum mentalium prædictarum, in qua nihil re ipsa datum est nec acceptum.

Magna tamen est difficultas an tertia conclusio, & eius illatio locum habeant in altera simonia mentali. in qua ex mala voluntate peruenitur ad dandum aut accipiendum aliquid temporale pro spirituali reipsa, nulla illius facta omnino declaratione, & sine aliquo vel expresso pacto vel tacito; & nonnullis videtur hæc conclusio in hac simonia non esse tenenda, in quibus sunt Maior, [d] Adrianus, [e] Sotus, [f] quia vsurã mentalem omne per eam acquisitum ad restituendum obligare, & vt nos latius diximus in cõmentario de vsuris: [h] nec idoneũ discrimẽ quo ad hoc inter illam, & vsuram mentalem inueniunt. Nobis tamen semper probabilis & sequenda visa est communis opinio, quę contrarium defendit, quam nos hic & multis alijs in locis pluribus rationibus alias defendimus.

13 Primo, quòd hic contextus iuris in secunda parte tam manifestè illud dicit, vt magnæ nobis temeritatis videatur esse illud inficiari, adiectis glosijs ab eo omnino distentaneis, nec animaduertimus causam præbere: ad enim alijs multis textibus faciendum & negandum illos definire. quod in illis definiri apertè constat.

Secundo, quia in hodiernum vsque diem ita illum textum glossæ & ferè omnes doctores canonistæ, & theologi intellexerunt, de quibus est Innocentius IIII. ibi, quicquid illi imponat Syluester (qui tamen si benè consideretur communem opinionem tener.) Hunc enim textum ille exemplo declarat in duobus, quorum vnus ob beneficium obtinendum alteri seruiuit; & alius dedit ei beneficium ob eius ministerium & quorum neuter suam iniquam voluntatem alteri declarauit. Quod sane declarat eum textum Sum de prædicta secunda simonia illum aperte intelligere. Ex quibus etiam est S. Thomas, [i] quicquid dicat Dominicus Sotus. [k] Eius enim verba hęc sunt. Quod quoad Deum sola voluntas facit simoniacum. Sed quoad pœnam Ecclesiasticam exteriorem, non punitur, vt abrenunciare teneatur, sed debet de mala intentione pœnitere, hęc D. Tho. Et quamuis pro desiderio quod habuit prædictus Sotus, vt doctissimus, ille & sanctissimus vir pro sua opinione faceret contra communem sententiam faciat apparere illud eius dictum non esse intelligendum de simonia mentali, de qua communis opinio intelligenda est, sed de alia exponendum videatur: id tamen dici nullo modo potest. Aperte enim de hac loquitur, tã in propositione sexti argumenti, quam in eiusdẽ solutione, quia manifestè agit de simonia, quę sola intentione interiori sine vlla exteriori operatione cõmittitur, de qua solus Deus iudex est; & agit de ea, quæ est peccatum mortale quia dicit de ea pœnitentiã faciendã esse; & loqui de simonia mentali, qua aliquid quæsitum fuit: affirmat enim ad beneficium per eam quæsitum renunciandum Simoniacum non obligari. Præterea (quòd ex ipsius Soti doctrina consequitur quis eorum, qui sapientiam illius angelici Doctoris in debito honore habeat, dicere audebit illum in dubium reuocasse proponendo vnum argumentum, & illud tam sigillatim soluendo, de quo nemo nunquam nec doctus quidem dubitaret, scilicet an sola voluntas emendi beneficium, absque vlla emptione, hoc est datione, & acceptione alicuius rei ob illud ad restitutionem obligaret.

14 Neque obstat id, quod dicit Sotus, videlicet eum si de illa sensisset hoc cap. fi. fuisse prolaturum, cum iam suo tempore factum esset; quia mille in locis S. Thomas propositiones per expressos canones definitas absque eorum citatione concludit theologorum morem sequutus; quamuis sæpe eos citet summa cum veneratione, & quarumdam glossarum quas vocant Aurelianẽses, quę textum peruertere dicuntur parua existimatione. Et sic etiam dicit ibidem ipse Caietanus prædictum scilicet S. Doctorem, suam responsionem ex illo textu desumpsisse. In eadẽ etiam opinione sunt Hostiensis & Ioannes Andreas, quicquid Syluester dicat; & quamuis ratio eorum, cur simonia mentalis ad restituendum quod per eam acquisitum est, non obliget, & vsura mentalis sic, locum non habeat nisi in simonia per Ecclesiam seu lege humana inducta; ipsorum tamen conclusio generalis est. Protuli hos auctores maximè celebres eo quod aliqui eos in contraria sententia esse putant; reliquam verò magnam turbam, quam dinumerare non est facile prætereo.

Tertia ratio quæ nos in hanc conclusionem tenenda nocuit; est, quòd causa, cur multi vt ab hac communi opinione, & huius textus declaratione, cum glosijs illum confundentibus discederent, est idoneam neminem rationem eos inuenire potuisse, cur vsura mẽtalis ad restitutionem obliget, [a] non autem simonia mentalis. Panormitanus enim, [b] ostendit idoneas, ante ipsum idoneas esse redditas, & idem de ijs quas ipse reddidit intelligendum esse significat, quia postrema, quam vt meliorem, ipse approbare videtur, reprehensione digna merito iudicari debet, quia dicit hoc cap. intelligi de eo, qui non habuit intentionem principalem; sed solum secundariam dandæ, aut accipiẽdæ alicuius rei temporariæ pro spirituali; quod sic intelligi non potest; quia hic textus loquitur de simonia, quæ est peccatum mortale, vt per illa verba *delinquentibus, & satisfacere per pœnitentiam.* probatur. Et simoniacus de quo loquitur Panor. non peccat, sicut ipse sentit, & bene, per rationes, quibus in commento de vsuris [c] probauimus, nõ esse peccatũ ob lucrũ minꝰ principaliter mutuare.

Hæc tamen ratio, quæ aliquem mouit, vt contra communem conclusionem teneret, neminem ad id mouere debebat. Tum quia nos intellectum nostrum declarationi submittere debemus, cum omni humilitate credentes quæ Papæ ab eo statuta sunt; licet eorum quæ ab ipso declarantur, ratio à nobis non intelligatur. argumento capitul. *ego solis.* [d] ibi: *Vel me minime intellexisse non ambigam.* Putantes rationem illam aliquam ad hoc impulisse defuisse sicuti credibile est doctissimo Gregorio IX. eiusque sapientibus consultoribus non defuisse. Tum quia dixit Ioannes Anania ibi, quòd ratio idonea huius declarationis ab ipsius auctore petenda erat. Tum quia videtur velle sapere plusquam oportet, qui textum tanquam regulã Lesbiam ita detorquere vult, vt ex sua sententia loquatur cum quod ille habet, sibi non probetur. Cuius tamen textus non idonea statim reddatur.

Quartum, quod ad id nos mouet est, quòd hic textus non potest intelligi, quo modo eum intellexit Ioannes Maior, [e] iactans se, quando sibi dubium occurrit, nullam se rationem glossarum, & doctorum habere, & ita irridens Ioannem Andream & Panormitanum dicit illos exorto contrario vento suam hanc intelligentiam ad portum deducere non potuisse; & ideo tenet hoc cap. locum tantum in prima ex his duabus simonijs mentalibus prædictis habere; per quam nihil accipitur, licet accipiendi voluntas intercedat.

Et illa verba textus, *vtrimque acquirantur.* quæ apertè illi contradicunt, exponit, id est quæ homo habere veller, & acquirere simoniace.

Neq; bonus ille vir aduertit se textum peruertere quo ad verba, & quo ad sententiam Papam ignorantiæ nimię indicendo loquacitatis & multiloquij arguere non veretur, cum Pontifex ille doctissimus fuerit ac breuitate verborum, & sententiarum copia & dignitate excellat omnibus Pontificibus, quorum decreta in Decretalibus continentur. Eius enim expositio significat Gregorium Papam ignorasse differentiam quæ est inter acquirere, & acquirere velle; eumque dubitasse, aut credidisse id inter doctos controuersum esse, de quo nullus scholasticus, vel tribus annis in iure Pontificio versatus dubitat, scilicet quòd sola voluntas furandi, aut malè accipiendi sine acceptione ad restituendum non obliget. Significat etiam

eum

[a] *De simonia* 2.

[b] 2. *de simon.*

[c] *De elect.*

[d] *In 4 distin. 25. quæst. 7.*

[e] *In quodlib. 9.*

[f] *Libr. 9. q. 8. artic. 1. de iustit. & iur.*

[g] *Cap. consuluit. de vsur.*

[h] *In cæpit. 1. 14. quæst. 3.*

[i] 2. 2. q. 100. *artic. 8. ad 6.*

[k] *Li. 9. qu. 8. artic. 1. de iustit. & iur.*

[a] *Capit. consuluit. de vsur.*

[b] *In d. ca. fin.*

[c] *Cap. 1. 14. qu. 3. num. 19.*

[d] *9. distinct.*

[e] *In 4. dist. 25. quæst. 7.*

eum leges superuacaneas accumulasse.

Quia enim dixerit tam deliberatè, & tanto verborum apparatu Gregorium IX. definiuisse voluntatem emendi, aut vendendi rem spiritualem pro temporaria, absque emptione, & venditione vel absque alicuius rei largitione, aut receptione ad restitutionem non obligare: dicendum eidem est, ipsum de hoc aut dubitare, aut credere de eo multum fuisse dubitatum. Ex quo fit vt propter huiusmodi, & similes extortas declarationes, quibus aliqui declararunt, & declarant adhuc multos iuris textus, adeo confusum & inconditum ius habeamus. Considerare tamen deberemus non solum vnum, aut alterum, sed multa etiam argumenta quæ contra quamlibet legum decisionem, proferuntur, tolli penitus & eneruari per alia longe meliora, argumenta quæ pro illa reperiuntur; & pro talibus ea habuisse legislatorem.

Quare ab eo, quòd planè textus sonat ob aliquas verisimiles ratiunculas quæ se se nobis offerunt sine diligenti contrariorũ examinatione discedendũ nobis non esse.

Quintum, quod ad prædictæ conclusionis defensionem nos mouet, est, quod nec potest hic textus intelligi quomodo Adrianus [a] sensit, quem Sotus vbi supra sequitur, nisi vis magna verborum contextus inferatur ipseque penitus destruatur. Manifestè eum constet vim inferri, & illum detorqueri ad asserendũ quod inficiatur. Primò, quia quo textu in suã trahant sententiam iubent notam rubram demi, quæ paragraphum, & diuisionem significat, & ponitur ante illa verba *& ad &c.* sine auctoritate vlla doctoris & veteris alicuius exẽplaris vel cõmẽtatoris celebris, qui in illud hactẽus scripserunt, & ita tacitè detrahi volunt manusculum E, versum initijs, & periodorũ principijs aptum, quod semper in prædicto contextu adhibitum est, & in e, paruum mutari iubent contra perpetuam consuetudinem à Gregorio IX. hucusque seruatam, nullo ad id producto teste aut exemplari, sicuti videmus mutatam esse dudum, in quadam Parisiorum impressione.

Secundo, quia volunt contra omnem vsum, illud verbũ *extendi.* in prima clausula positũ ad consequentem referri, quod fieri absq; turpi solœcismo nequit; siquidẽ larina phrasis nõ patitur illam copulatiuã particulam & post aliam præcedentem particulam *etiam*, adhiberi: neque vt illud verbum *extendi.* inter illas duas copulas collocetur. Nam manifestum est iuxta rectam latinè loquendi phrasim hoc verbum ante, aut post vtramque particulam collocandum fuisse.

Nemóque negare potest phrasim, & dictionem Decretalium Gregorij IX. esse maximè elaboratam, & ornatam illaſque omnes summa cum diligentia, & succulenta etiam breuitate, fuisse compositas.

Tertio quia secundum eorum intelligentiam illa verba in quo casu significarent vt in quo casu commissarius seu delegatus esset ad dispensandum, cum illis in eo dispensaret, quod absurdum est, nullique docto, & sani iudicij viri talis circumlocutio probari potest: tum etiam quia per illam suppletionem superflua & risu digna esset eius decisio omnique sensu careret contra stylum omnium Decretalium Gregorij IX. vellet enim dicere Pontifex illos monachos simoniacos mentales, cum quibus dispensaret habens idoneam facultatem à Papa ad id faciendum, non teneri amplius ad suum monachum, & debere renunciare iuri suo remanendi in Monasterijs per illam simoniam mentalem comparato; quam dispositionem superfluam, & ridiculam & fatuam esse manifestè apparet; eo quòd omnes sciunt neminem vmquam dubitasse, an monachi qui sibi ingressum in Monasteria per simoniam mentalem parassent, postquam cum eis dispensatũ esset ab habente ad id sufficientem auctoritatem à Papa, iustè in eis remanere posse valeant: nec etiam vmquam dubitatum esse etiam de monacho per simoniam conuentionalem, & realem ingresso, an post eiusmodi dispensationem in Monasterio remanere posset. Quarto quia constat Papam illic declarare voluisse, quod simoniacus mentalis non incurrit tot pœnas, quot conuentionalis, & realis.

Et iuxta hunc intellectum omnes eadem mensura dimetiendi essent.

Quinto, quia repugnat contextui, quatenus habet, quòd sufficit in casu, de quo loquitur, vt per solam pœnitentiam suo creatori satisfaciat. Et secundum hunc intellectum, non sufficit, immo necessario requiritur vt dispensatio legitimam auctoritatem ad eam habentis intercedat & per consequens præter pœnitẽtiam dispensatio necessaria est, vt per eam idoneus reddatur ad remanendum in monasterio.

19 Sexto, quia iuxta istum intellectum significaret iste textus simoniaco conuentionali dispensationem, & pœnitentiam non sufficere, quod secundum omnium mentem est falsissimum.

Septimo; quòd non solum non est necessaria dispensatio in simonia mentali ad beneficium per eam adeptum retinendum, sed neque in conuentionali; si ab vtraque parte simonia opere perfecta non fuit, sicut diximus in Manual. [a] & in c. *si quando,* [b] post Cassadorum, [c] & Gomezium, [d] & statim copiosius dicemus.

Octauo, quia iuxta istum intellectum dicendum esset, aliquod dubium ante hoc cap. fuisse, an qui auctoritatem dispensandi cum monachis, qui locum in Monasterijs pretio aliquo essent adepti à Papa haberet, vt in eis manerent posset dispensare cum eis, qui per simoniam mentalem ingressi fuissent, quod dictu ridiculum est, cum nullum dubium sit, nec vnquam in toto corpore iuris fuerit, num etiam posset dispensare cum monachis, qui simoniam conuentionalem, & realem commisissent. Denique præter hæc omnia, quorum tertia pars satis super que est ad hunc intellectum confutandum, non considerauit Adrianus neque eius sectator, iuxta eorum intellectum in progressu fieri non posse, vt aliqua constructio tolerabilis apretur postremis illis verbis textus *eos pro simonia huiusmodi non teneri*, vt eum construere volenti palam erit.

20 Sextum, quod nos ad tenendam communem conclusionem mouet, est ratio S. Thomæ, [e] scilicet quòd restitutio quæsiti per simoniam est pœna ecclesiastica, sicut apertè ille sentit, & Ecclesia non potest ob malas voluntates, seu culpas solum mentales pœnam constituere, vt habetur in cap. *cogitationis.* [f] vbi latè, & radicitus id probamus. ergo nec consequenter ob simoniam mentalem.

Nec obstat dicere hanc simoniã mentalẽ, de qua loquitur hoc cap. non esse ex numero peccatorum, quæ intra solam mentem perficiuntur, sed de his esse quæ germinant, & in opus erumpunt, licet non explicata mala voluntate. Dico inquam hoc non obstare, quia sicut Ecclesia propter malum opus omnino interius, seu mentale punire non potest, sic nec propter exterius quod solum malum est ratione, & relatione ad inordinatam volũtatem interiorem, sicut in sinuat Bonifacius VIII. in c. *venerabilibus.* [g] cum ei annotatis, [h] & pulchrè expresit quidam Parisiensis, Iacobus Almainus, [i] huiusmodi autem est hæc simonia mentalis, scilicet datio, & acceptio exterior nulla conuentione præcedente; & ob id multis ab hinc annis diximus hunc esse textum singularem pro prædicta Almaini conclusione.

Septimum, quod ad id nos mouet est, quod quemadmodum reperitur simonia mentalis, quæ solum mala est, ex mala intentione interiori quæ in se occulta in animo manet, sic est homicidium mentale, quod solum ex eo malum est, quod mala intentione fiat, quale est illud quod carnifex committit occidendo ob odium, & vindictam priuatam eum, in quem sententia, & eiusmodi condemnatio iustè lata fuit. [k] Quale etiam illud est, quod miles committit interficiendo per odium hostem in bello iusto. Et certum est, quòd nec carnifex ad restituendum vestes, & alia, quæ iustè condemnatum malè interficiendo quæsiuit, tenetur, nec miles arma, equum, & spolia reliqua quæ ex cæde hostis iniqua, contra quem iustè bellum gerebat, sibi acquisiuit, reddere tenetur, sicut in Manual. [l] diximus: quod antea dixit Caietanus. [m] Idemque in omnibus peccatis inueniri potest, & sic non solùm in simonia mentali, sed etiam in omnibus alijs peccatis mentalibus idem dicendum est.

Nam si tibi ego dederim centum ducatos, quò ad bel-

lum

[a] *Cap. 23. n. 104. & 105.*

[b] *Excep. 4. num. 6. de rescriptio.*

[c] *Decis. 3. de pact.*

[d] *Quæst. 12. reg. de trienn. possess.*

[e] 2. 2. q. 100. *artic. 6. ad 8.*

[f] *De pœnit. dist. 1.*

[g] *§. finali.*

[h] *De senten. excom. lib. 6.*

[i] *Libr de auctorit. Eccles. capit. 3.*

[k] *Capit. cum miniſter. 23. quæst. 5.*

[l] *Capit. 16. num. 15.*

[m] 2. 2. q. 40. *articul. 1.*

lum inſtum proficiſcaris & ſeruatis eius iuſtis legibus occidas N. qui cum hoſtibus verſatur, & hoc ego mala intentione, ob odium, & vindictam faciam, vel vt hæreditatem conſequar, quod tamen tibi non ſignifico, & tu etiam mala intentione occulta, aut vindictæ priuatæ, aut hæreditatis conſequendæ eum occidas, in foro quidem exteriori, ad nullam pœnam teneberis, nec ad 100. ducatorum reſtitutionem in interiori, nec ego ad hæreditatem, quæ mihi ex eo obuenerit, reddendam licet vterque noſtrum noſtris malis interioribus voluntatibus grauiſsimè peccauerit quia illud homicidium non eſt maſum, niſi ratione, & relatione malarum, & occultarum voluntatum noſtrarum, quas nos interius concipimus. Eadem ratione quamuis ego ob ſolam conſecutionem beneficij tibi ſeruiam, dicendo me tibi ſine mercede ſeruire velle, & tu mihi confers beneficium pro ſola mei miniſterij ſolutione dicendo te illud mihi conferre, quia eo dignus ſum, vterque noſtrum mortiferè peccauit. Verum nec tu in conſcientia ad ſtipendium mei miniſterij ſoluendum teneris, neque ego ad beneficium relinquendum.

Octauum, quod ad tenendam hanc communem opinionem nos mouere poteſt, eſt, quòd idonea ratio facile redditur cur Vrbanus III. [a] declarauerit quòd vſura mentalis ad reſtituendum quod per eam quis acquiſiuit obliget, & Gregorius IX. contrarium de ſimonia mentali declarauit. Nam ſatis idonea videtur illa Caietani, [b] quam vt breuiorem retulimus in Manual. [c] quòd id quod pro vſura datur coactè datur & quod pro ſimonia ſoluitur, vltro tribuitur; ſicut in emptione & venditione contigit. Verum tamen eſt prædictum Sotum, [d] hanc rationem refellere, dicendo eum qui vſuram ſoluit, & qui pro beneficio aliquid dat; omnino æquales inter ſe eſſe: quia ſicut peior, quia ille mallet pecuniam mutuam ſibi gratis dari ſic etiam iſte poſterior mallet beneficium gratis, accipere quàm aliquid pro eo dare & ſicut prior ille aliquid amplius dat quam mutuo acceperit, quia alter ei gratis mutuare non vult, ſic iſte poſterior pro beneficio conſequendo aliquid dat, quia gratis ſibi illud non dandum iri iudicat.

Sed hæc ratio contra Caietani rationem nihil concludit. Qui enim dat aut accipit per ſimoniam, conſentit ea ratione quæ ad emptionem, & venditionẽ, aut permutationẽ requiritur quod ſufficit, vt propterea ad reſtitutionem non teneatur, ſicut enim is qui emit id quod emit, ſibi gratis potius dari quam pretium pro eo ſoluere maller, & qui vendit potius pretium ſine vlla traditione mercimonij ſui ſibi tribui percuperet: neuter tamen eſt ea quæ ratione emptionis aut venditionis accepit, debet reddere. At qui pro vſura vſura dat, aut accipit, tali conſenſu inuito & coacto dat, aut accipit, aut ad liberandum accipientem ab accepti reſtitutione non ſufficiat.

23 Nono mouet nos ad idem illa opinio, quam tenuimus, & multis rationibus probauimus in Manual. [e] ſequuti S. Antoninum, [f] & Monaldum, [g] Angelum, [h] & Silueſt. [i] ſcilicet neminem teneri ad id reſtituendum quod vltro male datur, & male accipitur, ita vt vtraque pars turpitudinem ſponte committat, niſi quando lex reſtituere illud ſpecialiter iubet. Ex iſta enim opinione ſequitur ſimoniacum non teneri ad reſtitutionem eius, quod accepit ab eo, qui vltro alteri de iure ſi non eſſet lex, quæ ſpecialiter illud ei iuberet. Et conſtat, quòd quamuis ſit lex cap. *de hoc.* [k] iubens vt ſimoniacus conuentionalis, & realis id, quod per eam accepit, reſtituat, non eſt tamen lex hoc ſimoniaco mentali præcipiens; immo eſt lex huius capit. expreſſa, quæ illum ad id non obligari declarat.

24 Decimum, quod ad prædictum nos mouet, eſt, quòd poteſt etiam alia ratio idonea reddi, cur ſimonia mentalis ad reſtitutionem non obliget, & vſura mentalis obliget, ſcilicet quia vſura eſt ex illis rebus, quæ benè dantur, & malè accipiuntur. Nam vſuram ſoluere non eſt peccatum, [l] recipere autem peccatum eſt maximum, [m] & ideo iure naturali, & diuino danti illam, & ſoluenti; vſura reſtituenda eſt, per illam regulam poſitam in Man. [n] collectam ex ca. *non ſane.* [o] ſcilicet eum qui aliquid malè accepit ab eo, qui non malè dedit, ad reſtituendum ei datũ obli-

a *In cap. conſuluit. de vſur.*
b 1.2.q. 100. *artic.6.*
c *Cap.23. n. 103.*
d *Libr.9.q.8. artic.1.de iuſtit.& iur.*

tum eſſe teneri. At quod per ſimoniam mentalem accipitur ab eo qui malè dat, bene ſuſcipitur ob ignorantiam quòd propterea det, aut ſaltem non male accipitur ab eo qui male dat, & ideo nemini illud reſtituere neceſſe; ſaltem ſi illud propter quod datum eſt factum ſit, per regulam in dicto Manual. [a] poſitam, ſcilicet eum, quo bene, aut male aliquid accepit ab eo, qui male dedit, ad illud reſtituendum ex præcepto non teneri, ſaltem ſi illud, cuius cauſa datum eſt, fecerit; cum non ſit ſpecialis lex id iubens. Et quamuis de accepto per ſimoniam realem ſit lex ſpecialis, quæ iubeat reſtitui, in cap. *de hoc.* [b] nulla tamen talis eſt de accepto per ſimoniam mentalem; immo contraria ponitur in d. capit. fin. vt in præcedenti fundamento dictum eſt, & hanc diſcriminis rationem iam diu in hoc cap. nos reddidimus.

25 Vndecimum, quod nos mouet eſt, quòd dici poſſet, quòd qui per ſolam ſimoniam mentalem aliquid ſpirituale recipit, quamuis malè accipiat quatenus in eo grauiter peccat & in diuinam Maieſtatem turpiter offendit, tamen non ita male accipiat quod acceptum ab eo eſt reſtituere teneatur; quia vt aliquis ſit ad reſtituendum obligatus non ſufficit quod accipiendo peccet, conſiderata ſola eius mala intentione, qui accepit; ſed etiam requiritur vt acceptio ſit mala ratione iuſtitiæ actuum exteriorum dandi, & accipiendi, aut defectus conſenſus. Exemplum ſit. Reſtituis mihi enſe quẽ benè tibi mutuo dederam; & ego malè illum recupero, quia eum ad alium interficiendum deſtinaui ad interficiẽdum cum eo; non tamen ad reſtituendum eum tibi teneor.

Emo item malè aliquid à te in die ſcilicet feſto quo ob illam emptionem ſacro Miſſæ officio non interfui aut habui voluntatem te notabiliter decipiendi, fraudem tamen nullam commiſi, pecco quidem, ſed ad illud reſtituendum quod accepi non teneor. Sic per eandem rationem à te aliquid accipio, quod tu ſponte das; nulla in actu exteriori donationis nec in modo dandi iniuſtitia omnino interueniente, nec in voluntate conſenſus deſideratur quo illud mihi iure acquiratur, reſtituere tibi nihil teneor, licet in occulta intẽtione interiori tua, aut mea dãdi, aut accipiendi aliquis finis malus vindictæ, odij, fornicationis, adulterij, ſimoniæ, aut alius ſimilis rei lateat; quia reſtitutio eſt actus iuſtitiæ cõmutatiuę, & eius obligatio ex ſola iniuſtitia ſpeciali naſcitur, ſicut diximus in Ma. [c] poſt S. Tho. [d] At iuſtitia, aut iniuſtitia in moderandis affectibus non conſiſtit, ſed in operibus erga alios componendis & actibus exterioribus, qui ad æqualitatem perducendis, ſunt circa commercia cum perſonis quibuſque externis inſtituta, ſicut dicit Ariſtoteles, [e] & D. Thomas communiter receptus. [f]

26 Quare concludamus hanc noſtram tertiam concluſionem veram eſſe, ſcilicet ſimoniam mentalem ad id, quod per eam acquiſitum eſt reſtituendum non obligare, ſiue illud ſit ſpirituale, ſiue temporale, quamuis vſura mentalis ad reſtituendum quod per eam quæſitum eſt obliget, ſicut latius in commẽ. de vſuris, & cum hoc impreſſo diximus. Et addimus prædictam concluſionem extendẽdam eſſe non ſolum ad ſimoniam mentalem ſola lege humana vetitam, ſed etiam iure naturali, & diuino prohibitam.

Tum quia hic textus generaliter ſine aliqua diſtinctione loquitur, ita generaliter eſt intelligẽdus. [h] Tum quia ſpeciatim agit de ſimoniacis, qui aliquid dederunt temporale pro ſpirituali religionis ſtatu, quæ ſimonia iure diuino prohibita eſt. Extenditur etiam ad vtrumque forum tam conſcientiæ quam extra illam in publicis iudicijs quicquid dicat Medina, [i] qui neſcio quomodo illa verba, ſcilicet *in quo caſu delinquentibus ſufficit per ſolam pœnitentiam ſuo ſatisfacere ereatori.* non ponderarit. Extenditur etiam ad caſum, in quo non ſolum vna pars ſimoniam mentalem committit, alia vero nullam committit, ſed etiam in quo vtraque pars deprauatam voluntatem habuit, quicquid aliqui dicant.

Tum quia apertè loquitur textus de eo quod tam ab vna quam ab alia parte acquiſitum eſt, in illis verbis *vtrinque taliter acquiruntur.*

Et parui ſane æſtimanda eſt declaratio Ioan. Maioris, [k]

a *Capit. 17. numer.32.*
b *De ſimoni.*
c *Cap.17.nu. 6.*
d *2.2. quæſt. 62. art.1. & q.82.artic. 1. & quæſt. 62. artic.1.*
e *5.Ethic.*
f *2.2. quæſti. 58 artic. 2.7. 8.9.& 10.*
g *In repetio. cap.1.14.q.3. num.3.*
h *Le.de pœnitentia.ff.de publ. in rem actione. & cap ſi Romanorum 19.diſtinct.*
i *In Cod. de reſtitut.in q. de vſur. reſt. fol.140.*
k *In 4.d. 25 quæſt.7.*

quæ ridicula plane eſt, verum magnificanda eſt declaratio Innocentij IIII. per illud exemplum quod ab eo qui ob Beneficium ſeruiuit & ab eo qui illud ob tale miniſterium contulit, fuit deſumptum.

27 Extenditur etiam non ſolùm ad eum, qui per ſimoniam mentalem aliquam rem ſpiritualem comparauit nulla data re temporaria & ad eum qui conſecutus eſt rem aliquam temporalem nulla re ſpirituali ab eo collata, ſed etiam extenditur ad eum qui vnam rem conſequitur alia data, quicquid ſentiat Sotus, quia textus apertè dicit eos, qui ſimoniam mentalem commiſerunt, ad relinquendas res ſpirituales, nec temporarias, quę vtrinque per ſimoniam mentalem acquiſitæ fuerunt non teneri. Quin etiam, quia inter res temporarias non diſtinguit, generaliter ad omne munus temporarium extendi debet. arg. cap. *Si Romanorum.* [a] ſiue illud ſit munus linguæ, ſiue miniſterij, aut manus. Tria enim ſunt genera munerum in hac materia, [b] ita vt intelligi debeat in omnibus caſibus, in quibus vna pars per ſimoniã mentalem aliquam rem ſpiritualem adipiſcitur, & aliam temporariã tribuit; & contrà, rem aliquam ſpiritualem largitione alterius ſpiritualis conſequitur, & ſic Innocentius exemplum de eo, qui ob beneficium ſeruiuit vni, à quo beneficium obtinuit ob ſuum miniſterium, poſuit.

28 Extenditur etiam ad ſimoniam mentalem, & conuentionalem tãtum; quæ nec ab vna parte, nec ab alia æquè ad largitionem, nec ad acceptionem perducta eſt, ferè iuxta omnes; quin etiam ad mentalem, & ad conuentionalem, etiam quæ ad rei temporariæ dationem ex vna parte deuenit, quamuis ad dationem rei ſpiritualis ex altera, non peruenerit, iuxta Caietanum, [c] quem Sotus ſequitur; iuxta quos tamen non extenditur ad mentalem, & conuentionalem, ſimoniam quæ ad opus dandæ, & accipiendæ rei ſpiritualis peruenit, licet ad opus dandi, & accipiendi rem temporariam promiſſam non peruenerit. Immo prædictus Sotus addidit eos, qui contrarium aſſeruerunt in hoc lapſos fuiſſe; quia inquit S. Th. tenet ſimoniã eſſe conferre beneficiũ ob miniſteria futura; & quia etiã credito vẽdere eſt vẽdere. Nihilominus noſtro iudicio, nullus hic lapſus nulluſq; error contingit quinimmo fallitur qui cenſet aliquẽ de doctiſsimis illis viris Caſſadoro & Gomeſio, quorum ille deci. 5. [e] hic in regula Cãcell. [f] id tenuerunt, quos ille non citat, exiſtimaſſe non eſſe ſimoniam date beneficiũ ob promiſsionem rei tẽporariæ, quamuis nunquã ſolueretur, aut dare beneficium, expectato pretio, non eſſe ſimoniam. Sed ſolùm dicunt pœnas iuris canonici, quæ ipſo iure incurruntur, quæ ſunt nullitas collationis, & excommunicatio, [g] non incurri per ſimoniã, quæ ab vtraque parte non perficitur, & ad opus non deducitur; quæ res eſt multum diuerſa. Pro quorum opinione facit, quod ſicut illi reſtantur, ſic antiquus ſtylus curiæ Romanæ obſeruat, & interpretatur, qui ius conſtituit. [h] Quam rem ab illis nos ab illis præcepiſſe magnificemus, ſicut iamdiu [i] diximus.

29 Facit etiam, quod quemadmodum ipſe Sotus confiteatur; vẽdere, & tradere ſtatim beneficium expectato pretio, eſt ſimonia mentalis, & conuentionalis ab vna parte perfecta. Quare eodem modo confiteri debet dare pecunias, & ſtatim ſoluere pro expectato beneficio ad tempus, quo vacabit, eſſe ſimoniam mentalem, & conuentionalem ab vna parte perfectam. Et cum in has pœnas incurrere neget, eum qui tẽporale dederit quoad beneficium ſpirituale tradatur, ſequitur aſſerendum eſſe aliũm oppoſitum qui ſpirituale tradidit, pro temporali expectato. Pœnas item Simoniæ non incurrere.

Nec ſane ratio idonea oppoſitum, dicere Sanctum Thomam aſſerere eſſe ſimoniam beneficium ob futurum miniſterium conferre, & non dicere emptionem eſſe emere & ſtatim ſoluere beneficium quod breui habendum ſperatur. ¶ Nã etiam idem Sotus fateri debet emptionem eſſe eam, in qua ſtatim ſoluitur aliquid pro mercibus, quæ fortaſsis nondum ad nos peruenerunt, imo verò nec adhuc natæ ſunt. [k]

Et tamen ſemper ille negat eum qui præſenti ſolutione beneficium poſtea habendum emit, eum prædictas pœnas incurrere. Huic etiam fauet, quod ſicut idem D. Sotus vbi ſupra fatetur, & benè, nullitatem tranſlationis dominij beneficij per ſimoniam collati non per ius naturale, nec diuinum, ſed per humanã Eccleſiaſticum introductã eſſe, ſic etiam idem dicendum eſt de tranſlatione dominij pretij per ſimoniam dati, quicquid ille dicat, iuxta Panormitanum, [a] Caietanũ, [b] Silueſt. [c] & communem facit, quod pauci conſiderarunt extranagantẽ, quæ iſtas pœnas inſtigit, eas non contra omnes ſimoniacos inducere, ſed tantũ contra eos, qui ſimoniam in ordinibus, aut beneficio committunt, nec etiam contra hos omnes, ſed ſolum contra eos, qui committunt dando, aut accipiendo; ita quòd niſi in ſimonia, quæ ad opus dandi, aut accipiendi peruenit, locum nõ habeãt. Neq; Caietanus, & Sotus dicere poſſunt, dationẽ vnius partis ſufficere, quia vterque eorum fatetur non ſufficere, vt ad acceptionem, & traditionem pretij deueniatur. Et cum extranagans non magis vnum, quam alterum includat: ſequitur profecto quod neque ſola acceptio quę beneficij ſine dationẽ, & acceptione pretij ad pœnas eius incurrẽdas ſufficiat: ſuffragatur etiã huic parti pretij quod qui tale promiſſũ facit, cũ illud prorſus irritum, & nullius momenti ſit, nihil dare videtur quamuis per publicum inſtrumentum illud faciat. [d]

30 Multo fortiora, quam vllũ eorũ ſunt quædã alia argumenta profunda, quæ magnus quidam aduocatus conſiſtorialis propoſuit in grauiſsimo illo Rotæ Romanæ prętorio, quæ prędictus Caſſadorus vbi ſupra refert, & diſſoluit, & multo magis quam illa omnia obſtat vnum, quod nos ſuper eandem extranagantem iamdiu inſinuando protulimus Conimbricę auditoribus noſtris, quò ſe in eius ſolutione inueſtiganda exercerent quam nunquam inuenerunt, neque ego illis dedi ſcilicet collationem beneficij puram abſque aliqua conditione eſſe debere, neque ſuſpenſam manere poſſe; immo ſtatim aut valet, aut eſt nulla. arg. cap. 2, [e] & late traditorum per Felinum. [f] At ſecundum eorum opinionem non videtur illos negare poſſe, quod ſi hodie daretur beneficium pro centum ducatis ad annum creditis, qui poſtea ſoluerentur, collatio beneficij iam inde ab ipſo tempore collationis nulla iudicanda eſſet. Non enim poteſt eſſe ſuſpenſa vt ſi nõ ſoluantur centum ducati, valeat, ſi ſoluantur non valeat. Item excommunicatio non poteſt eſſe in pendenti. [g] At ſecundum eorum opinionem, excommunicatio lata per præfatam extranagantem eſſet in pendenti, quia ſi ſoluantur illi centum ducati erunt excommunicati iam inde à principio, & ſi non ſoluantur, numquam.

Vnde conſequenter videtur illos teneri ad ſtarendum iam inde ſtatim fuiſſe illam excommunicationem nullam, aut excommunicatum ſtatim ab ipſa beneficij collatione manſiſſe. Poſt tamen diuturnam conſiderationem reſpondi quod cum ſuſpenſio beneficij, & abrogatio tituli eiuſdem omnino à iure humano pendeant, de illis ſtatuere poteſt quod magis eſt eſſe re publica illi viſum fuerit, & conſequenter Papa & ſtylus eius introducere poſſunt abrogationem collationis ipſo iure, & cenſuras tales vt locũ non habeant, quoad ſimonia completa fuerit; & quãdo completa fuerit ſimonia tamquam nulla iã inde à principio datæ habeatur collatio in pœnam ſimoniacorum; & ita introductum habetur per illam extranagantem, & eius ſtylum obſeruatum. Pro confirmatione huius ſolutionis facit multum, quòd aliquando ius fingit beneficium vacans non vacare, [h] & quod quamuis ius iubeat, vt ſi emphiteuſis ſic cum ipſo iure amittatur, ſi penſio per duos annos non ſoluatur; & ſi eſt ſæcularis, ſi per tres annos non ſoluatur, [i] non tamen vult, vt quoad Dominus ſuam voluntatem declararit ſe velle eam vacare, pro vacante habeatur; adeo vt ſi non declaret in vita emphyteutæ qui à ſolutione deſtitit, poſtea declarare non poterit. Quare amiſsio emphyteuſis ipſo iure incurſa ita eſt in pendenti, quod ſi dominus proprietarius, antequam illam petat, vel declaret ſe velle petere, moriatur, non cenſetur amiſſa, ſi vero eam exigat, amiſſa ſit & idem ſit, ſi ipſe emphiteuta moriatur, antequam ab eo petatur, per ea multa, quæ Caſſadorus adducit. [k]

Nam nec etiam ſucceſſor domini in vita emphiteutæ emphyteuſim poteſt exigere, ſi ipſe dominus in cuius vita emphiteuſis in commiſſum incidit, antequam moreretur

a *In hoc cap. & ca. de hor. de ſimon.*
b *In ſumma ver. ſimoniæ. & 22.q.100. artic.6.*
c *Verbi ſimonia.qu.20.*
d *Argum.ca. non præſtat. de regul. iur. libr.6.*
e *De elect.*
f *In cap.conſtitutus de reſcript.*
g *Cap.ad hæc quoniam. de appellat.*
h *Ca.ſibi cẽſſo,de prab. libr.6.*
i *Cap.potuit. de locato. & l.1.C.de iur. emphyt.*
k *In deciſ. 2. & 3.de loca.*

non declarauit,quod idem Cassadorus affirmat.[a]

7 In cuius vita emphyteusis in cõmissum cadere dicitur,quando bona emphyteutica vbi pensionem aliquot annorum non solùm ad Dominos directos, ad quos spectat pensio iure deuoluuntur. Est enim pœna commissi in iure quæ ratione non solutionis fisco vel alteri,res cuius causa solutio est facienda debetur: vt merces quas extrahere nisi soluto vectigali non licet,in pœnam commissi cadit, quando ob se non solutum vectigal publicanis vel fisco adiecuntur.

31 Facit etiam, & proprius, quod excommunicatio lata ipso iure contra pensionarium in casu non solutionis faciendæ in certo termino, eo elapso non censetur incursa, donec is,cui illa debetur,declaret se velle illam esse incursam,& illo post mensem,& annum declarante qui pensionem non soluit habetur pro excommunicato iam inde à termino elapso,[b] & si antequam declarareter moriatur, vel soluatur pensio, vel fiat concordia, vel pensionarius moriatur censetur numquam incursa, vt stylus curiæ habet, & præfatus Cassadorus affirmat. Itaque dici potest, quod illa extrauagans interpretata per stylum curię antiquum Papa sciente seruatum,probat singulariter,vt Cassadorus ibidem decis.4.quod nullitas tituli; & excommunicatio per illam inducta, sint ita,vt in pendenti,quod non ligent, donec ab vtraque parte compleatur simonia.Impleta verò ea ab vtraque parte etiam si longè post impleatur ab altera, censeri eas inductas iam inde à contracta simonia.

32 Nõ ignoro facilius responderi posse,dicẽdo nullitatẽ tituli,& excommunicationem non inde ab ipso tempore datæ tituli incurri, sed à tẽpore simoniæ ab vtraque parte perfectæ, nisi contrarium seruaret stylus antiquus, cui stãdum est.

67 Succedit tamen quæstio non minus quotidiana, quã grauis, An incurrat irregularitatẽ qui celebrat post completam ab altera parte simoniam, & ante completam ab altera? In qua videtur idem respõdendum quod de pensionario celebrante post lapsum termini ad soluendum pensionem sub pœna excommunicationis latę sententiæ præfixi. Equidem arbitror eam non incurrere, saltẽ quoad forum conscientiæ. Tũ quia appellans à declaratione excõmunicationis,de cuius valore dubitabatur,non incurrit irregularitatẽ,vt pulchrè declarat Felinus.[a] Tum quia appellans ante excommunicationem,& fidens appellationi, celebrando non incurrit irregularitatem, etiam si declaretur malè appellasse, iuxta glossam pen. communiter receptam.[b] Tum quia,vt ait Panormitanus,[c] & Dominicus,[d] & Felynus,[e] pœna irregularitatis ponitur ob cõtemptum, quẽ præfati verè non habent, nec præsumuntur habere,attento quod in casu simoniæ non completę verè non est incursa excommunicatio,& in casu non solutæ pẽsionis credere potest pensionarius se excusatum iri per impotentiam,vel concordiam,vel bonitatem eius cui debet, quod non volet eum declarare &c.facit, quod Rota non iudicat irregularem eum,qui celebrat post intimationem executorialium,antequam declaretur, vt tradit Felinus,[f] quatenus air Rotam suo tempore iudicasse validam collationem factam ab episcopo excommunicato, eo quod non paruerit executorialibus intimatis ante declarationẽ,quæ fieri nõ potest nisi seruatis quatuor terminis, de quibus ibi per eum videtur etiam nobis non ab re fore, vt S.Papa Paulus iiij.D.N.quem ex animo in Ecclesiæ reformationem incumbere dicunt, hanc materiam amplius declararet,& statueret,vt per simoniam conuentionalem, quæ ad dandum, aut accipiendum spirituale peruenirent, incurrerentur,quoadtamẽ aliud declararet,oportet nos illud sequi,quod verbis proximę extrauagãtis multum quadrat, & Sanctæ sedis Apostolicę tacitè, & antiquus eius stylus expresè declararunt,quod pœnas, quæ ex eius voluntate & iure pendent, quales sunt hæ. De quarum & omnium aliarum incursione, & multo magis à culpis, ob quas illæ incurrunt precibus B.illius Cardinalis Episcopi, & Seraphici Doctoris S.Bonauenturæ, cuius festum à S. matre Ecclesia hodie celebratur, 18. Calend. Aug. 1556. Nos Deus liberet,& absoluat. Amen.

a In c.1 p.Rodulphi.n.43. de rescript.

b In capit.solet.de sentent. excommunic. libr.6.

c In cap. pastoralis.§.verũ.de appellat.

d In d. capit. solet.

e In dict.cap. Rodulphus.

f In capit. ad probandum. numer. 6. de re ind.

a In d.decis.2. & 3.de loca.

a In d.decis.3. eius,idem tituli. de locat.

DEO IESV CHRISTO LAVS.

BIBLIO

BIBLIOPOLA LECTORI.

NOn sum nescius,amice lector,Doctorem Nauarrum de beneficiis,sæpe,præsertim autem in Manuali cap. 25. in repetitione cap. quando, de consecrat dist. 1. & in miscell. de oratione, & in cap. non liceat, 12. quæst. 2. & in cap. quoniam quicquid 16. quæst. 1. & in ca. si quando, & c. cum contingat, de rescriptis, egisse: sed si coniectura aliquid ex his & alijs commentariis assequi possumus, longe plura in titulũ de Præbendis ad beneficia spectantia scripsisse existimamus, quæ omnia nescio cuius culpa, neque eo viuo neque post ipsius mortẽ nusquã fuisse edita existimauimus. Inter ea autem opera manuscripta, quæ Roma numquã hactenus edita missa sunt ad nos imprimẽda, fuit hic de pluralitate beneficiorũ tractatus: qui sane cõtra D. Nauarri morem, aliquod iuris caput, in quod ab eo exaratum fuerit pro titulo seu inscriptione non habet: qua de causa dubitatum à nobis est, quem locum ei in hoc opere tribueremus. Omnibus tamen examinatis visum est eum commentario c. finalis, de simonia posse succedere. Quamuis enim auctor in manuali cap. 25. num. 125. vbi de pluralitate beneficiorum agit, se ad ea remittat, quod scripsit in c. ad hæc, de præbendis. quo fortè hæc quæ hic habentur desumpta sunt: quia tamen nihil certi de ea re habemus & libellus exiguus est, noluimus ad caput aliquod peculiare iuris illum referre, sed eum quasi appendicem commentario de Simonia mentali subiecimus: quoniam magna tum ex Simonia labe, quæ in beneficijs vt plurimũ grassatur, tum ex ipsa pluralitate beneficiorum, de qua hic agitur in vniuersum Ecclesiasticum ordinem deriuatur inuidia: ad quam depellendam non exiguum adiumentum eis præstaturum hæc duo commentaria simul iuncta iudicauimus. Vale.

TRACTATVS DE INCOMPATIBILITATE BENEFICIORVM.

SVMMARIVM.

1 Commendatarius habet titulum; & beneficium,interim dum est commendatum,non vacat.
1 Beneficium sine titulo non possidetur,& ideo nec eius restitutio petitur.
1 Lex non debet imponi verbis,sed rebus.
2 Pluralitas beneficiorum licet,quando vnum pendet ab alio, vt quando duo beneficia vniuntur, quia vnum putantur,vide tamen num.24.
3 Ordinem esse plenũ saltem ex illegitimis vtile est propter paucitatem operariorum.
3 Dignus beneficio si vnus tantum clericus est in tota diœcesi omnia sunt ei conferenda.
3 Necessitas non facit licitum,quod alias est illicitum, in prohibitis lege naturali,vt fornicari non licet propter necessitatem, nec ad euadendam mortem.
4 Consuetudo derogat legi præsertim quando est immemorialis.
4 Consuetudo etsi præter legem diuinam,& contra legem positiuã induci possit,non tamẽ contra legẽ naturalẽ, vel diuinã.
4 Peccata tanto sunt grauiora,quanto ex consuetudine fiunt.
4 Pluralitas beneficiorũ,nec in veteri, nec nouo testamento, nec apud Aristotelẽ prohibita inuenitur: vide tamẽ n.13.& 14.
4 Titulis in beneficialibus Papæ est pro ratione voluntas: vide tamen num.24.
5 Consuetudo si interpretetur quid esse iuris positiui, cum est dubium an sit iuris diuini vel naturalis,ita censendum nec peccare talem consuetudinem seruans.
4 Dubium aliquid quando est probabile, sequens bona fide alteram partem excusatur, etiam si veritas sit in contrarium.
5 Dispensatio sine causa dissipatio est.
5 Recipiens beneficia plura non ad suum commodum,& honorẽ, sed ad implendam voluntatem Dei,& vt onus, securus est secundum Innoc. vide tamen num.25.
6 Lex fundata in præsumptione non ligat saltem in conscientia,si veritas est contra præsumptionem.
6 Præmia iuxta labores,& virtutes tribui debent.
7 Beneficium quodlibet iure communi requirit residentiam personalem.
7 Experientias vbi habemus,infirmitas intellectus est quærere testimonium,vel rationem.
7 Industria personæ vbi requiritur,non sufficit facere per alium, saltem quando ex eo præiudicium aliquod notatur.
8 Ecclesiis in duabus intitulari non licet.
8 Canones,& Doctorum sententiam appellare errores canonizatum,temerarium est,vt Lutheri doctrina.
8 Statuta facere,& dubia declarare vicarius Christi potest.
9 Officia duorum nulli quantumcumque exercitato vno tempore committenda.
9 Duorum inuicem vnum hominem sustinere difficile est.
9 Membrum vnum corporis non capit superfluum alimentum alijs egentibus.
9 Statuta conciliorum,& Pontificum circa pluralitatem beneficiorum magis sunt iuris naturalis, & diuini declaratoria quam noui promulgatoria.
10 Eligens in dubio partem minus tutam peccat.
10 Vnus qui non est sed plures in beneficijs,nõ vnus,sed plures erit in suppliciis.
11 Pluralitate ex ista beneficiorum inconuenientia multa sequuntur.
12 Selua tractatu de beneficijs transtulit ad litteram Cosmam in Pragmat. Sanctio.
13 Pluralitas beneficiorum non est expresè iure diuino prohibita.
14 Pluralitas beneficiorum attento iure naturali, & positiuo secluso,de se est mala.
14 Pluralitatem beneficiorum esse malam elicitur ex principijs iuris naturalis,& ex sacra scriptura.
15 Pluralitas beneficiorum & si mala,& deformitatem absolutè præseferat,ex circunstantia tamen bona reddi potest.
15 Eleemosynam dare bonum,& pium est de se,sed ex circunstantia fit impium,vt si detur ex alieno.
15 Plura beneficia habere non esse actus indifferens secluso iure positiuo,vt habere plura poma,contra Dominicum.
16 Pluralitas beneficiorum secluso iure positiuo,si ex aliqua circunstantia honestetur licebit sine aliqua dispensatione.
17 Pluralitas beneficiorum vt sis ditior,vt lautius viuas, vt facilius ad episcopatum peruenias pessima est.
18 Pluralitas beneficiorum honestatur insufficientia vnius beneficij inspecta qualitate personæ.

18 *Sufficientia debet esse talis, quæ sufficiat sibi, & suis.1.quos necessario quis secum debet habere, vel iure naturæ, vel ad suam decentiam.*

19 *Pluralitas beneficiorum honestatur necessitate ecclesiæ, vel ob idoneitatem vel industriam personæ, vel protectionem vel subuentionem cum reparatione.*

19 *Prælatus diues peccat mortaliter si ob necessitatem reparationis ecclesiæ bona eius alienari sinat, cum possit de propijs reditibus subuenire.*

20 *Pluralitatem beneficiorum honestare videtur misericordia erga clericum pauperem vel zelus, vt conferatur idoneo, & quomodo.*

21 *Facultatem Theologiæ Parisiensem determinasse quem vltra duo beneficia valoris aureorum 10. habere non posse, non videtur verisimile contra Carthusianum.*

22 *Sufficientia ad decentem sustentationem determinanda consilio peritorum, & bonorum virorum.*

23 *Reditus vnius pinguis beneficij non potest quis habere in pluribus.*

24 *Plura beneficia habere videlicet vnita, vel vnum in titulum, & alterum in commendam, intelligitur sine fraude, & ob vtilitatem ecclesiarum.*

24 *Commendæ, & vniones ad vitam eodem iudicio censendæ, quo plura beneficia in titulum.*

25 *Plura beneficia licere possunt ad erogandum in opera pia, si cætera inconuenientia absint.*

26 *Dispensatio sine causa & circunstantia honestatem nec causa sine dispensatione prosunt ad faciendam licitam beneficiorum pluralitatem.*

a *Iaco.cap.1. & 1.q.2.cap. quam pio.*
b *21.quæst.1.*
c *2.de elect.*
d *In cap. nemo,de electi. libr.6.*
e *In cap.cum olim. col. 4. de maior. & obed.*
f *Ad Specul. de sequestr. posse. & frut.*
g *In reg.1.in eo*
h *In clem.1. de cauſ poſſe. vel d. capit. Nemo*
k *Cap. commiſſa. de elec libr.6.l.2. C. cõmunia. de legat.*
l *Leg.1.C. de interd. & probat. ibid. Bart.*
m § *quivero. de prab.*
n *De etat. & qualit.*
o *De prab.*
p *Eod.tit.lib. 6.*
q *Cap. vnio. 20.quæſt.1.*
r *Argum. le ſi gemina. ff. arbor. fruct. ceſſa.*
s *Co. de bon. liber.*
t *De senten. excom.lib 6.*
v § *nemo ff de reg.iur.*
x *De reſcrip.*
y *Cap.10.*
z *21.diſt.*
a *Leg. generaliter. § pen. ff. de decurio.*
b *In ca. graue, de prab.*

Dicturo sit duxis, à quo omne datum optimum, ac vndique omne beneficium, Deus, [a] vt plena, ac neruosa discussione à radice veritatem eruamus.

1 Plura beneficia Ecclesiastica esse compatibilia non primo suadent pro cap. *qui plures*, [b] & c. *dudum*. [c] Si respondeas illud esse verum, quando vnum tenetur in titulum, & alterum in commendam. Replico quia commendatarius habet titulũ, vt habet glossa quinta, [d] quam vltra Doctores ibi probat Felinus. [e] Nec interim beneficiũ commendatum vacat, vt est ibi glossa. Nam & sequester titulum habet, vt dicit Ioannes Andreas, [f] & sine titulo beneficium non possidetur. [g] Et ideo nec eius restitutio petitur, vt glossa communiter approbata. [h]

Commendatarius autem & possidet, & restitutionem petere potest per probata. [i] Ergo titulum habet. Deinde lex non debet imponi verbis, sed rebus. [k] Cùm ergo tantùm prodesse videamus commendatario suam commendam, quantam in titulato suum titulum, si alterum licet, quare alterum non licebit. [l]

2 Secundo accedat *c. extirpande.* [m] & *c. eam te.* [n] *c. exposuisti* [o] & *c. Super eo.* [p] Sed solues, hæc omnia probare pluralitatem beneficiorum licere, quãdo vnum pendet ab alio, sicut & licere videmus quando duo beneficia vniuntur. [q] Nec mirum, quia tunc vnum putatur. [r]

Replicari potest vrgenter, si solues hoc modo, quod rationes eadem militãt in hoc casu, quæ in aliis. Nam non magis possum in duobus locis manere si vnus pendet ab alio, vel duo sunt vnita nec minus, quoniam potius plus habeo, quando sibi cohærent, quam quãdo seiuncta sunt. Deinde aperit viam fraudandi leges prohibentes pluralitatem. Ordinarius enim videns nepotem suum non posse retinere plura beneficia diuisa, vniet, vel annectet alterum, vel alia ei vni, quod habet, quod ipsum audio fieri in aliquot locis, & subinde leges erunt ludibrio, contra l. final. [s] & in c. *si sententia*. [t] Si ergo hoc modo licent plura, quare sine fraude non licebunt? arg. l. *non fraudatur*. [v] & in c. *sedes Apostolica*. [x]

3 Tertio suadet, quòd sæpe cõtingit illud Luc. [y] & in c. *in nouo*. [z] videlicet messẽ esse multã, & operarios esse paucos, vt nostris diebus *apud Antœcos, vel Antipodas nostros, quos Carolus V. fœlix, & inclytus Lusitaniæ Rex Emanuel inuenerunt, vt videre licet, & vtile est ordinem esse plenum, saltem ex illegitimis, [a] & domus est construenda ex lapidibus occurrentibus, secundum Hostiensem. [b]

* Apud Antœcos & Antipodas. *Aristoteles apud Macrobium lib.2.in somnium Scipionis, dicuntur illi quos obliquos ibi M. T. sic* ἀλληγορῶν *quos aduersos Cicero ibi nominauit. Antipodes autem sunt qui aduersa nobis vrgent vestigia. Antœci quos separat à nobis perusta Zona, scilicet torrida, vt ibidem Macrobius dixit.*

Secundo si vnus solus clericus est dignus beneficio in tota diœcesi, omnia sunt ei conferenda, licebunt ergo plura beneficia, quãdo desunt qui capiãt ea, vt est textus. [a] Solues, quòd ista procedunt propter necessitatem. [b] Replico in prohibitis lege naturali, necessitas non facit licitum quod est illicitum. Non enim licet fornicari propter necessitatem, [c] nec vt mortem euadas, [d] & Sanctius est fame mori, quam idolothitis vesci, [e] & qui pluralitatem licitam negas, eam dicis lege naturæ vetitam: ergo necessitas non reddit licitam eam, vel sine ea licebit.

4 Quarto vrget vniuersi orbis Christiani consuetudo. Videmus quippe, & legimus, & audiuimus innumeros pluribus beneficiis mixtos, & consuetudo derogat legi: [f] præsertim quando est immemorialis, qualis est ista. [g] Respondebis ad ista, quòd procedunt in consuetudine secundum, vel præter legem diuinam, vel contra legem positiuam, eam tamen (de qua loquimur) consuetudinem contra legem esse naturalem vel diuinam, per ea quæ postea citabuntur, & ideo nec immemoriali tempore induci posse, ex quo illud sequitur commune dictum, *Tanto grauiora sunt peccata, quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam*. [h] Replico primo, erubescere debemus quando sine lege loquimur, [i] & ideo nec in veteri, nec in nouo testamento, nec apud. Aristotelem qui complexus est omnia, quæ sunt iuris naturalis rationis, citabis locum, vbi nec pluralitas prohibeatur. Deinde negare non potes, quin sit dubium, an hoc sit vetitum iure naturali vel diuino. Nam Dominicus non contemnendus auctor, quem pluries recentiorum sunt sequuti, dixit per glossam, [k] quod in titulis beneficialibus Papæ est pro ratione voluntas. Pro quã faciunt solemnes illi duo textus, [l] cum aliis, quos leges apud Felinum, [m] quamuis sint qui contra teneant. At quando dubium est an aliquid sit iuris diuini, vel naturalis, vel positiui tantum, si consuetudo interpretatur illud esse positiuũ, tale est censendum, nec peccatur ab his, qui consuetudinem illam seruant, tametsi fortè verum sit esse illud iuris diuini, vel naturalis, vt sentit Bartholus, [n] & Ioannes Andreas, quem sequitur Panormitanus. [o] Nam consuetudo reddit probabile dubium, etiam circa ius diuinum, vel naturale, quando in aliquo casu super eo sunt opiniones Doctorum, vt est textus iuncta glossa, [p] & tradit clarius Rauẽnas. 2. [q] & quando est probabile dubium, sequens bona fide alteram partem etiam si veritas sit in contrarium, excusatur, per glossam, [r] quam tenet Abbas, Felinus & Imolensis, [s] & decet S. Antoninus, [t] & Alexander, [v] & Iason. [x]

5 Concurrunt, & quinto c. *de multa*. [y] & c. *Sanctorum*, [z] & c. *cum adeo*. & c. *si proponente*, [a] & c. *si motu proprio*. [b] & c. *literas*. [c] & c. 1. [d] Dissolues ista tamen fortè, quod intelligantur ex dispensatione. Replico ex c. *gratia*, [e] ibi *Si talia sunt, quæ simul nequeant de iure teneri*. Ad idem clem. *gratia*. [f] Ac ideo dispensatio sine causa, dispatio est, secundum Bernardum ad Eugenium, quem retulit Ioannes Andreas. & licet non citet locum, tamen reperies lib. de consideratione [h] glossa pen. quæ hoc sentit. [i] Ergo vel subest causa, vel non. Si primum, licebit sine dispensatione propterea, quæ respondebas argumento 3. Si non subest, non prodest dispensatio. Ergo sicut cum ea licebit, etiam ea remota. Denique persuadere videtur hoc Innocentius [k] cum determinat, eum qui accipit plures canonicatus, vel præbendas, non vt adimpleat voluntatem propriam, sed Dei, & non propter honorem, sed onus securum esse, & subdit quod est qui melius regat duas vel decem Ecclesias, quam vnus, qui vnam.

6 Respondeo ergo, quare non licet vni plures habere Ecclesias: videtur quia non potest vnus plures regere, vel quia præsumitur propter auaritiam; vel ambitionẽ eas suscipere. Si ergo talis est, qui possit plures regere, & sana mente suscipiat, deficit causa prohibitionis, ergo & ipsa prohibitio, [l] & lex fundata in præsumptione non ligat, saltem in conscientia; si veritas est contra præsumptionem. [m] Iuuantur ista, quia quod oppositum in oppositum

a *In ca.1. ad fin.21.qu.1.*
b *Argu. leg. 2.§.cum ead. ff. ad l. Rhodi. ff. de iac.*
c *Le. pulam. §. non est. ff. de vit. mund.*
d *Capitli in firmitas. ante fin. de pœnit. & remiss.*
e *Cap. sicut 32. quæst. 4.*
f *Le diutur. na ff. de legib. huc. ca. fin. de consuetudo.*
g *Argum. le. ex hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quotidia. & æstiu. & cap. super quibusdã de verb. signi.*
h *Ex cap. fin. de consuetud. & in c. eũ ecclesi. de simõ.*
i *Leg. illam cap. de collatio. cap. legatum. 24.q.2.*
k *2. ibi in ca. si gratiosa. de reſcrip. lib. 6.*
l *In 2. de præben. lib. 6. & in clemen. 1. vt lite pend.*
m *In ca. quia in Ecclesiarum. col. 14. de constitut.*
n *In leg. quidã si fugitiuus. § apud Labeonem. ff. de aëdilit. edict.*
o *In cap. vt si cleric. col. 13. de iudic.*
p *In ca. licet. de spõs. duor.*
q *In Additionibus consuetudinũ. col. 7. 3. in capit. rapellanus. de ferijs.*
s *In ca. nam de constitut. 1. part. titu. 3. nu. 10. §. 10.*
v *Cons. 1. col. 4. in 33. 2. vol.*
x *In leg. cum pralat. n. 16. ff. de re iudic.*
y *De prab. 70. distinct.*
z *De reſcript.*
a *De reſcript.*
b *De prab. lib. 6.*
c *De conceſſ. prabend.*
d *De cõsuetud libr. 6.*
e *De reſc. l. 6.*
f *De reſcrip.*
g *In cap. quia tantum de prabend.*
h *3. col. pen.*
i *In §. nisi rigor. sub canone requiris. 1. quæst. 7.*
k *In ca. cum iamdudũ. de prabend. l. Leg. adigere. §. quamuis ff. de iur. patron. cap. cum cessante, de appellat.*
m *Ca. tua, de sponsalib. cap. inquisitionis, de sent. excõ.*

operatur

a *Leg. & si contra tabulas. ff. de vulgar. ea. sciendum. 8. qu. 1.*
b *In l. quamuis. ff. de dam. infect.*
c *Tex. cum glo. in clemẽ. vt is qui de etat. & qualit.*
d *1. ad Tim. 5.*
e *Leg. 1. ff. de iustit. & iur. iuncto c. minamur. 02. distinctio.*
f *Leg. sed & si qui. §. 1. ff. de vsurpat. l. 1. §. moraris, ff. de vsuris, & extraord. crimin. cap. non cogantur. 41. distinct. capi. de multa de prabend.*
g *Ca. conquerente, & cap. fin. de reſcri. libr. 6.*
h *In c. 1. col. 2. de ſũ. trinit.*
i *Conſ. 275. col. fin.*
k *Libr. 6.*
l *ff. eodem.*
m *Leg. inter artifices. ff. de ſolution. cap. i cui. de offic. deleg. libr. 6. & ib gloſſ. & in leg. 2. §. ne autem. vers. ſi verò fallit. cap. de cauſa. tollen.*
n *In Clem. 1. nota. 21. de iur. iuran.*
o *C. eũ in cle. 1. de elect. & ca. ne pro defectu & c. licet. eo. titul. lib. 6. iuncto ca. fin. de cleric nõ reſidẽ.*
p *In c. 1. 25. q. 1. clericus ab inſtati tẽpore in duabus eccleſiis non cõnumeretur.*
q *Cap. clericum, & capi. vnũ. 21. q. 1.*
r *In ca. quia in tantum. de prabend.*
s *In cap. cum iam dudum eo. tit.*
t *Sub tit. de prabend.*
v *De prab. libr. 6.*
x *In leg. 1. §. fin. ff. de requi. reis.*
y *In cap. fin. col. 3. de for. compet.*
z *Capit. 1. de conſt. e. per venerabilem. qui ſit. ſint leg. a Matth. 6. & c. 1. q. 1. b Cap. diuerſis fallaciis. de cleric. coniug. leg. fin. ca. de offi. offeſſ. c Cap ſingula. 80. diſtin. d In le. ſi plures ff. de paſt. e Cap. 1. ad Corinth. 12. f 1. ad Corin. 7. g 21. q. 1. e 1. h 1. ad Cor. 11. i In ca. dinconi. 3. 45. di. k Ca. ad audientiam de homicid. l Cap. ſiquis. diſtinct. 7. m Eccleſia. 3. n 1. p. cap. 10. §. 10. col. 3. o Quodlibet. 8. artic. 5.*

operatur propositum in proposito, [a] & qui non laborat, non manducet, vt habet textus & glossa. [b] rursus alius textus cum glossa reperitur. [c] Ergo qui multum laborat, multum debet habere, ergo si quis mediocriter laboret, dignus est vno, & qui nihil nullo: qui verò heroicè laborat, pluribus erit dignus. Et textus est apud Apostolum, [d] *Presbyteri, qui bene præsunt, duplici honore digni sũt*, & iuxta labores, & virtutes præmia tribui debẽt. [e] Sed & vnus pluribus eget quam alius, vel propter debilitatẽ, nobilitatem, gradum, vel animi virtutẽ, ob quam plures ad eũ confugiũt. [f]

7 Sed pluralitatem huiusmodi multa ex aduerso dissuadent, primum quodlibet beneficiũ iure communi requirit residentiam personalem. [g] Nemo autem simul in duobus locis esse potest sufficiat experientia. Nam vbi habemus experiẽtias, infirmitas, intellectus est quærere textus, vel rationem, secundum Auerroem, cuius meminit Baldus, [h] quod frater eius Angelus adscripsit Aristotel. [i] Respondebis, seruiat vni per se, & alij per alium, argumento regul. *qui facit*. [k] & l. *quod iussu*. [l] Replico. Nam vbi est electa industria personæ, non sufficit facere per alium, [m] saltem quando præiudicium aliquod notatur, secundũ Cardinalem, [n] & in promouendis ad beneficia eligitur industria personæ, requiritur seruitium personale, notatur præiudicium Ecclesiæ, & animarum. [o]

8 Dissuadet secundo *septima Synodus, [p] & concordat Calcedonense, & Agathense, [q] & Lateranense, [r] & Generale, [s] & extrauagans *execrabilis*. Ioannes 22. [t] & c. *cum singula*, [v] & alibi sæpe. Refelles fortè ista, dicens me allegare textus aridos, & cum Cyno (quem retulit Bartholus, [x] & sequitur nostris diebus hæresiarcha Lutherus) errores esse Canonistarum. Hæc responsio temeraria est, & dignæ Luthero, vt sentiebat Abbas. [y] Vicarius enim Christi potest statuere, & dubia declarare. [z]

* Septima Synodus. *Desumptum est hoc caput ex 7. Synodo. cap. 15. In Synodo autem Chalcedonensi cap. 10. statutum est. Clericum in duabus Ecclesiis ciuitatum eodem tempore conscribi non debere. Et in Agathensi, cap. 17. Vnum abbatem duobus ministeriis præsidere interdicimus.*

9 Dissuadent tertio rationes sundatæ in iure diuino, & naturali, quibus Cõcilia, & Romani Pontifices moti prædicta statuerunt. Clamat enim Euangelium, quod *nemo potest duobus Dominis seruire*, [a] clamat ratio naturalis, *pluribus intentus minor est ad singula sensus*. [b] & vtrobique glossa ibi, *qui binos lepores vna sectabitur hora, vno quandoque & quandoque carebit vtroque*. Dictat eadem ratio singula officia singulis esse cõmittenda personis, & quod nulli quamtumcunque exercitatæ personæ vno tempore duorum officia committenda sunt. [c] Sed & iure consultus Paganus, [d] ait difficile esse, vt vnus homo vicè duorum sustineat. Deinde Paulus diuinus Ecclesiam corpus esse mysticum ait, similis namque est corpori humano. Et turpe esset in corpore humano, vt vnum membrum fungatur officio alterius membri, & idem esset in corpore mystico, [e] & rursus idem, ait [f] *vnusquisque maneat in vocatione, qua vocatus est*, quod septima synodus exponit: in Ecclesia ad quam vocatus est, [g] & alibi dixit turpe esse alium esurire, & alium ebrium esse, [h] & Hieronymus, [i] ibi. *Solus Episcopus incubat bonis solus vniuersa vendicat, solus occidit vniuersos*. Quasi dicat onera, & commoda esse diuidenda inter plures. Et docent naturales vnum membrum corporis non capere superfluum nutrimentum alio egente. Ade, quòd voluntates fundantium beneficia frustrentur. Ex quibus omnibus colligitur diuina, & naturali ratione vetitam esse hanc beneficiorum pluralitatem, & statuta Conciliorum, & Pontificum in hac re, magis esse iuris naturalis, & diuini declaratoria, quam noui promulgatoria.

10 Quarto, qui in dubio eligit ininus tutam opinionem peccat. [k] vnde Gregorius, *Tene certum, & relinque incertum*, [l] & *qui amat periculum peribit in illo*. [m] Docet Antoninus, [n] & Thomas in terminis nostris. [o] Sed quis neget prædicta facere rem saltem dubiam, & tutius esse à pluralitate abstinere? facit Chrysostomus citatus per S. Thomã vbi sustinere? facit Chrysostomus citatus per S. Thomã vbi sustinere? facit Chrysostomus citatus per S. Thomã vbi sust

17 Infertur tertio quòd pluralitas beneficiorum, vt quis sit ditior, vt lautius viuat, vt facilius perueniat ad Episcopatum, pessima est ita S. Thomas. Probo. Nam si bonum genere ex circunstantia mala fit malum, vt supra, sequitur quòd ex genere malum ex circunstantia mala fiet peius.[a]

18 Infertur quarto hanc pluralitatem honestari insufficientia vnius beneficij argumento *c. postulasti.* & *c. cum adeo.*[b] & *c. is cui.*[c] & in hac insufficientia attenditur qualitas personæ. Nam nobilis, literatus, virtute magna præditus, delicatus, pluribus eget, vt probant adducta in argum. fin.[d] fortè etiam qui parentes, & nepotes iure naturæ, suæ prouisioni relictos habet, pluribus eget quam alius, cæteris paribus, ex mente Caietani.[e] Pro quo facit textus in *c. studeat.*[f] & glossa.[g] Debet enim sufficientia esse talis, quæ sufficiat sibi, & suis, quod exponit Abbas, id est quos necessario secum debet habere. Illud autem necessariò intelligo, in quibus iure naturæ tenetur prouidere, vel ad suam decentiam oportet habere.[h]

19 Infertur quinto hanc pluralitatem honestari necessitate, siue quòd nō reperiantur alij idonei iuxta Hostiensem,[i] siue quod Ecclesiæ egent eius industria, vel protectione, iuxta notata in *c. constitutis.*[k] siue quòd Ecclesia indiget reparatione, & ædificiis, & nisi illum susciperet, qui aliunde viuere posit, non posset eam reficere. Capere enim hac intentione stipendium & pòst conuertere fructus in talem refectionem sanctum putauerit,[l] facit textus cū glossa,[m] & quod determinat S. Thomas,[n] volens quòd prælatus diues peccet mortaliter, si eriā ob necessitatem talem permittat alienare bona eius, si de reditibus illius potest ei succurrere. Hoc sentit Corsetus,[o] & Abbas.[p]

20 Sexto honestare videtur etiam hanc pluralitatem misericordia erga clericum pauperem, qui cum habeat titulum canonicum, propter potentiam tamen aduersarij non potest ius suum ad portum subducere. Tunc enim licitum puto alicui Cardinali Episcopo, vel alij curiali habenti sufficiēs beneficium, suscipere illud in caput suum, non vt ex eo capiat fructus, sed vt fauore eius minore expensalis decurrat, & tandē clerico pauperi reddatur. Mouet ad hoc practica curiæ Romanæ à Cardinalibus, & ferè omnibus curialibus, Papa sciente tolerata. arg. l. 1. q & notatorum per Innocentium.[r] Deinde quia tali mente suscipiens beneficium, non videtur suscipere,[s] oportet autem primo quòd hęc nullo modo deducātur in pactum, alioqui simoniacum esset vt habet glo. in l. *ille autem.*[t] & glossa 1. in *c. dilecto.*[v] & glossa,[x] in *c. dudum.*[y] Secus si gerantur etiam ab vtroque in animo tantum. Tunc enim nulla est simonia, etiam mentalis secūdum Antonnium.[z] Secundo quòd probabiliter credat pauperem clericum habere ius. Si enim ille iniustè alium vexaret, opitulari ei malum esset, arg. l. *in qui opem*, & in l. *furti.*[a] & vtrobique Bartholus.[b] Idem per omnia puto, quando quis sciret aliquod beneficium teneri sine canonico titulo, & impetraret illud ex mente, vt pacificatum transferret per renunciationem in aliquem idoneum. Et credo quòd posset retinere illud iustè, donec ex eius fructibus caperet sumptus, quos fecit in lite. arg. eius, quod habet Abbas[c] quem sequuntur alij. Idem arbitror quando quis reciperet beneficium aliquod vltra sufficientiam ea mente, vt post transferret in aliquem idoneū, præsertim si timeret, quòd illud conferretur alicui indigno, si ipse non susciperet. Moueor exsubtilibus dictis Caietani super S. Thomam,[c]

Hæc pro illo tempore dicta sunt quo huiusmodi confidentiæ quasi sciente & annuente Romano Pontifice in vsu erant in curia Romana, ne tot animæ perclitarentur. Nunc verò cum hæc excludantur, alio iure vtimur post extrauagantem Pij 4. & Pij 5. reprobatas, & simoniacas disponentes huiusmodi confidentias, de quibus aliqua dixit D. N. in Manuali cap. 23. n. 109. vbi habetur hæc differentia.

21 Infertur ex his primò, quòd non est verisimile quod affirmat Carthusianus,[a] Guillelmum Parisiensem theologum conuocasse facultatem Parisiensem super pluralitate beneficiorum & determinasse Doctores omnes Parisienses exceptis duobus, quòd habens vnum beneficium sexdecim librarum Parisiensium quæ non continent decem ducatos Hispaniæ, non potest retinere secūdum cum illo, & quòd per reuelationem, constitit illos duos fuisse damnatos, qui contradixerunt, propter illud solum peccatum. Et reperio Maiorem, theologum Parisiensem,[b] dicentem se non credere taliter terminatum fuisse ab illa facultate.

22 Infertur secundo, quòd quis debet consulere homines doctos, & timoratæ conscientiæ, qui benè cognoscant genus, vitam, & literas eius, & vtilitatem, quam in re ecclesiastica publica facit, vt determinent quanto eget ad se decenter sustentandum, vt possit capere in vno, vel pluribus tantundem. Ita Maior vbi supra,[c] facit rubrum, & nigrum c. ne quis in sua causa.

23 Infertur tertio, quòd non sequitur, Tantum reditiuum possūm habere in vno beneficio, ergo tantumdem in pluribus. Nam quilibet etiam plebeius, etiam vix mediocriter doctus, nec heroica virtute præditus potest retinere Archiepiscopatum Toletanum centum millium ducatorum, & fortè non posset duas præbendas centum ducatorum. Probatur hoc in *c. maioribus* & in *c. vacante.*[d] de præben. cum ibi notat.

24 Infertur quarto, quod iura dicentia licere habere plura, videlicet vnum commendatum, & alium intitulatum, vel plura vnita, vt in d. *c. dudum.*[d] & *c. qui plures.*[e] debent intelligi quando commenda fit sine fraude, iuxta c. *nemo.*[f] vel vnio fit propter paupertatem Ecclesiarum, vel beneficiorum, iuxta *c. vnio* 8 & *c. exposuisti.*[h] Secus autem de commendis, quæ dantur ad vitam, vt practicatur in curia, quo regularia sæcularibus, & sæcularia regularibus dantur in commendam ad vitam. Item de vnionibus, quæ fiunt ad vitam accipientis tantùm. Nam de iis idem iudicandum est, quod de pluribus diuisis, vel datis in titulo per replicam primi argumenti, & sentit in specie Maior,[i] Innocentius,[k] & Cardinalis.[l] voluerunt, quòd licet tenere plura beneficia pura mente non propter auaritiam ad thesaurizandum, nec propter ambitionē, ad maiorem familiam alendam vel ob honorem, vel propter gulam, ad lautius viuendum, sed ad distribuendum superflua in opera pia, vel pauperes. At communis opinio contra, vt per glossam fin.[m] per Abbatem,[n] & maiorem,[o] & quia vt dicit Cardinalis, totus mundus damnatur per hanc opinionem. Non audeo damnare primam. quoniam illam etiam veram credo, duobus interuenientibus. Primo quòd occurratur inconuenientibus nascentibus ex hac pluralitate, de quibus in argumento fin. pro prima parte. Deinde, quòd principalis intentio capientis, sit opus pium, alimenta scilicet pauperum, reparatio Ecclesiarum, collegium scholarium, vel aliud huius generis, & hanc intentionē sequatur opus efficaciter: Nam hæc intentio cum opere sequenti est bona circunstantia, vnaque videtur sufficere ad honestandum pluralitatem de se malam, quæ tamen fieri potest honesta & bona, vt supra dictum est.

26 Nulla dispensatio Episcopi, vel etiam Papæ in conscientia prodest circa pluralitatem huiusmodi, nisi adsit aliqua circunstantia eam purgans & obtegens eam, quia per supradicta illa est iure naturæ, & diuino, saltem implicite, prohibita. Ergo dispensatio sine causa prodesse nequit corā Deo, vt habet glossa singularis.[p] Nec è contrario circunstantia sola prodest sine dispensatione, in illis beneficiis, quia vltra ius naturale per ius positiuum non derogatum consuetudine prohibitum est tenere plura beneficia sine dispensatione, ex mente omnium, & etiam Cardinalis vbi supra.

a Argum. le. 1. & 4 ff. ad leg. Iul. pecul. & capit. quisquis. §. sacrileg. 17. quæst. 4.
b De rescrip.
c De præb. lib. 6.
d Pro 1. part. 2. 2. q. 100. artic. 4.
e 30. distinct.
f In d. capit. cū adeo. verbo debet.
g Argum. d. ca. de multa. cum ibi nota.
h In cap. grauo, de præb.
i 2. de appellat.
k Argum. ca. de his de eccles. ædific.
l In leg. 5. ff. pro socio.
m 2. 2. quæst. 185. vers. Ad tertium.
n In repert.
o In uer. beneficium & Abb. in capt. conquerentis. de cleric. non resident.
p §. scientia. ff. de tribut.
q In cap. cum iamdudū de præbend.
r Arg. le qui sic soluit. ff. de soluti. & leg. non videtur. ff. de donation. cauſſ. mort. & cap. nemo, de elect. libr. 6.
s ff. de hæred. institut.
t Do præb.
v In verb. libere.
x De præben. libr. 6.
y 2. par. titul. 1. cap. 35. §. 11.
z §. sepe.
a ff. de fur. & cap. notū. 2. quæstio. 1.
b In cap. de multa. col. 4. de præbend.
c 2. 2. q. 100. artic. 5.

a 1. parte, ca. 68. col. 6.
b In 4. dist. 24. quæst. 13.
c Distin. 12. in fin.
d 2. de elect.
c 21. quæst. 1.
f De elect. lib. 6.
g 10. quæst. 3.
h De præb.
i In d. quæst. 23. col. 7.
k In ca. iamdudum. de præbend.
l In clemen. gratia de rescript.
m In cap. duodum, de elect.
n In capi. extirpanda. §. qui vero col. 17. de præb.
o In 4. in di. quæst. 13. art. 11.
p In capi. non est, de vsur.

COMMENTARIVM RESOLVTORIVM DE CAMBIIS IN PRINCIPIVM CAP. final. de vsuris. A Martino ab Azpilcueta Doctore Nauarro.

PRo fundamento eorum quæ de cambijs nostri temporis dicere constituimus, principium cap. postremi de vsuris, declarandum suscepimus, cuius verba sunt hæc.

GREGORIVS IX. IN CAP. FINAL. DE VSVR. NAVIGANTI.

NAuiganti vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, eo quòd suscepit in se periculum, recepturus aliquid vltra sortem vsurarius est censendus.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus cap. fin. de vsur. duplex. & primus melior, vsurarium esse censendum qui mutuat certam pecuniæ quantitatem, nauiganti vel eunti ad nundinas, si recipiat aliquid vltra sortem, eo quòd suscepit in se periculum, & hoc ad vitandas vsuras palliatas.*

1 *Assecuratio mercium est pretio æstimabilis & licita. numer. 3.*

2 *Exemplum regulam non restringit, vnde dicens de vno causa exempli non negat de alio simili, & econtra.*

2 *Gregorij IX. stylus aptus, succi plenus breuiloquens, & circunspectus non definit nisi dubia in cap. nauiganti. num. 3. de vsur.*

3 *Verbum substantiuum est, sonat veritatem rei, verbum vero* censetur, *præsumptionem in foro tantùm exteriori.*

3 *Vsura est mutuare alteri cum pacto, vt vltra sortis acceptæ solutionem, ad quod aliud faciendum, quod mutuanti conducat teneatur.*

3 *Vsura nautica seu traiectitia. i. quæ ob mutuationem, vel securitatem accipitur suscepto in se periculo transmissionis, & amissionis mercium, per cap. nauiganti, de vsur. hodie prohibita, &c.*

4 *Cambia seu permutationes pecuniarum ab vna ciuitate in aliam eiusdem regni exerceri prohibitum in regnis Lusitaniæ, quia censentur vsuræ palliatæ.*

4 *Emere quid vilius quàm valet cum pacto restituendi eodem pretio quando voluerit in Lusitania censetur mutuum, & pignus in foro exteriori, & non venditio.*

4 *Vsuram esse mutuare alteri pecunias cum onere, vt à mutuante, securitatem accipere teneatur, nemo est qui dubiter.*

5 *Mutuans pecuniam, & amplius quam mutuauit quid recipiens. licet securitatem præstet pro Vsurario habendus.*

5 *Vsura etiam si non sit coram Deo, in foro tamen exteriori facile censebitur si mercator pannum iusto pretio riguroso alicui credito vendat, & statim minoris emat iusto pretio infimo, non autem si alius ita emat.*

5 *Emere nequeunt tutor, & curator, res suorum minorum, sicut alij, neque iudices temporarij res suorum subditorum, ad fraudes euitandas, saltem in foro exteriori.*

6 *Mutuans pecunias alicui securitatem deposcenti, vt eas mari, vel alijs periculosis locis transferat, & eidem sine fraude securitatem præstans, pretio quo ab alio eam acceptaturus erat, ad restitutionem non tenetur, secus si accipiat ob mutuationem, & multo magis si mutuare nolit, nisi ab eo securitatem accipiat.*

6 *Mutuans alias merces & non pecunias, easque securas faciens non censetur vsurarius. per cap. fin. de vsur. quod de pecuniis tantum loquitur.*

6 *Pecunia vocabulum, licet iuxta generalem significationem, nummos & alia qualibet bona significet, specialiter tamen pro ipsis nummis accipitur.*

6 *Præsumptio iuris, & de iure est cuius contrarium probari non potest vt siquis mutuet, & securitatem præstet, & vltra mutuum aliquid accipiat, qui non poterit probare se non esse vsurarium, & quæ restringi & ampliari debeat.*

7 *Vsurarius est non solum egentibus ob sustentationem mutuans ad vsuram, sed etiam ditantibus, & mercatoribus, ob maius lucrum.*

7 *Fideiussor, ab eo cui securitatem præstat, aliquid accipere potest, nisi fraus interueniat, vt ex conuentione cum mutuante, de partiendo lucrum, vel aliàs lucrandum.*

8 *Cambia seu permutationes pecuniarum, cum alibi dantur, & alibi securè accipiuntur licitè cum lucro fieri possunt, cum sit modus quidam assecurationis, multa in eis tamen sunt illicita, & difficile est discernere.*

DExplicādū hoc principium, dicimus primo, illud duos habere intellectus: vnus est doctorum antiquorū Glossæ Hostiensis, Ioannis Andreæ, Panormitani, & communis, iuxta quem illa verba *eo quod periculum in se suscepit*, cum participio recepturus coniungenda sunt, & litera componenda est hoc modo mutuans certam pecuniæ quantitatem, nauiganti, vel eunti ad nundinas recepturus aliquid vltra sortem, eo quod suscepit in se periculū vsurarius est censendus, ita vt summatim complectatur summarium Panormitani, scilicet, Vsurarium esse, qui vltra mutuatum recipit, quamuis in se periculum suscipiat.

Alter intellectus est aliquorum auctorum recētiorum, quos nos etiam secuti fuimus, quando in hac præclarissima Academia Salmātina illud extraordinario prælegebamus anno 1530. iuxta quem illa verba, *eo quod periculum in se suscepit*, coniungenda sunt, cū illo participio, *mutuans*, hoc modo mutuans certam pecuniæ quantitatē, eo quod periculum in se suscepit, nauiganti, vel eunti ad nundinas, recepturus aliquid vltra sortem vsurarius est censendus, ita vt litera exponenda sit modo paulo ante dicto, ita vt sensus sit qui mutuat pecunias per loca periculosa eas transmissuro cum pacto securitatis à se ipso præstandæ, sibique vltra mutuatum aliquid dandi, ob securitatem,

vſurarius eſt: ſic tenet Ioannes Maior, [a] dicens incompositè hic gloſſam loqui, ſic etiam intelligere videtur Syluester, [b] dicens hunc textum ſupplementum non intelleciſſe: ſic etiam intelligere videtur Caietanus, [c] Medina, [d] & Sotus. [e]

Pro iſto ſenſu facit, primo, quia ex antiquorum intelligentia ſequi videtur, eum qui ſecuritatem mercium per loca periculoſa deferendarum præſtat, ſi ob id aliquid accipiat, vſuratium eſſe quod conſuetudini totius orbis Chriſtiani, & cuidam legi, *Periculi pretium.* [f] quæ pretio æſtimabilem eſſe ſecuritatem ſignificat & communi ſententiæ repugnat, vt dicit Laurentius de Rodulphis, [g] & S. Antonius, [h] & Annanias hic. [i]

2 Secundo dicimus, quod quamuis hoc argumento hunc intellectum olim ſecuti fuimus: nunc tamen, Deo nobis iudicium maturius ad textus ponderandum concedente, melior primus intellectus videtur, quàm Gloſſa ab omnibus recepta hîc dedit: iuxta quam ſumma eius aliis ſecundum Panormitanum, Ioannem ab Annania, Petrum Rauennatem (nam Ioannes Andreas ob breuitatem non ſummat) circunſpectior eſt, qui mutuat pecuniam aliò transferendam, quamuis periculum in ſe recipiat, ſi vltra mutuatum, plus aliquid recipit vſurarius eſt iudicandus, hæc ſumma reprehendi non poteſt, quod nimis ſit generalis, quamuis textus ſolùm loquatur, de eo qui nauiganti, aut ad nundinas proficiſcenti mutuat, & ſumma de hoc, & de quolibet, qui mutuat quibuſlibet, alio eam tranſportaturis, quia textus non loquitur de eo qui mutuat nauiganti, aut ad nundinas eunti, vt in alijs locum habere non intelligatur, ſed exempli aut ſignificandi cauſa, fortiori ratione in illo locum h.bere ſignificat, arg. ab illo loco *ſi quid.* minus ineſſe videtur ineſt, & illud quod magis videtur ineſſe inerit, &c. c. *cum in cunctis.* [k] Authent. *multo magis.* [l] & qui de vno dicit cauſa exempli, non negat de alio, iuxta l. *damni infecti ſtipulatio.* [m] & Gloſſam putatam ſingulare, [n] & qui de vno dicit, non negat de alio ſimili, neque è contrario vt tradit Dominicus: [o] ſi igitur qui mutuat per mare nauigaturo, vbi communiter pericula magis reperiuntur, ab vſura non liberatur, quamuis periculum in ſe recipiat: minus ab ea excuſabitur, qui periculum in ſe recipiens mutuabit alteri, cui minora pericula adeunda ſunt, & ſi qui mutuat ad nũdinas proficiſcenti, qui communiter eſt mercator, qui quò plus lucretur mutuum accipit, vt ad nundinas proficiſcatur, & merces emat, non excuſatur, minus excuſabitur, ſi mutuat alteri, qui magis indiget.

Tertio dicimus, quod pro iſta ſumma, & intellectu facit primum, quòd ita cap. hoc intellexerunt, omnes qui hunc locum ſuis commentarijs interpretati ſunt ſecundum quod ſtructura verborum huius principij planè expoſita hoc apertè dicit, nec quod alij illi affingunt dicere poteſt, niſi ita conſtruatur quin perſpicuè eam ab eis deſtrui appareat, ſicut experietur, qui iuxta vtrumque intellectum ſine affectu conſtruet. Tertium, quia eſt ſermonis ſtructura Gregorij IX. & conſequenter ſucci plena, breuitate conciſum circumſpecta, nullam improprietatem, neque alienas conſtructiones ferens, vixque ex centum viris latinam linguam optimè callentibus, qui hunc textum (nulla habita ratione ſecuritatum, quas mercatores præſtant, an ſint licitæ vel non) tres dicent hunc textum non loqui de eo, qui pluſquam mutuauit accepit, ob ipſum mutuandi actum, & ſecuritatẽ præſtitam. Quartum quia ſi Gregorius IX. dicere voluiſſet quod illi imponitur ab iis, qui ſecundum intellectum ſequuntur, non dixiſſet, *eo quod ſuſcepit in ſe periculum*, ſed vt ſuſciperet in ſe periculum: quia dicunt, quod loquitur de eo qui mutuat cum pacto vt qui recipit, ſecuritatem à mutuante accipiat quintũ, quia iuxta conſtructionem, & ſeriem litteræ, quam alij ſequuntur, textus ſignificat, ſe loqui de eo qui ante ſecuritatem præſtat, quam mutuet, quia dicit *mutuans, eo quod ſuſcepit in ſe periculum*: & qui ita textum conſtruunt, dicunt loqui de eo qui mutuat cum pacto, vt ab ipſo ſecuritas petatur, & conſequenter, præſupponunt loqui, quando mutuum ſecuritatem antecedit: & ſic pugnantia, non aduertentes, dicunt.

Et ſi aliquis dicat *in* recentioribus quibuſdam *libris*, non eſſe verbum temporis præteriti (ſcilicet *ſuſcepit*. ſed præſentis *ſuſcipit*. aduertat, in antiquis & maiore recentiorum parte reperiri (*ſuſcepit*) & parum in hoc differre, quippe ſi bene conſideret, eundem intellectum reperturus eſt.

3 Sextum quia Gregorius IX. res tãtum dubias definire non ſoleat: nullum dubium erat vſuram eſſe mutuare alteri cum pacto, vt vltra ſortis acceptæ ſolutionem ad aliquid aliud faciendum, quod mutuanti conducat mutuatarius teneatur. cap. 1. [a] & eorum quæ ibi latius commenti ſumus: & non eſt dubium, quin hoc fiat, quando mutuatarius ſe obligat, ad ſecuritatem, à mutuante accipiendam. ſeptimum (quod à paucis aduertitur) quia non dixit Gregorius IX. illum de quo loquitur vſurarium eſſe, ſed vſurarium cenſeri: non enim dixit, *vſurarius eſt.* quod veritatem ſonat, ſicut & verbum *cenſendus* fictionem, aut præſumptionem, iuxta notata per Bartholum & Iaſonem, [b] ſed *vſurarius eſt cenſendus*, ſignificans, fieri poſſe, aut coram Deo, is de quo loquitur interdum vſurarius non ſit, ab Eccleſia tamen pro tali habendus ſit, & iuxta alium intellectum dicere deberet coram Deo & hominibus verè vſurarium eſſe.

4 Octauum quia iuxta hunc intellectum aptiſsimæ rationes dubitandi & decidendi reddi poſſunt: quibus auditis vnuſquiſque hanc eſſe veritatem affirmabit. Ratio enim dubitandi iuxta communem & noſtrum intellectum fuit, quod cum nullo textu canonico ſpecialiter vſura quæ nautica, vel traiectitia dicitur prohibita reperiretur, quæ eſt ea, quæ ob mutuationem & ſecuritatem accipitur, periculo tranſmiſſionis, & amiſſionis in mari in ſe ſuſcipiendo: quæ iure ciuili permiſſa eſt, maiori cum ratione quam aliæ, propter periculum, quod mutuans in ſe ſuſcipit, quod eſt quid æſtimabile: [c] licita etiam iuxta canones fore videbatur. Ratio tamẽ decidendi (ob quam non obſtante iſta dubitandi ratione Gregorius IX. contrarium definiuit) non fuit quæ à Gloſſa, Panormitano & alijs cenſetur, ſed vſuris palliatis, quæ prætextu ſecuritatis exercebantur occurrendi neceſsitas, & quia multi videntes à iure canonico omnes vſuras generatim vetari, nauticam tamen ſpecialiter non prohiberi, illaque licita ob periculum quod mutuans in ſe ſuſcipiebat videretur, omnes mutuationi periculum in ſe ſuſcipientes ſe ſe dedebant, ſiue periculum foret ſiue non: ſiue mutuum mari, ſiue terra, tranſmittendum eſſet, multique mutuum accipiebant dicendo ſe illud accipere, ad per ſe vel per alios, trans mare, aut trans tales & tales montes, aut extra regnum, &c. deportandum, quo inuenirent qui mutuaret, quod faciebant propter lucrum quod ex ficta ſecuritate facturi erant: & alij qui reuera mutuum accipere volebant, ad tranſmittendum quò dicebant, nolebantque ſecuritatem, ad eam cogebantur, quia alij ſine lucro mutuare nolebant, quod cum ex ſola mutuatione facere non poſſent, ſecuritate obtegere volebant. Propter hanc rationem Gregorius IX. ſanciuit, vt qui mutuaret pecuniam, & amplius recideret (quamuis ſecuritatem præſtaret) vſurarius iudicaretur, quamuis diceretur, illud propter ſecuritatem dari recipique, quæ certè ſanctio fuit prudentiſsima, quia ſi vſura nautica permitteretur mutuanti cum ſecuritate, ſtatim omnes ad dandum peterent-ve mutuum cum ſecuritate, ſeſe dederent aliis verè, alijs falsò dicentibus, ſe illud petere, ad mari, aut terræ periculoſis in locis tranſmittendum.

5 Eadem prouidentia non ita pridem in his, & Luſitaniæ regnis cautum eſt, ne ab vna ciuitate, in aliam eiuſdem regni cambia ſeu permutationes exerceantur, quia vſuræ palliatæ cenſentur, ſicut ſtatim dicemus infra: [d] eadem etiam ſollicitudine ſancitum eſt, vt qui emit aliquid vilius quàm valet, cum pacto reſtituendi, quando voluerit eodem pretio, cenſeatur mutuum & pignus, & non venditio in foro exteriori, iuxta Gloſſam ſingularem, [e] quam communiter receptam dixit Antonius Burgenſis, [f] & eſſe in vſu ait Caſſadorus. [g]

Nonum, quia non ſolum aliæ vſuræ hodie ſunt prohibitæ iure pontificio, ſed etiam quæ nauticæ vocantur, [h] quæ ſunt ſupra dictæ: Hoſtienſis ſuper hoc ipſum c. per eius textum, cui hic contradicit nemo, &

cum eo

a *Argu. capi. 1. 14 qu. 3.*

b *In leg. 51. is, qui pro tẽpore ff. de vſu cap.*

c *Leg periculi pretium. ff. de nautico fœnore.*

d *Eod. capi. num. 30.*
e *Capit. con queſtus. de vſur.*
f *In cap. ad noſtram. col. 15. de empt. & vendit.*
g *In decis. 1. de vſur.*
h *ff. & Cod. de nautico fœnore.*

cum eo conſentit. Salicetus, [a] quorum ſententias communiter teneri, Ioannes Annanias affirmat, [b] citans Petrum ab Ancharano, [c] concludendo poſt illos; per hoc cap. titulum quemdam iuris ciuilis ſcilicet de nautico fœnore corrigi: at ſi contrarium intellectum ſequeremur, potius licitas, quàm illicitas eſſet fatendum nobis. quia certe textus alius nuſquam eſt, qui ſaltem ſpecialiter, eas illicitas eſſe probet. Denique ad hoc tenendum cogit, quia hoc principium huius ſollemniſsimi cap. nullam deciſionem dubiam contineret, atque inutile & ſuperuacaneum eſſet, quippe cum nullus ſit ſcholaſticus vel tribus annis in iure pontificio verſatus, qui dubitet, vſuram eſſe mutuare alteri pecunias, cum onere vt ab eodem accipere teneatur ſecuritatem. quod de textu Gregorij IX. dicere plenum irreuerentiæ, & inſolentis temeritatis eſt.

5 Quarto dicimus, non obſtare argumentum quod pro altera parte fecimus, quod aliquando nobis diſſolui non poſſe viſum fuit prædictis, qui ab hac communi ſententia diſceſſerunt: ſcilicet ex noſtra communi intelligentia ſequi eum, qui ſecuras reddit merces, quas per loca periculoſa tranſportare debet, vſurarium eſſe, ſi ob id aliquid accipiat: quod conſuetudini totius orbis Chriſtiani, & legi *periculum pretium.* [d] quæ ſignificat, ſecuritatem pretio æſtimabilem eſſe, & communi ſententiæ relatorum ſupra [e] repugnat. Dicimus itaque hoc non obſtare, quia negamus ex hoc intellectu, illud ſequi: quia ſolùm ſequitur, eum qui mutuat pecuniam, & alij amplius quàm mutuauit, recipit, quamuis ſecuritatem præſtet, pro vſurario habendum eſſe: quod ab eo quod argumentum infert, tribus rebus differt: prima, quia iſtud, eum, qui ſecuritatem præſtat abſque mutuatione, non comprehendit; & aliud ſic. ſecunda quia iſtud, eum, qui aliam rem, quàm pecuniam mutuat, non comprehendit: & aliud ſic tertia, quia iſtud dicere, non eſt talem vſurarium eſſe dicere, ſed vſurarium cenſendum eſſe: & illud dicere, eſt vſuratium eſſe. At ſi contra hoc obiicias illud quod S. Antoninus inſinuauit, non eſſe deterioris conditionis habendum qui mutuat: qui mutuando, alteri profecit, quàm alium, qui non mutuat: & conſequenter nullam eſſe rationem, cur ſecuritatem præſtare non poſsit, & ſecuritatis ratione, quamtum alijs recipere non valeat. Reſpondebimus, concedendo quidem quod coram Deo, & in foro conſcientiæ, vbi nulla eſt conſideratio, niſi veritatis, & pœnitenti creditur, licitè qui mutuat, & ſecuritatem præſtat, quamtum alius, qui non mutuans ſecuritatem præſtat, ſecuritatis intuitu accipere poteſt: negando tamen quod in foro exteriori non ſit deterioris conditionis, eo quod illa ſecuritas cenſeatur adhiberi, ad vſuras obtegendas & obuelandas illas iniquas acceptiones iſto bono prætextu, quas reuera potius ob mutuationem, quam ſecuritatem accepit. idcirco non dixit hic Gregorius vſurarium eſſe, ſed vſurario eſſe cenſendum quod ni fallor ſentire voluit Adrianus VI. [f] Pro quo facit illud quod ſi mercator qui pannum aliquem pretio iuſto ſummo alicui crediderit, qui ſtatim minoris vendere volens idem, illico illum minoris emeret, ſoluereturque pretium iuſtum infimum, peccatum vſuræ coram Deo non committeret, coram hominibus tamen facile vſurarius cenſeretur. per ea quæ diximus in Manuali, [g] quamuis in eo quod credito illi vendidit, magis profuit, quàm qui non vendidit. At ſi alius qui pannum non vendidit, neque ita de illo benemeritus eſt, emiſſet etiam minoris, quàm ille, neque eſſet neque vſurarius cenſeretur. Facit etiam quia tutor & curator res ſuorum minorum non poſſunt, ſicut alij emere, [h] neque iudices temporarij ſuorum ſubditorum res poſſunt emere, [i] licet magis quàm alij, illis profint: & ſic ius eos deterioris conditionis, quam alios in hoc efficit, ad fraudes ſaltem in foro exteriore vitandas.

6 Quinto dicimus ex his omnibus ſequi confitenti, ſe mutuaſſe pecunias alteri earum ſecuritatem depoſcenti, quo eas mari, aut alijs periculoſis locis aliò transferret, ſine fraude, & ipſum eidẽ ſecuritatem præſtitiſſe eo pretio, quo ab alio etiam eam accepturus erat, nullam reſtitutionem à confeſſario ei eſſe præcipiendam. ſi tamen ipſe confiteretur, ſe aliquid amplius accepiſſe ob mutuationem, aut tam intuitu mutuationis, quàm ſecuritatis: præcipienda eſt ei, eius partis, quam ob mutuationem accepit, reſtitutio: & ſi etiam mutuare noluit, niſi alter ab ipſo, aut ab eo, quo cum ipſe vtilitatis ſocietatem haberet, ſecuritatem acciperet, quemadmodum hoc idem cap. probat, iuxta alium intellectum, qui in hoc verus eſt.

Sequitur etiam hunc textum locum non habere, in eo qui mutuat alias merces, eaſque ſecuras facit: primo, quia de eo ſolum qui mutuat pecuniam loquitur: quia Pontifex vſus eſt hoc vocabulo *pecunia.* quod quamuis iuxta generalem ſignificationem, nummos, & quælibet alia bona ſignificet. [a] ſpecialiter tamen pro ſolis nummis accipitur. [b] & ad eam ſignificandum in hac ſpeciali ſignificatione à Pontifice, in hoc cap. accipi, qui non abſolutè, ſed cum adiunctione dicendo *certam pecuniæ quantitatem*, eo vſus eſt; quo ſignificaret, ſe hunc rigorem inducere velle ſolum in eum, qui pecuniæ quantitatem, & non in eum, qui alia bona mutuat. Secundo, quia hic textus deflectit à ratione, & à via iuris regia diſcedit, eo quòd præſumptionem quamdam introducit nouam, & eiuſmodi, quam iuris, & de iure appellant, cuius contrarium probari non poteſt, iuxta latè notata in cap. *is qui fidem.* [c] vt qui mutuat, & ſecuritatem præſtat, & vltra id quod mutuatum eſt aliquid accipit, præſumatur illud ob mutuationem, & vſuram accipere, quæ reſtringi, & non ampliari debet. [d]

Tertio quia non eadem ratio in eo qui pecunias; & in eo qui alias res mutuat, reperitur: partim quia alia res communiter pretio æſtimatæ, venditæ, & non mutuatæ dantur: partim quia in illis, non tot fraudes, atque in pecunijs interueniunt. A paucis enim dari, & à paucis accipi poſſunt, in hunc effectum, abſquè manifeſta calumnia: ſi quidem ſolùm mercatores, & hi non omnes, ſed qui per mare, & diuerſa regna negotiantur, eas accipere, abſque aperta fraudis ſuſpicione poſſunt: at pecuniam magni, parui, mediocris, omnes accipere poſſunt, fingendo ſe illam velle habere, quò in Flandriam, aut extra regnum, ad ſuos cõſanguineos, amicos, pro ſuis negotijs, aut rebus, vel alienis mittant. Partim quia in illis non eſt, cur iſtæ fraudes fiant: cùm ſi iam voluntas adſit, dandi & accipiendi lucrum iniuſtum, illud eorum pretio adiungi, & obtegi poſsint.

Sexto dicimus, quod ex dictis colligitur, quomodo intelligendum ſit illud quod ſupra dictum eſt: ſcilicet vſuras nauticas eſſe prohibitas per ius pontificium præfati cap. & intelligendum eſſe illas vetitas, quoad forum exterius penitus ſcilicet ob mutuum numeratæ pecuniæ accipiantur: & etiam quoad interius, ne propter pecuniæ, aut alterius rei mutuationem ſumantur: non tamen ſunt prohibitæ, ſi, & quatenus ob ſolam ſecuritatem præſtitam, recipiantur (nulla habita ratione, ſaltem principali, mutuationis certæ quantitatis) modo non recipiantur maiores quam ab alio tertio pro eadem ſecuritate reciperentur: quæ eſt noua & ſingularis reſolutio.

7 Sequitur etiam contra impium Molinæum, [e] non ſolum peccatum eſſe ad vſuram egentibus ad ſe ſuſtentandum accipientibus mutuare; ſed etiam diuitibus, & mercatoribus ad magis lucrandum præbere, per hunc textum, qui ad hoc eſt ſingulariſsimus à nobis nouè perpenſum & declaratum illum ponderamus, patet ſiquidem, communiter non eſſe pauperes, qui ad fui ſuſtentationem neceſſariam ea pecunia indigeant eos, qui ad maria tranſmittendum, aut ad nundinas deportandum eas ſuſcipiunt: & tamen dicit hic Gregorius neque ab his vſuram recipere poſſe, ab eis qui eiſdem pecuniam mutuarint, quamuis illius eis ſecuritatem præſtiterint. ſequitur etiam fideiuſſorem aliquid ob fideiuſsionem recipere poſſe: quia non mutuat, & facit idem quod ille qui ſecuritatem præſtat: quamuis is qui ſecuritatem præſtat accipit ab eo, in quem ſecuritatis beneficium confert: & fideiuſſor ab eo non accipit quem ipſe ſecurum efficit, ſed ab eo pro quo creditor ſecurus efficitur, eo quod è re illius eſt. & quamuis Laurentius, [f] id non adeo tutum exiſtimet, nullum tamen in eo periculum eſt, niſi quando fraus aliqua interuenerit: exempli gratia: ſi nolo tibi mutuare, niſi mihi fideiuſſorem N. præſtes, quo cum conueni, vt pro eo certum quid abs te accipiat, inter nos partiendum, vel vt quod

ipſe

a *In authent. ad hæc. C. de vſur. col. 3.*
b *In præſti. numer. 3.*
c *In leg. fin. C. de nautico fœn.*

d *ff. de naut. fœno.*
e *Eod. nu. 2.*

f *In 4. de reſtitu. in queſt. quæ incipit Occurrunt.*

g *Cap. 17. n. 242.*

h *Leg. cum ipſe. C. de cõtra. empt. & leg. ſi in emption. § fin. ff. eodem.*
i *Leg. 1. C. de contract. ind. & l. princi palibus. C. ſi cert. pet.*

a *Ca. tutum. 14. 3. le. quiſquis. ff. de l. 3.*
b *Ca. 12. & 3. 14. q. 3.*

c *De ſponſ.*

d *Cap. quod à iure comm. de reg. iur. li. 6. leg. quod contra rationem. ff. eod.*

e *In lib. de cõmor. à nu. 7. & à num. 11. & à n. 70.*

f *In cap. conſuluit. 3. p. qu. 31. de vſur.*
g *In præſent. numer. 47.*

ipſe pro fideiuſsione accepit, id mihi conferat,& cum ego à fideiuſsione liberabo: aut nolés ego ſine lucro mutuare, mitto te ad fratrem meum, aut alium ad quem pecunias miſi,qui tibi eas mutuet, cum pacto, vt ego pro te fideiubeam,& poſtea nolo fideiubere, niſi certa aliqua re mihi abs te data,quamuis teneri facile poſſet,quod etiam his in caſibus non inſit vſura, quia nihil vi mutui, taciti vel expreſsi, accipiatur, ſed ſolum vi alterius contractus longè differentis ab illo,ſed inſtè illi appoſiti.

8 Septimo dicimus ex his ſequi, verum eſſe quod dicit Ioannes ab Annania, [a] & ſenſit Gloſſa, ex qua id hauriunt Baldus & Salicetus, [b] permutationes ſeu cambia pecuniarum licita eſſe: cùm centum aureos, qui hic Lugduni verbi gratia dari ſunt, Romæ tuto præbere, modus quidam ſit,ſecuritatis præſtandæ; quia tamen hoc non de omnibus permutationibus intelligendum eſt eo quod multæ ſunt illicitæ; difficillimumque has ab illis ſeiungere iudicetur: quod teſtatur Caietanus, [c] Medina, [d] Sotus, [e] & alij alibi:idcirco, neque in manuali, neque in alio loco quidquam de illis diximus dabimus, operam nunc primum cum auxilio valde opportuno, alterius commentarij quem, [f] ſupra cum hoc commentario edidimus reſolutius,& breuius quam ab alijs hoc declarare addita cambij definitionis declaratione, quomodo diuidatur, & quomodo eius ſpecies licitæ ſint, vt hæc materia iam iam explicetur.

a *In præſenti cap. num. 46.*
b *In l. 3. ca. de exercit. act.*
c *Tract. de cambiis. ca. 1.*
d *In cap. de rebus reſtituend. fol. 145.*
e *Libr. 6. qu. 10. de iuſti. & iur.*
f *Capit. 14. quæſt. 3.*

SVMMARIVM.

2 *Cambium dicitur vnius rei cum alia permutatione.*
2 *Cambium neque eſt emptio, neque venditio, neque depoſitum, neque mutuum, neque commodatum, neque locatio, neque conductio, ſed contractus innominatus à prædictis diſtinctus.*
2 *Cambium propriè & generaliter ſumptum, diuiditur in cambium pecuniæ, & in cambium aliarum rerum.*
2 *Cambium propriè dicitur permutatio vnius pecuniæ cum alia, modo, neque vna pro alterius pretio, ſed pro permutatione tribuatur, quia omne vendibile permutari poteſt.*
10 *Cambia dicuntur non omnes permutationes, ſed vulgariter ſolùm pecuniarum cum pecunijs.*
10 *Cambium eſt reale, vel ſiccum, iuſtum, vel iniuſtum, vel dubium, purum vel impurum.*
10 *Cambium ſiccum, & Cambium fictum, quod verè cambium non eſt.*
10 *Cambiorum ſeptem genera, per litteras, per tranſlationem realem, per lucrum, ſeu intereſſe, per cuſtodiam, per emptionem, per permutationem, aut alium contractum innominatum.*

9 ADdimus itaque octauo, cambium eſſe *vnius rei cum alia commutationem*, quod communiter à iuris peritis permutatio dicitur. [g]

Vnde primum ſequitur, cambium propriè, neque emptionem, neque venditionem eſſe, vt late declarat d. l. 1. [h] neque depoſitum, neque tale mutuum, quod mutuum propriè dicitur, neque tale, quod commodatum, neque locationem, neque conductionem, ſed contractum, innominatum, qui à prædictis multis rebus diſtinguitur, per leges prædictas & l. *ex placito*. [i]

Sequitur ſecundum Cambium propriè & generaliter ſumptum, diuidi, in cambium pecuniæ, & in cambium aliarum rerum, quia quamuis germanius cambium videatur eſſe vnius rei naturalis, cum alia naturali permutatio: & conſequenter quando vna pecunia cum alia permutatur, aut alia re, non tamquam pretium, aut pecunia, ſed tamquam fragmentum aliquod, ſeu maſſa quædam auri, argenti, aut metalli, alter propriè tamen Cambium etiam poteſt dici permutatio vnius pecuniæ, (in quantum pecunia) cú alia: modo non vna pro alterius pretio, ſed pro permutatione tribuatur, quia omne vendibile, permutari poteſt, [k] vt dicit Hoſtiẽſis, [l] & pecunia res vendibilis eſt, vt infra [m] dicetur, quodquotidie in pecunijs pretij diuerſi, aut metalli fieri videmus, ſicut omnes fatentur, & iuxta eos etiam quos in hac materia ſequimur, in pecunia eiusdem pretij & metalli, quando vna in vna prouincia, alia in alia habetur, & quando etiam in eodem loco eadem pecunia conſiſtit: ſed vna eſt ad manum parata, alia præſens non eſt: vna ſua pulchritudine, antiquitate, aut alia ratione, eum qui eam permutatione acquirere vult magis delectat quam ſua, ſicut quotidie cernimus, vnum regale, vnum aureum, alio pulchrius ab alijs videri.

10 Sequitur, tertium quòd vulgari noſtro ſermone & aliquorum ſcholaſticorum Latinum verbum cambium vna ratione ſtrictius accipitur, quàm natiua eius ſignificatio patiatur, & alia generaliùs ſtrictius quidem ſumitur, quia iuxta propriam ſignificationẽ, omnis & ſola permutatio eſt cambium, & omne & ſolum cambium eſt permutatio: ſed vulgariter, non omnes permutationes cambia dicuntur, ſed ſolùm pecuniarum cum pecunijs, & multi contractus, qui propriè cambia non ſunt, ſed emptiones, locationes, conductiones, & alij contractus innominati, cambia nominantur. Cambium itaque acceptum, vt à vulgo prædicto vſurpatur eſt *omnis contractus pecuniæ pro pecunia non gratuitus*, ſiue ſit permutatio, ſiue emptio, ſiue depoſitum, ſiue quiduis aliud.

Cambium igitur, vt à vulgò accipitur, diuiditur iuxta S. Antoninum, [a] quem Angelus, Roſella & Siluester & Theologi, qui poſtea ſcripſerunt, ſequuntur, in reale & ſiccum cambium, cambium ſic cum iuxta illos eſt cambium fictum, quod verè cambium non eſt. Laurentius tamen, qui prius de hoc loquutus eſt, [b] dicit cambia ſicca eſſe, in quibus campſor priuſquam accipiat, dat, & quia in eis datio incidit ſine acceptione, ſicca cãbia nominantur diuiditur etiam iuxta Caietanum, [c] in cambium apertè iuſtum, & apertè iniuſtum, & in dubium diuiditur etiam iuxta alios, in purum & impurum: & alij vt Medina, vbi ſupra, appellant & rectè purum illud cui alterius contractus admixtum eſt, nihil impurum autem illud quod alterius contractus admixtionem habet. Sotus tamen vbi ſupra, purum appellat, quod in iuſtitiæ admixtione vacat, & impurum quod eamdem continet: quæ omnes diuiſiones noſtro iudicio exiguam vtilitatem pariunt & magnam confuſionem concinent. quare vtilius videtur dicere, ſeptem genera, ſeu modos eſſe cambiorum primum, ob officium mutuandi, de quo infra, [d] cambium ad minutum, de quo infra, [e] cambium per literas de quo infra, [f] cambium per tranſlationem realem de quo infra, [g] cambium per lucrum, ceſſante ſeu intereſſe de quo infra, [h] cambium per cuſtodiam de quo infra, [i] & cambium per emptionem de quo infra, [k] & cambium permutationem aut alium contractum innominatum: quia hæc cambij partes ad intelligendam hanc materiam & illuſtrandam aptiores ſunt, ad quas reale, ſiccum; apertè iuſtum, apertè iniuſtum, dubium, purum, & impurum rediguntur: de quorum vnoquoque ita dicemus, vt ex eorum deciſionibus, & fundamentis omnium dubitationes explicari poſsint.

a 2. *part. tit. 1. ca. 7. §. 4.*
b *In quæſt. 1. par. 1. ca. conſulnit. de vſur.*
c *In tract. de cambijs. ca. 1.*
d *Num. 15.*
e *Num. 19.*
f *Num. 21.*
g *Num. 31.*
h *Num. 34.*
i *Num. 36.*
k *Num. 41.*

SVMMARIVM.

11 *Cambium vt eſt permutatio rerum multo ante iquius, quàm contractus emptionis & venditionis.*
11 *Pecunia inuenta eſt, vt eſſet rerum venalium tamquam menſura publica.*
11 *Cambium pecuniæ, vel eſt minutæ cum magna, & econtra, vel minoris valoris cum pecunia maioris valoris, & è contra de vno loco ad alium.*
11 *Ars negotiandi permutatione pecuniarum non placuit Ariſtoteli, ſed S. Thomas illicitam eſſe dicit, cùm eius finis principalis quæſtus ſit, ſecus ſi moderatus pro ſua ſuorumque ſuſtentatione, & Reipublic. vtilitatem aſſerat.*
11 *Pecuniæ vſus ad lucrandum ex eius permutatione non eſt ipſius naturæ contrarius, quia licet à principali vſu, cuius cauſa inuenta eſt, differat, non tamen à minus principali & ſecundario, vt & ipſa merces.*

11 DIcimus nono Cambium ſeu permutationem rerum, aliarum quæ non ſunt pecunia, ſicut pulchrè dixit Iuriſconſultus Paulus, [l] multò antiquiorem contractum, quàm emptionis & venditionis eſſe, qui poſt inuenam pecuniam exordium ſumpſit; quia ante eam, qui rem

l *In leg. 1. de rerum permutation.*

g *Cap. 1. ff. de contract. & l. 1. ff. de rerũ permutation. & C. eod. tit.*
h *ff. de extra. empt. & l. 1. ff. de rerum permutation.*
i *Cod. de rerum permut.*
k *Leg. 1. titu. 6. part. 5.*
l *In ſumma de rerũ permutat. verſ. quid autem poſſen permutari.*
m *Eod. num. 20. & 32.*

aliquam habebat, & alterius indigebat, quærebat, qui eam haberet, atque cum ſua commutare vellet: verbi gratia, qui vinum & lanam habebat, & frumento calceiſque carebat, quærebat, qui frumentum & calceos haberet, & cum ipſius vino & lana permutare vellet; quod etiam hodie à Barbaris quibuſdam nationibus quibus cum cõmercia Hiſpani & alij habent, obſeruatur: inuenta tamen poſtea pecunia fuit, cuius inuentio ſicut ex vna parte maximè neceſſaria certè fuit, ita haud ſcio, an ex altera parte ſit pernicioſiſsima vt pote quæ per auaritiam animas, & per bella, nauigationes, peregrinationes horribiles corpora perdit, quin etiam ſe ipſam & multas naues, quibus ipſa huic & inde vehitur tempeſtatibus formidabilibus, & naufragijs diſsipat. Itaque primus vſus eius eſt finiſque principalis, cuius cauſa pecunia inuenta fuit; vt eſſet pretium, quo res ad vitam humanam neceſſariæ emerentur, venderenturque ſicut ipſe Paulus ait vbi ſupra; & ante ipſum Ariſtoteles, [a] & vt rerum venalium eſſet tamquam menſura publica, vt ait S. Thomas, [b] & omnes recentiores de hac re loquẽtes, præſertim Ioannes Calderinus hic & Laurentius in ca. conſuluit; [c] per aptus ad hoc text. in l. *ſi ira*. [d] poſtea incepit permutatio pecuniæ certi generis, ſeu æſtimationis, cũ alterius generis, & æſtimationis pecunia: vt magnæ, cũ minuta, & minutæ cum magna poſtea, quia pecuniæ vnius prouinciæ minoris in ea, quam in alia valebat, ſicut hodie omnis ferè nummus aureus, vel argenteus Hiſpanus minus in Hiſpania, quam in Flandria aut Francia valet, ars cambiendi adhibita eſt, quæ eſt ars negociandi pecunijs, vltrò citroque alij ab alijs dando accipiendo quæ per quam pecunia, ab his locis, in quibus minus valet ad ea in quibus plus valebat tranſportari cœpit, qua ratione multi noſtra ætate opes ſuas ſummopere amplificarunt, aureos duplicatos quadruplicatos & interdum decupleratos, in Flandriam & Galliam deferentes eoſque doliolis quibuſdam quaſi oliuas includentes vel dolijs vino plenis permiſcentes, inquorum ſingulis multum lucrabantur, & illinc merces, quæ illic parui conſtabant, & hic multum valebant, aſportantes: quorum alterum multum nobis emolumentum, alterum multum nocumentum afferebat.

a 1. *Poli. ca. 6.*
b *Libr. 2. de regim. princi. cap. 13.*
c 2. *qu. 26.*
d *ff. de ſicceſſ.*

Et Quamuis Ariſtoteli, [e] hæc ars permutandi, & negotiandi per permutationem pecuniarum non placuerit, quod hic tertius vſus, non ſatis naturalis, nec Reipubl. vtilis, neque alium finem quam quæſtum, qui eſt omni fine carens inſatiabilis & finis, habere illi videretur. Quam ob vnam cauſſam S. Thomas dixit, [f] communiter receptus, omnem artem negotiandi, cuius finis principalis quæſtus eſſet, abſolutè illicitam eſſe: quia tamen idem S. Thomas dicit, [g] artem faciendæ mercaturæ, quæ pro fine moderatum quæſtum pro ſuis ſuorumque ſuſtentatione habet, licitam eſſe, atque ars permutandi aliquas vtilitates Reipub. affert. Dicimus ſi qua ratione conuenit & debet exerceatur: quæſtuſque qui ex ea quæritur ad honeſtam moderaramque ſui ſuæque familiæ ſuſtentationem dirigatur, eam licitam eſſe. Neque verum eſt, vſum pecuniæ, ad eius permutatione lucrandum ipſius naturæ contrarium eſſe; quia quamuis ab vſu primo & principali, cuius cauſa inuenta eſt, differat: non tamen ab vſu & fine eius minus principali & ſecundario, ad quem, accommodari poteſt quemadmodum vſus enim calceorum, ad eorum negotiatione lucrandi differt à primo eorum vſu, cuius cauſa inuenti fuerunt, qui fuit cauſſa induendorum pedum: non tamen ideo eorum naturæ repugnat.

e 1. *Poli. cap. 6. & 7.*
f 2. *ſent. qu. 77. articul. 1.*
g *In d. arti. 1.*

SVMMARIVM.

12 *Pecuniæ vſus ad 8. fines, emptionem, venditionem, permutationem, oſtentationem opum, ad ornatum, ad delectandum aſpectu, ad medicinam, ad pignorandum pro debitis, & ad quinque poſtremos vſus locari poteſt.*
12 *Contractus ſimulatus ex eo vſu qui eſt, & non ex eo qui fingitur iudicatur.*

12 DIcimus decimo pecuniam ad octo fines adhiberi ad tres prædictos ſcilicet emptionem, venditionem, negociationem, aut permutationem, de quibus S. Thomas, [h] quartus eſt ad opum oſtentationem, [i] alij atque alijs oſtentando, aut in menſis, aut in plateis vbi negotiatio, aut permutatio exercetur, exponendo: quinrus ad toreumata & ornatum, & veſtitũ: ſextus ad ſe eius aſpectu delectandum, quod de auro affirmat S. Thomas, [a] ſeptimus ad medicinam ſuo iure ſeu ſucco aliquibus morbis faciendam: quale dicunt eſſe ius auri puri ſeu obrizi ita S. Thomas. [b] Octauus ad alteri pignori pro debitis dandum: ad quos quinque vſus, non ſolum mutuo dari, & permutari, ſed etiam locari poteſt: multis itaque in contractibus pecunia vſui eſſe poteſt: ratione pretij rei emptæ: ratione mercium alia pecunia venditarum: ratione contractus innominati permutationis, aut alterius pro alia re, aut pro alia pecunia danda ratione mutui, in quo non eadem, ſed ſimilis pecunia reſtituitur: ratione commodati; in quo, quæ data, fuit eadem omnino redditur: ratione etiam pignoris pro debito: ratione locationis pro certa peſione, vt eadem reddatur, quæ data fuit, poſtquam qui accepit, ea vſus fuerit, ad diuitiarum etiam iactationem, & ad ſe eius aſpectu oblectandum, aut eius iure vel ſucco pro medicina vtendũ, aut pignori opponendum &c. & quot modis dari, totidem accipi poteſt, quippe qua correlatiuorum eadem eſt diſciplina, [c] quòd latè explicat Felinus, [d] & quia natura prædictorum contractuum, quibus dari accipi-uè pecunia poteſt, diuerſa eſt: ſic diuerſis regulis iuris, quando ſit licita, vel non eius tractatio, iudicandum eſt. quia ſi pro emptione & venditione datur non poteſt dari niſi pro eo, quòd tantumdem quanti ipſa valet: per cap. *cum cauſa*. ibi *iuſto pretio*. [e] neque etiam ſi pro cãbio ſeu permutatione datur, nam quoad hoc ipſe cambiens emptoris loco habetur, [f] & ſi ratione mutui datur, ſiue illud idẽ, ſiue ſimile reſtituendum ſit, nulla res, neque minima, nec magna accipi poteſt, per ca. 1. & quę ibi [g] notauimus: [h] neque ſi pro pignore debiti proprij datur, ſi tamen ratione locationis tribuitur. vt eius aſpectus & oſtenſio delectationi, & honori inſeruiat aut eius ſuccus ad curandum adhibeatur, aut vt pro debito alieno pignori cedat honeſta locationis merces rectè capi poteſt, [i] de locato. quia huius contractus ea eſt natura, quo dominium non tranſfertur, ſed ſolum vſus, æſtimatus ratione temporis, in quod ſumitur. quemadmodum tamen potior ratio habenda eſt eius quod in rei veritate tranſigitur quam eius quod fingitur iuxta rubricam, cap. *plus valere quod agitur, quando quod ſimulatè concipitur*. [k] quoties reuera aliquis ex his contractibus reuera confiei & alius confingi intelligitur: non ex regulis confícti, ſed veri iudicandum eſt. Itaque ſi permutator verè ſuam pecuniam mutuat, quamuis fingat & commiſceatur ſe eam permutare, aut locare, recipere nihil poteſt.

a 2. *ſent. qu. 77. ar. 1. ad 1.*
b *Vbi ſupra.*
c *Leg. 1. C. de cupres. lib. 1.*
d *In proœm. Greg. & collil. 1.*
e *De empt.*
f *Leg. ſciendum. §. empt. ff. de adil. edict.*
g *Num. 1.*
h *14. quæſt. 3.*
i *Toto titul. c. & ff. loca. & de locato.*
k *Capit. illo vos. de pignor. capit. ad noſtram. de emptio.*

SVMMARIVM.

13 *Cambium ſeu permutatio pecuniarum, aut aliarum rerum in aqualis pretij ex altera parte illicita.*
13 *Permutator pecuniarum ſeu campſor, nequit accipere intuitu permutationis niſi quod valent pecuniæ ab eo datæ & exiguum quod ſolitum ſoluit pro permutatione vnius pecuniæ cum alia illico numerata.*
13 *Pecuniæ non inuentæ cauſa permutationis cum alijs, ſed vt eſſent pretium quoad emendum neceſſaria geſtari quouis poſſit.*
14 *Campſor nequit plus accipere ex eo quod ipſe prius ſuam pecuniam alteri quàm alter ſibi ſuam tradat pro tempore quo ſolutionem differt.*
14 *Campſori nequit pecuniam quis licitè dare cum pacto vt inde ad aliquod tempus ſortem, & aliquid amplius reſtituat, aut ſua cauſa aliquid faciat, quod ſua natura pecuniæ æſtimabile ſit.*
17 *Contractus in quo plus aut minus ob anticipatam, aut dilatam ſolutionem datur. aut accipitur, Vſurarius eſt.*
14 *Cambium & permutatio vt ſint licita, nõ requiritur vt quod aliquis cum alterius re permutare vult de præſenti habeat, ſed ſufficit habere tempore, quo erit tradendum.*
14 *Cambium & Permutatio, vt ſint abſoluta, neceſſe eſt rem ab vtraque parte tradi, hic contractus vt alij innominati valet etiam antequam traditio ab vtraque parte, aut ab altera ſola fiat.*

13 ADdimus vndecimo, quod quemadmodum emptio & venditio, vt ſit iuſta neceſſe eſt, vt res empta

a *Num. 15.*
b *Num. 16.*
c *Num. 17.*
d *Num. 18.*
e *Num. 19.*
f *Num. 20.*
g *Num. 21.*
h *Num. 22.*
i *Num. 23.*
k *Num. 24.*
l *Num. 25.*
m *Num. 26.*
n *Num. 27.*
o *Num. 28.*
p *Num. 29.*
q *Num. 30.*
r *Num. 31.*
s *Num. 32.*
t *Num. 33.*
u *Num. 34.*
x *Num. 35.*
y *Num. 36.*
z *Num. 37.*
aa *Num. 38.*
bb *Num. 39.*
cc *Num. 40.*
dd *Num. 41.*
ee *Num. 42.*
ff *Num. 43.*
gg *Num. 44.*
hh *Num. 45.*
ii *Num. 46.*
kk *Num. 47.*
ll *Num. 48.*
mm *Num. 49.*
nn *Num. 50.*
oo *Num. 51.*
pp *Num. 52.*
qq *Num. 53.*
rr *Num. 54.*
ss *Num. 55.*
tt *Num. 56.*
uu *Num. 57.*
xx *Num. 58.*
yy *Num. 59.*
zz *Num. 60.*

tanti valoris sit quanti pretiũ, quod pro ea datur: & contra
pretium sit tanti valoris quanti res ipsa valeat, [a] & quem-
admodum etiam, vt quæuis locatio iusta sit, necesse est, vt
vsus rei locatæ tanti valeat, quanti pretium; quod pro ea
datur & contra tantùm pretij pro eo detur, quantum ille
valet. sic vt cambium seu permutatio iusta & licita sit, ne-
cessùm est, vt quod ab vna parte alteri datur, æqualis pre-
tij sit cum eo quod accipit, quia in omnibus commercijs,
& contractibus iustitia commutatiua est seruanda; vt tra-
dit Aristoteles, [b] & rectè D. Augustinus, [c] & sentit S. Tho-
mas, [d] & exprimit Scotus, [e] & quia in hoc permutans, aut
cambiens pro emptore, aut venditore est, [f] facit ca. *ad quæ-
stionem.* cum glossa, [g] vnde sequitur quod quemadmodum
emptio mulæ, cuius pretium est centum aurei si constet o-
ctuaginta, aut centum Viginti aureis iniusta est: & etiam
locatio domus, cuius vsus in singulos annos quinquaginta
aureos valet, si constet quadraginta, aut sexaginta aureis est
iniusta sic permutatio alicuius bestiæ, quæ sex aureos non
valet, cum alia, quæ decem valet; iniusta est: nec conse-
quenter cambium, aut permutatio decem ducatorum ar-
genteorum, cum duodecim targularum licita est.

Sequitur item quod quoties permutatores seu camp-
sores verum cambium & permutationem pecuniarum,
cum pecunijs exercent, accipere nihil possunt nisi quod
valent ipsæ pecuniæ ab ipsis datæ intuitu permutationis,
& exiguum quid, quod pro permutationis labore vnius
pecuniæ, cum alia illico numerata solet solui: quamquam
fieri aliquando potest, vt intuitu quarumdam circunstan-
tiarum & aliarum rationum adiunctarum, & efficientium,
vt purum cambium non sit, aliquid vlterius recipi possit,
sicut deinceps dicetur: quia si cambium & permutationem
aliarum rerum naturalium, (in quibus permutatio est le-
gibus, aut saltem naturæ congruentior per dicta supra, [h])
rerum permutatarum inæqualitas illicitam reddit: à fortio-
ri illicitam faciet permutationem pecuniarum, quę quate-
nus sunt pecuniæ, artificiosæ sunt, quæ non cum alijs per-
mutandarum causa, inuentæ sunt, sed vt essent in pretium, [i]
quod ad emendum necessaria gestari quouis facile possit.

14 Duodecimo dicimus nullum permutatorẽ seu camp-
sorem plus accipere posse eo, quod alioquin iuste posset,
ex eo quod ipse prius suam pecuniam alteri, quàm alter si-
bi suam tradat, & solutionem ad vnum mensem, vel duos,
aut ad alteras nundinas producat. Hostiensis ait istud esse
pessimum genus vsurarũ. [k] Neque contra quispiam potest
permutatori aliquam pecuniam licitè dare cum pacto, vt
inde ad annum vnum, aut tres menses, aut alteras nundi-
nas, sortem & amplius aliquid ei restituat, aut sua causa a-
liquid faciat, quod sua natura pecunia æstimabile sit: quia
vbicumque amplius quam sors datur, aut accipitur ratio-
ne temporis, aut ob solutionis anticipatione, aut dilatio-
nis, est mutuum saltem palliatum quod vsuram palliatam
continet sicut diximus in comment. cap. 1, [l] & probatur in
cap. *ad nostram.* [m] & in ca. *illo vos.* [n] cum ei annotaris, & quia
sicut qui mulam aliquam tradit, vt alia sibi multo maioris
pretij, post tres, quatuor, vel sex menses sibi tradatur, est vsu-
rarius. sic qui nunc aliquas pecunias tradit, vt post tres,
quatuor, vel sex menses, aliæ, quæ plus valent restituantur,
vsurarius est. non tamen necesse est, quod ab aliquibus re-
quiritur, vt à Soto, [o] & ante illum à Silvestro, [p] quem ipse
non citat scilicet vt id quod aliquis cum alterius re permu-
tare vult, sit iam in esse productum, & eius iam sit, qui illud
permutare vult. Primo quia nullus est textus, neque ratio,
quæ id probet. Secundo, quia sicut emi potest res quæ
nondum existit in rerum natura, [q] & pignori dari, [r] & pro-
mitti, [s] & legari, [t] & sic permutari, iuxta mẽtem glossæ,
Cini & Saliceti. [v]

Tertio, quia idem Silvester [x] fatetur, quod vt ego licitè
permutare possim decem aureos Vlyssiponæ, cum de-
cem aureis hic Lugduni præsentibus: non est necesse, vt
tempore, in quo tu mihi decem aureos hic tradis, ego illos
Vlyssiponę habeam: satis enim est, vt illos mutuos soluen-
do interesse inuenire possim, aut alio modo, eo tempore,
quo tibi illic tradendi err. Quarto, quod si tecum permu-
tarem centum olei libras, quas hic habeo, cum tot alijs, aut
pluribus, mihi abs te Vlyssiponæ reddendis, nõ est necesse,
vt tempore quo eas tibi hic trado eas tu illic habeas:
quia satis est, vt eas quando mihi tradendæ sunt mihi dare
possis: neque obstat dicere, vt permutatio sit necesse est, vt
certa quædam res, cum alia certa commutetur: primo, quia
licet hoc ad permutationem specialem opus est non ta-
men ad generalem requiritur. Secundo quia si id esset ne-
cessarium, ferè nullus mercator qui pecunias Methinæ in
Flandriam accipit, aut contra in Flandria pro Methina, ve-
rum cambium faceret; quod absurdum dictu est, & ideo
non dicendum, [a] quippe nemo, licet multis alijs pecunijs
abundet, vbi illa tradendæ sunt, tales aureos, aut talia re-
galia ad dãdum eo destinat. Verum est tamẽ quod vt per-
mutatio ab vtraque parte ita perficiatur vt nulla pars pos-
sit retractare pœniteat, non solum est necesse, quod ab il-
lis requiritur, sed etiam vt ab vtraque parte tradatur, quia
permutatio est contractus innominatus, sed non, quo
contractus permutationis valeat, quemadmodum alij
contractus innominati valent, anteaquam traditio ab
vtraque parte, aut ab altera sola fiat: per latè notata in l. *si
pecuniam.* [b]

SVMMARIVM.

15 *Campsor ob officium & laborem potest aliquid certum ac-
cipere.*
15 *Vsura non committitur quando plus mutuato, ob aliam iu-
stam, & à mutuatione distinctam causam accipitur.*
15 *Permutator ob officium & laborem mutuandi aliquid acci-
pere potest, cum septem fundamentis pro parte affirmati-
ua, & cum alijs pro negatiua. num. 16. concludit cum alijs
pro affirmatiua, quando &c. num. 17, & 18.*
15 *Campsoris officium, qui pecunias ad certam quantitatem, &
certum tempus pro certa mercede mutuet instituere Res-
pub. potest.*
15 *Iudex ob suas sententias, testis ob testimonium, & parochus ob
sacramenta, accipere nihil possunt, sed propter sustentatio-
nem, & labores susceptos.*
15 *Sacerdos obiter duarum leucarum, vel ob mansionem in cer-
to loco causa dicendæ missæ, meritò plus quàm hic, aut si ca-
su diceret, recipere potest.*
16 *Mons pietatis licitus secundum Auctorem, vt pauperes, quibus
mutuatur quid soluant, pro labore & stipendio ministro-
rum; secus secundum Caietanum & Sotum. num. 17.*
16 *Cambiorum & Montis pietatis non est eadem ratio, cum illa
lucrum respiciat, ista tamen indemnitatem ministrorum.*
16 *Officium mutuandi, & Vsuras etiam moderatas recipiendi il-
licitum.*
17 *Mercedem promeretur qui ad mutuandum Reipubl. se obli-
gat, ex quo sequitur &c.*
17 *Argumentum, quod eo quod probandum est, nititur non valet
cum sit petitio principij.*
17 *Vsura non est vbi amplius dato, non ratione mutui recipitur,
sed alia ratione recta & iusta, vt laboris.*
17 *Mutuare siquis obligetur Reipubl. quoties quiuis ex populo
opus habet pro obligatione illa, licitè stipendiũ capere potest.*
17 *Montes pietatis liciti, & vtiles sunt & stipendium capere
possunt, qui illum exercet vel à Republ. vel à capientibus
ex eis vilitatem.*
18 *Campsores instituere reges & principes deberẽt, qui ad mu-
tuandum tenerentur. magnis propositis pœnis ne plusquam
ab eodem constitutum acciperent.*
18 *Officium aliquod est licitum, quod auctoritate priuata ne-
quit exerceri & publica potest.*

15 DEcimotertio magnum Dubium esse. an primum
cambium licitum sit ob officium, & an ob labo-
rem mutuandi aliquid accipere fas sit, quia Caietanus, [c] di-
cit aliquos tenuisse, permutatorem quatenus est mutuator,
& ad pecunia indigentibus mutuandum se offert, certum
aliquid, pro certa pecuniæ quantitate mutuata pro certo
tempore, ad arbitrium boni viri accipere posse; ob labo-
rem & industriam, quam in quærendo, habendo, & seruando
multas pecunias, quæ ad id sunt necessariæ ponit, deinde
in referendis in codicem aliquem rationibus, accipiendi-
sque securitatibus, periculis & molestijs suscipiendis.
quod etiam tenet Durandus, [d] licet non asseueret, & Me-
dina, [e] pro quibus facit primo, quod talis mutuator non ob
mutuationem, sed ob labores, quibus se obijcit, qui citra
dubium magni sunt, recipit, & certum est vsuram non

commit

a *Capit. 1. & ca. ad nostra & c. cũ causa. vbi iusto pretio de emptio.*

b *5. Ethic.*
c *Libr. 13. de ciu. cap. 3.*
d *2. sent. qu. 58. artic. 6. & 59. artic. 2.*
e *In 4. dist. 15. q. 2. art. 2.*
f *Leg. sciendum. §. emptorem. ff. de ædil. edic.*
g *1. de rerum permutat.*

h *Eod. nu. 11.*

i *Leg. 1. ff. de rer. permut. & supr. eod. num. 13.*

k *In summa de vsur. §. an aliqua, sub finem. vers. quid si pecuniam.*

l *14. qu. 3. n. 16.*
m *De empt.*
n *De pignor.*

o *Lib. 7. qu. 5. artic. 2. de iustit. & iur.*
p *Verb. vsur. 4. quæst. 9.*
q *Capit. nec emptor. ff. de contra. empt.*
r *Leg. & quæ nondum. ff. de pignor.*
s *Leg. interdũ. ff. de ver. §. ea quæ insti. de leg.*
t *In leg. 1. C. de verit. permutat.*
v *Verb. vsur. 4. qu. 9. vers. 7.*
x

a *Leg. nam quod absurdũ. ff. de operibus. lib. & cap. Dudum de prabend. lib. 6.*

b *ff. de cõdict. caus. dat. & l. ex placito C. de rer permutat.*

c *In tract. de cambiis. capi. 2.*

d *In 3. distin. 37. quæst. 2.*
e *In Co. de reb. restituẽd. à fol. 147.*

committi, quando plus mutuato, ob aliam iustam & à mu-
tuatione distinctam causam accipitur: quod ex diffinitio-
ne vsuræ in comment. [a] posita colligas. Secundo, quia qui
habet munus vnam pecuniam cum alia statim numerata
permutandi, ei ob illud munus & laborem dari aliquid
potest. quia dignus est mercenarius mercede sua, [b] & ea-
dem ratio in hoc casu valere videtur. Tertio, quia iuxta
mentem Scoti, [c] Respubli. instituere potest, vt sit aliquis
qui pecunias ad certam quantitatem, & certum tempus,
pro certa mercede mutuet. & si Respubl. id statuere po-
test, licitum est, & si licitum, & non prohibitum est, à quo-
libet accipi & exerari potest, & ob illud recipi quod iu-
stum fuerit, iuxta eundem Scotum. [d] Quarto, quia index,
parochus, & testis, qui ob suas sententias, per c. *Non sanè.* [e]
vbi de iudice, & teste, & per cap. *sicut pro certo.* & ca. *Nemo.* [f]
vbi de alijs, ob sacramenta, ob testimonium accipere ni-
hil possunt, propter suam sustentationem, & labores quos
suscipiunt, aliquid recipere possunt. Quinto quia talis
permutator, ob mutuationem à negotiatione cessat, &
consequenter lucrum cessans accipere potest, per ea quæ
in comment. c. 11. & infra eodem, [g] dicimus. Sexto, quia
sacerdos ob peregrinationem duarum leucarum dicendæ
missæ causa, aut ob mansionem in certo loco, eiusdem ad
eamdem celebrandam causa, merito plusquam si hic, aut
casu diceret, recipere potest, vt dicit Innocẽtius receptus. [h]

16 Septimo, quia in alio comment. c. 1. [k] tenuimus Mon-
tem, quem pietatis appellant, licitum esse, at in eo permit-
titur, vt pauperes qui mutuum recipiunt, pro certa summa
tantum in singulos menses, quibus apud se retinuerint, sol-
uant in stipendium eius, qui officium illius seruandi, regen-
di, & mutuandi habet. Oppositum tamen alij tenent vt
Caietanus, [l] quem sequitur Sotus. nec illo nec vllo rela-
to, [m] quia videtur idem esse ac si diceretur statui posse, vel
etiam à re ipsa constituatur officium & artem mutuandi
sub moderatis vsuris exerceri posse; quod contra Euan-
gelium, & ius naturale, & Pontificium, & contra omnes
eorum interpretes & doctores videtur, qua sola conside-
ratione omnia argumenta in contrarium adducta solui
aiunt, quia si officium licitum non est, neque quidquam
propter illud mercedis nomine capere licitum est, neque
propter labores, qui in eo exercendo, & præparando res
ad id necessarias ponuntur. Neque ex officio iudicis, te-
stis, parochi, capellani ad id quicquam inferri potest, quia
hæc licita sunt, illud non: & ideo non sequitur, vt si pro o-
bligatione, labore & sustentatione, eorum aliquid dari
possit: etiam in isto dari possit. Et qui tenent montes pie-
tatis illicitos esse, non habent quid septimo argumento
respondeant, quod cæteris firmius videtur, tamen tenen-
do illos licitos esse, respondere possumus, magnum esse
discrimen, inter hoc & montem pietatis: quia in hoc que-
ritur lucrum & tamquam scopus consideratur in monte
pietatis non, sed vt is qui munus habet ab omni damno
sartus tectusque seruetur, nec à se posita labores, sollicitu-
dines, & diligentiæ quæ sunt æstimabilia, irrita & frustra
suscepta sint. Hîc pecuniæ mutuatoris sunt & custodia ip-
sarum ipsum tangit, illic pecuniæ pauperum sunt, aut alte-
ri pauperum cautiæ concessæ, & illarum custodia ad illos
pertinet: & quod datur & soluitur exiguum quiddam est:
& in vnam collectam aut tributionem iustam, & vtilitati
quæ ex eo capitur consentaneam reducitur & ob hanc ra-
tionem, & alias hoc ex illo concludi non potest.

17 Semper tamen non ita colore & probabilitate care-
re nobis videtur alia opinio ac illi eius fautores osten-
dunt. primo, quia eorum opinionis principale fundamen-
tum presupponit pro explorato illud ipsum de quo quæri-
tur. disputatur enim, tacitè saltem, an illud officium lici-
tum sit vel non: & contraria opinio tenet licitũ esse, & ip-
sorum non esse; & ita est petitio principij, aut ratio eadem
cum dicto, contra l. 1. adiuncta glossa & Paulo. [n] Secundo
quia ad primum fundamentum respondetur, nullam esse
vsuram, vbi amplius dato ratione mutui non recipitur,
quamuis alia ratione recta & iusta recipiatur. Tertio quia
idem Sotus, [o] fatetur licitè aliquem stipendium accipere
posse, eo quod obligaretur Reipubl. ad certam summam
mutuandam toties quoties illa opus haberet. Quarto quia
ex hoc Soti dicto [p] sequitur, quod nostra sententia negari
non possit scilicet Rempubl. alicui certum stipendium ex
publico constituere ei posse, qui ad recuperandum, & ad
certam pecuniarum summam præparatam habendum o-
bligaretur, vt eam quotannis in ea agentibus certo anni
tempore mutuaret, & alio recuperaret, quam postea rur-
sus alijs iterum mutuaret, ita vt hæc omnia illi præstanda
essent: atque illud stipendium in singulos annos reciperet
non ratione mutui principaliter, sed ratione obligationis,
qua ad illam summam habendam ad mutuandum: & præ-
dictos labores curasque perferendum obstringeretur.
Quinto quia fatendum est licitum & Reipublic. vtile
esse, vt aliquis sit obligatus ad gratis mutuandum certam
summam in singulos annos, neque negari potest à Repub.
ei qui eiusmodi munus iustum capesseret, stipendium de-
cerni posse: vt colligitur ex doctrina excellenti, excellen-
tis doctoris Scoti. [a] Sexto quia si officium pauperibus gra-
tis mutuandi licitum est, & officio licito Respubl. stipen-
dium statuere potest, poterit illi hoc constituere, & conse-
quenter, illud ab his exigere, in quorum vtilitatem illud
officium, & munus institutum est: & per consequens de-
cernere, vt eiusmodi pauperes pro rata, (vt vnum solidum
pro libra pro tempore quo quisque vteretur plus aut mi-
nus) illius stipendij partem Reipubli. soluant; & conse-
quenter ne tanta circuitione res implicaretur, & sumptus
vitarentur, aut iidem ipsi illud stipendium ei, qui illud
munus suscepisset, pro quanto tempore plus aut minus;
aut ad longius, aut breuius tempus accepissent, soluerent.
Septimo, quia rationes & auctoritas sedis Apostolicę, qui-
bus in alio commentario, [b] licitos & laudandos esse mon-
tes pietatis concluximus, hoc etiam licere concludunt.
Octauo, quia si eo quod cambium minutum licitum & vti-
le est, sicut statim dicetur, licitè constitui potest, vt illi
qui illud exercent stipendio aliquo vel ab ijs qui ex eo vti-
litatem capiunt, iuxta vtilitatem quam ex eo hauriunt,
affici possunt, aut à Republi. si qui ex illo vtilitatem
capiunt: id non præstent sicut fit, per eamdem rationem
licitum erit, quod supra dictum est.

18 Propter quas rationes, salua debita correctione, has
duas opiniones sic conciliamus, vt prima de eo, qui Rei-
pub. eiusdem auctoritate ad exercendum prædictum mu-
nus obligatur, intelligatur; quin etiam optare audemus
vt principes & reges huiusmodi mutuatores in suis Re-
bus pub. instituant, qui ad prædictam, mutuandi munus ma-
gnis propositis pœnis, ne plusquam ab eisdem constitu-
tum esset, acciperent, tenerentur: consuetudo tamen mul-
tum malè lucrandi efficiet, ne quis tam exiguum lucrum
qui benefacere velit reperiatur. Secunda verò opinio de
eo intelligatur, qui sine aliqua ad id obligatione; priuata
auctoritate, huiusmodi mutuandi officium vsurpat. Ne-
que obstat dicere, quod cùm officium de se licitum sit,
quisque illud absque alia auctoritate sumere possit, & pro
sua sustentatione, tantùm accipere, quantum iustum esset,
vt à Repub. aut principe illius eidem constitueretur: iuxta
Theoricam excellentem eiusdem Scoti vbi supra, & con-
sequenter in omnibus opinionem Durandi: [c] & Meding. [d]
locum habere. Dicimus inquam id non obstare: Primo
quia Durandus & Medina loquuntur ad hoc de eo, qui
non obligatur, in quo non eadem, quæ in eo qui obligatur
ratio valet, cùm hæc sit principalis causa, cur hoc officium
licitum esse & ob illud stipendium accipi posse, dicamus.
Secundo, quod quamuis istæ rationes probarent, aliquan-
do apud Deum, & in foro conscientiæ, licitum fore huius-
modi officium, sancta volũtate capessere, atque etiam abs-
que obligatione, illud exercere, ac aliquid minus, quàm
acciperet, qui obligatus est, capere: apud homines tamen
& in foro exteriori, vsurarius iudicandus esset, ob magnas
fraudes, quę in hoc exercitio pietatis prętextu irrepere
possint, iuxta ea quæ supra in principio huius Commenta-
rij, [e] de mutuante & securitatem præstante diximus.

SVMMARIVM.

19 *Cambium quod minutum appellant licitum, Rempub. dicere;
& potest ad id minister publicus cum stipendio constitui.*
19 *Pensatoris officium publicum in Hispania vt iusti ponderis mo-
netæ currant distinctum ab officio campsoris seu permu-
tatoris.*

a *In 4. distin. 15. qu. 2. artic. 2. sequitur.*

b *Cap. 1. 14. qu. 3. nu.*

c *In 3. distin. 37. qu. 2.*
d *De reb. restituẽd. à fol. 147.*

e *Nu. 3. & 4.*

a *Cap. 1. 14. qu. 3.*

b *Luc. 10. c. 13. quæst. 2.*
c *In 4. distin. 15. quæst. 2.*

d *Vbi supra*
e *14. quæst. 3.*
f *De simon.*

g *14. q. 3. nu. 45.*
h *Nume. 34. & 35.*
i *In c. quoniã de simon.*

k *14. qu. 3. à 64. vsq; ad 70.*
l *In tractat. præcitto de cambys. ca. 2.*

m *lib. 6. q. 11. ar. 3. de iust. & iure.*

n *ff. de excep.*
o *Li. 6. de iust. & iur. q. 1. a. 2. ad 4. arg.*

p *Libr. 6. de iust. & iur. q. artic. 2. ad 4. argument.*

19 *Cambium minutum potest quilibet exercere, etiam si eius officium publicum non habeat. contra Caiet.*

20 *Pecuniæ aureæ, & grandiores ne augeantur pretio, & ne mittantur extra regnum cum eius damno prohiberi potest. nam ob lucrum extranei dant ciuibus pro eis, plus satis quam valeat.*

20 *Pecunia vendi potest iuxta intrinsecum pretium suum, quamuis longè tantùm non valeat.*

20 *Pecunia per legem æstimata ex singulari aliquo vsu & vtilitate plus valet.*

20 *Cambium minutum licet omnibus alijs sit sua natura iustius, illicitum tamen fieri potest multis modis non seruata æqualitate.*

19 SEcundum Cambium quod minutum dicitur, iuxta Omnes, Laurentium & Rodulphum, [a] quibus Caietanus, Medina, Sotus acceduat, licitum esse: quale est grandiorem pecuniam cum minuta, aut minutam cum grandiori permutare, exempli gratia. Ducatum, cum vndecim regalibus, aut cum trecentis & sexaginta quinque dipondijs: aut contra, vndecim regalia, aut 365. dipondia cum ducato &c. Quin etiam quia multum Reipubli. confert, vt esset aliquis, qui hoc munus exerceret, ab ea, iusta aliqua merces quæ ex publicis reditibus soluatur; illud exercenti, iuxta singularem Theoricam Scoti, [b] constitui potest, aut ab eo, qui tali permutatione indiguerit, aut certum quid detur decerni: quemadmodum in his regnis [c] sancitum est, vt permutatione aurei castellanei, dipondia quatuor, & ducati, & dupli, tria, & floreni, duo accipi possint, quod munus cuilibet permutatori conuenit, iuxta mentem pragmaticarum istorum regnorum [d] sicut & ipsum vocabulum declarat. Quemadmodum etiam pensator constituitur, cuius munus est examinare in statera re omnem pecuniam auream & argenteam, [e] & dicere quid quæque valeat, & rationes inter partes eam dantium & accipientium conficere, neque esse permutator saltem Hispali potest, nec pecuniam ad permutandam habere, nec quicquam eo quod pendeat accipere, immo domum, stateram, & mercedem à Republi. habere debet, [f] quamquam his duobus muneribus idem (nescio ex cuius mandato) in Salmanticæ inclyta, temporibus illis aureis fungebatur; quibus nos principem in ea iuris Pontificij cathedram obtinebamus, quibus ob permutationem dupli aurei, cuius bonitas ad viginti quatuor momenta pertingebat, duo dipondia accipiebantur, quæ de viginti duobus regalibus superant, & Viginti duobus regalibus, & quatuor dipondijs duplum aureum eiusdem generis dabamus.

Caietanus tamen, [g] dicit nullum alium, qui publicum tale munus non gerit, licitè illud quod super est recipere posse. Nobis tamen contrarium melius videtur, sicut etiam Medinæ & Soto ob ipsorum rationes visum est: & etiam propter impedimentum, & laborem, qui huic rei inesse solet, in ascendendo ad cubiculum, in reseranda capsa, in numerando, numerationem aspiciendo, in dando atque accipiendo, in pecunia asseruanda, quæ pecunia æstimabilia esse negari non potest, quidquid aliqui prædictorum dicant, non enim officium fuit causa recipiendi illud plus, sed potuisset plus aliquid recipi propter operam, & impedimenta fuit causa instituendi officium; & quamuis vterque laboret in numerando, gratia tamen eius qui cambium petit, vterque labor principaliter sumitur. Nonnulli tamen dicunt, vt Sotus vbi supra &c. in istis regnis vetitum esse, vt priuatus aliquis ob permutationem pecuniæ quidpiam recipiat, tamen non credimus, primo, quia nullam legem id prohibentem afferunt; secundo quia leges de hac re loquentes solùm prohibent: [h] nequis officium permutatoris sibi sumat, quod publicè absque publica auctoritate exerceat, nèue extraneus, quamuis ex diplomate ciuis effectus sit, esse possit. Tertio, quia expresè pragmatica, [i] his aut terdicit, vt illud à permutatore recipi possit, atque ab alia quauis persona, qui permutauerit.

20 Prohiberi tamen posset, si è Republi. videretur, quo minus pretium pecuniæ mutaretur, quo qui minus extra regnum adeps regni ipsa pecunia mitteretur. Quia ex eo quod quilibet suas grandiores pecunias, cum minuta permutabat, idque cum lucro. Vidimus in Lusitania, extraneos ciuibus dare priuatim, pro pecunia aurea longè plus quam ipsa valeret, quò ad alia regna, non sine magno illius damno eam transmitterent.

Credimus tamen habentem nummos auri obrihi, eos vendere aut permutare posse, veluti nummos & frusta quædam aurei, & plus aliquid quàm valeat, iuxta pretium legis, recipere. ab eo, qui eis, ad inaurandum, curandum, & alias res opus habeat, si illud plus ex materie suæ bonitatis reuera valent, aut ob dationem aliquam commoditatem amittit, quam ex retentione capiebat, quæ æqui aut plus, quam amplius illud valet: argument. eorum, quæ in comment. ca. 1. [a] diximus post S. Thomam, [b] quod in quotidiano vsu erat nostra ætate, Tolosæ Galliæ, vbi, qui eos habebant, ad inaurandum cultiorum artificibus vendebant, qui aureos Lusitanos cruce consignatos, qui iam in ea regione non reperiuntur, emebant, carius etiam, quàm aurei dupli nostrates duabus faciebus insigniti valeant, quorum iam nullam nobis ostenditur. Et quamuis Medina, [c] oppositum contra omnem consuetudinem, sine ratione, quæ nostro iudicio concludat, teneat, & hæc opinio quam etiam Sotus, [d] sequitur, fulcire hac ratione potest, quòd quamuis illa moneta æstimata sit à Republi. secundum quod pretium ad suum vsum principalem destinatum est, ita vt ampliori quàm illo pretio locare illam nemo possit: & sicut licet nemo cogi possit, vt emat triticum iustè æstimatum ampliori pretio, sic nemo cogi potest, vt pro pecunia amplius, quam quo æstimata est, det: propter tamen alios vsus, & alias rationes priuatas, quas ius inter esse singulare appellat, vt dicit Glossa, Barthol[e], Baldus, Decius & alij, [e] qui eam habet, plus aliquidab eo, cui dat, rectè accipere potest. argument. l. *si in emptionem*. [f] & eius quod ait S. Thomas, [g] hoc tamen cambium, quod est omnibus alijs suapte natura iustius, illicitum fit, si campsor plus quam iusta lege aut consuetudine ei debeatur, recipit: si pecuniam adulterinam, prauam, fractam, aut vsu non receptam permutationem petenti tribuat: si in pretij nummi aurei quod permutationem petens ignorat, fraudauit, sicut pragmaticæ, [h] istorum regnorum significant; & quia in altero, plus iusto recipit, in altero minus dat. Et vicissim & si qui permutationem accipit, quod iustè debetur permutatori, non soluat, quoniam æqualitas hîc est seruanda, vt dicit Aristoteles & nos tradidimus. [i]

SVMMARIVM.

21 *Cambium per literas licitum secundum omnes, & etiam translatio virtualis pecuniæ in aliam prouinciam, quàm hic do, vel æquiualens facio, partim do campsori, aut alicui alteri ibidem pecuniam, vel fidem habenti, quo mihi literas det, vt ibi tantumdem mihi detur, quamtùm tradidi, aut feci & præ mea certum lucrum tribuo, & sic dicitur quia virtutem bonorum mihi datur.*

21 *Cambium & si communiter fit per literas, per nuncium etiam aut per se ipsum eò proficiscendo & dando fieri potest.*

22 *Cambij contractus non habet speciale nomen, sed est innominatus. Do vt des, do vt facias, vel Do vt des, & facias, vel facias vt des, aut facias, vel facio & do, vt des & facias.*

22 *Pecuniæ transmittendæ quæ campsori datur dominium in ipsum transfertur, vnde cambium non est locatio laboris & industriæ, quæ non importat dominij translationem in transmittendo.*

22 *Contractus tam nominati quam innominati, vt sint iusti requirunt, vt quod datur aut fit ab altera parte tanti sit, quanti quod fit aut datur ab altera.*

23 *Cambij contractus vt sit licitus, necesse est, vt quod datur campsori, quo literas det propter quas mihi pecuniam alibi dari faciat, sit ei æquale, & amplius eo iustum stipendium tribuatur, quod mensuretur cambientium pecunia, vel copia, vel lege, vel consuetudine, vel arbitrio boni viri.*

24 *Cambium per literas in quo plus iusta mercede accipitur, aut minus ea datur, ob dilationem, aut anticipationem illicitum est, ad restitutionem obligans.*

24 *Contractus omnis in quibus æqualitas non seruatur iniustus.*

24 *Contractus omnes in quibus plus iusto pretio rigido, aut minus iusto pretio infimo numerato accipitur, vsuram formalem, vel virtualem continent.*

a *In cap. consuluit. de vsur. Ant. 2. par. tit. 1. cap. 7. §. 47.*

b *In 4. distin. 15. quæst. 2.*

c *Pragmat. 129.*

d *Prædicta pragmat. 129.*

e *Pragmat. 126. & 127. & in lib. pragmat.*

f *Pragmat. 125.*

g *Vbi supra qu. 1. & 6.*

h *Pragmat. 124.*

i *129.*

a *14. quæst. 3. numer. 45.*
b *2. sent. qu. 77. artic. 1.*

c *Vbi supra.*

d *Vbi supra.*

e *In leg. 1. C. de sent. quod pro eo quod interest. profert.*
f *ff. de minor.*
g *2. sent. qu. 77. artic. 1.*

h *126. & 127. & melius. 129.*

i *5. Ethic. & supra nu. 13.*

25 *Cambia manifestè iniusta, sunt sicca, quando fingitur in longinquum locum, & in præsenti soluuntur vbi receptæ sunt pecuniæ pretio, quod currit hic in Nundinis ad quas accepit, & peiora sunt recambia, quia plures Vsuræ soluuntur.*

26 *Campsor in fictis cambijs, à peccato mortali & restitutione liberatur, ratione lucri cessantis, si verè à iustis cambijs propter necessitatem capientium cesset. num. 34.*

27 *Cambiorum litteræ & si per statutum statim executioni mandandæ sint non de fictis, sed de veris, qua parte veræ sunt intelligitur.*

27 *Vsura est sine cambio pecuniam dare alibi soluenda post annum cum lucro cambiorum.*

28 *Cambium per literas ab vna ciuitate eiusdem regni in aliam eiusdem licitum per ius naturale, humanum & commune.*

29 *Cambia per literas ab vna ciuitate eiusdem regni in aliam in Hispania & Lusitania iustè prohibita, parum tamen vtiliter iuxta auctoris sententiam. num. 28. & 30.*

30 *Cambiorum pro varietate locorum in regnis Hispaniæ certa taxa rectè constituta ad occurrendum iniustitiæ.*

21 DEcimo quinto dicimus tertium cambij genus, quod per literas appellatur, iuxta omnes licitum esse: quod est translatio virtualis pecuniæ: per quam qui pecuniam vult in alia prouincia, in ista dat, aut facit, quod æquè æstimatur, aut partim facit, & partim dat permutatori, aut alteri alicui in illa prouincia pecuniam aut fidem de illa danda, quò literas sibi det, quibus sibi illic tanta summa tradatur, quantum valet, id quod ille hic tradidit, aut fecit, & præterea certum lucrum tribuit, vt per huiusmodi literas, eam sibi pecuniam illic dare faciat. Dicitur autem *cambium per literas*. quia communiter per literas conficitur, quamuis etiam per nuncium, aut per seipsum eò proficiscentem & pecuniam tradentem fieri possit.

Hic contractus iustus est, & multum à Baldo laudatur, [a] qui dicit eum esse iustum, & de iure gentium, necessarium, & ratione naturali suffultum, quamuis speciale nomen illi non imponit, nec nostra sententia (quæ satis cum Calderino conuenit, [b] & quàm credimus sententiæ Iurisconsultorum prudentiorum quadraturam) habet. quia si aliquod nomen haberet esset emptionis, aut venditionis, cambij, seu permutationis, mutui, aut locati ab altero, aut alteri, operas, labores, industriam, & fidem quo pecunia quo loco opus est alteri tradatur, propriè tamen & purè nihil horum est. Primo quia in eo omnes essentiales alicuius illorum contractuum conditiones non concurrunt. Secundo, quia ex centum, qui hoc modo permutant, non reperiuntur quatuor, qui emere, aut vendere, aut mutuare, aut accipere pecunias sibi creditas aut se permutare existiment, nec etiam operam & laborem permutatoris, vt illic ea pecunia sibi detur: contractus autem ex voluntate interesse contrahentium pendent, quia actus agentium non operantur vltra fines eorum. [c]

22 Tertio, quia si aliquis ex his contractibus esset, foret locationis alterius laboris, & industriæ, quæ in aliquid ab vno, in alium locum transmittendo ponitur: quod dici non potest: quia in eo rei trãsmittendæ dominium in eum ad quem transmittenda est non transit, [d] & in hoc sic: Quia dominium pecuniæ transmittendæ, quæ permutatori datur, in ipsum transfertur: Est tamen contractus quidam eorum qui proprio nomine carent, & à Iurisconsultis innominati vocantur. in l. *Naturalis*. [e] verb. adiuncta. l. fin. cum glossa & ei annotatis, [f] & est interdum do tibi, vt des, interdum do vt facias, interdum do tibi, vt des & facias, iuxta doctrinam Bartholi, [g] interdum facio, vt des, aut facio & do, vt des & facias, &c. Do tibi pecunias hîc, vt mihi des literas, aut facias, id quod mihi dare facias, aut tu ipse mihi des alteram tantam pecuniam illic mihi des, soluendo tibi quod iustum est, pro tuis laboribus, [h] industria & fide quæ prius collocasti, & nunc sumus, & vt mihi illic dentur curabis assumi.

23 Et quamquam alijs in rebus contractus proprijs nominibus nominati, ab his, qui iisdem carent differant iuxta notata, [i] cum illis tamen conueniunt, quatenus ad hoc vt iusti sint, requirunt etiam, vt quod datur, aut fit ab altera parte, tanti valeat, quanti quod ab altera parte datur aut fit, iuxta solemnem illam regulam Scoti, [a] quæ probatur per Aristotelem, [b] & per scripta S. Thomæ, [c] quod in omnibus propriis contractibus in quibus animo gratis, & liberaliter donandi, vnus alteri dat aliquid inter id, quod ab vna parte datur, aut fit, & id quod ab altera datur aut fit, æqualitas seruati debet. Et consequenter, vt hic contractus licitus sit necesse est vt quod permutatori tribuitur, quo literas det per quas mihi pecuniam alibi dari faciat, iustum stipendium tribuatur, & amplius ab eo ab ipso accipiatur, vt dicit Salicetus, [d] quale tamen iustum, & quale iniustum sit, propter penuriam, vel abundantiam ad legẽ pertinet definire aut ea non extante, ad consuetudinem, si extet, quibus non extantibus, ad arbitrium prudentis, & boni viri confugiendum est. [e]

24 Vnde sequitur: Primo, iniusta esse, & adeo mortiferè iniqua, vt ad restitutionem obligent, illa cambia seu permutationes, in quibus, plus iusta mercede campsor accipit, licet parti præsentes pecunias quas illi det, non habenti, credito det, & eo sunt iniquiora, quò plus ob temporis præfiniti productionem ad soluendum concessam, recipit, talia etiam sunt cambia, in quibus, plus iusta mercede permutator capit eo quod in loco in quo petuntur, statim solui pecunias faciat: quamuis cum accipiẽte conuenerit vt accepto pignore post tres aut quatuor inde menses eas sibi reddi faciat. talia etiam sunt, in quibus contra, quidam pecunias hic vno aut dimidio anno ante campsori dant, cum pacto, vt postea permutator, illic eas, solues, nihil ab ipsis iustę suę mercedis nomine capiat. quia in omnibus his casibus, aut iusta merces non soluitur, aut plus æquo soluitur, aut ob traditionem, aut acceptionem pecuniæ anticipatam, aut dilatã plus aut minus iusto pretio accipitur. Et per regulam supra positã, [f] omnes contractus in quibus æqualitas non seruatur, iniusti sunt & per aliam positam supra, [g] & in com. ca. 1. [h] cum hoc excusso & tenet S. Thomas, [i] omnes contractus, in quibus plus iusto pretio rigido, aut minus iusto pretio infimo, ob numeratam, præsentem pecuniam accipitur, vsuram formalem, aut virtualem continet, in hac postrema huius illationis parte, multos etiam doctos & religiosos, errare agnouimus.

25 Sequitur, secundo, prauа esse, iuxta omnes, & manifesto iniusta, iuxta Caietanum, [k] quod omnium optimè resoluit Siluester, [l] & secundum omnes, Cambia quæ quotidie cum regibus, & ducibus, negotiatoribus, & alijs fieri videmus qui à permutatoribus pecunias accipiunt, & ipsi campsoribus dant chirographa, per quæ Romæ, Vlyssipponæ, Lugduni, in Flandria & Venetijs, aut in alijs prouincijs & locis ad certum tempus aut nundinas illæ soluantur vtroque conscio, neque eum, qui accipit, illic vbi eas accipit pecuniam habere, neque fidem, neque vllum procuratorem, nec voluntatem illic, sed hic vbi recipit, reddendi eo pretio, quod illic in nundinis ad quas illas accepit valebunt. Et peior esse illa, si qui pecuniam hic accipit, cambium illic se persoluturum sponder & nisi chirographis illic satisfactum fuerit, iteratum cambium se hic rursus soluturum promittit & postea permutator ambas illas syngraphas illic mittit, quibus notificatis ei ad quem mittuntur, eiusque responsione accepta, nempe se illum, qui syngraphã accepti mittit, non cognoscere, aut se pro eo nolle soluere, huc iterato cambio illæ remeant, quia in horum cambiorum primo non nisi vna vsura, in secundo duæ soluuntur vsuræ. Idem est de cambio, in quo quis alteri pecuniam dat ad certum tempus, in quod nundinæ in Flandria, aut in alteras prouincias incidunt, soluendam eo pretio, quo pecunia illic valere potuerit. Huiusmodi cambia exercere, est vias quibus Deum decipiamus exquirere, & infidelitatem profiteri, qua obliuiscimur aut parum memores sumus omnia nostra opera, cum omnibus prauis & bonis nostris cogitationibus, diuinam sapientiam melius quam nosmetipsos & multo perfectius intueri.

26 In solo vno casu saltem à peccato mortifero & restituendi obligatione hæc tua Cambia liberare nos possunt, scilicet, quando permutator inuenit, qui ab ipso vera permutatione & cambio suam pecuniam accipere velit, & vt huius aut alterius necessitati succurrat illi dare, & tantum lucrari per iustam permutationem, quantum cum

a *In 4. dist. 15. quæst. 1. artic. 2.*
b *5. Ethic.*
c *2. senten. q. 58. ar. 2. & 59. art. 2.*

d *In Authe. ad hæc. q. 11. de vsur.*

c *Argum. c. 1. de constit. & c. consuetudo. 1. d. leg. 1. ff. de iure delib. & ca. de causis de offi. deleg.*

f *In com. ca. 1. 14. quæst. 3. nume. 16. & sup. eodem. n. 14.*
g *Eod. n. 14.*
h *14. quæst. 3. & 2. sect. 9. 78. artic. 2.*

k *In tractat. de camb. c. 1. 1 Verb. vsura 4. 9. 9. & cãbium siccũ.*

a *Leg. Non omnis. ff. de rebus cred. & c. cum super de off. deleg.*
b *Arg. leg. 2. §. fin. ff. loca. instit. de loc. per. totum.*
c *ff. de præscript.*
f *ff. de condi. caus. dat.*
g *In d. l. Naturalis. §. sed si facio. sub finem.*
h *Argum. en. le. pericul. ff. de naut. fenore. & le. Tractatus. ff. de actionib. & obligat. leg. qui Romæ. §. 1. ff. de verb.*
i *In l. si pecu. eum glos. ver. pœnitere. ff. de cond. caus. dat. & l. ex placito. C. de rer. permuta.*

tum cum hoc per confictam lucratur, relinquit, vt ait Caietanus, [a] quia hoc non est nisi suum interesse exigere, quod licere infrà [b] dicimus.

27 Notandum tamen est, quod quamuis exstet statutum, vt syngrapha permutationum continuò executioni mandentur, non tamen quæ fictæ permutationis fuerint statim executioni mandari debent, sicut dixit hic Annania, [c] vsu receptum Bononiæ esse, si tamen permutatio chirographo contenta, partim foret vera, partim ficta qua parte vera esset executioni mandari posset, quod latè deducit Laurentius, [d] confitente saltem aduersario, quod ad illam partem, veram eam esse permutationem.

Sequitur tertio illicitum esse, me nunc tibi mille aureos dare cum pacto quæ ab hinc tenearis eos mihi Romæ reddere sine vllo cambij seu permutationis stipendio propter vtilitatem, quam ex eis interiecto hoc tempore accepisti, quia ex mea parte vsura est, siquidem ob anticipatam solutionem, stipendium, quod à me tibi, si statim reddi fecisses, dandum erat, lucror, perdicta supra. [e]

28 Sequitur quarto, quod quamuis prædictus, D. Sotus [f] definiat nihil nomine huius cambij accipi posse, quando litteræ cambij ab vna ciuitate vnius regni, in aliam eiusdem regni dantur. v. g. quando Metinæ dantur Hispali aut Toleti soluendæ idem tamen alio in loco, sdixit accipi posse & rectissimè. Primò quia prædicta ratio, quæ hunc contractum hinc Romam iustum facit eadem hinc legionem, & hinc Pamperopolem aut Hispalim & Toletum &c. iustum reddit, modo sincerè. & sine fraude res agatur, tantò minus lucri suscipiendo, quanto minus ratio postulat, propter minus interuallum & minora pericula, labores, impensas, quæ in transmittenda, deferenda, habenda & asseruanda illic pecunia, quam in alijs locis longinquioribus consistunt. Secundo, quia ratio, quæ illicita chirographa extra regnum vsuras obtegentia esse probat: eadem è contrario vnius ciuitatis in aliam eiusdem regni chirographa licita esse concludit, si sincere & sine dolo & fraude, honesta mercede perscribantur.

Dicunt tamen aliqui noua prohibitione tã hîc, quam in Lusitania, hæc cambia, ab vno loco in aliũ eiusdem regni prohibita esse, quia fere semper ad vsuras obtegendas fiebant, quod nostro iudicio limitari debet, vt locum non habeat, quando permutator, antequam det, aut dare faciat, accipit. Primo quia paucæ aut nullæ vsuræ obteguntur, quando permutator prius recipit, quam dare faciat: sicuti in hoc cambij genere communiter fit: immo omnis palliatio vsuræ euenit è contrario: quando permutator dat, prius vt posteà recipiat, quod est cambium ab antiquissimis Bononiensibus, siccum appellatũ, sicut supra dictum est, [h] ad id Laurentiũ [i] adducendo. Tertio quia hoc cambium considerata lege diuina, pontificia, & ciuili, ex se iustum est: & lex non est mutanda, nisi quando euidens est vtilitas, & emolumentum, quod ad id mouet, [k] vt ait S. Thomas, [l] quod in hac prohibitione non apparet, immo scholasticis, & peregrinis, & alijs multis negotiatoribus transferendi pecuniam in suos sumptus fere sine impensa & periculo, ab Hispali & similibus aliis ciuitatibus, Salmanticam, Burgos, & in alia loca, & à Burgis & alijs huiusmodi Hispalim, & in alia remotissima loca, in quibus multa itinetis loca periculosa sunt, optima quædam ratio adimitur.

29 Non tamen sine colore & ratione magna cambium intra regnum prohiberetur, in quo permutator vbi est, prius dat, vt postea ibidem plus aut alibi recipiat, quia maxima eo vsurarum multitudo obtegeretur, quamuis exigua ex eo vtilitas meo infirmo iudicio hauriretur. Primo vsuratijs, qui cambijs fictis vti volent, occasio non tollitur, immo ansa maxima præbetur, vt quod cum timore aliquo & pudore, atque minori lucro in aliquam regni ciuitatem exercebant, nunc sine pudore & maiori cum lucro extra regnum exerceant. Secundo quia melius remedium fuisset, & etiam foret, vt incorruptis iudicibus res committeretur, quo præterita & præsentia cambia examinarent, atque ex circumstãtijs personarum, postquam reperto perissent ea ficta fuisse, in eos qui ea in quemcumque locum fuissent exercuissent, animaduerterent, antiquas leges exequendo, quas hæc noua prohibitio, [a] quæ illis non est contraria, non abrogauit. Tertio quia per eam dissimulatur & quasi condonatur præteritum, quæ iniusta quædam misericordia est, iuxta cap. *est iniusta misericordia in principe*, & ibi *facilitas veniæ incẽtiuum tribuit delinquendi*: quæ dissimulando præteritum, & futurum prohibendo in vetitum nitendi occasionem præbet, spe alterius eiusmodi dissimulationis, quod est contra Clementem iustitiam, quæ seueritate supplicij præteriti, à malis nos in futuram cohibet & retrahit, [b] facit capit. *Non putes*. cum multis sequentibus; [c] vtilis tamen est hęc constitutio ad facilius fictorum cambiorum fictionem agnoscendam: facilius enim intelligetur hûc Hispanum, qui ad cambium pecuniam in Flandria soluendam, accipit illic pecunias non habere, quàm eum Hispali non habere cognosci possit. Quamuis contra hoc iam fraudes Vlyssippone vidimus, vbi eques quidam, qui pecunijs indigebat, quas non ipse Methinæ soluendas accipiebat, sed aliquem mercatorem rogabat, vt eas sibi acciperet. Cui ipse, se ibi cum cambio eas soluturum obligabat, adeo verum est illud Italicum, facta lege, inuenitur statim captio & dolus: contra le *non dubium*, [d] & cap. *certum*. [e]

30 Sequitur quinto Sanctissimam fuisse intentionem Maiestatis Regiæ, quæ non ita pridem iniusstitiæ, quæ in accipiendo contra omnem rationem lucro per hoc cambij genus exercetur occurrere voluit, iubendo ne pro cambio ab his regnis Romam, plus quam 400. dipondia pro aureo camaræ accipiantur: ne Romæ in Hispaniam plusquam 420. dipondia: neque ab his regnis Neapolim pro ducato longo plus quam 400. neque Bezontioni pro scuto Marchæ plusquam 75. neque Bezontione in Hispaniam pro scuto plusquam 390. Neque hinc in Flandriam pro scuto solidorum sex & vnum quodque 60. dipondiorum, plusquam 370. neque ex Flandria in Hispaniam, pro scuto minus quam 70. grossi. Neque hinc, Valẽtiam pro Castellaneo aureo plusquam 480. neque Valẽtia Hispaniam plusquam 510. pro vnoquoque castellaneo: aureo: neque hinc Cæsar augustam, pro vno scuto, plusquam vnum ducatum illic dandum: neque à Cæsaraugusta huc, plusquam 400. Neque huic Barchinonem nisi quod hucusque dari consueuit. Neque hinc in Lusitaniam pro ducato plusquam 370. quæ illic valent 400. Regijs. Neque à Lusitania in Hispaniam pro ducato plusquam 385.

Post hanc sanctionem moderatricem maiestas Regia intra omnes Hispaniæ fines, hoc est ne à regnis Castellæ in Aragoniæ, Cataloniæ, & Valentiæ, neque etiam in Castellæ regna fiant, cambia prohibuit, cum certis & paruis moderationibus, sub quibus comprehendere cambia, in quibus permutator pecuniam prius quam ab ipso danda fit, suscipit, rectum esset, per rationes prædictas, [f] vtinam omnia ita suscipiantur, atque tanta diligentia, & integritate, ac constantia executioni mandentur, quàm recta intentione cauta sunt. Quamquam timeo, non ita futurum, saltem in cambijs quæ à regnis vbi pecunia pluris æstimatur, & mercium est abundantia, in hæc regna fient. Quia qui in illis pecuniam habent, nolent eam prius dare, vt in istis vti minus quàm in illis valeat, ipsis soluantur: sicut infra in cambio à Flandria & Lusitania in Hispaniam significabimus.

SVMMARIVM.

31 Cambium per realem translationem est licitum, cum pecunia minoris valoris commutatur, cum altera maioris valoris alterius loci, & contra seruata aqualitate iusta arbitrio boni viri.

32 Pecunia multis modis vendi potest, sed non quatenus est pretium.

32 Permutari inuicem res spirituales, & non vendi possunt.

33 Cambium iniustum erit, si quod minus valet in vna prouincia, campsor etiam minoris quàm in illa valeat emat, aut permutet, aut quod plus valet, maiori pretio etiam quàm in illa valeat, vendat, aut permutet ob prętij præsertim anticipationem, aut dilationem, vel si pecuniæ prohibita transferatur.

31 Decimosexto affirmamus quartum cambium per translationem etiam realem esse licitum: quod fit cum vnus

a *In tract. de cambiis, ca. 1. b Eod. nu. 34.*

c *Nume. 40.*

d *In d. capit. consuluit. 2. p. qu. 135.*

e *Nume. 14. & 24.*

f *Libr. 6. de iustit. & iur. quæst. 13. sub finem.*

g *In eod libr. 7. qu. 6. art. 1.*

a *Argum. lo. præcipimus. C. de Appellat. cap. 1. de constit. lib. 6.*

b *Cap. facta. 4. dist.*

c *23. quæs. 5.*

d *Cod. de leg.*

e *De regul. iur. in 6. lib.*

f *Eodem nu. 28.*

h *Eodem nu. 30.*

i *In cap. consuluit. 3. par. quæstit. 1. de vsur.*

k *Leg. 2. ff. de constit. prince.*

l *In 1. senten. quæstion. 97 arti. 2.*

cum vnus emit, vendit, permutat, aut per alium contractum innominatum quærit pecuniam valentem minoris in aliqua prouincia, quàm in alia, eo quod ibi non recipiatur, vel materia non tanti ibi quanti alibi æstimetur, aut quia est deformata, fracta, rasa, aut iniusti ponderis, & postea transfert in aliam regionem vbi aliquo respectu pluris valet, quam postea cum alia, quæ pluris æstimatur, vbi illa minoris valebat commutat: præsupposito vt seruata iusta æqualitate fiat: quia id omne est emptio, venditio, aut permutatio, aut alius contractus innominatus, do tibi vt des, aut &c. sicut infra [a] dicitur, quos contractus seruata æqualitate constat licitos esse. [b] Neque obstat dicere, quod pro vna, & eadem re, pro qua in vna prouincia minus datum est, in alia plus accipiatur. Quia illud, pro quo minus in vna prouincia datur, minus in illa valet: & illud, pro quo postea in alia prouincia plus recipitur, in illa plus valet. Et sic quod minoris in vna prouincia constitit, in alia pluris vendi potest, & quod in hac prouincia cum re minoris pretij commutatum est, in alia cum re maioris pretij commutari potest: sicut in omnibus aliis mercibus: fieri potest, dũmodo ne tanto minus in vna detur, neque tanto plus in alia accipiatur, vt iustum pretium ad arbitrium prudentis viri peruertatur.

32 Ex hoc sequitur pecuniam, emi, & vendi posse: quamuis oppositũ teneat Sotus, [c] quod certissimum est, quando non vt pecunia, sed vt lamina quædam metalli, & vt aurum, argentum, aut æs fractum seu rude consideratur: quin etiam quando vt pecunia cogitatur vendi potest ob aliquam octo rationum, quibus dicemus infra etiam maiori aut minori pretio, quam à lege eidem constitutum sit, valere posse, immo etiam semper quando vt merx proponitur, & non vt pretium alterius mercis cogitatur, si id iuxta rationem ponderetur, arg. l. 1. [d] & eorum quæ scripsit Caietanus, [e] & Medina, [f] quamquam in aliqua re parui ponderis dissentire videri possunt; quia quotiescumque ob aliquam harum rationum, & non quatenus pretium est aliarum rerum consideratur, est merx: quæ pluris, aut minoris æstimari, & consequenter emi potest, arg. l. 2. § Archidiaconus autem non tenet contrarium, [h] quod ei Laurentius [i] imponit: nam si bene perpendatur, non dicit pecuniam vendi non posse; sed eius vsum, quatenus est pecunia vendi non posse, quin ipsa vendatur; & quia lex partitarum, [k] & Hostiensis, [l] decernit, omne quod permutari potest, vendi, & omne quod vendi potest permutari posse rebus spiritualibus exceptis, quæ commutari & non vendi possunt, & omnes pecuniam permutari posse fatentur.

33 Sequitur etiam hoc cambij genus iniustum fore, si quod minus valet in vna prouincia, permutator, etiã minoris, quam in illa valeat, emat aut permutet, aut quod plus valet, maiori pretio etiam quàm in illa valeat vẽdat, aut permutet: præsertim cum ob pretij anticipationem, aut dilationem, hoc fit, quod facile ex prædictis regulis supra [m] probari potest, posset etiam iniustum esse si pecunia prohibita transferretur, ita vt aliis transferre iniustum sit, eadem ratione. [n]

SVMMARIVM.

34 Cambium lucri seu interesse licitum est, & aliquid pro interesse ratione lucri cessantis seu damni emergentis accipi potest.

34 Cambio à vero qui abstinet vt alteri ficto succurrat, quod ex vero lucratus fuisset, lucrari potest, & ita intelligendum quod dicitur pro cambio, ad secundas & tertias nundinas, plus accipi posse quam pro primis.

35 Cambium si quis exerceat negotiatione relicta, cum certo lucro de nundinis in nundinas, aut verisimile faciendo ex negotiatione peccati mortalis, & restitutionis reus est, neque excusatur ratione lucri cessantis.

35 Campsor peccat cum obligatione restituendi, si de nundinis ad nundinas certum lucrum capiat, aut verisimile, quod erat facturus ex negotiatione, si vltra pecuniam ad cambium datam, habeat aliam, à negotiatione distinctam.

34 Decimoseptimo, asserimus quintum cambium, lucri seu interesse licitum etiam esse: hoc est si permutator mercaturam facit, & ob mutuo dandum ei qui opus habet à mercatura cessat, accipere aliquid tam ratione lucri cessantis, quam damni emergentis posset, quia sicut in comment. cap. 1. [a] late probauimus, quilibet mercator, hoc interesse accipere certis conditionibus potest. De nouo autem omnibus addimus, quod quamuis aliam mercaturam, quàm cambiorum non faciat: si tamen ob mutuandum, ab ea discedit, modo licita sit, recipere poterit lucrum cessans, quod ex sua arte iustè permutandi facere omittit, quia eadem omnino ratio, ideni omnino ius suadet. [b] Pro quo facit decisio illa singularis Caietani, [c] supra [d] relata, scilicet eum, qui à vero cambio abstinet vt per fictum cambium alteri succurrat, quod ex vero lucratus fuisset, lucrari posse. Væ tamen illi misero, ob id nec à negotiatione nec à tot veris cambiis, quot antea exercebat cessat, & lucrum fictum, nullo vero, nec verisimili extante, accipit, quasi Deus non esset, qui non solùm opera, sed & corda perscrutatur. Per hoc cambij genus, responsio doctorum Parisiensium etiam defendi potest, ex quibus fuerunt Illustres illi duo fratres, Antoninus & Ludouicus Coronelius, quorum operibus & cõsiliis aliquando profecimus: quos reprehendit D. D. Sotus, [e] scilicet mercatores plus accipere posse, si solutionem ad secundinas nundinas, quam si ad primas differant: & plus, si ad tertias, quam si ad secundas producant: quia cambium lucri cessantis seu interesse tanto maius efficitur, quanto plus de lucro verisimiliter relinquitur, & certum est, quod mercator, qui suam pecuniam à negotiatione, & permutator, qui eam à cambio, duabus nundinis abducit, plus de lucro amittit, quàm qui vnis nundinis auocar, &c. Neque credibile est, viros adeò doctos omnium florentissimæ Academiæ de altero cambio emptionis, aut permutationis intellexisse; cum etiam scholastici paucorum annorum sciant, vsuram esse ob dilatam solutionem cariis emere, aut permutare. Et quia non multis abhinc annis de his sermo in scholis haberi cœpit: ideo idem Sotus vbi supra dicit, numquam ad ipsum vsque, illa in scholis intellecta fuisse. Quamquam nostra sententia Gaspar Calderinus, [f] Laurentius Rodulphus, [g] Sanctus Antoninus, [h] Ioannes Annanias, [i] Siluester, [k] Caietanus, [l] & Medina, [m] & alij multi de his tractauerunt, quamuis suos sensus non ita atque nos nostros explicarunt.

35 In hoc cambio mortiferè peccat cum obligatione restituendi, permutator, qui suam pecuniam ex negotiatione iusta extrahens, atte mercaturæ faciendæ relicta, cambiorum artem exercet, atque totam suam pecuniam cambiis, ab vnis nundinis in alias, cum lucro certo aut incerto, tradit: hoc est cum pacto, vt qui ab eo pecuniam suscipiunt, ei tantum soluant, quantùm alij, qui versantur in arte, in qua ille versari solebat lucrati fuerunt aut certum quid de lucro verisimili, quo ipse, si negotiatus fuisset accipiunt. Quia postquam iam ab negotiatione pecuniam abstraxit, neque negotiari vult, nullum est tale lucrum, neque verum, neque verisimile, sicut etiam in Manuali, [n] & in comment. cap. 1. [o] significatum est, similiter peccat cum obligatione restituendi permutator, qui ad cambium certa pecunia data, nihilominus negotiatur cum ea, quam ad id consignatam habet, per eamdem rationem. Quare væ tot pœnitentibus, quos istæ viæ locupletarunt, quin etiam væ confessariis, qui eorum audiunt, atque audire confessiones, & non cessant non iubentes eis desistere, & sic parta restituere; aut si iusserunt & obsequi noluerunt ad vtrorumque damnationem, eos absoluunt.

SVMMARIVM.

36 Cambium ob custodiam licitum est, ob idque depositarius pecuniam iustum stipendium à deponentibus accipere potest pro suo labore, & est contractus locationis, & conductionis certa mercede constituta.

37 Campsor pecuniam in depositum recipit, soluendam, vel numerato, vel per literas ad alia cambia remittendo, prout recipit, pro hoc secundo modo nihil lucri vnquam accipit.

a *Eod. n. 41.*

b *Toto tit. de contrahend. empt. & de rer. permuta. & leg. 1. cum 4. sequ. ff. de præscrip. verb.*

c *Libr. 7. de iustit. & iur. qu. 5. art. 3.*

d *ff. de rerum permut. le. 1. ff. de contrahend. empt. l. 2. §. fin. ff. commod.*

e *In tractat. de cambiis. c. 6.*

f *In capit. de reb. restituẽ. à fol. 148. & ff. locat. & § item pretium insti. de emptio.*

h *Cap. 1. 14. quæst. 3.*

i *In cap. consuluit.*

k *Leg. 2. titu. 6. part. 5.*

l *In summa de rerũ permutat. versi. quid autem.*

m *Eod. n. 24.*

n *Leg. illud. ff. ad l. Aquil.*

a *In consil. 11.*

g *In repetiti. c. cõsuluit. 9. 1. 2. par.*

h *2. part. tit. 1. qu. 7. § 49.*

i *In præsenti. à numer. 46.*

k *Ver. vsur. 4. per tot.*

l *In tract. de camb.*

m *In cap. de reb. restituẽd. à fol. 145.*

n *Cap. 17. nu. 211.*

o *14. quæst. 3. num. 49.*

37 *Campsor pecuniam in custodiam recipiens, & præsenti pecunia soluens, nõ recipit quinque pro mille, vt Sotus asserit cautum in regno Hispaniæ, cum non sit licitum, sed rapina, & ad restitutionem obligans, nisi in tribus casibus. num. 38.*

38 *Vsura est cũ obligatione restitutionis, cum depositarius pro solutione pecuniæ numeratæ aliquid pro quolibet centenario accipit.*

39 *Lucrari, parum iustè, quàm multùm cum peccato, multo melius.*

40 *Pecuniarum mercedem depositi, qui non soluit campsori pro suis laboribus, sed est caussa vt ab aliis, quibus ea numerata traditur, exigat, ne relinquatur à deponente peccat.*

40 *Campsoribus pecuniam numeratam in depositum dantes si pro se aut aliis per literas repetãt, & pro ea postea aliquid exigant ratione commodi inde percepti peccant, quia est vsura manifesta.*

40 *Deponente mercatore pecuniam numeratam apud campsorem, si illam ad alium campsorem remittat, & aliquid amplius pro æquali tempore quo eam apud se habuit, modo sibi mercedem, quam deponenti ex mala consuetudine debere arbitratur remittat vsura est manifesta in animis eorum.*

36 DEcimooctauo profitemur sextum cambium per custodiam licitum esse: hoc est tale, quia lex est.[a] vel consuetudo, aut statutum, vt permutator sit custos, seu depositarius, vel fideiussor pecuniarum sibi datarum, aut aliunde missarum, ad necessitates eorum, à quibus dantur, aut mittuntur; & vt ad soluendum mercatoribus, aut personis quibus, qui eas deponunt, voluerint, in tali aut tali modo teneatur, suum iustum stipendium, aut à Repub. aut ab iis, qui deponunt, iustè accipere potest. Quia hoc officium & munus Reipub. vtile est, & nullam iniquitatem continet, siquidem iustum est; vt suam mercedem operarius assequatur, iuxta illud, [b] *dignus enim est operarius mercede sua*, & cap. 1. 13. q. 2. & talis permutator laborat, in recipiendo, seruando depositum, & præparatam pecuniam tot mercatorum, in scribendo, in dandis accipiendisque rationibus aliorum atque aliorum, quod satis molestum est, & interdum periculosum, ne error in rationibus, & aliis rebus committatur. Et sicut per legem fit, ita idem per contractum fieri poterit (quia per pactum fieri potest, id quod per legem fit, [c] quo aliquis ad recipiendam, vel ad depositum pecuniam seruandam, & dandam, seu soluendam, & ad rationes initas cum aliis, & aliis in libros redigendas & reddendas aliis atq; aliis, modo ab ipsis ei præscripto, &c. obligaretur, quia hic cõtractus est, alteri suas operas & labores locandi; qui contractus nominatus est, iustus & sanctus, est enim contractus locationis ex parte campsoris) & conductionis ex parte aliorum, certa mercede constituta. [d] Huius tamen officij iustum stipendium modus, non est in iure præfinitum.

37 Notandum autem est, pecuniam à campsore duobus modis recipi scilicet numeratam realiter pecuniam accipiendo, & per syngraphas: acceptando videlicet litteras aliorum campsorum, aut aliarum personarum, per quas illi in sua mensa campsoria promittitur & consignatur solutio eius, quod ad illum vt soluatur, in eorum accepti expensique codicem referendo remissum est. Duobus etiã aliis modis soluitur numeratam realiter pecuniam dando: aut per syngraphas solutionem ad alia cambia remittendo. Præsupponunt aliqui Sotus, videlicet, [e] in istis regnis cautum & statutum esse, vt permutator quando alicui numeratam pecuniam soluit, ex mille quinque recipiat, & quando per syngraphas, solutionem ad alia cambia trahiciendo, nihil. Huius tamen oppositum in pragmaticis istorum regnorum, [f] expressum nos inuenimus, in quadam enim dicitur reges Catholicos Hispali, [g] sanxisse, vt permutator soluere posset, syngraphas habentibus & aliis, in pecunia ponderis, minus iusti fracta, contusa, id quod deesset soluendo, & ab eo qui pecuniam integram, optimam, integram, & selectam sibi solui vellet, vt accipiat quinque ex singulis millibus ob eiusmodi solutionem, & non amplius: quamuis alia pars dare veller, & in alia, [h] dicitur, postea eosdem reges Catholicos edoctos ex dicta lege occasionem permutatores arripuisse, non solum quinque in singula millia in prædicto casu accipiendi, sed etiã in omnibus, in quibus numerata, pecunia siue quamuis pecunia selecta, aut non selecta soluerent: prædictam legem reuocasse, anno 1503. quod hoc omnino eam abrogantes, & vt permutatores pecunia confracta & contusa, nec soluere, nec quicquam ab aliquo, quorum chirographa in suis argentariis soluenda fuerunt, aut quibus debuerint, accipere possent, propositis grauissimis pœnis sanciẽtes; quæ sanctio sancta & necessaria fuit.

38 Quia contra omnem rationem naturalem quæ est in cap. *non debet aliquis alterius odio prægrauari*,[a] diuinam & humanam est, vt tu à me, & ab alio accipias vnum, quinque, aut decem in singula millia ratione eius, quod nostri creditores, aut alij nobis in tua mensa, aut cambio soluendum decreuerunt, cum nihil aliud pro nobis faciãs, quàm soluere, id quod ad te nobis soluendum in te nobis expeditum remissum fuit, & quia iniustum est, vt nos labores, quos tu in seruando eo, quod nostrorum creditorum est, aut eorum, qui penes te nobis pecuniam assignarunt, & in illorum accepti datique rationibus suscepisti, compensemus, quamquam aliqui dicunt esse sanctionem nescio quam extrauagantem præcipientem vt in singula millia quinque soluantur: tamen ego non credo, quia exceptis tribus casibus, de quibus statim dicemus, in iustitiam continet, vnde sequitur non solum quinque prædicta in singula millia, quãdo numeratam pecuniam soluunt, eorum mercedem non esse, sed potius illorum rapinam, & iniustam exactionem, quæ tattareis suppliciis addicit, aut ad restitutionem, & integram pœnitentiam, vt illa vitentur, obligat per cap. *Peccatum*, [b] cum his quæ diximus in Manuali, [c] exceptis tribus casibus. Primus quando solutio iisdem fieret, qui deposuerunt, & dederunt suam pecuniam numeratam permutatori, qui in compensationem laboris, & solicitudinis susceptæ à permutatore in receptione, & asseruatione pecuniarum, & aliis rebus prædictis, illud soluunt. Secundus, quando illi quibus deponentes, solutionem suarum mercium mandant, tanto carius illis vendiderunt, quantò plus soluendum erat ipsis in cambio ob numeratam pecuniam recipiendam, in compensationem & liberationem eius, quod deponentes permutatori debent. Tertius, quando sponte sua, ij, quibus soluitur illud permutatori largiuntur, qui nostro iudicio pauciss imi sunt, quia non sunt de his etiam hi qui illud concedunt, ne solutionem octo aut decem dies stato solutionem tempore expectent, quæ ipsis à permutatore differtur: quia quicquam illi remittere ob numeratam pecuniã nolunt, sed suorum chirographorum solutionem integram volunt: quemadmodum nobismetipsis contingit, quorum voluntas non minus coacta fuit, quàm eius qui vsuras vsurario soluit quod à peccato, & restitutione non excusat.[d]

Alij dicunt illorum mercedem esse, duo, tria, aut, quatuor in singula centena iuxta caritatem, aut vilitatem eius quod mutuant, aut vnis atque aliis ad alias vsque nundinas muneraro soluunt, in quo vsuram & peccatum Mortiferum, cum restitutionis obligatione committi, negari nullo modo potest: per cap. 1.[e] & per difinitionem vsuræ, ac alia quæ ibidem posuimus, immo est pessimum genus vsurarum, vt dicit Hostiensis.[f]

39 Quare dicimus eius mercedem esse, id quod iuxta arbitrium boni viti (quoniam eius arbitrio sunt determinanda, quæ iure relinquuntur confusa) [g] in quibuscumque nundinis confectis, inter ipsos rationibus, ab vno quoque mercatore ei datur, aut dari debet, consideratione eius, quod plus aut minus pro eo, aut eidem, vsque ad illam rationem expeditionem datum fuerit: quæ certa res non est, ab aliquibus tamen nobis dicitur, aliques dare vnum, aut vnum & dimidium in singula millia, & insuper quod eisdem ob permutationem vnius generis pecuniarũ cum aliis datur. Quod si dicas, secundum, hoc tempore, cum non sit, aut non permuteturaurum, parum, aut nihil esse: & primum, parum quo tam multi locupletentur, tam cito, & tãtopere, sicut locupletatur. Respondebimus, ipsos (vt dicitur) maximã ex parte in caussa fuisse, cur non sit in regno aurum, nec permuretur, quia fuerunt ministri, mille artibus & astutiis pecuniam subtrahendi: quamuis

a *Leg. Argẽtarius. §. 1. & l. quædam. §. Nummularios. ff. de ædendo.*

b *Luc. 10.*

c *Leg. Non impossibile. ff. de pact. capit. contractus cũ gloss. de regu. libr. 6.*

d *Leg 1. & 2. ff. loc. §. 1. inst. de locat.*

e *In lib. 6. de iustit. & iur. qu. 11. art. 1.*

f *Prag. 117.*

g *Anno 1491.*

h *119.*

a *De reg. iur. li. 6. 14. qu. 4. per totũ. ea. si habes. 24. quæst. 3.*

b *De reg. iur. libr 6.*

c *Cap. 17. nu. 63. & 64.*

d *Capit. quia in omnibus de vsur. ca. 1. eod. tit. lib. 6.*

e *14. qu. 3. f In summa de vsuris. §. An aliquo. sub finem. g Le. 1. ff. de iur. deli. c. de cauſ. de offic. deleg.*

ego credo, aliam maiorem fuisse. Respondemus, etiã permutationes non fuisse inuentas ad permutatores locupletandum sed vt via institueretur expeditior negotiorum, qua maior & vilior esset mercium copia, sicuti esset, si sincerè ipsi suum munus exercerent, & iusta mercede contenti forent, eam à quibus debetur accipiendo, quorumque pecuniam custodiunt, & rationum curam gerunt; & non à quibus non debetur, memores illius sententiæ magni regis & prophetæ Dauid. [a] *Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas*: & eius quod auctor Propheta rum dicebat, [b] *quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur*, nollentque (contra præceptum Dauidis, [c] *Noli æmulari in malignãtibus, &c.*) malos imitari, qui malè ditantur.

a *Psal. 36.*

b *Matth. 16.*

c *Psal. 36.*

40 Contra hoc cambij genus non solùm peccant permutatores, sed etiam cum obligatione restituendi, illi qui eis pecuniam custodiendam tradunt. & prædicta committunt, & postea nihil soluere volunt, dicendo illud, quod sua pecunia lucrati sunt, & accepturi sunt, quibus præsenti pecunia, soluunt pro mercede illis sufficere; & si permutatores aliquid deposcant, eis relictis ad alios sua negotia traducunt: at ne relinquantur ab ipsis, mercedem sibi debitam illis remittunt, & ab ijs, qui non debent eam dem exigunt. Peccant etiam qui permutatoribus aliquã pecuniam numeratam tradunt: quam postea si per syngraphas per se, aut per alios accipiatur repetatur, & præsens non soluatur: quando rationes conficiunt, exigunt solutionem pro pecunia præsenti data, quæ vt minimum est duorum in singula centena quod lucrum nulla prorsus ratione accipere possunt, tamquam debitum, nisi ratione commodi, quod permutator, ex illa pecunia numerata data percipit aut percipere debet, & sic est manifesta vsura: siquidem permutatores qui pecuniam accipiunt, laborem in recipiendo ponunt, in seruando, in codicem rationum referendo, in præparando in illud tempus in quo deposcent, aut expedient: & qui dat aut dedit, nihil horum facit.

Aliam vsuram committunt in hoc eodẽ permutatores, si scilicet qui mercatori, qui apud se vel in sua capsa mensaria pecuniam numeratam deposuit, expedit illam, & aliquid amplius in alia mensa nummularia in vsus suos necessarios, ad tempus æquale, atque ipse illius pecuniam apud se habuit: modo sibi mercedem quam ratione numeratæ pecuniæ soluturus erat relinquat. Quod saltem in ipsorum animis est vsura manifesta: quia mercator lucrum quod suo iudicio, pro comparato habet, ob depositionem numeratæ pecuniæ permutatori remittit, vt sibi altero tantam per chirographa, aut certam aliquam ad nundinas proximas mutuet: & permutator mutuat, ne soluat illud, quod iuxta suam malam consuetudinem se deponenti debere arbitratur; quod est miserabile & deploratione dignissimum quæ maxima est miseria, & digna quæ multum deploretur.

SVMMARIVM.

41 *Cambium siue sit contractus nominatus emptionis, vel permutationis, siue innominatus nullum est discrimen, quoad lucrum iustè faciendum, nisi ex alia circunstantia fiat illicitum.*

41 *Cambium duo faciunt illicitum, vel eorum alterum inæqualitas dati, & accepti & plus vel minus dare vel accipere, ob anticipationem, vel dilationem temporis ad soluendum præstituti, siue sit contractus nominatus, vel innominatus.*

42 *Cambijs exprimendis commutationis verbum est appropriatum, cum sit vniuersale ad omnes contractus, quibus aliqua res, ab vno ad aliud transit, siue sit nominatus, siue innominatus.*

42 *Cambium iustè fit, si duo concurrant, vnum vt pro pecunia commutanda iustum pretium detur, alterum ne de eius pretio minuatur ratione tardioris solutionis.*

42 *Cambij lucrari per commutationem pecuniæ dato ipsius iusto pretio licitè possumus, si fiat vtin alijs mercibus, eam per commutationem iusti sui pretij, recuperando vbi & quando: minoris valet, vt commutetur & transferatur, quo & quando pluris valebit.*

43 *Pecunia etiam quatenus pecunia, commutari cum alia potest, vt lucrum ex tali negociatione licitè quæri possit.*

43 *Pecunia pluris aut minoris valere potest, vel pro diuersitate metalli, vel bonitatis, vel figuræ, & ponderis, vel regionum, vel augmenti, & diminutionis vel temporis, vel copiæ, & penuriæ, eius præsentiæ, vel absentiæ.*

44 *Ducatus aureus pluſquam ex argento, aut metallo valet, quia melius seruari, aut in longinquum ob penuriæ minutæ pecuniæ commodioris ad expendendum.*

44 *Ducati duo per legem eodem pretio æstimati in eadem regione pluris, aut minoris valent ex inæqualitate bonitatis metalli.*

44 *Aurum pluris valet in Hispania quàm in Indijs, & pluris in Gallia quàm in Hispania.*

45 *Pretia rerum & pecuniarum, vt ex certo incremento augentur, & certa diminutione minuuntur, sic ex dubio augentur aut diminuuntur.*

46 *Pecuniæ pretium cum tempore creſcit, aut minuitur pro varietate circunstantiarum.*

47 *Pecunia pluris aut minoris numquam valere dicitur, ob anticipationem, aut dilationem solutionis, aut concessionem in longius, aut breuius tempus.*

47 *Campsores & quilibet alij errant putantes, licere pluſquam mutuarunt, accipere, eo quod pecuniam intermortuam multo tempore tenuerint, sine vllo fructu.*

47 *Campsores tempus nundinis vel solutionem terminis intermedium computantes, quo plus aut minus ex cambio recipiant errant.*

48 *Pecuniæ mutuatæ pretium si creſcat licitè exigi potest lucrum illius augmenti, quia non capitur ratione illius temporis, sed ex incremento prerij, saltem si ad illud vsque tempus erat eam seruaturus.*

48 *Ducatus quia eius pretium accreſcat cum sit quid extrinsecum non desinet esse idem quod antea: modicis vero tritici sic, si augeatur eius mensura, quia mutat naturam & formam.*

49 *Mutuans modicum tritici alium aquè bonum tritici recipere debet, etiam si pretium pluris aut minoris valeat, quia est ei extrinsecum.*

49 *Pretium non est de essentia pecuniæ, sed quid accidentale, quæ vt pecunia est, sua potius naturali essentia, quam artificiali nititur.*

49 *Mutuans tot aureos, si pactus fuit, vt totidem eiusdem generis sibi redderentur, augmentum, si pluris valeat, recipere potest, si non erat certus de pretio augendo.*

49 *Fortuna modus in sponsionibus, aut transactionibus super dubia, quæ de facto & de iure euenire poterat licitus est.*

50 *Mutuanti pecuniam, vel aliam rem, alia eiusdem generis, ac æquè bona quoad bonitatem intrinsecam restituenda est; etiam si non erat asseruaturus, æquus tamen contrarium, vel si expresserat, vel si insumpta pretio aucto.*

50 *Pecuniæ bonitas intrinseca non est pretium ei à Republic. constitutum, sed qualitas & bonitas materiæ ex qua constat.*

41 DEcimo nono iisdem ponderibus & mensuris, iustitiam cambij, per emptionem, & cambij per commutationem, aut alterius contractus innominati examinandam, & metiendam esse dicimus, quia quamuis emptio ex vna parte, & commutatio, qui est contractus innominatus,[a] & alij innominati ex altera differant, quod emptio est contractus nominatus,[b] & alij non & consequenter in omnibus in quibus contractus, qui nominati ex speciali nomine, quod habent, dicuntur,[c] in iure differunt ab his qui proprio nomine carent, & ideo innominati vocantur, quia sunt multi iuxta notata per Bartholum,[d] & per omnes,[e] & per glossam & alios,[f] tamen quoad nostrum propositum, quod est videre, quomodo per emptionem venditionem, aut permutationem lucrum fieri iustè possit, nullum est discrimen: quoad hoc enim idem est, dicere esse emptionem, & dicere esse permutationem, aut contractum do tibi, vt mihi des, aut do tibi vel facio, quia facias, aut mihi des, &c. contractus per quem aliquis Metinæ centum dat alteri, pro centum

a *Le. iuris gẽt. cum gloss. de pactis, leg. ex placito. C. de rerum permut. cũ gloss.*

b *Le. 1. iuris gẽ. n. inprinc. le. Naturalis. §. & siquidẽ ff. de præscrip. verb.*

c *Le. 1. & tribus seqũ. ff. de præscrip. verb.*

d *In dict. leg. Naturalis. §. sed si factio.*

e *In princip. d. l. iuris gent.*

f *In d. le. placito.*

& viginti quæ ille dabit, aut dare faciat, in Flandria, aut dare in Flandria centum pro centum & viginti Metinæ recipiendis, quia duæ res, aut earum altera hos contractus illicitos faciunt, scilicet inæqualitas eius quod datur, aut eius quod recipiendum est, plus aut minus, ob anticipationem, aut dilationem, aut longiorem præstituti temporis, aut breuiorem concessionem: & certum est has duas res, & vtrarumque alteram, tam contractum permutationis, quam alium quemlibet nominatum, quàm emptionis illicitum reddere: & contra tam emptionis, quàm istorum aliorum, per supradicta.[a]

42 Vnde sequitur primo, non esse cur tempus insumamus, neque obtundamus capita, in definienda quæ sit vetior opinio, An ea quæ dicit proximè dictum contractum esse emptionẽ, quam sentit. Caietanus,[b] & defendi posse crediderat Calderinus,[c] & Laurentius.[d] An ea quæ dicit esse permutationẽ sicut asserit Sotus,[e] & ante Calderinus & Laurentius.[f] An sit contractus innominatus, do tibi vt mihi des, &c. quæ fortasis facilius tueri posset, per ea quæ, de permutationis per literas genere supra diximus, vt per alias rationes, quas nos addere possemus.

Sequitur secundo, vt omnibus opinionibus satisfaciamus, verbo hoc commutandi nobis vtendum esse, quod est vniuersale, omnes prædictas, & quoslibet alios contractus, quibus aliqua res ab vno in alium transit, comprehendens. Sequitur tertio, prædictum cambium quocunque nomine appelletur licitum esse, si iustè fiat, & alias non: sit autem iustè duabus rebus concurrentibus; vna vt pro pecunia, quæ commutatur, iustum pretium detur. Secunda, ne de eius pretio minuatur ratione tardioris eiusdem traditionis, sicut optimè Caietanus[h] insinuauit, & ante, atque quàm omnes melius Siluester,[i] quæ licet neque ab ipsis, neque ab aliis, insinuatæ fuissent, ex duabus prædictis regulis,[k] probabantur.

43 Sequitur quarto difficultatẽ consistere in declarando, qui per cõmutationem pecuniæ, dato ipsius iusto pretio, lucrum fieri possit, Ad quod respondemus illud fieri posse, sicut in aliis mercibus fit, eam per commutationem, iusti sui pretij recuperando, vbi & quando minoris valet, vt commutetur & transferatur, quo & quando pluris valebit. Siquidem sicut bene sentit S. Thomas,[l] quem Antoninus & Caietanus, & communiter fere Theologi sequuntur: idem tenent Calderinus,[m] & Laurẽtius,[n] vt supra à nobis dictum est,[o] pecuniam etiam quatenus pecunia est commutari cum alia posse, vt lucrum ex eiusmodi negociatione quæri possit.

Sequitur quinto, prædictæ difficultatis solutionẽ pendere ex cognitione qui & quando vna pecunia, quę alteri est æqualis, ratione pretij communis à lege aut consuetudine constituti, quando cussa fuit, pluris aut minoris; per aliquam rationẽ, quam alia valeãt. Non sciri haud potest, num cõmutatio, in qua vna pecunia per aliam acquiritur iusta sit, vtriusque pretio ignorato: siquidem per dicta proca, quanti valet, vt iusta sit commutatio, dandum est, quarẽ dicimus, vna aliqua ex octo rationibus euenire posse, prima ex eo quod non est eiusdem metalli: secunda ex inæquali metalli bonitate: tertia P. ex inæquali figura quarta ex diuersitate loci in quo est, quinta ex reprobatione, aut ex dubio reprobationis, ex incremento au diminutione alterius, sexta ex temporis diuersitate, septima ex inopia & eiusdem necessitate, octaua ex vnius absentia, & alterius præsentia.

44 Ex prima ratione, scilicet ex metalli diuersitate, interdum pluris ducatum aureum habenti, quam alterum ex argento, aut metallo valet, quia melius seruari, & in longinquum as portari potest: & contra ducatus ex argento, aut alio metallo pluris quam alterũ aureum ob minutioris pecuniæ ad expendẽdum penuriam valet, quod docet experientia rerum magistra. P Ex secunda ratione, scilicet ex inæqualitate bonitatis metalli. Vtriusque pecuniæ, cõtingit de duobus ducatis per legem eodem pretio æstimatis, sicut sunt duo ducati Castellæ, Lusitaniæ, Pannoniæ, Florentiæ, aut vnus pluris quam alter æstimetur, quamuis in eadẽ regione sint. Ex tertia, scilicet ex inæqualitate figurę, & põderis ducatus eiusdem incudis, & characteris, quàm alter pluris valet, si vno grano grauior sit, & est bene signatum, & alter vno grano leuior sit dependet, aut est fractum, conquassatum, deformatum, &c.

Ex quarta ratione, scilicet ex diuersitate regionum, in quibus est eadẽ pecunia, pluris in vna quam in alia valet, iuxta Calderinum receptum,[a] quem sequitur Ioannes ab Annania,[b] aut quia eius metallum pluris in vna regione, quam in alia æstimatur, veluti aurum pluris valet in Hispania quam in Indiis, & in Gallia quàm in Hispania quia Rex aut consuetudo vnius regionis, maius illi pretiũ statuit, quàm Rex aut consuetudo alterius, quemadmodum quando nos operam literis dabamus, & apud Tolosam Gallis prælegebamus: eiusdẽ Rex pretia scutorum solis & ducatorum Hispaniæ, multum auxit: quin etiam dicunt, postea eos magis ac magis aucta fuisse: in quo fere omnes conueniunt, conueniunt enim Antoninus, Siluester, Caietanus, Medina & Sotus vbi supra, & Laurentius & Rodulphus,[c] & Ioannes ab Annania.[d]

45 Ex quinta ratione scilicet, ex reprobatione, aut diminutione pretij, & incremento aut ex horum dubio: elapsis annis vidimus targulas pretij decem, minus, in vno tempore valere, quàm antea valebant, & in aliis prouinciis, in quibus plures sunt Domini pecuniam cudentes: interdum alij vsum pecuniæ vicinorum prohiberi iubent: alij de eius pretio minuunt: & quemadmodũ post eius vsum prohibitum, multo minoris quàm antea commutatur: sic quando de ea reprobanda aut minuenda tractatur, aut de eo, an ita res se habitura sit dubitatur, aliquanto minoris commutatur: & quemadmodũ post auctum pretium pluris valet, sic quãdo de eo tractatur, & dubitatur, aliquanto pluris commutari incipiatur, quia quemadmodum certo pretio ex incremento augentur, & certo ex diminutione minuuntur, sic ex dubio vnius aut alterius, aliqua res incerta augetur, aut diminuitur. arg. l. *si iactum retis*,[e] & cap. præsentis cum ei annotatis: & quia in hac commutatione pecuniarum, quæ ex prædictis quinque rationibus pluris aut minoris valent, cambium translationis realis, de quo supra,[f] dictum est, exercetur, illuc me refero.

46 Ex sexta ratione scilicet, ex diuersitate temporis, per quam pecuniæ pretium accrescit: centum ducati ex auro, & centum ex argento, aut centũ ex metallo alio, aut centum absolutè in quantitate interdum plus, & interdũ minus nunc valent, quàm hinc ad annum alterum valerent, quia per supra dicta, eod. nu. 43. pluris valeret si aliqua ex caussa (de multis quæ euenire possunt, si ex asportatione ad alias prouincias, ad emendas res in vitæ vsus necessarias, ad bellum gerendũ, aut amicis illud gerentibus subueniendum, &c.) esset aliquarum, aut omnium pecuniarum penuria, & hinc ad annum earum abundantia foret: aut ex venditione cõmeatuum, & aliarum mercium prouinciæ, aut ex optima solutione stipendiorum militibus, & famulis à rege facta, aut ex aliis similibus causis. Et contra nunc minus valerent, si abundantia, & sequenti anno inopia foret. v. g. quemad modum vnum tritici onus, mense Augusto communiter non tanti valet, in quo eius abundantia esset solet: quanti mense Maio, in quo inopia, aut minus tritici inueniri consueuit.[g]

47 Numquam tamen pecunia, plus, aut minus valere dicitur, ob anticipationem aut dilationem, aut in longius tempus, aut breuius concessionem illius: si aliqua ex octo prædictis rationibus augendæ, aut minuendæ pecuniæ, cum tempore non adiungatur iuxta ferè omniũ communem opinionem, vt S. Thomæ,[h] & probatur in cap. *ad nostram*,[i] vnde sequitur primũ errare omnes permutatores, & mercatores, & alios quoslibet, qui sibi licitum esse abbitrantur, plus aliquid quam mutuarũt, accipere, eo quod suam pecuniam intermortuam illis multo tempore detinuerunt, nullum ipsis interea fructum ex illa capientibus, & consequenter errare permutatores, qui tempus nundinarum, aut solutionum statis temporibus contingentium, in quibus soluenda pecunia ipsis est, positum metiuntur, & numerant, quò plus aut minus per cambium recipiant.

48 Sequitur secũdo, quod qui centũ aureos mutuauit, & postea eorum pretium accrescit, licitè exigere posset lucrũ illi[k], quò plus quãdo repetit, creuerũt, quàm ex incremẽto pretij quod à Rege aut cõsuetudine factum est cursu temporis, in eo quod sibi debeatur: quæ conclusio ex multis

a *In consil. 11. de vsur.* b *In præsenti. numer. 14. & sequent.* c *Quæst. 1. 3. q. 1. par. 3. ca. consuluit. de vsur.* d *Hic nume. 52.* e *ff. do act. empt.* f *Eod. nu. 31.* g *Cap. in ciuitate. supra eod. & in hoc capit.* h *2. sent. qu. 78. artic. 1. ad 7.* i *De emptio. & vend.*

a *Eod. nu. 14. & num. 24.* b *In tract. de camb. cap. 6. & 7.* c *Consil. 11. de vsuri.* d *3. part. q. 1. c. consuluit. de vsur.* e *Lib. 6. de instit. & iur. f Verb. usura. g Cod. tit. 21. & 22.* h *In tract. de camb. cap. 7.* i *Verb. usur. 4. qu. 9.* k *Eod. num. 14. & 24.* l *Libr. 2. de regim. princ. capit. 14.* m *Consil. 11. de vsur.* n *In cap. consuluit. quæst. 1. part. 3. de vsur.* o *Eod. nume. 12. & 32.* p *Cap. quam sit de elect. lib. 6.*

locis Bartholi,[a] elicitur, qui communiter receptus est, per Baldum, Alexandrum & Iasonem, & fere omnes alios.[b] in quo non est dubium si illud vsque ad tempus asseruare cordi erat, sicut oprimè hoc probatur. per capit. vltimum.[c] & Ioannem Calderinum,[d] & per Gasparem,[e] & Laurentium Rodulphum,[e] & Siluestrum,[f] quem Sotus vbi supra reprehendit,[g] nemine ad id adducto; quamuis eius opinionem tenuerunt ante Franciscus curtus senior,[h] Siluester tamen reprehensione non erat dignus; quia loquitur de eo, qui mutuat aureos asseruandos: & quia similitudo Soti nostro iudicio non concludit, scilicet quod quemadmodum ei, qui alicui modium tritici duodecim vnularum mutuat, postea non est soluendus modius integer tredecim vnularum, per cap. *cũ canonicus*. vbi glossa, & notatur in capit. *olim*. & cap. *ex parte*.[i] quamuis lege caueatur, vt modius tredecim vnulas capiat: sic ducatum vndecim regalium mutuanti non est restituendus ducatus duodecim regalium, si caueatur vt tot valeat.

49 Quæ similitudo nostra sententia minime concludit; quia quando modius duodecim vnularum, fit modius tredecim vnularum, suam formam, & materiam mutat, & desinit eadem mensura esse quæ antea erat esse: tamen cum ducatus ex duodecim regalibus ad tredecim per statutum principis accrescat, nec materiam, neque formam suam mutat, nec idem esse, quæ antea desinit: si quidem quod in eo mutatur, extrinsecum & accidentale est, & non de eius essentia, sicut tenet Bartholus,[k] communiter receptus, ait enim Molineus id seruatum his tribus seculis.[l] Et quia triticum, non desinit idem triticum esse, quamuis eius pretium accreuerit, aut decreuerit: & ideo qui modium tritici mutuum accepit, aliud modium tritici æquè optimi, quod eius substantiam restituere debet, licet quoad pretium, quod ei est extrinsecum, pluris aut minoris valeat. Et quo ad obiectionem Metaphysicam, quæ fieri potest, pretium esse de essentia ducati, quatenus ducatus & pecunia est: responderi cum Bartholo communiter recepto potest, quod etiam quatenus pecunia est, potius sua essentia naturali, quàm artificiali nititur, sicut dictum est.

Dicimus præterea eiusmodi mutuantem amplius illud recipere posse, quamuis non asseruauisset, si pactus fuit, vt tot, & eiusdem generis aurei, quot & cuius generis mutuo dabat, sibi restituerentur: siue pluris; siue minoris, siue æquè valerent: saltem si non erat magis certus de augendo, vel minuendo pretio, per hoc cap. Et quia illud erat quasi certa forma casus fortuiti, & incerti euentus, & sponsionis, aut transactionis, super dubia, quæ de facto & iure euenire poterant, quæ omnia licita sunt, argument. l. *si iactum retis*.[m] & huius cap. & l. *periculi*.[n] & eorum quæ tradit Molinæus.[o]

50 Dicimus præterea quod iuxta communem opinionem Bartholi,[p] communiter recepti per Baldum, Alexandrum, Iasonem & ferè omnes alios,[q] Ioannem Calderinum,[r] & Laurentium Rodulphum,[s] & Panormitanum, cum communi,[t] qui centum ducatos aureos mutuat, ei centum alij aurei æquè optimi, atque illi reddendi sunt, nihil ex eorum pretio subducendo, licet illud augescat, neque illi asseruandi forent: neque interueniat aliqua pactio expressa de restituendis tot & talibus ducatis, quot & quales mutuo dantur, siue pretia eorum accrescant siue decrescant. Quia mutuanti aliquam rem, alia eiusdem generis, qualis mutuo data, restituenda est, sed æquè bona, ac illa quoad bonitatem intrinsecam,[u] bonitas autem intrinseca pecuniæ non est pretium à Rep. ei constitutum, sed qualitas & bonitas materiæ, ex qua illa constat, iuxta veriorem & magis receptam opinionem Bartholi,[x] quod Molinæus ait seruatum his tribus seculis.[y] Quæ communis opinio licet facilè in omnibus casibus defendi posset, æquius tamen nobis videtur, vt in solis tribus casibus intelligatur. Primus quando ab eo, qui eos mutuo dedit in illud tempus in quo eorum pretium creuit, seruandi erant. Secundus, quando expressè dixit, vt tot & tales, quot & quales mutuat, sibi reddantur, siue eorum pretia augerentur, siue minuerentur, tam periculo damni, quam lucri expectationi se obiiciendo. Tertius, quando ita repentè eorum pretium creuit, quòd quamuis mutuo accepisset, ea nondum impenderat, & ita ea insumpsit, eisque vsus est pretio, quo accreuerant. Præter istos tres casus, satis est ei eosdem ducatos soluere, aut alios similes, aut ex eodem metallo, ex quo erant mutuo dati in illa quantitate quam tempore mutuationis, faciebant, & pretio, quod tempore solutionis habuerint. Ad quos nos mouet partim quod Bartholus[a] tenet, & communis partim quod adducit Carolus Molinæus,[b] partim æquitas magna, de qua scribit Baldus,[c] quam ipse optime interpretatur,[d] nobis autem, nec plura dicendi, nec etiam tot quot diximus breuitas, quam consectamur, concedit.

a *In leg. cum quid.* b *Vbi supra quæst. 90. à num. 694.* c *In authen. ad hæc quæst. 17. de vsuris.* d *nume. 707.*

SVMMARIVM.

51 *Pecunia pluris valet vbi, aut quando est magna eius penuria, quàm vbi est copia, sicut & cætera merces.*

51 *Pecuniæ vbi est magna inopia, cætera omnia vendibilia, quin operæ & labores hominum viliora sunt.*

52 *Pecuniæ aureæ ob pecuniam iustè pretium crescere potest, vt plures pecuniæ argenteæ aut ex alio metallo pro illa dentur, & è contra, vt etiam ob inopiam minutæ plus solito aureæ & argenteæ detur.*

52 *Actio arbitraria cur alicui detur ad petendum in vno loco quod in alio est soluendum, caussa est quod vna res pluris in vno quàm in alio valet, præsertim si est triticum, vinum aut oleum.*

53 *Pecuniæ nunquam est maioris pretij, etiamsi sit illius penuria, quàm æstimetur à Principe, vel consuetudine, vel à lege sit constitutum.*

53 *Ducatorum, seu scutorum esse duo genera, vnum mercatorum in cambijs quod variatur pro copia & inopia, alterum populi non discendum.*

53 *Pecuniæ publicæ augendæ, vel minuendæ potestas non est penes mercatores.*

53 *Pecuniæ quatenus pecuniæ, non est merx, sed aliarum mercium pretium in vnoquoque regno æstimatum, & consequenter æquè quàm triticum, quando est à Rep. æstimatum, crescere non potest.*

54 *Pecuniæ pretium etsi propter penuriam non mutetur, quoad quantitatem valoris: ita tamen crescit quoad plures res certo pretio tunc per penuriam quàm antè cæteris paribus inuenientur.*

55 *Pecuniæ finis principalis in quem est inuenta, licet sit vt esset pretium & mensura rerum vendibilium, secundarius tamen est cum ea lucrari negotiatione pecuniarum cum alijs.*

56 *Pecunia omnis tam aurea, quàm argentea, & ex alio metallo ex ipsius penuria pluris valere posset.*

56 *Cambium eorum qui scuta ab vnis in alias nundinas varijs dant soluenda pretio quo cum datur, valent vel valebunt, scuta mercatorum in foro tempore solutionis facienda manifesta vsura est, quia sunt ficta. vel diuersorum pretiorum pro varietate locorum, quod est absurdum.*

56 *Permutatione vera siue pecuniæ qui desinit lucrari, quo eam indigenti dat, lucrari potest quod deperdit de lucro quod cum alio fecisset.*

57 *Pecuniæ pretium non solum quatenus est metallum potest crescere, aut decrescere, sed etiam quatenus est pecunia pretium aliorum.*

58 *Venditor rem curius vendere nequit ob priuatam vtilitatem, quæ ex ea in emptorem cedit, sed ob eam quam ipse in venditione perdit.*

58 *Pecuniæ pretium æstimatum dicitur, vt tantum & non plus valeat, rebus sic stantibus: non quod statu mutato, vt eius sit magna inopia, plus valere non possit, quantum probis & prudentibus viris videbitur.*

59 *Pecunia vt pecunia est, pluris & minoris valere potest in vnis, quàm alij nundinis, vel in vna parte earum ob paucitatem capientium ad cambium, vel multitudinem dantium, sic vt ex penuria eius pretium crescat, & copia minuatur.*

59 *Pecunia nundinarum ex fictis cambijs monopolijs, crescere non potest, sed ex veris permutationibus.*

59 *Cambiorum pretio aucto ob fictam pecuniæ penuriam culpa campsorum, qui sunt à culpa immunes bona conscientia*

a *In leg. cum quid. ff. de re. credit. nu. 7. le. 1. le cum aurum. ff. de auro & arg. & leg. Paulus. ff. de solut. num. 6. & 10.* b *In dicto ca. cum quid.* c *De vsuris.* d *In essil. 11. de vsur. & in alijs locis.* e *In cap. consuluit. eodem titu. 3. parte. quæst. 1.* f *Verb. vsur. 1. quæst. 14.* g *Lib. 6. q. 1. articul. 2. & libr. 7. art. 1.* h *In d. l. cum quid. in tractatu monetæ. col. 3.* i *De censib.* k *In l. quod te. nu. 7. ff. de reb. creditis.* l *In libr. de commere. nu. 696.* m *ff. de actio. empt.* n *ff. de naut. fœnor.* o *In libr. de commere. nu. 717. & sequ.* p *In leg. cum quid ff. de rebus creditis. num. 7. & in l. cũ aurum. ff. de auro & argen. & leg. Paulus. ff. de solut. nume. 6. & 10.* q *In d. leg. cũ quid.* r *In capit. fr. de vsur.* s *In cap. consuluit. 3. part. quæst. 1.* t *In ca. quanto. de iureiurand.* v *In d. leg. cũ quid. & leg. vinum. ff. de rebꝰ creditis.* x *In leg. quid te. num. 7. ff. de rebus creditis.* y *In libr. de commer. nu. 696.*

iuxta præsentem caritatem ad cambium dare possunt, non autem participes.

60 *Ducati in vno regno seu prouinciæ vt Lusitania plus quàm in altero valent vt Castella, regales verò contra.*

60 *Verba incidenter posita in constitutione seu statuto non probant.*

61 *Campsor mutuans in vna ciuitate centum, vbi pluris valet, quàm in alia vbi sunt reddenda, plusquàm 100. recipere potest, & minus vbi minus valent.*

61 *Vsura est si modius tritici vbi minus valet mutuetur reddendum vbi pluris valet, & iniustitia, si mutuetur vbi pluris valet reddendum vbi valet minus, idem de pecunia quæ ad æqualitatem est reddenda.*

61 *Mutuum natura est gratuitum, & eius intuitu nihil amplius quàm quod datum est recipitur.*

51 VIgesimo dicimus ex septima ratione, quæ pecuniæ pretij incrementum & diminutionem efficit, eo quod magna inopia & indigentia aut illius abundantia existat fieri pluris valere pecuntam vbi, aut quando magna est eius penuria, quàm vbi est copia, sicut tenent Calderinus, [a] Laurentius Rodulphus, [b] & Siluester, [c] cum quibus Caietanus, [d] Sotus [e] concordant. Pro quorum opinione facit primum, quod hic est communis sensus omnium ferè tam bonorum, quam malorum totius Christianitatis, & ideo vox Dei & naturæ videtur: iuxta illud, vox populi, vox naturæ, quæ Deus est, iuxta glossam, [f] secundum & fortissimum quod omnes merces ex magna ipsarum indigentia, earumdemque paucitate, cariores fiunt, per cap. *legimus.* [g] ibi, *omne rarum pretiosum*, facit ca. *præsens.* [h] cum ei annotatis: & pecunia quatenus, aut commutari per alium contractum potest, merx est per supradicta, [i] ergo etiam ex magna indigentia & eius paucitate, ipsius pretium accrescet. Tertium, quod (cæteris paribus) in quibus prouincijs est magna pecuniæ inopia, cætera omnia vendibilia, quin etiam operę, & labores hominum minori pecunia dantur, quàm in quibus est abundantia: quemadmodum experientia comprobatur in Gallia, quę minus quàm Hispania pecunijs abundat, triticum, vinum, panni, operæ & labores hominum multo minoris valent, quin & in Hispania cum minor erat pecuniæ copia, res vendibiles, operæ, laboresque hominum multò minoris constabant, quàm postquam Indiæ patefactæ eandem inaurarunt, argentoque obruerunt. Cuius caussa, quia penuria, quo in loco & quando eius pecunia est, pluris æstimatur, quàm vbi & quando eiusdem est abundantia. Et quod aliqui dicunt pecuniæ inopiam alia imminuere nascitur, quia eius nimium incrementum alia minora videri facit, quemadmodum aliquis paruus homo, iuxta alium magnum, minor, quam iuxta æqualem suum videtur.

52 Quartum, quod ex penuria pecuniæ aureæ, iustè eius pretium crescere potest, vt plures pecuniæ argenteæ, aut ex alio metallo pro illa dentur, vt ait Laurentius, [k] Anannias. [l] Quemadmodum nunc propter magnam penuriam auri ab aliquibus viginti tria & etiam viginti quatuor & viginti quinque regalia pro duplo aureo dari videmus, cuius pretium, lex regni, non nisi viginti duo constituit.

Quinetiam in Lusitania vidimus vndecim & dimidium, & etiam duodecim ducatos argenteos pro decuplo aureo dari. Et etiam ex penuria pecuniæ argenteæ, eius pretium augeri potest, vt plus pecuniæ ex auro, aut ex alio metallo, pro illa quàm solueret, detur: & etiã ex inopia pecuniæ minutæ ex ære, & alterius vilioris metalli, eius pretium crescere potest, vt plus auri, aut argenti quàm soleret antea dari, pro illa tribuatur. Quemadmodum in Lusitania vidimus centum & sex dipondia in minuta pecunia (quam cetis vocant) dari pro Capitone, quando est illorum abundantia, qui centum tantum non valet, postea cum earum penutia contigit, Capito pro 94. dipondijs seu cetis dabatur. Sic videtur ex generali pecuniæ inopia, omnem pecuniam generaliter crescere. Quia regulariter, quod valet species in specie, id valet genus in genere, [m] vt habet glossa, & Imolensis [n]

Quintum & postremum facit lex 4. [o] à nemine in hoc citata, quæ manifesto hoc sentit: quia postquam dixit caussam * cur actio arbitraria alicui detur, ad petendum in vno loco, quod in alio est soluendum, esse, quod vna res pluris in vno quàm alio loco valet, præsertim si est triticum, vinum, aut oleum: dicit de pecunia hæc singularia verba. *Pecuniarum licet videatur vna & eadem potestas, vbique esse, tamen aliis locis facilius, & leuioribus vsuris inueniuntur, aljis difficilius, & grauioribus vsuris.*

* Cur actio arbitraria alicui detur. *Actio arbitraria quæ sit non satis iurisconsulti conueniunt. Alij enim sic eam definiunt. Actio arbitraria est, in qua iudicis officium exercetur mercenarium actioni inseruiens, propter aliquod extrinsecum præter naturam actionis, vt cum iudex arbiter procedit contra reum contumacem. Alij sic. Arbitrariam actionem Iustinianus dici putat, quæ ex arbitrio & potestate iudicantis pendet, vt si semel iudex æstimauerit suo arbitrio rem restituendam, aut alio modo satisfaciendum actori, obtemperetque reus, absoluatur. Sin contra minimè pareat, damnetur. Alij sic. Arbitrariæ actiones sunt quæ liberam habent, ex eo quod legitimum est, electionem, quæ & refertur ad arbitrium iudicis. hæc Petrus Greg. lib. 47. ca. 30. n. 3. Qui propius tamen accedere videtur ad D. Naurrum in lib. 49. cap. 1. n. 6. scribens. Si tamen constiterit in contractu de loco vbi fides soluenda est, primum ibi reus vbi solutio facienda est conueniri debet, deinde si ibi non inueniatur, vbicumque reperietur arbitraria actione.*

53 Contra istam tamen opinionem multæ considerationes faciunt, ob quas aliquando vana illa nobis visa fuit. Prima, quod quantumuis pecuniæ sit inopia, aut affluentia, numquam ducatos pluris aut minoris vndecim regalibus, & dipondio hîc valet, nec Romæ, Flandriæ, aut Lugduni pluris aut minoris eo, quò à Papa, Rege, aut consuetudine æstimata est, neque is à quo aliquid emeris, maiori pretio, sed à lege constituto acciperet. Secunda quod hanc opinionem sequendo dicendum nobis est, quod sentiunt aliqui, vt Syluester, [a] cui concordat Caietanus & Sotus, [b] duo esse ducatorum & scutorum genera: vnum, quo mercatores in suis cambijs vtuntur, quod crescit, & decrescit iuxta multitudinem & paucitatem pecuniarum, & consequenter iuxta multitudinem eorum, qui cambia date, aut accipere voluerint. Alterum est ducatorum aut scutorum ad impendendum, quo populus, & etiam ipsi mercatores in suis impensis extra cambia vtuntur, & est communiter eiusdem pretij: quod nouum & futile commentum videtur: quia nunquam Iurisprudentia Romana, nec Ecclesiastica, nec sæcularis id commenta est, cuiusmodi nouitates parum probantur. [c] Et quia penes mercatores non est auctoritas publicæ pecuniæ augendæ vel minuendæ, iuxta mentem Innocentij: & communem [d] & Thomam, [e] quod tradit Gabriel, [f] Carolus Molinæus. [g] Et quia videtur res commentitia fraus, simulatio, & palliatio vsurarum, ducatos, aut scuta plena vento & inania, sola cogitatione carti pretij fingere, in quo nullus, qui triticum, vinum, carnes, pisces, pannum & alias res vendet, ea accepturus est, nisi per viam permutationis, vt in alijs nundinis, aut in alio loco soluantur. Et quia nulla firma ratio videtur esse, vt ob pecuniæ generalem regulam, ducati aut scuta maioris quantitatis sola imaginatione vna sola permutandi caussa efficiantur, quorum ad impensas, nullus vsus sit præterquam quod vt in permutando adsit velut miles quæ mutuum obducat, quod sub illa cum vsura fit. Tertia ratio quæ contra prædictam opinionem facit, est, quod pecunia quatenus pecunia aliarum omnium mercium pretium videtur, iuxta l. *si tibi.* [h] Aristotelem, [i] S. Thomam, [k] & Laurentium, [l] non est merx, eiusque pretium in vnoquoque regno æstimatum est, iuxta mentem textus Innocentij, & aliorum, [m] & consequenter vnde non magis quàm triticum, quando est à Repub. æstimatum, crescere potest.

59 His tamen omnibus non obstantibus, nec contraria opinione Doctoris Medinæ, quæ aliquando nobis melior visa est: primæ subscribimus ob nouas rationes, & considerationes pro illa factas, & ad primum argumentum, quod insolubile videtur, potest nouè responderi, quod quamuis quando generaliter est pecuniæ penuria ductus, non plura regalia valeat, quam quando est abundantia:

s *Consil. 11. de vsur.*
q *In cap. consuluit. q. 1. 3. parte.*
c *Verb. vsur. 4. quæst. 5. & 6. versic. pro notitia.*
d *In tract. de camb. cap. 6. §. de cëporis.*
e *Lib. de ust. & iur. & q. 5. art. 2. & 3.*
f *Leg. 1. ff. de iust. & iure verb. natura.*
g *93. distinct.*
h *20. quæst. 3.*
i *Eod. nume. 12. & 20.*
k *Quæst. 1. 3. parte.*
l *Num. 52.*
m *Cap. quando. 24. distin.*
n *In ca. si sacerdos, de offi. ordin.*
o *ff. de eo. quod cert. loca.*

a *Verb. vsur. 4. quæst. 6.*
b *Vbi supra.*
c *Capit. cum consuetudinis de consuetu. & capit. quis nescias. dist. 11.*
d *In ea. quãto de iureiur.*
e *Libr. 2. de regim. princi. capit. 13.*
f *In 4. distin. 15. quæst. 9.*
g *De cõmer. numer. 193.*
h *ff. de fide ius. l. 1. Polit. 6.*
k *De regimine Princip. li. 2. c. 13. & 14.*
l *In cap. consuluit. 2 par. qu. 20.*
m *In capit. quanto de iureiur.*
n *Cap. de rebus restit. fol. 150.*

dantia: neque regale, plures quadrantes, neque quadrans plura dipondia: tota tamen pecunia pluris valet, quia plures res certo pretio tunc per pecuniam quàm antea inueniuntur, si cætera sunt paria. Nec obstat dicere id contingere ex diminutione pretij aliarum rerum, in quam aliæ res deueniunt: quia illa ex incremento pecuniæ nascitur, sicut in tertio argumento à nobis facto expenditur.

Ad secundum etiam quod insolubile videtur, respondeti negando potest, necessarium ad hoc defendendum esse, ducatos & scuta commentitia, & sub camino confecta inducere, quæ quemadmodum Platonis ideæ in genere, & specie, & non in indiuiduo reperiantur, sicuti argumenta bene concludunt; Quòd & efficaciter ex consideratione confirmatur, quod qui tale aliquid affirmauerit, debet fateri tot ferè ducatos commentitios conficiendos esse, quot sunt loca in quibus in nundinis pecunia datur & accipitur, quia pro vnoquoque ferè suum pretium habeat, vnum pro Flandria, aliud pro vrbe Roma, aliud pro emporio Lugdunensi, aliud pro Vlyssippone, aliud pro Valentia, aliud pro Cæsaraugusta, &c. quod ridiculum est. Huic etiam hæc adiungenda est consideratio quod nõ videtur satis cordatè, & sincerè ab his dici posse, ducatum aut scutum tanti in nundinis valere, sed eis dicendum est tanti pro tali à loco, & tanti pro tali valere; quoniam qui hoc dissentunt volunt dicere, ducatum pro tali loco in commutationem aut pretium dari, quod in illo loco tantùm pro illo detur.

55 Ad tertium respondetur negando, quod pecunia, quatenus pecunia, semper vt pretium cõsideretur: quia etiam quatenus pecunia est, emptione, permutatione, aut alio contractu nominato vel innominato commutari potest, sicut supra, [a] dictum est. Licet enim eius finis est vsus primus & principalis, in quem est inuenta, sit vt pretium & mensura rerum vendibiliũ esset, iuxta l. *si tibi*, [b] & supra, [c] est dictum, & habetur apud Aristotelem, [d] & S. Thomam. [e] Tamen eius finis & vsus secundarius, & minus principalis, qui est cum ea lucrari, negotiatione pecuniarum cum aliis pecuniis, non est pretiũ esse, sed esse merx: sicut finis & vsus principalis calceorum est indui, & indutum gestari, secundarius tamen est, illorũ negotiatione emendo illos & vendendo, lucrari. Quod autem ad æstimationem attinet infra [f] respondebitur.

56 Ex hoc sequuntur illationes hæ: prima pecuniam auream, propter propriam suipsius penuriam pluris valere posse, quàm valeret si eiusdem esset abundantia: & pecuniam argenteam, propter propriã suipsius inopiam: & pecuniam ex metallo propter suam, & generaliter omnem pecuniam propter generalem suipsius penuriam.

Secunda, ducatos & scuta commentitia mercatorum, à populi ducatis differẽtia fingere necessarium non esse: siquidem sine hoc pretium singulorum ducatorum aut scutorum, pro vnis atque aliis locis manifestè cõponi potest. Imo ne illa fingantur, conuenit, quia aliquibus occasio mutuandi, & dandi iniustè pecunias, ad illorum pretium postea soluendas, præbetur, quod rectè D. Doctor Sotus, [g] tacitè sensit. Tertia manifestam vsuram esse cambiũ multorum, qui (sicut dicitur) ducatos aut scuta ab vnis in alias nundinas, aliis atque aliis tradunt, soluendos eo pretio, quod, quando dantur, valent, aut tempore solutionis faciendę, in foro ducati mercatorum valebunt: quia nec ducati nec scuta talia sunt in rerum natura; & quamuis ea essent, tam diuersorum essent pretiorum, quàm diuersæ sunt ciuitates, ad quas permutantur: & in aliis quidem ad par pretiũ permutantur, sicut sæpe ex Medina Vlyssipponem permutatur, & in aliis locis ad decẽ aut viginti dipondia, & in alijs ad triginta, & in alijs quadraginta aut quinquaginta, &c. permutatio fit; & hi interdum ea dant eo pretio, quo in ciuitatẽ, ad quam carius eos dãt, permutant. Præterea, quia, ratio quæ permutationem certæ summæ pecuniæ in aliqua ciuitate longinqua dandæ, iustã efficit, in altera tantæ pecuniæ in eadem dandæ permutationem iustam non efficiet, per infra dicenda. [h] Quamuis fatendum sit eum, qui inuenit, à quo sua pecunia per verã permutationem accipiatur; & ea lucrari desinit, quò eam suo vicino, aut alteri proximo ea multum indigenti det, hoc modo ea lucrari posse id, quod de suo lucro, quod cum ailo feciſſet remiſit, per supra [a] dicta.

57 Quarta, pretium pecuniæ non solùm quatenus fructum aliquod metalli est, crescere & decrescere posse, sed etiam quatenus pecunia & pretium aliorum est, quia plures rationes ex octo prædictis, quæ pecuniam, quatenus est pecunia & pretium rerum vendibilium attingũt, concludunt: quatenus pecunia & pretium est, eam plus in vna ciuitate, quàm in alia: quin etiam in vna & eadem ciuitate, plus vno tempore, quàm alio valere.

Quinto necessarium iam esse fortissimum illud argumentũ, quod cõtra hoc in æstimatione pretij pecuniæ nituntur soluere, cuius solutio supra huc reseruata fuit, & tale est pecuniã esse æstimatã, & & æstimatũ est, sicut triticũ solet esse, ex quacumq; sui ipsius inopia, nõ accrescit. Aliqui ex prædictis ex quibus est Caietan. [b] respondent quod quãuis quatenus pretium est pecunia æstimata sit, non tamen quatenus est mercimonium, quod tamen nõ satisfacit: quia sicut ex supradictis constat, eam etiam quatenus est pecunia & pretium rerum eã augeri & minui Siluester significat, [c] æstimatum esse quatenus est pretium aliorum vendibilium, non tamen quatenus est sui ipsius pretium: dissimilitudinis tamen rationem nullam adfert. Alij vt Sotus, [d] sentiunt, pecuniam nunquam vendi, & ideo dicerent aliqui in eius commutatione maius pretium eius minimè dari. Hoc tamen partim est contra communem quam tenent Bartholus, [e] & Panormitanus, [f] & Diuus Thomas, [g] & Calderinus [h] quæ de emptione & venditione pecuniæ loquitur: & partim hoc illis nihil prodest, quia cũ fateantur eã permutari & permutari nõ posse, nisi quo pretio valet, & ex ipsius magna penuria eius pretiũ crescere, & plus pro ea dãdũ esse, quãdo pluris valet, quę omnia prędictus Sotus [i] fatetur: velint nolint fatendum ipsis est, eius pretium non obstante ipsius æstimatione crescere: & sic eadem necessitas eos vrget soluendi argumentum in ea innixum, quæ alios qui eam emi dicunt premit.

58 Quare nouè respondemus concedẽdo, pecuniam ad vnum effectum æstimatam esse, & ad alium nequaquã. Est æstimata, quidem quo ad effectum cogendi eum, qui aliquid vendit, aut cui aliquid debetur, vt illo pretio eam accipiat & vt ad maiori pretio accipiendum compelli haud possit. Aestimata tamen non est quo ad effectum, quod qui eam habet, pro ea minus accipere si velit, non possit, neque quo ad effectum ne plus accipere non possit, si ex ea aliqua priuata vtilitas in ipsum redundet. Hæc tamen solutio tutas eorum conscientias efficere non potest, qui eam carius ob eius penuriã cõmutãt, nulla ad ipsos, propter rea quod eã apud se diutius retineãt, vtilitate peruenientę: licet is cui commutatur, eius acceptio magnam vtilitatem sit allatura: venditor enim rem vendere carius non potest, ob priuatam vtilitatem, quæ ex ea in emptorem cedit, quãuis possit ob eam, quam ipse in venditione deperdit: iuxta S. Thom. [k] & Scotum, [l] receptos. Sicq; quotidiè videmus non solùm negotiatores, in quos raro ex suæ pecuniæ reseruatione, quando ipsius est magna penuria, aliqua commoditas non redundat, quamuis nulla alia, quàm viles aliquas res emere velint, sed etiam non alios qui mercatores nõ sunt modo duplos aureos cõmutare vigintiquatuor & vigintiquinque regalib⁹ cũ viginti duob⁹ æstimati sint, ob magnam eorum inopiã. Et quamuis dici posset, ob pretium intrinsecum ipsius auri præstantioris quam aurum coronatorum plus illos valere comparatione coronatorum, hoc tamẽ de omnibus alijs pecunijs dicere nõ possemus, quippe quas quotidiè crescere & decrescere significant Bartholus, [m] & Panormitanus, [n] quibus nemo contradicit. Proinde respondeti tutius videtur, æstimationem, quæ pecuniæ constituitur, statui vt illud, & non plus, rebus in illo statu permanentibus, valeat, sed non, quo earum statu ita mutato, vt magna sit ipsius pecuniæ æstimatę inopia & indigẽtia, plus valere non possit, quod probis & prudentibus viris videbitur. ar. c. *ne quis.* [o] & l. *cum quis.* [p] & c. *quemadmodũ.* [q] cum glosis saltem quoad effectum cum alia pecunia commutandi, sicut Siluester vbi supra dicit.

59 Sexta, mirum non esse pecuniam etiam quatenus pecunia est, aliis in nundinis plus quàm in aliis valere, & plus in vna nundinarum parte quam in alia earundem parte, quia in vna earum parte, ob paucitatem eorum qui

a *Eod. nn. 11. 12. & 32.*
b *ff. de fide-iuss.*
c *Eod. nn. 11.*
d *1. Polit.*
e *Libr. 2. de regim. princ. cap. 13. & 14.*
f *Eod. nn. 57. & 58.*
g *In libr. 7. q. 5. artic. 1. sub finem. de iust. & iur.*
h *Eod. nu. 65.*
a *Eod. n. 26.*
b *In tract. de camb. capi. 6.*
c *Verb. vsur. 4. quæst. 3.*
d *Libr. 7. qu. 5. ar tic. 2. de iust. & iur.*
e *In le. Paulus. 1. ff. de solut. nn. 7. & 10.*
f *In ca. quãto de iureiur. numer. 13.*
g *2. 2. quæst. 78. articu. ad 4.*
h *In conf. 11. de vsuris.*
i *In dicto ar. 2.*
k *2. 2. quæst. 77. artic. 1.*
l *In 4. di st. 15. qu. 2.*
m *In le. Paulus. ff. de solu.*
n *In capit. quanto. n. 13 de iureiurãd.*
o *22. qua. 2.*
p *ff. de solut.*
q *De iur. iur.*

eam vera permutatione accipere cupiunt, & ob multitudinem eorum qui dare volunt, minoris valere potest: & in alia contra, ob multitudinem vera permutatione accipere volentium, & paucitatem dare cupientium, pluris valere potest: siquidem ex magna penuria & egestate eius pretium augescit, teste Caietano, [a] & Soto. [b] Diximus, *vera permutatione*, quia nostro iudicio, pretium pecuniæ crescere non debet, ob multitudinem eorum, qui permutationibus fictis & illicitis accipere volunt, quia dolus & fraus ea admittendi prodesse non debent, [c] nullum enim mercimonium ex multitudine eorum, qui illud subripere, aut illicitè vsurpare volunt, carius fit, quamuis sic ex multitudine iustè emere aut commutare volentium: vt late Caieranus tradit. [d] Tum quia, sicuti D. Doctor Sotus vbi suprà rectissimè insinuauit, in nundinis pecunia carior haberi non debet, ob ipsius, aut eam dare valentium inopiam, quando hæc ex monopolio eorum, à quibus danda est, & permutare eam volunt nascitur, qui apertè aut occultè ita paciscuntur, vt eam dare aut permutare nolint, quoʋsque accrescat, [e] aut ex eo, quod aliqui eorum omnem pecuniam initio nundinarum viliori pretio collegerunt, pro aliis atque aliis locis: & postea, cum omnis penes ipsos sit, nisi pro sua libidine, eam aliis tradere renuunt. Quo in tempore & casu licet à culpa immunes, tuta conscientia eam iuxta præsentem ipsius caritatē dare possint: non tamen qui eiusdem criminis participes forēt, quia fraus & dolus nemini prodesse debēt, [f] quæ res frequētior est in vsu quotidiano, quā expediret.

60 Septima, quod minus mirum videbitur, ducatum Lusitaniæ, quam Castellæ plus valere: quamuis dubium sit num ualeat, quia aliqui id negant. Primo quia qui Lusitaniæ quadringenta dipondia, quæ *reaes*, illic dicuntur, ducato vndecim regaliū illic & hic soluit, & qui hic quadringenta dipondia, quæ *marabedij*, dicuntur, debet, neque hic, neque illic ducato soluit quod signum est, dipondia Castellana, quàm reaessya Lusitana plus valere; ducati tamen vtrobique idem esse pretium. Secundò quia in sanctione moderatrice Maiestatis Regiæ, cuius summam suprà 8 retulimus, significatur, trecenta, septuaginta dipondia Castellæ, valere quadringentis reaessys Lusitanis. Contrarium tamen verius nobis videtur, scilicet ducatum Castellanum, & Lusitanum alius quam hic in Lusitania valere. Similiter regale Castellæ plus illic, quàm hīc, quia ducatus illic quadringentis reaessys, & regale triginta sex valet: & hic ducatus non nisi trecentis septuaginta quinque dipondijs seu marabedibus, & regale triginta quatuor valet, & marabedes Castellanos, & reaessya Lusitana, æqualia esse colligitur, quia quemadmodum reaesium in Lusitania sex cetis valet, sic marabedis, quibus nunc vtuntur, valent sex coronatulos, qui æquales cetis videntur: queadmodum satis efficaciter D. Archiepiscopus Didacus de Leyua Couarruuias, [h] probare videtur. Et hodie in regno Galleciæ, vbi cetis sicut in Lusitania vtuntur Marabedis, sex cetis valent, sicut etiam reaesium in Lusitania. Præterea quia non obstat à parte contraria adductū per dictum supra. [i] Negamus enim eum qui in Lusitania quadringenta reaesia debet, hic eum soluto ducato satisfacere; n si alius satisfactum sibi per illum velit: neque etiam is cui in Lusitania vndecim regalia debes, tot aliis hic solutis satisfacies. Negamus etiam eum qui hic quadringentos marabedos debet, eum quadringentis reaesis illic non soluere. Tertio, quia prædictæ sanctioni moderatrici responderi potest, illa verba in ea incidenter posita fuisse, & ita non probant. [k] Et si replices, eis niti definitionem ipsam, & ita probare, [l] dicemus esse de facto aliud, iuxta glossam dict. clement. 1. Et credimus quod quamuis illud in istis regnis ad ipsorum vtilitatem admittatur: difficulter tamen in extraneis, quamuis sint sub ditione Regiæ Maiestatis ad damnum ipsorum suscipietur.

61 Octaua, quæ est satis magni ponderis, qui in Lusitania centū ducatos mutuat, pro illis Metinę plusquā centū recipere potest, solùm ratione habita eius, quod illic pluris quàm hic ducati ualeant cuiusis rei arg. bonum in l. 3. [m] & melius in l. 4. [n] Nona, qui Metinæ centum ducatos mutuat, Vlyssippone centum accipere, non debet, quia pluris illic quàm Methinę valent, ar. prædictarū legum, &

a *In tract. de camb. cap. 7.*
b *Libr. 7. qu. 5. artic. 3. de iust. & iur.*
c *Cap. ex tenore de rescr. cap aduersus de immunit. Ecclesiæ, & 2. 2. qu. 77. artic. 1.*
c *Argum. ll. fin. de monopolys.*
f *Cap. ex tenore de rescr. l. ita, quesullo. ff. de furtis.*
g *Eod. nu. 30.*
h *Lib. variarum. resol. ca. 12.*
i *Eodem nu.*
k *Ca. si papa. de priuileg. libr. 6. l. Clemen. 1. de prob.*
m *§. nunc. de offic. ff. de eo. quod cert. loco.*
n *Eiusdem tituli.*

A qui mutuat, amplius quàm mutuum datum accipere non potest, iuxta c. 1. [a] cum his quæ ibi latè dicebamus. Decima, quod dictum est in duabus postremis illationibus de Methina & Vlyssippone idem dicendum est, de quibusvis alijs duabus ciuitatibus, in quarum altera eadem pecunia pluris æstimatur quàm in alia & consequenter centum ducatos in Flandria, Romæ aut Lugduni, vbi pluris ducati valent quàm in Castella mutuanti, plusquam centum in Castella soluendi sunt: & contra, centum, in Castella mutuanti, non sunt Romæ centum reddendi. Quemadmodum singulariter præsupponit d. D. Sotus, [b] quia quemadmodum vsura committeretur si sarcinam integrā tritici Salmaticę vbi duobus ducatis valet, tibi mutuarem, quod Galleciæ, vbi quatuor valet, restitueres. Similiter eadē cōmitteretur, si hic tibi ducatū mutuarem quod trecentis septuagintaquinque dipondijs valet, quod mihi vbi quadringentis valet redderes. Et quemadmodum (quamuis non est vsura, sed iniustitia) vt pro integra sarcinæ tritici, quod Galleciæ tibi mutuaui, vbi quatuor ducatos valebat, mihi solutione alterius sarcinæ tritici Salmanticę, vbi nisi duobus ducatis nō valet, satisfacias. Sic est iniustitia pro centum ducatis, quos mihi Romæ aut Vlyssippone mutuo dedisti, vbi valent merabedios quadringentos me tibi Methinæ non nisi centum ducatos reddere, vbi tantum trecentis septuaginta quinque merabedijs æstimantur.

B

C

Vndecima, quod quemadmodum qui certam quantitatem tritici, vini, & olei, vbi plus valet dedit tanto maiorem quantitatem recipere debet, si vbi minoris valet, soluatur, quanto pluris, vbi mutuo datur, quam vbi soluitur, valet. [c] Et quemadmodum mutuanti triticum vbi minoris valet, tantò minor quantitas reddenda est, si solutio, vbi pluris valet, fiat, quanto pluris æstimatur, vbi soluitur, quàm vbi mutuo datur. Similiter qui ducatos mutuat, vbi pluris valent, tanto plus recipere debet, si vbi minoris valent, soluātur, quanto maius pretium exuperat: & contrà, qui ducatos vbi minoris valent mutuat, si vbi plures valent restituantur, tantò minus recipere, quantò maius illud pretium superat, debet.

D

Duodecima, quod ex hoc nōnullis videbitur nullū esse dubiū in illa conclusione d. D. Soti, [d] scilicet qui in Hispania cambio dat ducatum, qui vndecim tantum regalia valet vt Romæ aliud duodecim regalium, aut tredecim cardinorū, qui nostris regalibus æquales sunt, aut plus quàm vndecim valent, sibi soluatur, eum vsuram committere: quia plus quàm dat accipere, & inde lucrari vult. Quæ tamen conclusio & quæ ex illa sequuntur, ex his nostris illationibus non inferuntur, neque nostro iudicio firma est. Non inferuntur quidem, quia tres prædictę illationes de eo qui pecuniam mutuat & de vero mutuo, cuius natura est, gratuitū esse, loquuntur. Et huius intuitu, nihil amplius, quàm quod mutuo datum est, recipitur, sicut diximus in commentario cap. 1. [e] per illum textum, & c. *consuluit.* [f] & alia multa. Et eius conclusio loquitur de eo, qui in permutationem dat, cuius natura est eum gratuitum non esse. Et ideo non infertur ex illis cum de rebus diuersis fit sermo. Nam à separatis non fit illatio. [g] Non esse etiam firmam, constat, quia singulis diebus in contrarium est vsus, cum hi ex Methina Vlyssipponem & Flandriam: & ex illis Methinam hoc fiat, qui vsus licitus est, tam per veram emptionem: quàm per mutationem, & alios contract[s] innominatos, sicut infra [h] à nobis probatur.

E

F

a *14. qu. 3.*
b *Libr. 6. q. 5. arti. 1. de iust. & iur.*
c *Le. 3. § nūc. de offi. ff. de eo quod cert. loc.*
d *Libr. 7. q. 3. art. 1. de iust. & iur.*
e *14. quæstio. 3. num. 3.*
f *Eod. titul.*
g *Leg. Papinianus exuli ff. de minoribus ca. si sententia. de sen. excomm. li. 6.*
h *Eod. n. 74.*

SVMMARIVM.

62 *Pecunia sola absentia eam minoris pretij facit, in loco à quo est absens.*
62 *Merx omnis absens empta in loco vbi est ex sua natura, requirit impensam, & laborē pretio æstimabilē ad sui translationē.*
62 *Opus aliquod nō ideo pretio caret quia ab aliquo gratis illud fieri contingat.*
63 *Pecunia absentia ex sua natura non habet annexas impensas & labores & pericula in trāsferendo, etiam si aliqua horū per accidens ab ea seiungatur.*
63 *Pecunia absens minus valet non tantùm propter pericula, & impensas ex sua natura annexas, sed etiam propter impensas procuratorum, & respondentium, quos mercatores habent vbi eam accipiant.*

63 *Pecunia absens non semper minus valet, quàm præsens, propter pericula & impensas transportandi, sed cæteris paribus: i. si præsens tanti valeat vbi est, quanti absens in sua regione.*
64 *Pecunia Alexandrinæ minoris valet Genuæ in ea commoranti propter distantiam etiam si vtraquè suo loco æqualis sit valoris, & idem de similibus æqualis valoris.*
64 *Pecuniæ absentia tantò magis minuit de pretio eiusdem, quo maior est absentia & maioris periculi & impensæ, & eius procuratio & vectura necessaria, & minus minuit si minor est distantia.*
65 *Pecuniæ vt in Flandria absentia, licet faciat cæteris paribus vt eadem absens minoris ualeat quàm præsens puta Methinæ, non tamen vt omnino minoris ualeat si pluris valet in proprio loco, vt in Flandria, quam in alieno vt Methinæ.*
65 *Cambium Methinæ in Flandriam, multo vilius quàm vice versa, quia ob duas rationes pecunia decrescit, vna ob absentiam, altera quia minoris Methinæ quam in Flandria ob vnam tantum scilicet absentiam cum pluris ualeat, & sic de cæteris.*
66 *Cambium à ciuitate vbi penuria est maioris valoris, ad alterius regni ciuitatem vbi est minoris fit aliquando par, propter absentiam, & distantiam regnorum.*
66 *Cambium ex Flandria in Hispaniam vel Vlyssipponem, ad æqualitatem non fit, propter minimum excessum valoris pecuniæ Flandricæ.*
67 *Pecuniæ in cambio. i. eodem loco reddendæ est, vbi fit traditio, non potest esse diminutio valoris vt in cambiis minutis natur, in absentia, propter impensas, labores, & pericula.*
68 *Cambia ad varia, & etiam eadem loca, cum tanta varietate pretij ob diuersitatem nundinarum an sint licita, non sine ratione est controuersum apud doctores.*
69 *Emptio omnis rei maioris pretij pro minori est illicita.*
70 *Cambium emptio commutatio inæqualia illicita sunt.*
71 *Vsuraria est omnis permutatio, in qua ratione temporis, plus, aut minus recipitur.*
72 *Cambia vsitata damnare, est multos bonos condemnare, quin & vniuersum orbem.*
72 *Cambiis sublatis, omnia commercia cum regnis extraneis tollerentur, & propria in paupertatem redigerentur.*
72 *Pecunia præsens pluris quàm absens valet, sed pluris vbi est inopia, quàm vbi est copia.*
72 *Cambio potest pecunias habens, vbi minus valent, vt Methina, acquirere alias pluris valentes, vt in Flandria minoris quàm in ea valeant, propter absentiam, & iterum cambire cum alijs Methinæ minoris quàm vbi valeant & sic lucrari.*
72 *Cambio permutare potest pecunias, aut fidem habens in Flandria cum alijs Methinæ si earum sit abundantia extra nundinas, vel in earum principio vilius, & postea eas in nundinis, aut in fine earum, si maior sit penuria iterum cambire, modo iusta pecunia præsens detur pro absenti, & è contra.*
73 *Ducatos centum præsentes cæteris paribus pluris valere, quàm centum absentes negari non potest, & centum absentes, minoris quàm centum præsentes emi posse, dummodo absentes, non tanto pluris ualeant in suo loco vt æquent præsentes, vel superent.*
73 *Pecunia præsens maioris valoris in proprio loco, quàm alia in suo, duplici ratione pluris valet, alia absente, ob præsentiā, & ob maius pretium in proprio loco.*
74 *Cambiorum ars, per permutationem, & aliam contractum innominatum, sicut do tibi vt des, &c. Sicut peremptionem & venditionem defendi potest.*
74 *Cambiorum defensio, & opinio Soti non subsistit, cum non sit necesse pecunias iam reuera esse vtriusque permutantiū, & pecuniam præsentem, non pluris valere quam absentem: sit falsum, nec posse eum ea permutari, nisi tanta quantitas hic detur, quæ hic tanti ualeat, quantum absens vbi est valet, & consequenter per hanc artem neminem lucrari posse.*
75 *Cambia vt iustè exerceantur, ob expectationem, aut dilationem nihil capiendum, sed tempus inter ferias interiectum pro vno die habetur.*
75 *Pecunia creditæ licitum est aliquid vendere, at & permutare ac vendere quod nondum proc reatum est, & permutare, sed sperator haberi.*
75 *Pecuniam absentem, & vltra tertias nundinas reddendam potest quis iusto pretio eum præsente permutare, modo nec pluris iusto pretio rigido ob expectatam solutionem capiat, quin si primis nundinis accepisset.*
75 *Lucrum notabile amplius iusto ob expectationem, & dilationem si quis ob cambia recipiat mortaliter peccat, cum obligatione restituendi.*
76 *Cambia vt sint vera ac iusta quatuor conditiones requiruntur, sine quibus erunt ficta.*
76 *Campsor debet reddere pecuniam quam ad cambium dat, sibi in illo loco reddendum, pro quo accipitur, & campsturum habere, aut habiturum bona, fidem aut facultatem ad sibi soluendum.*
76 *Cambio pecunias permutando, si intercedat verum aut verisimile interesse, potest in duas nūdinas cariis, quam in vnas dari, & in tres cariis quam in duas, non tamen simpliciter.*
77 *Cambij inæqualitas est vt mercator tantumdem hic det, quantum alibi accipit, & præterea industriam adhibeat, & laborem suscipiat, & lucrum soluat.*
78 *Pecunias dans in vno loco reddendas in alio vno ex quinque modis dare licite potest cum lucro: numquam autem habita consideratione principali temporis interiecti, inter dationem, & solutionem.*
78 *Vsurarius est omnis contractus, non tamen mutui, in quo plus aut minus ob longius aut breuius tempus, præfixum solutioni, formaliter, aut virtualiter recipitur.*
79 *Cambia Romanæ curiæ pro Parisijs cum lucro §. aut 8. post sex menses vsuraria, secundum S. Antoninum, quia ratione interiecti temporis, sed licitè fieri potest. secundum Sylues. & auctorem seruatis debitis.*
80 *Recambia ad diuersas nundinas, sunt prohibita, & vsuraria, nisi ratione interesse illud plus accipiatur.*
80 *Campsorum confessarij eidem ficta cambia declarent, quibus obijciūtur periculis sua saluti.*

62 VIgesimo primo dicimus de octaua ratione, cur pecunia crescat aut decrescat quæ est ipsius absētia, magis exactè quam alus quispiam, Sylue. [a] tenet eam solā minoris pretij pecuniam facere, in loco à quo est absens: & quamuis nonnullis aliud videri possit, nostra tamē sententia idem sentit Caietanus, [b] & ante hos omnes Calderinus, [c] & Laurentius Rodulphus, [d] & viribus consentaneum nobis videtur.

Primo quia omnis merx absens, quam quis in eo in quo est loco mercatur, absolutè consideratur, impensam, laborem, pretio æstimabilem in recuperationem sui & vecturam ex sua natura requirit. arg. ca. *statutum.* [e] & notatorum per Baldum, Panormitanum & Felinum, [f] neque obstat dicere mercatorem habere consanguineos, amicos, aut procuratores, qui in loco absentiæ, illud sine ipsius impensa, & labore ei recuperent, quia illa omnia, vna aut alia ratione retunduntur. Ob ea enim omnia ad alia eiusdem generis, illius causa facienda; saltem obligatione antidorali, quam vocant, obligatur, g & quia opus aliquod non ideo pretio ex se caret, quia ab aliquo gratis illud fieri contingit. Non enim ea quæ præter intentionem accidunt, sed natura rei est, in his inspiciendo, arg. l. *si quis nec caussam.* [h] cum late ibi à Iasone traditis. Et quia de promissione mercedis alicui, vt Romam adeat facta, iure adimi nihil potest, eius prætextu, quod in via repererit hominem qui sibi sumptum faceret, quin & pecuniam daret, vt eum comitteretur.

Secundo quia nemo affirmaret, mulam quę Hispali est, non minus valere illi, qui hīc cōmoratur quā alia eiusdem bonitatis & pretij, quę absēs est, quāuis fortuito aliquo casu aut sua industria huc sine impēsa traduci possit, aut illis qui ibisunt quā hic eisdē pluris valere possit, & certū est, quod si nulla industria, nec cōsuetudo, nec statutum mercatorum in hoc esset, pecunia Flandrica, multo minus quàm illic valet, hic valeat: neque iustum est suam alicui industriam obesse. [i]

63 Tertio quia non obstat quod d. Medina. [k] dixit absentia loci, in qua pecunia est, per se solam non idoneam esse ad ipsius pretium minuendum, sed eam coniunctam cum periculis sese offerentibus, & impensis, quæ in recu-

a *Verb. vsur. 4. quæst. 4.*
b *In tract. de camb. cap. 7.*
c *Consil. 11. de vsur.*
d *In cap. consuluit. quæst. 1. part. 3.*
e *§ proferem. de rescripto. libr. 6.*
f *In cap. 1. de testibus.*
g *Leg. sed & si. §. consuluit. ff. de peti. tio. hæredita. & capi. cum in officijs de testamentis.*
h *ff. de reb. credit.*
i *Leg. fin. C. de allua. Panor. in c. prop. sub finem. de locat.*
k *Codi. de reb. restituēd. tit. de cau. ob quas solent campsores lucrum augere. fol. 150.*

perandi abſentem pecuniam fiunt cauſam eſſe idoneam ne tanti quanti præſens valeat, quia ex eius dicto noſtrum conſequitur, ſi quidem impenſæ & labores ſua natura ita abſentiæ annexi ſunt, ſicut à nobis dicitur, & probatur, quamuis aliqui ab ea per accidens ſeiungantur.

a *Libr. 7. de inſt. & iur. qu. 6. art. 2.*

Quarto nec etiã obſtat quod d. D. Sotus tenet, [a] abſentiã per ſe ſolam, ſicut dixit Medina vt minus valeat facere, neque pericula, & impenſas, cùm talia inter mercatores hodie non reperiantur, ſiquidem à contrario ſenſu fateatur, quod ſi talia inuenirentur plus valerent & in primo fundamento probatur illa adeſſe, negotij natura cõſiderata: conſiderata etiã impenſa procuratorũ, & ſibi reſpondentium, quos mercatores vbi pecuniã recipiunt habent.

B

Quinto quia eius argumentum non obſtat ſcilicet ſi hoc verũ eſſet, ſequeretur quod pecunia Flandrica minus Metinæ, quam ipſa Metinenſis valeret, quod falſum eſt, quia iuxta ipſum Ducatus Flandricus plus Metinæ valet, pro quo quadraginta dipondia, ſeu maraludis Metinæ dantur, & Metinenſes trecentis ſeptuaginta quinque habetur. Dicimus inquam non obſtare, quia ipſius illationem negamus, nolumus enim dicere omnem pecuniam abſentem ſemper pluſquam præſentem valere, ſed minus valere cæteris paribus, hoc eſt, ſi præſens tanti vbi eſt, quanti abſens vbi eſt, valet, & aliàs non quemadmodum ſarcina tritici quæ eſt Octoduri hic manenti minus valet quam alia præſens cæteris paribus, hoc eſt ſi vtraque eiuſdem eſt bonitatis, & vtrobique idem pretium, ſed non ſic Octoduri quatuor ducatis, & hic nõ niſi duobus veniret atque eã tuto vno ducato deportare quis poſſet, immo pluris valeret: verũ aliquãto minoris, quam quatuor ducatis ob abſentiã, ſimiliter ſi ducatus Flandricus plus Flãdriæ, quã, Metinę Metinenſis nõ valeret, Flandricus minoris Metinæ, quã alius Metinenſis valeret, ſed certo aliquo pluris in Flandria, quã Metinæ valet, ita vt quamuis abſentia de eius pretio aliquid minuat, non tamen adeo, quin pluris adhuc quam Metinenſis valeat.

C

64 Ex hoc ſequitur, primo bene cõſuluiſſe Calderinũ, [b] æquã fuiſſe emptionem cuiuſdã, qui Genuę centũ ducatis ab alio centũ & ſex in Alexandria Ægyptiaca emit, quia centũ Genuæ præſentia ibidem cõmoranti plus valebant quam centũ abſentia, quæ Alexandriæ erant per prędicta.

b *In conſil. 11. de vſur.*

D

Sequitur ſecundo, quod ſi non eſſent prohibita, ſicuti eſſe dicuntur cãbia, ab vno in alium eiuſdẽ regni locum, poſſet Burgis Methinæ, aut hic, aliquis Hiſpalitanus centũ ducatis plura quàm centũ emere, quæ Hiſpali reddẽda forent, quia ducati tã hic quàm illic idẽ eſt pretiũ, & non maius, & abſẽtia de pretio pecuniæ, quæ illic eſt detrahit.

Sequitur tertiò, tanto plus de pecuniæ pretio eiuſdem abſentiam minuere, quanto ea maior eſt, & maioris periculi, & impenſę eius procuratio, & vectura neceſſaria, & conſequenter pluris Salmanticæ, pecunia quæ eſt Metinæ conſtabit, quam quæ Burgis eſt, & pluris, quæ eſt Burgis quam quæ eſt Hiſpali, & pluris quæ eſt Hiſpali, quam quæ eſt Alexandriæ, Romæ, in Flandria, Lugduni, quia tantò difficiliores, earum procuratores, & cariores vecturæ ex ſua natura ſunt, quanto longiores ſunt, & tanto faciliores, & minores quanto viciniores ſunt. Diximus ex ſua natura, quia per accidens poteſt contingere, vt quod longinquius eſt facilius procurari poſſet, negotij tamen natura potius, quàm accidens expendi debet. [c]

E

c *Cap. de occidendis. 23. q. 5. cap. ſepe 50. diſtinct.*

65 Sequitur quarto, abſentiam pecuniæ quę eſt in Flandria efficere vt minus Metinæ ibidem manenti, & ementi valeat, quàm in Flandria ibidem commoranti, & ementi valeret; tamen communiter non tanto minoris valet, quin pluris Metinæ quam ducatus Metinenſis valeat. quia quamuis abſentia, cæteris paribus, efficiat, vt abſens minus, quàm præſens valeat, ſed non vt tãto minus, quanto ducatus illic, quàm Metinæ pluris valet.

F

Sequitur quinto rationem cur ducatus Flãdricus pluris Metinæ communiter, quam Metinenſes ſtent, eſſe, quia multo plus ducati illic, quàm hic volent, & quãuis de eorum pretio aliquid abſentia diminuat, non tamen adeo detrahit, quin multo cariores ſemper remaneant.

66 Sequitur ſexto, tationem, cur hinc in Flandriam vilius, quàm ex Flandria hoc permutetur, eſſe, quia centum Metinenſes ducati, minus in Flandria cõſtant quàm centũ Flãdrici Metinæ, cuius rationis ratio hæc eſt, quia pretium centũ ducatorũ Metinenſiũ, vt in Flandria vendantur, propoſitorũ duas ob rationes decreſcit, vna ob abſentiam: altera, quia ducatus minus Metinę quam in Flandria valet, & pretiũ ducatorũ Flãdricorũ Metinæ ad vẽdẽdum propoſitorũ, non niſi ob vnam rationẽ, ſcilicet ob abſentiam minuitur, quæ quamuis aliquando vt minus valeat efficit, ſed nõ tanti, quãti illud illic pluris quàm hic valet.

a *In tract. de camb. cap. 7.*

66 Sequitur ſeptimo rationem cur Metinæ ſæpius Vlyſſipponem par pari permutetur, hoc eſt ter ducati, cum tot aliis, vt centum Metinæ, cum alijs centum Vlyſſipponenſibus, nec plures, nęc pauciores eſſe, quia pretium pecuniæ Vlyſſippone, ad vendendum Metipæ propoſitæ, minus eſt quam Vlyſſipponi propter abſentiam, & extra regnũ, & ratio cur ad æqualitatem, in Flandriam (quamuis abſens & extra regnũ ſit) nunquam permutatur, eſt quia pluris in Flãdria, quàm Vlyſſippone valet & quamuis abſentia & extra regnum eſſet, æqualitatem inter pecuniam Vlyſſiponenſem, & Metinẽſem conſtituere poſsit: tamen neque abſentia, nec extra regnum eſſe ad pretiũ Metinenſis pecuniæ cum pretio Flandricę æquandũ ſatis eſt.

b *Eod. n. 31.*

67 Sequitur octauo prædicta locũ non habere in cambio quod fit hoc modo, vt pecunia ab vno in eodem loco alteri, & ab altero ſimiliter in eodem alteri tradatur, ſiue ad id præſtituatur locus, vbi pactum initum eſt, ſiue alius longinquior, aut eidem propinquior, itaque locum ſolum habet, quando pactũ fit ita, vt vnius pecunia in vno loco, alteri detur, & altẽrius in alio alteri tradatur, ſicut optimè Caietanus [a] inſinuauit, quãuis à ſeipſo ſatis hoc inſinuabatur, quia ratio miſsionis, laborũ, & periculorũ, quibus fulcris pecuniæ abſentis pretij diminutio innititur, locum non habet, quãdo ab vtroque in eodem loco eius traditio fit, niſi plurimũ, quoad effectum ſoluendi tantum, pro ea quantum in cambio minuto ob permutationem ſoluitur, de quo ſupra, [b] dictum eſt.

c *Libr. 7. de iuſt. & iur. quæſt. 5. ar. 2.*

68 Vigeſimo ſecũdo & poſtremo dicimus, haud ſine ratione cõtrouerſum eſſe inter doctos, An licita ſit ea negotiatio, quam nũc cõſuetudo tenet Metina, Vlyſſippone & ſimilibus in Flandriã, Lugdunum, & in alias ſimiles ciuitates, pecunias mittere ob cambiũ & ab eiſdẽ Hiſpalim, Metinam, & in alias eiuſmodi remittere: quia multi (quos ego cognoſco) abſque alia aliqua via opes quærunt, quæ ſic hoc modo (quam ego nõ ſine mea impenſa didici) qui pecuniã habet extremis nundinis Maij, quæ ad finẽ Iulij ſiniuntur eã Metinę cãpenſi dat, Vlyſſipponi intra mẽſem ſoluendã, interdum par pari hoc eſt tot ducatos pro alijs tantis, interdum pro vno centum: & ſtatim Vlyſſippone eandẽ iterum dat in nũdinas Metinenſes mẽſis Octobris, pro quinque, ſeptẽ, aut pluribus, centũ in nundinas octõbris, & in earũ extremo, quę ad finẽ Decembris ſiniuntur, eam iterum dat, pro Vlyſſippone, & vigeſimo Ianuarij interdũ par pari, interdũ pro vno aut pluribus centum: & illico in fine Ianuarij, eã iterum dat nũdinas Villaloen, aut Metinę riui ſicci, pro quinque aut ſeptem, centũ: & fere idem fit in nundinis aliarum ciuitatum & regnorum in quibus in nundinas iſtorum aut aliorum regnorum pecunia datur. Alij ſicut dicit Sotus, [c] ſuam pecuniam Metinæ dant in Flandriam, in illa ad ſoluendũ quadraginta, decem dipondia, in ſingulos ducatos, qui illic recipiendi ſunt trecentorum ſexaginta, & rurſus illic eã pro Metina dant, tribuendo illic ducatum trecentorum dipõdiorum vt alius hic trecentorum ſeptuaginta quinque recipiatur.

d *2. 2. q. 77. articul. 1.*

69 Contra hanc negotiandi artem facit primo, quod per emptionis & venditionis pecuniæ rationem defendi poſſe non videtur, quia omnis emptio rei maioris pretij, pro minori eſt illicita, iuxta S. Thomam, [d] & Scotum [e] ab omnibus receptos, ſicut ſupra. [f] dictum ſatis ſuperque eſt. At in hac negotiatione centum ducati Metinenſes Vlyſſippone, minoris nonaginta & nouem, & in Flãdria minoris nonagintis emuntur. Facit ſecundo, quod videtur velis nolis fatendum ribi eſſe emptionem quam Metinę facis in Flandriã, aut Vlyſſipponẽ, aut Vlyſſippone, & in Flandriæ Metinam eſſe rerũ maioris pretij pro minori; quia ſi centũ ducatorum, quos mihi Metinæ das, iuſtũ pretium ſunt centũ, aut cẽtum & vnus intra menſem Vlyſſip-

c *4. diſtin. 15. quæſt. 2.*

f *Eod. numo. 14. 24. & 42.*

ponę reddendi in iuſtum erit centum & ſeptem, in nundinis Octobris ſoluendorum, pro centum, quæ Vlyſſipponę tribuiſti. Videtur enim, ſi centum & vnus mei Vlyſſipponę, non niſi cẽtum Metinenſes, veſtros valent tuos centum Vlyſſiponenſes centum & ſeptem Metinæ valere nõ poſſe, qui mei ſunt, & ſi iuſte elapſis annis quadringenta dipondia Romana mihi quadringentis ſeptuaginta quinque Vlyſſipponę vendidiſti: iniuſtè quingenta à me Vlyſſipponę emiſti, quadringentis, quæ mihi Romæ ſolues, & ſi quadringentis Metinæ datis mihi iuſtè vendis trecenta ſexaginta, quæ in Flandria habes in iuſtè mihi trecenta quæ in Flandria habes vẽdis trecentis ſeptuaginta-quinque hic à me tibi reddendis.

A

a *Libr. 7. de iuſt. & iur. q. 5. artic. 2.*

70 Facit tertio, quod neque etiam defendi poteſt eo modo, quo eam D. D. Sotus, [a] defendere cupit, ſcilicet ratione puri cambij, & permutationis, ea conſideratione, minorem pecuniæ ſummam prouinciæ in qua eiuſdem eſt magna pecunia pluris valere quam aliam maiorem ſummam prouinciæ eadem abundantis. Dico ergo, hac via defendi non poſſe. primò, quia idem Sotus expreſsè affirmatlicitè permutari non poſſe, niſi quod tanti in vna prouincia valet, cum eo quod tanti in alia valet, & nõ plutis, & pecuniã quæ in Hiſpania datur, tanti valere debere & non pluris tẽpore quo traditur, quanti valet eodẽ ipſo tẽpore; quæ pro illa Flandrię reſtituenda eſt; ſiue inde ad octo dies, ſiue ad menſem, aut quatuor aut ad annum reddenda ſit. Secundo quia idem dicit, rationem reddi nõ poſſe, cur ob ſolum cambium & permutationem, licitè à me quadringentos decẽ aureos in Hiſpania recipies, pro trecentis ſexaginta mihi in Flandria dandis: & ſtatim trecentos mihi illic des, pro trecentis ſeptuaginta quinque à me in Hiſpania reddendis, cum cambium ſeu permutatio ab Hiſpania in Flandriam, & à Flandria in Hiſpaniam inæqualis ſit.

B

b *2. ſent. qu. 78. art. 2. ad 7.*
c *In 4. diſtin. 15. q. 2. ar. 2.*
d *Eod. num. 14. & 24.*
e *Ca. 1. 14. q. 3. nu. 60.*
f *De empt.*
g *Supra eod. num.*

71 Facit quarto, quæ eſt concluſio certiſsima S. Thomæ, [b] Scoti, [c] & omnium, dictumque ſupra fuit, [d] & in commento, [e] & probatur in cap. *ad noſtram*, [f] & in c. *in ciuitate*. [g] omne cõmercium, in quo longioris temporis expectationis & dilationis cauſa, plus recipitur vſurarium eſſe, & in iſto commertio ratione temporis & expectationis plus accipi videtur; qui cum ſuos ducatos Metinæ dat, pro Vlyſſippone in menſem par pari ea dat, aut pro vno centum, & ſi in duos menſes dat, plus recipit, & ſi in tres plus: Et ſi Vlyſſipponę ea Metinam dat tẽpore quatuor menſium inter nundinas interiecto plus accipit, quàm ſi non niſi tres interiicerentur, & ſic tres interiecti ſunt, plus quam ſi duo, & ſi duo, pluſquam ſi nõ niſi vnus interiectus eſſet. & danti pecunias in Hiſpania, ſibi Romæ ſoluendas, vilius dantur inde ad tres menſes ſoluendæ, quam ſi ſtatim ſoluendæ ſunt, ob iſtas rationes aliquando nobis viſum fuit, hanc negotiandi artẽ defendi non poſſe.

C

h *In conſil. 11.*

72 His tamẽ nõ obſtantibus licitum eam credimus primo quia ſicut dicit Calde, [h] abſurdũ videtur tot mercatores probos hanc exercẽtes condẽnare, & vna vniuerſũ orbẽ dãnare. Secundo quia hac ratione omnia cõmercia cũ regnis extraneis peſsũirent, & propria in paupertatem deuenirẽt. Tertio, quò omne huius artis fũdamentũ continetur, pecuniã abſentẽ, nõ tãti valeré quãti preſentẽ ſicut ſu. [i] probatũ eſt: nec tanti valere, quando eiuſdẽ eſt abundãtia, quanti valet, quãdo eſt eiuſdẽ penuria, & indigentia ſicut etiã ſupra, [k] probatũ eſt. quã ob rem, qui pecunias Metinæ habet, & vult emere alias pecunias in Flandria conſtitutas, eisdẽ acquirendis per cambiũ, & per mutuationẽ minoris quã illic valent vacare iuſtè poteſt. & poſtea illic recuperare, ac eisdẽ emendis, aut acquirendis illic, per permutationẽ, & alios cõtractus innominatos, alijs pecunijs Metinæ cõſtitutis, minoris, quã Metinę valent operã nauare, & ſic ſuã pecuniã augere, atq; etiam in Flandrię pecunias aut fidẽ habens emere, aut procurare vt emãtur per permutationẽ pecunias Metinæ extra nundinas, aut in earũ principio, ſi earũ ſit abundantia vilius poteſt; & poſtea carius in nundinis, aut in earum fine ſi maior ſit penuria emere aut permũtare: modo iuſtam pecuniam præſentem, pro ab preſente, & pro præſenti abſentem tribuat.

D

i *Eod. nu. 62. & ſequent.*
k *Eod. nu. 51.*

73 Quarto pro ipſa parte facit, quod ex tertio fundamẽto duo prima argumẽta partis aduerſæ ſoluuntur: ſiquidẽ ex hoc ſequitur, quod dato, nullã emptionẽ eſſe iuſtã, qui in ea æqualitas inter pretiũ & merces ſeruetur, poſſe & debere negari centũ ducatos præſẽtes (cęteris paribus) quàm centũ abſẽtes pluris nõ valere: negari itẽ poſſe centũ abſentes minoris quã centũ preſentibus emi non poſſe, cum alij in ſuo loco, tãti, quãti alij in ſuo valeant. negari etiã poſſe hoc cui argumẽta innitũtur, ſcilicet ſi iuſtũ pretiũ centũ ducatorũ Hiſpalẽſiũ abſentiũ, Metinę ſunt nonaginta nouẽ præſentes; eodem modo centum ducati Hiſpalenſes præſentes, erũt Hiſpali iuſtum pretium nonagintanouem Metinẽſium ducatorum abſentium: quinimmo nonaginta nouem Hiſpalenſes præſentes, erunt Hiſpali iuſtum pretium centum Metinẽſiũ abſentiũ. Diximus *cæteris paribus*. & vt valeant tãti alij, in ſuo, quanti in loco ſuo alij, ſicut Hiſpalẽſes Hiſpali, Metinę Metinẽſes valẽt, nam ſi vbi ſunt, pluris valeãt, quàm alij vbi ſunt, euenìet, quod quotidie euenire ſolet, vt abſẽtes pluris, quam præſentes valeant, quemadmodũ cõmuniter noſtris tẽporibus Flãdrici abſentes, pluris quã Metinenſes preſentes Metinæ valuerunt: & ſępe abſentes Vlyſſippone Metinæ, quãti Metinẽſes in eadẽ præſentes valuerunt: & ideo negamus, ſi centũ ducatorũ Vlyſſiponenſiũ abſentiũ, ſint iuſtũ pretiũ Metinæ, centũ præſentes; etiã centũ Vlyſſiponenſes preſentes fore Vlyſſippone iuſtũ pretiũ, centũ Metinenſiũ: quia ducati Vlyſſiponenſes pluris Vlyſſiponę, quam Metinenſes Metinæ valẽt, ſicut ſupra [a] probatũ eſt: atque ideo ducatus Vlyſſiponus preſens, pluris Vlyſſiponę, quam abſens Metinẽſis valet, duplici ratione ſcilicet ob præſentiã, & ob ei' maius ibidẽ pretiũ & ſic optimè fieri poteſt, vt pluris centũ Vlyſſipone præſentes valeant, quã centũ Metinenſes abſentes, quãquã abſentia ſola Vlyſſiponentiũ, non efficit, vt Metinæ minoris quã Metinẽſes valeãt, ob libramẽ maioris pretij, q. ducati Vlyſſi. habẽt, ſicut ſup. [b] declaratũ eſt.

a *Eod. nu. 60. & ſequent.*
b *Eod. nu. 63.*

74 Quinto quod hãc artẽ iuſtã reddit, eſt quod ex tertio fũdamento, argumentũ tertiũ partis cõtrarię etiã ſoluitur. ex eo enim ſequitur, hãc artẽ etiã per permutationẽ & aliũ contractũ innominatũ verbi gratia, do tibi, vt mihi des. &c. defendi poſſe: ſiquidem ex eo ſequitur, pauciores pecunias præſẽtes eſſe iuſtã permutationẽ, cambiũ & æquũ pretiũ, pluriũ pecuniarũ abſentiũ omnia deducẽdo & cõcludendo, neq; magis neq; minus, ſicut de emptione deducta cõcluſaq; fuẽre: bene tamẽ fatemur: quod quãuis ea ratione, qua à Soto defenditur, hoc cõmerciũ ab vno in aliũ locum, & ab alio in aliũ, ſicuti quotidie exercetur, defendi nõ poſſit per adducta in quarto argumento cõtra ipſius defendẽdi modũ: primũ & quia præmittit tria ex quibus totius ſuæ defẽſionis euerſio cõſequitur. primũ permutationem ſeu cambium pecuniarũ, iuſtè fieri non poſſe, niſi de pecunijs; quæ iam reuera ſunt vtriuſque eorum, qui permutant. Secundũ pecuniam abſentem, non minoris quàm præſentem valere. Tertiũ quod ex his ſequitur, pecuniã preſentẽ permutari cũ abſente nõ poſſe niſi pro ea dãdo tantã pecuniã præſẽtẽ quę in quo loco eſt, tanti valeat, quanti abſens, in quo eſt valet, ex quib' tribus rebus alia quarto loco neceſſario ſequitur, ſcilicet ſi cẽtũ ducati ſint iuſta permutatio, & cambiũ Metinæ, nonaginta Flandricorum, ſimili etiam ratione modo nonaginta Flandrica, pari ratione centum Metinenſiũ iuſtum pretiũ erunt. & ex hac alia quinto loco conſequitur ſcilicet per huiuſmodi negotiandi artem, neminem ſuam pecuniã augere poſſe & niſi cũ magno periculo, impẽſa, ſollicitudine, quę ſine emolumẽto aliquo nemo ſectatur, cõſeruare & cõſequenter hæc ars omnis perditũ; & qui eam hucuſq; exercuerũt, per eã parta reſtituere tenerentur; tamen per ea, quæ ſupra, [c] vbi prima refellitur, & aliæ duæ confutantur: [d] concluſimus nullam prædictarum rerũ ab illo per ius probari, immo contrarium eſſe iuri conſentaneum: affirmãtes prędictam negotiandi artẽ eadem prorſus ratione defẽdi poſſe: per permutationẽ, cãbium, & aliũ contractum innominatum, ſicut ſupra eamdem peremptionẽ, & venditionẽ defendi poſſe dictum eſt.

c *Eod. n. 14.*
d *à num. 62.*

75 Sexto, quod hanc artem iuſtam facit, eſt, quod quartum argumentum partis contrariæ ſolui poteſt negando in hac negotiationis arte, quando prout debetur exercetur quicquam ob expectationem, aut dilationem accipi. P primo, quia inter iuſtos mercatores, omne illud tempus, quod inter ſolutionum ſtata tempora

in eriectum est pro vno die, & præsenti tempore habeta-, ad syngr aphas mittendas, ad apparandas solutiones, & conficiendas, sicut bene idem Sotus [a] declarauit, quamuis eius rationem non reddit quæ hæc videtur: quia per ius aliquod tempus his omnibus conficiendis impertiendum erat, quod cum ius non præfiniat, per legem, aut arbitrium viri prudentis, definiendú erat,[b] & consuetudo, quæ legis, vbi hæc est, locum tenet, [c] illud definiuit, quam prudentum mercatorum arbitrium introduxit, vt sit prædictum illud, quamuis interdum minus satis sit, & interdum maiori opus sit: soluitur etiam idem argumentum, consideraro aliud esse, emere aut vendere, aliquid suo iusto pretio, saltem pio, quod inde ad tres mẽses soluendum est, quod est licitum, siquidem licitum est credita pecunia vendere, [d] & vendere quod productũ nondum est, [e] & etiam permutare sicut supra [f] dictum est; & id est, quod in hac arte fit. Aliud emere minoris pretio, saltẽ pio, ob anticipatam pecuniã, aut vendere plutis pretio iusto tigido ob creditam pecuniam, quod illicitum esse argumentum probat; & nos fatemur. Quare quemadmodum quis ante natalem Domini lanam aut herbas anni futuri, emere, aut per permutationem recuperare iusto pretio iustè potest sic in nundinis Metinencibus pecuniã Flandricam, quæ sibi in primis, & etiam in secundis, quin & in tertijs nundinis reddatur iusto pretio, emere, aut permutationem parare potest, modo ne plura iusto pretio rigido, ob expectatam solutionem accipiat, quam si ea primis nundinis confecta fuisse accipisset: concedimus tamen quoties notabile quid amplius iusto ob expectationem & dilationem recipitur mortifere, cum restituendi obligatione peccari.

76 Concludimus itaque prædictam artem licitam his seruatis conditionibus esse. Prima ne cambium fictum sit, hoc est, vt qui pecuniã dat, velit & intendat cõmutare emẽdo, vẽdendo, vel aliter cõtrahendo, alioqui enim nõ esset emptio, nec permutatio, [g] vt sibi in illo loco reddatur, pro quo accipitur, & probabiliter credat accipientem habere, aut habiturum bona fide, aut facultatem ad id eo in loco pro quo accepit, soluendum & ibi sibi reddendum esse. Secunda vt pro pecunia absente tanta præsens detur quãta iustum fuerit, & pretium ne minus ob absentiam minuatur, quæ omnia ex arbitrio boni viri æstimanda sunt. [h] Tertia ob longiorem solutionis diem, aut productiora solutionum stata tempora, in quibus solutio facienda est, plus ne accipiat, quã statim illic vbi soluẽdũ est, faciẽda est. Quarta; quę ex hac proxima nascitur, ne eam vendat, permuret, aut der, quam si in primas nũdinas daret. Diximus. *Pluris.* quia si velit vsq; ad secundas, & etiam tertias nũdines dare pretio, quod iustè vsque ad status solutionum primarum nundinarum dies accipere poterat, recte facere poterit & erit opus caritatis, & amicitiæ, plus tamen recipere non potest. Quia quamuis quod datior ad cambium ratione veri aut verisimilis, interesse, posit in duas nundinas carius, quam in vnas dari, & in tres carius quã in duas, sicut supra [i] dictum est: non tamen quod per viam cambij, emptionis, permutationis, aut alterius contractus innominati datur, de quo hic loquimur, potest.

77 Ex hoc infertur primo merito de quodã casu dubitari posse, de quo à quodã Castellano Vlyssiponæ interrogati fuimus, qui Vlyssiponæ cuidã mercatori Lusitano, certos quosdã ducatos dare volebat, quos cũ certo lucro in primis nũdinis Metinæ cãpesis, quæ inde ad tres aut quatuor mẽses futurę erant, sibi solueret, cũ eius qui pecuniã dabat multũ referret, eãdẽ ad Castellã deportare; Et ex vna parte videbatur non posse; quia nulla videbatur ratio cur accipere posit. Vsurpatio autem sine titulo illicita est, scilicet iusto, [k] immo lucrum mercatori ab ipso dandum videbatur, vt sua pecunia illinc ad Castellam deduceretur & mercator industriam & laborem adhibebat, quo eam hic ei daret, iuxta ea quæ de iustitia cambij quod per litteras fit supra, [l] diximus, deinde inæqualitas & iniustitia videtur esse, vt mercator tantumdem hic det, quantum illic accepit, & præter ea industriam adhibeat, & laborem suscipiat, & lucrum soluat: at omnis contractus inquo non seruatur æqualitas, est illicitus, vt ait Scotus, [m] & paulo ante [n] dictum est. Tertio quia mercator lucrum nullum fecisset si statim Metinæ soluendas concedere delebat, nisi inde ad tres vel quatuor menses, ab ipso pendendi essent, & interiecto illo rẽpore vteretur, & cõsequenter ob dilationem temporis soluebat. Quæ vsura est, per supra [a] dicta, & in comment. [b] & Caietanus [c] hanc partem tenere videtur.

Multos tamẽ oppositum tenere D.D. Sotus [d] videbitur, dicendo si mercatoris interesset Metina suam pecuniam Vlyssiponem transferre, sicut alterius Vlyssipone Metinã, lucrum quod ex cambio per litteras capi solet, recipere bene posset; quod etiam Caietanus vbi supra. in hoc casu tenet, quamuis ab illo non proferatur: nobis tamen quinque viæ distinguendæ videntur, quibus dictus Castellanus suos ducatos tribuere poterat, quatuor iuit, in quibus consideratio saltem principalis, temporis longi aut breuis vsque ad nundinas interiecti, non reperitur, & quinta cum ista consideratione coniuncta. Prima carens prędicta consideratione, est per rationem mutui. Secũda per rationem cambij per literas, quibus mercator suos ducatos huc traduceret. Tertia per eam, qua ipse mercatori suos ducatos Metina transferret Vlyssipponem. Quarta, per emptionis, permutationis, aut alterius innominatæ commutationis rationem, quia ducati absentes quos mercator Metinæ habebat, cum præsentibus illius qui Vlyssipone erant commutantur. Quinta est coniũcta cum consideratione principali temporis præfiniti, & ad nundinas vsque interiecti per aliquam prædictarum viarum, plus aut minus recipiẽdo, iuxta tempus longius aut breuius, quod à nundinis abe rat; in primo casu, scilicet si mutui ratione dare volebat, & cum pacto aut intentione principali, vt sibi Metinę soluerentur vsurarius erat, quia ex mutuo aliquid lucrari volebat, scilicet obligationem sibi Metinę ea reddendi & cum lucro, cum Vlyssipone mutuasset, quod lucrum est pecunia æstimabile, ac per consequens vsurarium, [e] vt latiùs, in comm. d.l.1. [f] diximus. si tamẽ mutuare valebat sine eiusmodi pacto & voluntate, vt alter ad Metinæ soluendum præcisè obligaretur, sed vt aut Vlyssippone æquales, aut Metinæ cum illo lucro sibi redderentur, in compensationẽ eius, quod illic pecunia pluris quam Metinæ valebat, âplius illud licitè recipere poterat, si tanto illic pluris quã hîc ducati valebãt, per supra [g] dicta. In secũdo casu si ea per cambium litterarum dare volebat, quibus mercator suam pecuniã illi Metinam traduceret ad Castellanos ad aliquã mereedem, ob illud mercatori soluendam tenebatur per supra dicta. Quãuis in contractu pacisci poterat, vt pro sua mercede, illud quod pluris illic, quam hîc pecunia valebat, aut certam eius partem, quæ iusta foret, acciperet per supra [h] dicta. In tertio casu si dare volebat per viam qua ipse pecuniam hinc Vlyssipponem mercatori transferret, poterat accipere mercedem, quantum ab ipso permutator ob propriam pecuniam transferendam iustè exegisset. In quarto casu, si per viam emptionis, permutationis aut alterius contractus innominati do tibi, vt mihi des &c. da re volebat: poterat plus duabus vijs accipere, scilicet ob mercatoris pecuniam absentem, si ob id sua pluris valeret, & quia illic pecunia pluris quàm hîc valet, sicut supra [i] dictum est. In quinto casu si dare volebat, per aliquam ex quinque vijs, habita consideratione principali temporis inter solutionem interiecti, volens plus aut minus recipere, iuxta longius aut breuius tempus interiectum, sine dubio illi fuisse illicitum, dicimus per ea quæ supra, [k] definita extant, non solum mutui contractum, sed omnem alium, in quo plus aut minus, ob longius, aut breuius statum solutionis tempus recipitur, formaliter: aut virtualiter vsurarium esse.

79 Sequitur secundo ex huius distinctionis proportione distinguẽdum esse. Quando aliquis Metinæ vbi minoris valet, pecuniã Vlyssippone, aut Flandriã vbi pluris valet dare voluerit: aut Hispali pro Metina vbi æqualiter valet: quod vtrãdę lõgioris orationis causa minime explicamus.

Sequitur tertio quid sit dicendum de illa definitione S. Antonini, [l] scilicet vsurarium esse permutatorem, vel campsorẽ, qui Romæ centum aut mille ducatos in negotia sua dat, Parisijs inde ad sex menses mandatum ipsius habenti soluendas, cum pacto se Parisijs quinque aut octo plus in singulos centum soluturum: quam sequitur Syluester [a], & vtrumque approbat doctissimus Licentiatus. Gregorius Lopez, [b] qui illo nomine contentus est, cum senatorij ordinis in consilio pro Indiis esset, & tam doctoris nomine dignus, quàm magni eius labores & eruditio declarant, quibus aptissimas, prudentissimas & vtilissimas Glossas, in omnes septem legum partitas libros composuit, quas magna cum Reipub. vtilitate edidit superiore anno, & impressit, qui in hoc eodem tuguriolo (quamuis non ita inaspectabilis erat atque nos, se continebat.

Sequitur enim dicendum esse, Primo illam vsuram esse, quia in illo contractu (sicuti fit) illa quinque aut octo pro centum, ob expectationem & consideratione temporis, inter mutuum & solutionem interiecti, recipiuntur; quæ manifesta est vsura. Secundo ille contractus per viam mutui pro Parisiis licitè fieri non poterat, quamuis nulla ratio temporis, & præstitutæ solutionis haberetur, sed sic pro Hispania, quia ex mutuo nihil sperandum cum sit, & pecunia in Gallia pluris quàm Romæ valeat, duabus viis est illicitus, scilicet, quia plus quàm dedit ratione loci in quo soluenda est accepit, & quia illa quinque aut octo, plus suscepit, in Hispaniam tamen fieri posset, non quinque aut octo pro centum recipiendo; sed tanto plus, quanto minoris, in Hispania, quàm Romæ, pecunia valet, si statim in Hispania solueretur. Tertio ille contractus licitè fieri poterat, per viam emptionis, & permutationis, aut alterius contractus innominati, dando Romæ nulla habita ratione temporis, illos centum ducatos præsentes pro tot aliis, & aliquibus pluribus absentibus quatuor conditionibus prædictis [c] seruatis, plus tamen accipere posset, si in Hispaniam quàm in Galliam daret, quia Hispania longius à Roma, quàm Gallia abest, & ideo ducati Hispani absentes, minoris, quàm absentes Gallici valent, per supra dicta, [d] & quia pecunię Hispanię minoris, quàm Romæ, & in Gallia pluris, quàm Romæ, & in Hispania valent: hoc nostra sententia Siluester, [e] sentire voluit, dicens prædictum contractum, sicut fiebat, vsurarium esse, illum tamen rectè fieri posse.

80 Sequitur postremo, non esse cambium, sed vsuram nomine cambij personatam illud eorum, qui finitis nundinis, & temporibus solutionis, creditoribus non soluentibus, dilationem ad alias vsque nundinas cõcedunt, certo tamen aliquo pretio recambij nomine soluendo, sicut bene Caietanus [a] annotauit: quamquam negari non potest per viam cambij, quod per interesse fit, illos accipere posse, quod ob solutionem, tunc non factam poterant lucrari veris cambijs sese offerentibus, si illam pecuniam habuissent; per ea quæ supra [b] dicta sunt.

Hæc sunt, quæ sub debita correctione, de Cambijs bona fide, nec dolo malo, coram Deo nobis visa sunt. Hucusque vel maximè extenta illorum lucra peruenire extendique possunt. Quæ quoad fieri potuit, prorraximus, quo animas, honorem, facultates tot hominum honestissimorum iustè tueremur: optamusque ne qui ab hoc commercio alieni sunt, illo vitam quærentibus, quamuis ditiriis circunfluentibus inuideant. Admonemus confessarios eorum, qui ista arte viuunt, vt eisdem cambia & lucra ficta grauissime dissuadeant & persuadeant horum tentationibus fieri, vt ad regnum cęleste per prærupta saxosa & periculosa loca iter faciant, ex quibus offẽdicula amoris & studij ingentium eiusmodi lucrorum eos præcipitare facile possunt, in peccatorum adeò profundas valles, & restitutionis adeo crebra dumeta, vt tarde aut nũquã ab illis assurgere, & se extricare queãt. Faxit is cui pro omnibus corona spinea imposita fuit, vt qui in eã vitiorũ voraginem se præcipitarũt, eruigãtur, & penitus liberẽtur, & alij, qui in vitia ruunt, extrahantur: & omnes ad illas cælorum libertimas celsitudines glorioſissimę illius suæ mattis Reginę cælorũ amore perducantur: cuius dulcissimę visitationis octauum diem hodie Ecclesia celebrat, pronehantur. Amen. Salmanticæ, 8. Idus Iulij, anno à partu eiusdem Virginis martis 1557. Hispanicè fuit editus, & ad 17. Calend. Decemb. 1569. propensè licet imparibus ingenij viribus in Latinum sermonem ab alio translatus.

FINIS.

DEO IESV CHRISTO ÆTERNI
Dei æterno filio sit gloria & honor in perpetuum.

a *Libr. 7. de iustit. & iure quæ. 5. art. 2.*

b *Argum. l. 1. ff. de tu. dat. & ca. de cau. de of deleg.* c *Capit. consuetudo. 1. dist. 1. de quib. ff. de leg.*

d *§. vend. & instit. de ver. diuis.* e *Le. nec emptio. ff. de cõtract. empt. cum gloss.* f *Eod. nu. 14.*

g *Le. nec non omnus. ff de reb. cred. cap. cum super, de offic. deleg.*

h *Argum. le. 1. ff. de iur. de lib. e. de caus. de offi. deleg.*

i *Eod. nu. 34.*

k *Cap. pœnale. 14. q. 5.*

l *Eod. nu. 21. & 22.*

m *In 4. dist. 15. q. 2. art. 2. n Nume. 23. & 24.*

a *Eod. n. 23.* b *Cap. 1. 14. quæ. 3.* c *In tract. de camb. ca. fin.* d *Libr. 7. de iust. & iur. qu. 3. artic. 1.*

e *Cap. 1. 2. & 3. 14. quæst. 3.* f *Numer. 5.*

g *Eod. n. 61.*

h *Eod. nu. 21.*

i *Nume. 61.*

k *Nume. 47.*

l *2. part. tit. 1. cap. 7. §. 30.*

a *Verb. vsur. quæst. 13.* b *Leg. 31. quint. part. titu. 11.*

c *Eod. n. 64.*

d *Eod. n. 64.*

e *Verb. vsur. 4. qu. 13.*

a *In tract. de camb. cap. 7.*

b *Eod. n. 34.*